FERNANDO DE ORIO (O. de M.)

Quinti Septimii Florentis Tertuliani... ex operibus, quae hactei reperiri potuerunt, veluti selectissimum, purum, & ab omni suspitione alienum, Librum de Patientia... : primus thomus / author Frater Ferdinandus de Orio... ac Militaris Ordinis Beatae Mariae de Mercede... -- Madriti : Apud Francisci Garcia..., 1644

[13], 262 h., []1, @-2@6, A-Z8, 2A-2I8, 2K6 ; Fol.

Texto a dos col., con apostillas marginales

1. Tertuliano, Quinto Septimio Florer . Librum de Patientia- Crítica e interpretación 2. Tertuliano, Quinto Septimio Florente. Librum de Patientia Kritika eta interpretazioa I. Título

R-6256 Ejemp. falto de de 3 h. del cuaderno de 262 h., y muy deteriorado sus h. finales. -- Enc. perg.

R-6254

QVINTI SEPTIMII FLORENTIS TERTVLIANI CARTHAGINENSIS PRÆSBYTERI.

EX OPERIBVS, QVÆ HACTENVS REPERIRI potuerunt, veluti selectissimum, purum, & ab omni suspitione alienum, librum de Patientia, nouis Illustrationibus, Conceptibus, Authoritatibus; tûm sacræ paginæ, tûm etiam sanctorum Patrum, & doctissimorum, virorum, pro vsu Concionatorum, & Politicorum, cum mirabilibus eiusdem Tertuliani, sententijs decoratum continet.

PRIMVS THOMVS.

AVTHOR.

FRATER FERDINANDVS DE ORIO, SACRÆ, Regalis, ac Militaris Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede, Redemptionis Captiuorum, in Conuentu Madriti Commendator; & Supremi Senatus sanctæ, ac Generalis Inquisitionis, Calificator, olimque Definitor, Obseruantissimæ Prouintiæ Castellæ, ac publicus Theologiæ Magister, & Professor.

Anno 1644.

CVM PRIVILEGIO.

Madriti, apud Franciscum Garcia, Typographum Regni.

REGI REGVM AC DOMINO DOMINANtium Christo Iesu, in sacratissima cruce mirabiliter triumphanti. Humilimus Author, oppus consecrat.

PATIENTIAM nostram cui æquius rependẽdam, quam Regi Regum, ac Domino Dominantium Christo Iesu, qui patientiam suam pro nobis ipse dependit, & qui saginari voluit, voluptate patientiæ? Sed cur non Dominus nostrarum lacubrationum, ille qui stupentibus cœlorum luminaribus creaturisque cunctis admirantibus in Cruce pendens, dolores nostros ipse tulit, & iniquitates nostras ipse portauit? Cur ille qui triumphalem spinarum coronam lubens, ac libens suscepit, ludibria sustinuit, ruda, & nebulosa nostrorum commentariorum abijciet, patientiæ Dominus, ac Magister? Omnia quidem laoricsa illi ab æterno luminum patre reseruata fuere, & veluti diadema Imperialis donata. Grandis labor, quid? Grande oppus, quid? Quid nisi pro magno labore, grandis gloriæ, & honoris corona? Sed quanta, & qualis? Profecto: Propter quod, & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genuflectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum. *Merito ergo tãto laboranti, tantum conceditur nomen, quod est* mirabile. *Sed,* cur non admirabile nomen, in cuius virtute tot sunt facta mirabilia? *Transitum maris rubri filiorum Israel, Ægyptiorum clades timẽtium, vndis vndequaque promuralibus in obsequium illorum, quis? Aquarum fontes largissimas de saxo eductas durissimo, profitientibus illis, quis? Mannæ scatiles pluuias, pro alendis famescentibus, & saginandis, quis? Quis talia portenta, ac mirabilia valeret opperari, nisi virtus illa cælestis, necnon, & insuperabilis potestas, quæ recondita est in tam excelso, & admirabili nomine, quale est* nomen Iesu dulcissimum? Ideò admirabilis ille. *Cui tantum nomen donatur Et* Consiliarus. *Sed cur non, si vtramque naturam Angelicam, videlicet, & mundanam altissimo Diuinæ Trinitatis Consilio, & incomprehensibili operandi modo a tenebroso non essendi chaos, ad lucem micantis inteligentiæ deduxit indiuisibili vnius conditoris actione? Et* fortis. *Sed* cur non fortis, *qui tam illustri coronatur diademate, cingitur gladio quem Sol, & Luna mirantur, & cui animatus ille philistinorum mons proceritate sublimis, superbia erectus, arrogantia armatus miserabili-*

ter ruens vsque ad puluerem, manu valentis Pastoris funda, & lapide numine tanti nominis fauente armorum pondere grauatus, & fatigatus miles ipso mortis accubeo obediens fatetur etiam inuitus? Rursus Pater futuri seculi, Princeps pacis. *Sed,* cur non Princeps pacis, *qui patientiæ magisterium honorauit? cur nō Rex, si in pōpa illa Hierosolimitana Regioque triumpho,* Rex acclamatur pacificus, mansuetus, & pauper? *Sed cur non statim Rex si Sceptrum illi, & corona Ariolatur, & causa? Cur in Cruce,* Rex Iudæorum? *Sed,* cur non Rex, qui Iesus? *Sed quid mirabor, si* Iesus, *ad saluandum venerat genus humanum. Ex quibus* Princeps pacis, & Pater futuri sæculi, *quippe qui inter cætera mirabilia, quibus inditia suæ Diuinitatis expræssit, Paternam quoque patientiam tolerantiæ tenore seruauit, à sublimitate cælesti descendens, interposita immortalitate, fieri se, & mortalem patitur, vt pro suorum salute perimeretur, & vt cæteri saginarentur ieiunat, & cum diabolo tentante congreditur, & aquam ipse lauandis Discipulorum pedibus ministrat, sædibus vestitur, sædieribus coronatur, pro coronandis Martyribus, pro operiendis immortalis claritudinis vestimentis pauperibus suis. O indicibilis, & insuperabilis charitatis nobilitas, & paternalis affectus Maiestas. Sed cur non hæc, si propterea datum est illi nomen, quod est super omne nomen?* Merito ergo Admirabilis, Consiliarius, Pater futuri sæculi, Princeps pacis, *qui in Cruce triumphans,* nomine coronatur Iesu. *Cur ergo patientiam nostram ex abundantibus venis, & scaturientibus fontibus Saluatoris emanantem eidem non rependemus, qui patientiam suam pro nobis ipse dependit? Rorem ipse Dominus super lucubrationes nostras suæ benedictionis effundere dignetur, vt fructus vberrima charitatis opus in Authore, & Author in opere coligat.* Vtinam patientia nostra opus perfectum habeat, *sed quomodo opus poterit habere perfectum, si Dominus ipse qui incepit solita sua misericordia, & pietate non perficit? Perficiat ergo.* Omnipotens Iesus. *Qui opus Redemptionis humani generis in Cruce pendens ibi triumphans perfecit, consummauit. Vtinam studiorum, ac laborum nostrorum exiguum munusculum gratum illi apparere dignetur, cui humili affectu dicatur, consecratur, obÿcitur. Cui etiam sit gloria, & Imperium per infinita sæculorum sæcula, Amen.*

CLA-

CLARISSIMO, NOBILISSIMOQVE OMNIVM virtutuum thesauro locupletissimo D.D. Petro Pacheco, Supremi Senatus, tum sanctæ, & Generalis Inquisitionis, tum Castellæ Consiliario integerrimo prudentissimoque Censori.

AVTHOR.

QVid dultius, quidque fælitius (clarissime Princeps) in euertendis antiquæ Sionis lapidibus cultor quispiam potuit quandoque, gratius atque delectabilius reperire, quam prætiosas quasdam fulgentes margaritas: quibus aut construi palatia, aut mirabili artificiandi methodo, vsque ad summum micantis fabricæ fastigium valeant meliorata restitui? Etenim nonullorũ temporum ploranda calamitas, ita ardentia fulgura (irato numine) experimur, atque perturbatorum Reguorum, miseram çmusationem, rebus propter internas, & exteriores magnorum Principum clades in ancipiti positis exhaustisque facultatibus: ita vt neque studiosorum florida ingenia, nec ingeniorum concæptus, vel prælo dari, vel clarissimorũ Principum munimẽto subijci sufficienter quiverint. Inter hæc tamen aduersantium materiarũ copia, æquum videbatur, vt non deficeret nouus, aliqualiter expertus cultor, qui ex prætiosis Tertulianicæ Sionis lapidibus, assiduo lectionis exercitio, nouam etiam litterariam construeret ciuitatem; in cuius eminentia cæteris altius emineret fortissima turris, ex qua mille clypei penderent, & omnis armatura fortium, vt venenantium linguarum iaculis terribilis pararetur occursus. Noua igitur lucubrationum nostrarum edificata ciuitas, tanto Principi protegenda obijcitur; vtinam benedictionibus repleatur, veluti tabernacula Iacob, & tentoria Israel. Sed quid Author, quidque oppus sub tã to Principe? Sub tam excelsæ claritudinis munimento? Quid nisi micantem, atque lucentem auroram? Quid nisi splendidissimum iubar, gratitudine, & veneuolentia sua coronantem opus, & Authorem. Ab Infantia florida, pulcherrimaque tenericudine tua, te cognoui? (clarissime Princeps) & ob ingẽtem ingenij tui efficacitatem à cunctis venerabaris, siquidem magnus eras; quid ergo non futurus in adulta ætate? Profecto maximorum vnus, quid? Maior certe, sed cur non maior, cuius magnalia contemplantur, reuerentur, quæ sub sole militant nationes, & spirant. Magnis flores insignitus honoribus, sed cur non, si omnes tuæ actiones non alio animantur spiramine, quam prudentiæ, Religionis, iustitiæ, humanitatis; quibus, & Princeps coronatus debet incedere. & Imperia conseruantur, dilatantur, & celeberrima fiunt; etsi hæc Regum arma, Imperatorum indumenta, Regio certe armaris gladio, Imperatorioque gaudes vestimento. Vtinam te purpuratum potiatur Hispania nostra, ac sedentem in throno mitissimi, & mansuetissimi Spiritus, quem tertio vidit Helas. Nichil in tẽ splendere honoris, & altitudinis inspicitur, quod dissimile tantis meritis tuis iudicetur, parum hoc, maiora tibi dona præparantur, gaudebo semper: cur non? si quidquid in me honoris in merito micat, à te, & propter te tecepisse fateor? Accipe ergo in obsequium, gratitudinis titulo, lucubrationum nostrarum munusculum, exiguũ valde, obtenebratum certe, tamen tua tutelari manu honorificandum, eruendumque ab Aristharcorum linguis. Gratitudo semper domicilium reperit in domo Principum, & veluti magistra donorum, opes cumulat diuites

coronat, exaltat paupetes, magnos armat milites, & humiles in ſublime ponit. Hinc noſtræ ſacræ Redemptorum familiæ ortum duxere clariſsimi viri, quorum Doctrina, & ſanctitate magna pars vniuerſi totius inter varias adſanctum temporum procellas, ſecura conſiſtit: quorum prudentia gubernatur. Hinc ſanctus ille Patriarcha noſter, Petrus Nolaſco, cui Angelorum Regina, vna cum ſancto Raimundo de Peña Fort, inſigniſsimo viro, de ſacratiſsima, ac Religioſiſsima Prædicatorum familia decus, & ornamentum. Et Rege Iacobo Aragonum, pro inſigni Redemptionis oppere ſubeundo, ſe conſpitiendam dedit. Hinc S. Raimundus Nonat, Cardinalis, qui à Chriſto Domino, ſpinarum corona meruit honorari. Hinc etiam de noſtra familia, clariſsimus ille frater Sanctius de Aragon, filius dicti Regis Iacobi, ac Toletanę Eccleſiæ Archiepiſcopus. Hinc, ſi ad hæc noſtra tempora ſermo conuertitur, ex Magiſtris Generalibus: Reuerendiſsimus Zumel, Salmanticenſis Scolæ ſplendidiſsimum iubar. Hinc celebris ille munera, mira virtute floreſcens Archiepiſcopus Zephalenſis. Hinc gloria concionatorum, ob in gẽtem indicendo gratiam, Reuerendiſsimus Machin, Archiepiſcopus Sardicenſis. Hinc piiſsimus ille pater pauperum. M. Gaſpar Prieto Sardicenſium prorex actandem Epiſcopus Eldenſis, & Perpiñanenſis. Hinc Illuſtriſsimus Cebria, fidelitatis, iuſtitiæ, & liberalitatis exemplar, Archiepiſcopus Zeſaraugustanus. Hinc tandem celeberrimus, tum in coucionando, tum etiam in gubernandi munere, prudentia inſignis, rerum comprehenſione nulli ſecundus. Reuerendiſsimus noſter P. M. Salmeronius totius noſtræ ſacræ Religionis Merito Generalis Magiſter, & Supremi Senatus ſanctæ Inquiſitionis cẽſor, cui gubernandi prudentia, quaſi natiua tam Eminentis viri proprietas. Hinc in omni ætate, omni acclamatione meritiſsimi Concionatores. Magiſter Sanctiago, & M. Boil, ille ob eximiam linguæ dulcedinem, & facundiã, os aureum, nuncupatus. Iſte ob in gentem ingenij celſitudinem, ſubtilitatẽ, & abundantiã Aquila grandis, in arduis ponens nidum ſuum, ſummens medulam cedri diuinarum, & humanum litterarum, accunctis ſentientibus profitetur Regius vere Concionator. Hinc clariſsimus, ac ſtudioſiſsimus, nec non Religionis cœlo ardentiſsimus, M. Melchior Prieto, qui humilitate pollens, Epiſcopatum renuntiauit. Hinc quatuor illi celebres Salmãticenſes Magiſtri R. P. M. Merino. M Garcia. M. Reyes. M. Leon fidei Chatolicę aceerrimi defenſores. & Scolę Angelici Doctoris Sanctithomæ fideliſsimi tutelares, & à ſecle. Hinc tandẽ duo alij Regij Concionatores celeberrimi. M. Fr. Ildefonſus Bazquez ſumma ingenij dexteritate floreſcens Abbas Sãctæ Anaſtaſiæ, & M. Fr. Gabriel Adarço Santander inſignis Theologus, ac virtutibus magnis inſignitus; â gratitudine quidem tot horum illuſtrium virorum magnalia coronata reperiuntur; ſed â gratitudinis aurora, cur non ſutilantia lumina, fulgentia ſidera. Sed cur à gratitudine pauca. Magna hæc ſed maiora pro gratitudine diſponuntur. Accipe ergo clariſsime Princeps ſub tuæ protectionis munimento noſtrarum lucubrationum Tertulianicæ patientiæ munuſculum, quod tibi, protegendum obijcitur gratitudinis dum taxat affectu, exiguus labor, ſed grande præmium, ſi tantum conſequitur, oppus Patronum, tutelarem protectorem; frænat calamum modeſtia, grauitas, & humanitas, qua polles, fælix curris, & veluti Sol ſplendens curſum peragis in meridie, occaſum neſciens, qui neſcit non iuſtitia, prudentia, & Religione coronari.

Vale.

IN-

AVTHOR.

MErito quidem ingenioso Lectori, subtilissimoque censori Tertulianica patientia, lucubrationum nostrarum mirabiliora obijcienda proponuntur; vt vel gratiora, ac florida (si quæ sint) colligas, aut minus idonea (quod certius fatear) conculcare, abijcereque non erubescas. Fateor quidem ingenioli mei tarditatem: & coram tãto iudice, tanti Authoris commentaria proponere, ad lucemque micantis inteligentiæ tuæ eiusdem sententias difficiles sanè apperire. Sed cur, si in te micat sapientia, prudentia comite, erubescam? Nam tunc lucubrationum nostrarum, quæ ruda, & tenebrosa videbuntur, discreto tuo silentio, & taciturnitatis honore coronata, ac rutilantia floreſcẽt; sim vero te ingenio, atque inteligentia tardum, & impolitum iudicarim (quod absit) tunc nec censoris nomẽclaturam; immo neque Lectoris, dum taxat, tibi adaptare qui vero: quia æquum non esset pratiosos mittere lapides in acervum Mercurij, cum te viderim Tertulianicæ arcis effæminatum militem.

Non miror quosdam, curiositate potiùs ad experientiam nouarum lucubrationum florentis Affricani, & interpratationis illius quandoque ductos fuisse quàm occasione fructus colligendi, hæc quidem nouitatis cuiusque natiua proprietas. Enim vero mirandum valdè, qualitèr se Tertulianus gesserit in lib. de patientia, qui est subiectum nostrorum commentariorum. In eo quidem reconditum inueniet quispiã thesaurum sapientiæ, & scientiæ humanarum, ac diuinarum rerum vtinam nostris lucubrationibus nitida, & pura eligantur metalla: ita, vt multis non obtenebrata appareant, sed potius omnibus, tanquam veritatis indicia, & politicorum monumenta obijciantur; quod sanè difficile, & exequi, & comparari. Cur non difficilia, quæ Tertulianica? Et cur non fortis ille, qui Affricano vtitur gladio? Tertulianus quidem triplici videtur pollere ingenio: Tullius tèr: sed cur non Tertulius, cui Tertulianus? Et si Tulius tanta censetur inteligentia eminere, cur Tertulianus non triplici gladio ingenij incedet armatus?

Fingebat quidem Poetarum ille Princeps, Virgilius Æneidos octauo Herylum quendam ob ingentem corporis proceritatem, tres habuisse animas, terque lætho sternendum fuisse: neque aliam ob causam, quã propter inusitatas, & portentosas hominis vires. Quod Euander Maronianus versibus ostentare videtur.

Et Regem, ac Hæryſum dextra ſub tartara miſſa
Naſcenti, cui tres animas Feronia mater
(Horrendum dictu) dederat terna arma mouenda,
Ter læto ſternendus erat, cui tunc tamen omnes
Abſtulit hæc animas, detrahet, totidem exuet armis.

Cur ergo, ſi triplici anima ingenium roboratur Tertulliani, non Mare fere impertranſibile, quod difficilime poſſit tranſuadari Tertulianus ipſe? Cur non mirabitur quicunque audaciam meam curioſus inſpexerit? Cum me viderit difficilem tanto Prouinciam recepiſſe? Nam in hoc libro de Patientia, & ſententiarum profunditas micat, & Catholicæ veritatis cæteris altius firmitudo coronatur. Qua propter, me exiſtimaſſe fatebor, hunc eſſe nouiſſimum, compendium ſelectiſſimum, moderamenque omnium aliorum, qui tanti Authoris potiti ſunt famâ, in quo, quaſi ad pœnitentiam maturauiſſet, in vltimo periodo, cũ Authorem omnium bonorum patientiæ ſuæ Patronum inſpexiſſet: in hæc verba prorumpit. Cæterum nos amemus patientiam Dei, patientiam Chriſti: rependamus illi, quam pro nobis ipſe dependit: offeramus patientiam Spiritus, patientiam carnis, qui in Reſurrectionem carnis, & Spiritus credimus. Hæc ille. *Vnde, cum ad arma Tertulianica laudenda, me non ita valentem viderem, ſtatim ad vlyſis diſcretum, eloquentemque fandi modum, & fatendi genium, accurrere non ſum veritus. De quo Ouidius Methamorph. 5.*

Spectatoque reſoluit ora ſono,
Neque abeſt facundis gratia dictis,
Si mea cum veſtris valuiſſent vota Pellagy,
Non foret ambiguus tanti certaminis hæres
Tuque tuis armis, nos te potiremur Achyle.

Tu ergo, ingenioſiſsime Genſor, ſi Florentis ingenio coronaris: ſi ſapientia, & prudentia, pulcherrimoque politicorum ſtilo gaudes, polles, pio affectu, & amicabili beneuolentia lucubrationes noſtras reſpicias obſecro, in quibus ſcholaſticæ Theologiæ armare peries: myſticæ, & expoſitiuæ pro Concionatoribus documenta conceptibus illuſtrata; necnõ & politicæ ſapientiæ floridæ prata. Parcas obſecro inſipientiæ defectibus, ſapienter age phœnix propera. Si grata hæc tibi fuerint, grationa, quæ prælo dantur pro ſecunda parte tibi libentiſsime obijcentur.

Vale.

GEN-

CENSVRA R. AD MODVM P. M. Fr. FRANcisci Boil, Regij Concionatoris Magni Philippi Hispaniarum Regis inuictissimi, & supremi Senatus sanctæ ac Generalis Inquisitionis Calificatoris, in sacra Theologia insignis, in concionando celeberrimi.

DE patientia edidit Tertullianus librum, thesaurum sanè, sed nucleo obtegente recõditum, accessit nouæ fax lucibus lucem obuoluens. Ruborem addidit strenuus à secla sufferentiæ Magistri. Eguit procul dubio patientia sua, noua quippe lux blandientis à culco speciem vulnerauit vindicta pudoris, vtinam vtraque Author illustratione gaudeat, sed Authoris penicillo vtar: *Illum orientis alitem de singularitate famosum, de posteritate monstruosum, qui semetipsum libenter funerans requiem sibi præstitisse flama non necem, phœnix quippe alarum motu præcipiti, non obitum sibi parat, sed ortum.* Recentis videlicet plumæ elucubrationes, quid aliud quam parenti vita functo contendunt sacra parentare? Viue Diu fælix Apher, & quem pœnorum rauca antiquitatis tuba nubibus obtexit, ecce novus; & non ignobilis Hesperiæ clangor ætenebris vindicat, cuncta sunt à Deo voluptuosa, suauitate referta, ne temere dixerim: hæc in offenso pede cucurri, liecbit sanè oppus eximium, non impigrę prælo mandari, vt Tertullianus, huc vsque vnus, huc vsque simplex, tamen maturitate sublata, iam multiplex pœnitus evulgetur. Ita calculum sensus de promo, Madriti, die 12. Aprilis 1640.

Fr. Francisco Boil.

CENSVRA R. AD MODVM P. M. Fr. GABRIELIS Adarço Santander, Philippi Quarti Magni, merito Concionatoris, ac suæ ingenij vivacitate Florentis Tertuliani Emulatoris, in vtraque Theologia insignis.

LIbrum *de Patientia* Tertullianus scripsit: propriã vereor, de explanatoribus vaticinans venturis. En adest vnus, cæteros anteuertens: duobus qui in libris dilecat librũ vnum. Grande oppus, quod tempus multum cõsumpsit, decem plus, super quatuor annorum grãde quod virum alias eruditum scholasticæ Theologiæ deditum, totum occuparit, totum subduxerit, totum sibi restituerit. Ecce labor, ecce Author, hunc ab illo, illum à isto cognosces (impatiens dixi (ideo breuiter) quidquid *de Patientia*, in fudaueris ipse patienter, censoream agam. Offendet nemo Catholicus, qui legat. Seliget plura Concionibus apta, qui tanto deseruit oneri tali digna commentario, tuæ explanationi. Fælix iam de patientia vetustissimus Author morali dum gaudet Commentatore, Quid non sæculi varietas gignet? Quid non studiosus priuatè tentabit? Quidque dicã? Oppus dicet: dignum sane suo Autlori: præla item fatigare hoc studium, cui subscripsi. Madriti in Cœnobio Redemptorum Beatæ Mariæ de Mercede, die vigesima Februarij, ann. 1640.

M. Fr. Gabriel Adarço Santander.

FRA-

FRATRIS FRANCISCI DE BENAVIDES licet in merâ in ſacra Theologia Magiſtri: in recommendationem, & laudem huius mirifici opperis ipſiuſque ſui Authoris eruditi ac literatiſsimi encomium, veridicumque teſtimonium.

DE mandato R.P.N. Fr. Hieronymi de Balderas, in S. Theol. M. Prouincialis Caſtellæ diligentia qua potui vidi, ac per legi hoc præclarum opus, cuius titulus eſt (*Florentis Tertuliani Presbyteri Cartaginenſis, de patientia liber vnus*) Authore Reuedo Patre Magiſtro Fratre Ferdinando de Orio, huius noſtræ Obſeruantiſsimæ Caſtellæ Prouinciæ primo Definitore, ac Suppremi Senatus ſanctæ, ac Generalis Inquiſitionis, Qualificatore digniſsimo. In quo nichil reperi, quod fidei, aut bonis moribus repugnet, multa potius pietatis documenta, atque inexplicandis rebus eruditio, ac ſimul plurima ſacræ Scripturæ teſtimonia optimis Sanctorum Patrum ſententijs explicata, & vt paucis vtar verbis inueni nil quod non ſit pium doctum, ac perconſequens vtile, non ſolum Concionatoribus ſancti Euangelij, Lectoribus ſacræ Scripturæ, verumetiã, & docentibus Scolaſticam Theologiam, nam in hoc caſu poſumus dicere illud Ioann. 1. Can. cap. 1. *Quod vidimus, & oculis noſtris perſpeximus, hoc annuntiamus vobis*, & ſic meo videri meretur, quod cito typis mandetur, vt ab omnibus citius noſcatur poſsitque omnibus, quod pro omnibus, tam latè aeuè, & fructuoſe eſt elaboratum hoc fateor, & cenſeo mantuæ Carpétanæ, in hoc noſtro Regali, ac Religioſiſsimo Cenobio Deiparæ Virginis Mariæ Redemptoriæ de Mercede, quinta decima die Menſis Februarij, anni milleſimi ſexcentiſimi quadrageſimi.

Fr. Franciſcus de Benauides.

FACVLTAS IMPRIMENDI THOMVM primum de Patientia ab Ordine.

FR. Hieronymus Balderas, in ſacra Theologia Magiſter Prouincialis Caſtellæ, Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede, Redemptionis Captiuorum, &c. Dilecto nobis in Chriſto Patri Magiſtro Fr. Ferdinando de Orio, eiuſdem Prouinciæ Definitori, & Suppremi Senatus ſanctæ, ac Generalis Inquiſitionis Cenſori facultatem concedi, vt librum cui titulus *Patientia Tertuliani, vnà cum mirabilibus, pro Concionatoribus Verbi Dei, &c.* Ab ipſo ſummo ſtudio elaboratum, & grauium noſtræ Religionis virorum calculo approbatum, typis mandet: Regio prius habito permiſſu, & Ordinarij licentia. In quorum fidem præſentes litteras dari iuſsimus, manu propria ſubſcriptas, & ſigillo noſtri officij Communitas, in hoc noſtro Madridenſi Cœnobio, die 24. Aprilis ann. D. 1640.

Fr. Hieronymus de Balderas
Prouincialis.

De mandato Reuerendi Admodum P.N. Prouincialis.

Fr. Ioan de Contreras, Præſ. & Secret.

CEN-

CENSVRA R. P. M. Fr. IOAN. DEL POZO

Ordinis ſancti Patris Dominici Prædicatorum Celeberrimi, Regij Concionatoris, Prouincialis Toletanæ Diœceſis, & vtriuſque Caſtellæ, ac Suppremi Senatus ſanctæ Inquiſitionis Calificatoris, ex commiſsione, D. Vicarij Generalis Madriti.

FLorentis Tertuliani Commentaria, ſuper librum de patientia, ædita à Reuerendo Patre, ſapientiſsimoque Magiſtro Fr. Ferdinando de Orio, ſacræ Religionis ſanctæ Mariæ de Mercede, ac eius obſeruantiſsimæ Prouintiæ Caſtellæ, meritiſsimo Definitore, & Suppræmi Senatus, ſanctæ Generalis Inquiſitionis Calificatore, non ſolum ex commiſsione Domini Licentiati Laurentij de Turtiçarra, Archiepiſcopatus Toletani, in Curia Regis Vicarij Generalis; ſed ſingulari etiam voluptate per legi cuncta eius elogia quibus per lectis ipſe Commentator librum de Patientia exornat. Quod vtique opus ſit eximium, & non ſolum eximium, ſed nitidum, & purum, & ab omni ſuſpitione alienum hijs Commentarijs merito referenda cenſeo. Eximia enim ſunt inter omnia, quæ Tertullianus elucidare conſueuit, hæc nitida, & pura, non modo alabe, ſed ab omni etiam erroris ſuſpitione. En aliam Authoris eiuſdem ſuæ promiſsionis exactiſsimam adimpletionem. Si enim primo in limine ſui operis fidem fecit ſe nec fugere Theologum, nec ſacræ paginæ commentum deſerere, nec moralis, ac miſticæ diſciplinæ ſtudium: omnia ad amuſim ſicut promiſsit exequitur. Quantum quidem ad Theologum expectat, inſignem continuæ lectionis ſuæ eruditionem redolet; Florentem in ſacra pagina viridantibus Paradyſis Magiſtrorum ſui lauream reſpirat; in deſeſum in ſacrorum Doctorum reſolutione, & per lectione ſtudium vibrat. Vnde dexteritate à Deo prompta eſt expolita ad ſententias ſuas ſuffulciendas paſsim vtitur, vt ad animum dumtaxat eius edifferendum etiam ab ipſis ſacris Doctoribus dictata, & deſtinata fuiſſe videantur. Prodeant ergo huiuſmodi commentaria in lucem, quam tum Prædicatoribus ſacra oracula edifferturis irradiatura, quam reliquorum etiam omnium vtile vſui pro futura iudico ſatis. In Conuentu Sacratiſsimæ Virginis de Atocha, die 29. Auguſti, ann. D. 1640.

Fr. Ioannes del Pozo.

LICENCIA.

NOs el Licenciado don Lorenço Yturrizara, Vicario General en la Villa de Madrid, y ſu Partido, &c. Damos licencia, por lo que â nos toca, para que ſe pueda imprimir vn libro, cuyo titulo es Patientia Tertuliani, vnà cum mirabilibus, pro Conçionatoribus Verbi Dei, tomo ptimero, cõpueſto por el Padre Maeſtro Fr. Fernando de Orio, del Orden de nueſtra Señora de la Merced Redencion de Cautiuos, Difinidor de la Prouincia de Caſtilla, y Calificador del Conſejo Supremo de Inquiſicion, adonde lo emos hecho ver, y no ay en el coſa que contradiga nueſtra Fè Apoſtolica, y buenas coſtumbres. Dado en Madrid à 22. de Setiembre, de 1640. años.

Licenciado Lorenço de Yturrizarra.

Por ſu mandado. *Iuan del Campo.*

CEN-

CENSVRA REVERENDI ADMODVM Patris Fr. Didaci de Victoria, in sacra Theologia insignissimi Magistri, Ordinis celeberrimi, sancti Augustini Patris nostri.

Iacobi epist. c. 1.

S. Thom. in comm. eiusdem.

Iusto Lypsij carmen pro commentariis Martini Delrio, in tragediam Senecæ.

Serm. 3. de bono patientiæ.

Prou. c. 19.

Orig. hom. 10. in Gen.

Dissecti in duos Tertuliani de patientia libri ælimatissima scolia, vna cum mirabilibus pro Concionatoribus Verbi Dei, quæ docuissimus Commentator, & Author, frater Ferdinandus ab Orio, in sacra Theologia Magister, & obseruantissimæ Prouinciæ Castellæ, sacræ Regalis, Militaris Religionis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum Dernitor, & Supremi Senatus sanctæ Inquisitionis Calificator scripsit, Supremi Regij Senatus iussu legi quorum ecce aptiorem Censuram: *Patientia nunc Tertuliani opus perfectum habet, vt sit integra in nullo deficiens.* Cum doctissimi litus, atque eruditissimi Commentatoris, fidei Orthodoxæ, ac moribus optimis omnino consoni à radice sint perfectæ patientiæ oriundi à sapientia videlicet Authoris vbique operis scaturiente: *Siquis autem vestrum indiget sapientia. S. Iacobus adiungit.* Hic ostendit (ait D. Thomas) in comm. epistolæ S. Iacobi: *Perfectæ patientiæ radicem scilicet, & sapientiam.* Spectatim vero in expositione textus Tertuliani, cuius accumen tenebræ occuparant, Authorem aspitio, & fulgurtio faculam præferentem adeo apte, & erudite.

Vt quem raro aliquis vir ante legit
Nunc legant, capiantque, vel pueri.

Mirabilia Concionatoribus exhibita ex visceribus sententiarum textus Tertulianis summa cum dexteritate deprompta patientiam commendant maxime inter cætera, virtutes diuagantem; quæ copiosa, & multiplex (Teste Cypriano) *Non angusto fine concluditur, nec breuibus terminis coercetur. Late patet patientiæ virtus, & vbertas eius, ac largitas; de vnius quidem nominis fonte proficiscuntur, sed exundantibus venis per multa gloriarum itinera diffunditur.* Itaque quibus est animus imbuere se penitus germana sapientia, qui meliorem sui partem induere, & vndique armare Diuinæ Doctrinæ sacris disciplinis meditantur; opportet hisce Commentarijs assue faciant oculos: *Doctrina enim huius viri per patientiam nosci tur, cum patientia, de domo sapientis ornatur.* Quare iudico dignissimum oppus, vt in lucem prodeat, à quo Diuini Verbi Concionatores lucem hauriant. Sic censeo in Conuentu sancti Philippi Matritensis, Ordinis sancti patris nostri Augustini, die 6. Iulij, ann. D. 1641.

Frater Didacus à Victoria.

Me-

Memorabilia errata corrigenda.

FOl.5.col.1.num.35.lin.32.ſiquis videret, lege ſiquid, f.6 c.3.n.37 l.23.fructiuis, leg.fructus, f.10.c.1.n.51.l.32.quadrige leg.quadrageſimæ, f.14.c.3.n.56.l.31. cauit, leg.canit, f.13.c.4.n.70.ſupreſſum, leg.ſupræmum, f.17.c.2.n.93 l.51.ſacto Raimundo, leg.ſanctum Raimundum, f.18.c.1.l.1.Domini, leg.Dominici, f.19.c. 2.l.48.noſtris, leg.noctis, ibi.c.3.l.17.ire dixerunt, leg. direxerunt, f 20.c.3.l 11.in fine ingenuem, leg.in gentem, f.24.c.4.l.13.ſecundos, leg.ſecandos, f.27.col 3.l.23. ſententia, leg.tua ſunt, ibi l.45.ſententia, leg.ſunt, f.34.c.2 l.49.ſolus, leg.ſolius, ibi. c.3.l.1.natus, leg.adultus, f.43.c.4.in fine, l.10.qualitatem, leg.qui autem, f.52.c.3.l. 7.pectus, leg.peccatum, f.54.c.3.l.9.affecto, leg.infecto, f.57.c.3.circa finem, l.5.& ſi non dum marito, ſuper adendum eſt, *cognito*, vel dicat, *quaſi nondum marito, etiam non cognito*, f.65.pag.2.in textu, l.16.odis, leg.odij, f.71.c.2.l.10.comitis, leg.comites, f.72.c.2.l.32.ſed diebus, leg.ſex diebus, f.21.p.1.c.2.l.37.faciet, leg.faciem, & c. 1.l.28.ne nudar, leg.ne nudaret, f.38.c.2.l.44.innoſcentes, leg.innocentes, f 82.c.1. propefinem, l.13.per mulier, leg.per mulierem, f.93.c.3.circa finem, l.12.inuenitur, leg.non inuenitur, f.99.p.1.l.3.debitis, leg.debetis, f.101.c.1.l 27.confirmatis, leg. conformitatis, f.57.c.3.circa finem, & ſi nondum marito, ſuper adendum eſt, *cognito*, vel dicat, *quaſi nondum marito, etiam non cognito*, f.106.c.4.in fine, l.18 facimus, lege facinus, f.110.c.1.l.19.ſcidia, leg ſcidit, f.113.c.3.l.8.& 9.auerſatanũ, leg.auerſantium, & paulo infra, culumniam, leg.columnam, f.113.c.4.fine, Diuinę, leg.Diuinam, f.115.c.4.l.21.Pontifices, leg.Pontificibus, f.117.col.2.fine, patiuntur, leg.patietur, f.122.c.1.l.34.apparuit, leg.apperuit, & c.3.l.13.babiliorum, leg. Babiloniorum, & c.4.l.6 pauper facit, leg.pauperem, & l.25.ingratitadinem, leg.ingratitudinis, f.126.c.1.l.13.blaſphemus fuit, leg.fui, f.129.c.3.l.18.probe, leg.præne, f.130. c.4.l.2.ſi ibi, leg.ſibi, f.134.c.4.ſublimite, leg.ſublimitate, f.135.c.1.l.16.aloquem, lege aloquentem, f.140.in margine, ſpes Dei, leg.Spiritus Dei, f.148.c.4.l.12.recipiebant, leg.recipiebantur, f 138.c.3.l.22.hoſtiarum, leg.oſtiarium, f.142.c.4 l.5.filia yſalci leg.Iſacci vita, f.152.c.2.l.34.diligendi, leg.diligentium, f.158.c.4.in fine, iuſtam, leg.luctam, f.160.c.2.l.20.mundus, leg.mundos, f.161.c.4.l.24.in eo qui erat, leg.qui errat, f.167.c.1.l.17.inuidó, leg.inuidi, f.172.c.3.l.56.ad Ieſu, lege ab Ieſu, ibidem, col.4.l.7.ingenij humanum, leg.in genus humanum, f.173.col.1.l.22.ſic, & effuſsio, lege, ſi caret effuſsio, & l.4.ſibi, leg.ibi.& c.2.l.23.arbitris, leg.arbitrij, f.93. c.3.circa finem.l.12.inuenitur, leg.non inuenitur, f.181.c.2.l.27.iniuriam, leg iniuriarum, f.110.c.1.l.19.pallũm, leg.palium, f.70.c.2.l.7.ad eius leg.ad, æs, & l.12.effectum, leg.æfetum.

LIber hic in nomine inſcriptus, *explicatio de Patientia quinti ſeptimij Florentis Tertuliani*, reſpondet fideliter ſuo exemplari. Datum Matriti, die 1. menſis, Iunij, anno 1644.

D.D. Franciſcus Murcia de la Llana.

Su-

Tiene Priuilegio por diez años el P. M. Fr. Fernando de Orio, de la Orden de nuestra Señora de la Merced, para que ninguna persona sin su orden pueda imprimir este libro intitulado: *Explicatio de patientia septimi florentis Tertuliani*, so las penas en el contenidas, a que me refiero: despachado en Madrid à 19. dias del mes de Iulio de 1641. años, firmado de Antonio de Aloſa Rodarte.

TASSA.

YO Pedro Fernandez Herran, Escriuano de Camara del Rey nuestro señor, de los que residen en su Consejo, certifico y doy fee, que auiendose visto por los Señores del, vn libro intitulado *Quinti septimi florentis*, compuesto por el Maestro fray Fernando de Orio, Comendador de la Orden de nuestra Señora de la Merced Calçada, en el Conuento de la Villa de Madrid: tassaron cada pliego del dicho libro à cinco marauedis, el qual tiene con tablas y principios ciento y treinta y nueue pliegos, q̃ al dicho precio mõta seiscientos y nouẽta y cinco mrs, en q̃ se ha de vender en papel, y dieron licencia para q̃ al dicho precio se pueda vender, y mandaron q̃ esta tassa se ponga al principio del dicho libro, y no se pueda vender sin ella: y para que dello conste di el presente. En Madrid à nueue de Iunio, de mil y seiscientos y quarenta y quatro años.

Pedro Fernendez de Herran.

INDEX SENTENTIARVM, QVÆ IN primo thomo libri de patientia Tertuliani, ſpecialiter declarantur, pro Concionatoribus, Verbi Dei, quæ dicuntur mirabiles.

Littera C. ſignificat caput, littera D. diſcurſum, littera N. ſignificat numerum marginalem.

CAPVT PRIMVM.

PRIMA SENTENTIA TERTVLIANI.

STat illis verbis: *Quando opporteat demonſtrationem, & commendationem, alicuius rei adortos ipſos priùs in adminiſtratione eius rei deprehendi, & conſtantiam commonendi, propriâ conuerſationis authoritate dirigere, ne dicta factis deficientibus erubeſcant*, c. 1. d. 1. n. 19. & n. 29. late explicatur, per plures parraphos.

Ex Cap. 1. Diſcurſus 2. Secunda ſententia Tertuliani, ſtat ibi.

Atque vtinam erubeſcere illud remedium ferat, vti pudor non exhibendi, quod alijs ſugeſtum imus exhibendi fiat magiſterium: niſi quod bonorum quorumdam (ſicut, & malorum) intolerabilis magnitudo eſt, c. 1. d. 2. n. 1. & 2. 9. vnico.

Ex Cap. 2 Diſcurſus 3. Tertia ſententia textus.

Itaque velut ſolatium erit diſputare ſuper eo quod frui non datur, vice languentiũ; qui cum vacent à ſanitate, de bonis eius tacere, non norunt, c. 1. d. 3. ſub n. 11.

Quarta ſententia ibi.

Bonum eius (S. patientiæ) etiam, qui cæca viuunt ſummæ virtutis appellatione honorent, c. 1. d. 3. n. 11. expenduntur, vſque ad n. 26. incluſiue.

Ex c. 1. d. 4. Quinta ſententia ibi.

Huic vni ſtudiorum ſuorum commiſſerint pacem, in eam conſpirant, in eam federãtur; illi in affectatione virtutis, vnanimiter ſtudent, omnem ſapientiæ oſtentationem de patientia præferunt, c. 1 d. 4. ſub n. 1.

Sexta ſententia Tertuliani.

Grande teſtimonium eius S patientiæ, cum etiam vanas ſeculi diſciplinas, ad laudem & gloriam promouet, aut nunquid potius iniuria, cum diuina res, in ſecularibus artibus voluntatur? c. 1. d. 4. ſub n 1. expenduntur, vſque ad n. 9. incluſiue.

Cap. 2. d. 5. pro ſententia totus diſcurſus.

Nobis exercendæ patientiæ authoritatem, non affectatio humana caninæ æquanimitatis ſtupore formata, ſed vinæ ac cæleſtis diſciplinæ diuina diſpoſitio delegat, Deum ipſum oſtendens patientiæ exemplum. Iam primum, qui florem lucis huius, ſuper iuſtos, & iniuſtos ſpargit æqualiter, qui temporum offitia elementorum ſeruitia, totius genituræ tributa, dignis, & indignis patitur ſimul occurrere. Et infra, *plures enim Dominum, id circo, non credunt: quia ſæculo iratum tamdiu neſciunt*, c. 2. d. 5. late per plures parraphos declaratur S. illa, pro dilectione inimicorum, à n. 1. vſque 18. incluſiue.

Cap. 3. Diſc. 6. Sententia 8. & 9.

Quid illa (S. patientia) autem, quæ inter hominis palam in terris, quodammodo manu apprehenſa eſt? Naſci, ſe Deus in vtero patitur Matris, & expectat, c. 3. d. 6. n. 1. & 4.

Sententia nona.

Natus adolescere sustinet, & adultus, non gestit agnosci, sed contumeliosus in super sibi est, & tentatoris congressus, solis verbis repellit, c. 3. d. 6. n. 1. & 4. explicatur per plures parraphos, Mysterium Incarnationis, vsque ad n. 18 inclusiue.

Discursus 7. Sententia 10.

Cum de Domino sit Magister, docens hominem cuadere mortem, ad solitæ scilicet veniam offensæ patientia eruditus; non contendit, non reclamauit, &c. c. 3. d. 7. à n. 19 vsque 21.

Sententia 11.

Nullum volentem sibi adhærere non suscepit, nullius mensam, tectum ve despexit, a quam ipse laudis Discipulorum pedibus ministrauit, c. 3. d. 7. à n. 19. vsque 21. & de inceps, vsque ad n. 44.

Discursus 8. ex c. 3. n. 45. Sententia 12.

Ingratos curauit, insidiatoribus cessit: parum hoc, si non etiam proditorem suum secum habuit: nec constanter denotauit, c. 3. d. 8. n. 45. & 52.

Sententia 13.

Ne vnius quidem discentis gladium, in vltorem probauit; patientia Domini, in Malcho Balnerata est, itaque & gladij oppera malexit in posterum, c. 3. d. 8. n. 45. & n. 52. late expenduntur, vsque ad n. 63. inclusiue.

Discursus 9. c. 3. n. 64. Sententia 14.

Taceo, quod figitur: ad hoc enim venerat; sed saginari voluptate patientia discessurus voluerat: despuitur verueratur, &c. c. 3. d. 9. n. 72.

Sententia 15.

Mira æquanimitatis fides; qui in hominis figura proposuerat latère, nihil de impatientia hominis imitatus est, c. 3. d. 9. ibi.

Sententia 16.

Hinc, vel maximè, ô Pharisei, Dominum cognoscere debuistis patientiam huiusmodi, nemo hominum perpetraret, ibi.

Sententia 17.

Penes nos vero, ratio, & structio satis apperte, non sermonibus modo, sed etiam Passionibus Domini sustinendo probant: patientiam Dei esse naturam effectam, & præfatiam ingenitæ quædam proprietatis, c. 3 n. 72. & n. 64. in textu, addit ad c. 1. vbi sententia 1. docet, *ne dicta factis deficientibus erubescant*, c. 1. d. 1. n. 19. & 29 supra.

Cap. 4. n. 1. d. 10. n. 1. Sentent. 18. Vna tantum sententia expenditur in hoc discursu.

Artificium pro merendi obsequium est: obsequij vero disciplina, morigera subiectio est; iudicium Dei in suos, non compede, aut pileo, vertitur, sed in æternitate; aut pœna, aut salutis, c. 4. d. 10. n. 1. & n. 3.

Disc. 11. c. 4. n. 17. Sent. 19.

Et tamen nos, non de hominibus seruitute subnixis, verumetiam de pecudibus, etiam de bestijs obedientiam exprimimus, c. 4. d. 11. n. 17. & 20.

Sententia 20.

Satis enim agnitio Dei, quid sibi incumbat intelligit, c. 4. d. 11. n. 17. & 21. curiosè explicatur hæc sententia, vsque ad n. 33. inclusiue, cum prima.

Disc. 12. c. 4. n. 34. Sent. 21.

In hoc discursu sententia stat in toto illo, & in explicatione textus, quid contineat sufficienter explanatur.

Cap. 5. n. 1. Disc. 13. ibi.

In hoc etiam discursu, totus ille pro sententia est, & in ipso textu satis declaratur, quod ingeniosum est, c. 5 à n. 1. vsque ad 9.

Disc. 14. c. 5. n. 10.

In hoc discursum, totus ille est pro sententia, & latissime declaratur, quidquid ponderatione dignum est, c. 5. à n. 10. vsque ad n. 19.

Dis-

Disc.15.c.5.n.20.Sent.24.

Quid primum fuerit ille Angelus perditionis malus an impatiens? Contemno quærere postea cum sit, impatientiam cum malitia, aut malitiam ab impatientia auspicatam deinde inter se conspirasse, & individuas in vno Patris sinu adoleuisse, 5.n.d.15. n.20.& 25.vbi de peccato Angelorum, late.

Sententia 25.

Conuenta statim illi mulier, non temere dixerim, per colloquium ipsum eius afflata est Spiritu impatientia infecto vsque adeo numquam omnino peccasset, si Diuino interdicto patientiam præseruasset: quid quod non sustinuit, sola conuenta? Sed apud Adam nondum maritum, nondum aures sibi præbentem impatiens etiam tacendi est? Ac traducem illum eius quod à malo hauserat facit, c.5.d.15 n.20.& 25.

Sententia 26.

Perit igitur, & alius homo, per impatientiam alterius pirit mox, & ipse per impatientiam suam vtrobique commissam, & circa Dei præmonitionem, & circa diaboli circunscriptionem illam seruare, hanc refutare non sustinens, c.5.d 15.n.20.& 25 late de peccato mulieris, & de consortio illarum, & de peccato Adami, vsque ad n. 68.inclusiue.

Disc.16 c.5.n.69.Sententia 27.

Hinc prima iudicij, vnde delicti, origo: hinc Deus iratus exorsus, vnde offendere homo inductus: inde in Deo, prima patientia, vnde indignatio prima, c. 5.d.16. n.74. & in textu latius sup.n.59.

Sententia 28.

Innocens erat (scilicet homo) & Paradysi colonus, at vbi semel succidit impatientiæ, desiuit Deo sapere, desiuit cælestia sustinere posse; exinde homo terræ datus, & ab oculis Dei dilectus facile vsurpari ab impatientia cæpit, in omne quod Deum offenderet; & docuit filium ab homicidio incipere, c. 5.d. 16.n.74. late vsque ad n.102.inclusiue.

Disc.17.c.5.n.103. Sentent 29.

Frustra istud impatientiæ adscripserim, si Cain ille primus homicida, & primus fratricida, oblationes suas à Domino recusatas æquanimiter, nec impatienter tulit, iratus fratri suo non est, si neminem denique intrecmit; cum ergo nec occidere potuerit, nisi impatiens, & iratus, nec irasci, nisi impatiens: demonstrat, quod per iram gesserit, ad eam referendum: aqua ira sugesta est per hæc impatientiæ, tunc infantis quodammodo incunabula, c.5.d. 17.n.106.lege textum, inuenies multa notatione digna, latissimè agitur de S.Ioanne Baptista, vsque ad n.187.inclusiue.

Disc.18.c.5.n.188.lege. Sententia 30.

*Talis igitur excetra delictorum: cur non Dominum offendat improbatorem malorum? An non ipsum quoque Israel, per impatientiam semper in Deum deliquisse manifestum est? Oblitus brachij cælestis: de Aaron sibi Deos duces postulat: cum in Idolum auri sui collationes diffundit. Post Mannæ fatilem pluviam, post petræ aquatilem sequelam, desperant de Domino, &c.c.5.d 18.n 207.& n.210.latissime agitur de ingratitudine Iudæorum, vbi etiam multa de virtute gratitudinis, vsque ad n.244.exclusiue.

Cap.6.n.224.Disc.19.c.6.n.224.& n.infra 1.Sent.31.

Fidem eius patientia probauit, c.6.d.19.n.127.in fine, de fide Abrahæ.

Sententia 32.

Nam olim oculum pro occulo, dentem pro dente, repetebant: quia facile est, absente Domino patientiæ, & Magistro, qui postquam superuenit, gratiam fidei patientia composuit: inquiens diligite inimicos vestros, orate pro persecutoribus vestris, vt sitis filij patris vestri, videtis qualem patrem patientia donauit, c.6.d.19. n.224. & n.228.in fine, vsque ad n.236.ex d.19.

Disc.20.c.6. incipit à n.1.explicat sentent.32.quæ incipit, nam olim occulum pro occulo, quæ erat 2 ex c.6.& ex d.19. nunc illa sententia facit discursum vigesimum, vsque ad n.29.inclusiue, agit de dilectione inimicorum, & de verbis Christi Domini pendentis in Cruce, per quinque parraphos.

Cap.7.n 1.Disc.21.ibi. Sentent.33.

Nec maior adpecuniæ contemptum exhortatio subiacet, quam quod ipse Dominus, in nullis diuitijs inuenitur; semper pauperes iustificat, diuites prædamnat, c.7.d.21.n. 8.latissime, vsque ad n.89.inclusiue, vbi multa habes, de principibus, atque de eorum Ministris, de Prælatis, & subditis, notatione dignissima.

Disc 22.c.7.n.90.Sent.34.

Quomodo amicos, de mamona fabricauimus nobis, si eum in tantum amauerimus, vt amissum non sufferamus? Et nescio, an facile, vel ex animo ipse rei suæ manum in ferre posset in causa Eleemosynæ? Siquid minutum, sibi furto, vel vi, vel ignauia, non obstanter sustinere constituit, c.7.d.22.sub n.98.late, vsque ad n.153.inclusiue.

Cap.8.n.154 Disc 23.ibi.Sent.35.

Ipsam animam, ipsumque corpus in sæculo isto expositum omnibus ad iniuriam gerimus, eiusque iniuriæ patientiam subimus, minorum deliberatione lædemur? c.8. d.23. n. 172.

Sententia 36.

Fatigetur improbitas patientia tua, ibid.

Sententia 37.

Si lingua amaritudo, maledictio, siue conuitio eruperit, respice dictum; cum vos maledixerint gaudete; aut crutiabor impatientia muta, ibi. Vide textum supra n.154. late expenduntur istæ sententiæ, vsque ad n.244.inclusiue.

Disc.24.c.8 n.245.Totus discursus, pro sententia, Sententia 38.

Hic iam de patientiæ voluntate, nam omnis iniuria, seu lingua, seu manus incussa, eã patientiam offenderit, eodem exitu dispungetur, &c. vsque ad illud verbum, *hæc est patientiæ vtilitas, & voluntas*, c.8 d.24.n.245 late, & ingeniose, vsque ad n.283.inclusiue. Disc.25.n.284.c.9.ibi.Totus textus, pro sententia est, Sent.39.

Ne illa quidem impatientiæ species excusatur in amissione nostrorum. vbi aliqua doloris patrocinatur assertio, &c. vsq; ad illa verba. *Cur enim in moderate feres abijsse, quem mox subsequeris*, vbi late agitur, de cura agenda, pro mortuis, & quomodo flẽdi sunt, & sepeliendi charissimi, vsque ad n.455. & n.284. multa etiã de memoria mortis, & quam vtile sit mortem præuenire, antequam veniat.

Disc.26.c.9.n.456.Totus textus, pro sententia est, Sentent.40.

Cæterũ impatientia in huiusmodi, & spei nostræ male ominatur, vsque ad illud verbum, *si alios consecutos impatienter dolemus, ipsi consequi nollumus*, c 9.d.26.n.456. vsque ad n.492 inclusiue latissime agitur, de morte, & illius memoria.

Cap.10,n.1.Disc.27 n.1.ex c.10. sentent.41.

Est & alius impatientiæ stimulus: vltionis libido, negotium curans, aut gloriæ, aut malitiæ; sed & gloria, vbique vana, & malitia, nunquam non Domino odiosa, hoc quidem maxime, cum ab alterius malitia prouocata superiorem se in exequenda vltione constituit, & remunerans nequam dapplicat, quod semel factum est, vltio penes errorem, solatium videtur erroris, c.10.d.27.n.1.

Sententia 42.

Absolute itaque præcipitur malum, malo, non rependendum; nã & par factum, par habet meritum: quomodo id obseruabimus; si fastidientes in fastidio vltionis, non erimus? Quem autem honorem litabimus Domino Deo, si nobis arbitrium defensionis arrogauerimus c.10.d.27.n.1.& 12. latissime agitur de dilectione inimicorum, & de fuguienda vindicta.

Disc.28.ex eodem, c.10. Totus textus, sententia est, Sentent.43.

Nos putres, vasa fictilia, seruulis nostris a summentibus sibi de conseruis vltionem grauiter offendimur, &c vsque ad illud verbum, *si non dolebo, vlciscí non desiderabo*, in quo textu, quot verba, tot sunt sententiæ, vt legenti constauit, quæ in explicatione textus apperiuntur, & postea incommentario, à n.1. vsque 234. inclusiue, ibi. finis huius primi thomi, vbi solum complectuntur, & explanantur decem capita libri de patientia Tertuliani.

Sed nota, quod quamuis non explicite ponantur in hoc indice nisi 43. sententiæ, in textibus tamen plures aliæ expenduntur. Rursus in numeræ fere sententiæ eiusdem Tertuliani, ex alijs libris declarantur, & illustrantur, quibus discursus nostri elucidantur, nullam tamen (ni fallor) sententiam inuenies, ipsius Tertuliani, deductam ex libris, in quibus vel minima suspitio est. Tu videbis.

IN-

INDEX ANNOTATIONVM, SEV parraphorum moralium, in hoc primo thomo libri de patientia, pro Concionatoribus contentorum, ad ipsius operis vberiorem explanationem.

Litteta C. significat caput Authoris, littera D. significat discursum, littera P. parraphum, littera N. numerum; vbi nota, quod numeri ponuntur in margine.

CAP. PRIMVM, INCIPIT A N. 19.

TEXTVS.

CONFITEOR AD DOMINVM.

DISCVRSVS PRIMVS.

1 §. 1. Quam placido vultu, oues Pastorem sequuntur, etiam in laboribus; si quod Pastor docet verbis operibus, non contradicit exemplumque ponitur, de Dauid, & Moyse, & alijs, n. 29. c. 1. d. 1.

2 §. 2. Ratio quare Discipuli Christi, electi ad munus Apostolatus timuerint? Quare tristes euaserint? Et qualiter Dauid fleuerit aliquando, dum illi onus Regnandi offerretur; & qualiter alij, timere debeant Prælaturas, & de nostro Patre, sancto Petro Nolasco, etiam tale onus, vbi de fundatione Ordinis B. Mariæ de Mercede, & de eius confirmatione, n. 38. c. 1. d. 1.

3 Pergit discursus, explicando causam, quare tristitia impleuerit corda Discipulorum, ea consideratione, qua anima Spiritus appellatur; & vt anima dicitur in consideratione, & secundum varium operandi modum, & attingendi Deum, d. 1. c. 1. n. 50.

4 Prosequitur idem discursus, & ponitur secunda causa tristitiæ Discipulorum, & hæc quia dixit Christus, ego vado, n. 55. c. 1. d. 1.

5 Pergit discursus, & ponitur alia causa tristitiæ Apostolorum, & stat in eo, quod ante dixerit, eos præluras persecutiones, & mortem sustinere, absente illo, & iam ad dexteram Patris sedente Christo Domino, c. 1. d. 1. n. 59.

6 Prosequitur discursus, de causa tristitiæ Apostolorum; nempe onus gubernandi, quod quandoque tristauit cor, Dauidicum & cor, sancti Patris Petri Nolasci, c. 1. d. 1. n. 66. Vbi tota proposita assumpti resolutio.

7 Prosequitur discursus, & soluitur iam, quod attinet ad sanctum Petrum Nolasco; & ponitur, quid acciderit, cum renuntiare desiderauit officium Magistri Ordinis; vbi epistola ponitur sancti Raymundi de Peña Fort, ad eum missa, de non renunciando officio, & de Ordinis nostri initio, & confirmatione, c. 1. d. 1. §. 2. n. 70.

8 Prosequitur discursus, in quo declaratur, quod sanctus Petrus Nolasco, desiderauit officium Magistri generalis renuntiare; & quod visa epistola sancti Raymundi non renuntiauit: illius Consilium amplectens, c. 1. d. 1. §. 2. n. 103.

Discursus 2. n. 1. Prosequitur Author, Textus, *atque vtisam erubescere*, ibi.

9 §. vnicus sunt mala tam grandia, & sunt etiam aliqua bona tam insuperabilia: quod tolerari non possunt: vt sunt, quædam peccata, & sunt quædam beneficia, c. 1. d. 2. §. vnico, n. 2.

Discursus 2. c. 1. n. 10. Textus, *itaque velut solatium*, ibi.

11 §. 1. Qualiter multi gaudent, agendo de aliorum virtutibus, & vitijs, quandoque laudando, quandoque vituperando, vbi de vero amore aliqua, c. 1. d. 3. n. 12.

12 §.2. Ponitur, quod virtus, vbique & apud omnes nationes, valde honoratur, & colitur, vbique regina est, vbique potens, c. 1. d. 3. n. 22.

Discursus 4. n. 1. Textus, *Philosophi quidem*, ibi.

13 §. 1. Ponitur, quam grauiter puniantur à Deo, qui sub specie virtutis, & Religionis, ad mala, & peccata properant, d. 4. c. 1. n. 2.

14 §. 2. Parum, aut nichil, à crescit virtuti, quod à vitiosis, & contumeliosis, laudetur: immo, de crescit sepius, crescit tamen sotiata virtus, c. 1. d. 4. n. 6.

Cap. 2. n. 1. Textus, *nobis exercendæ patientiæ*, ibi.

Discursus 5. *Dignis patitur, & indignis simul occurre*, ibi.

15 §. 1. Ponitur Deum omnibus occurrere fauendo, c. 2. d. 5. n. 5.

§. 2. Deus mirifica cura agit, de fauendo homine, seu amico, siue inimico, quod intentum prosequitur Author, in eadem sententia relata, c. 2. d. 5. n. 14.

16 §. 3. Ponitur, ita Deum esse patientissimum, vt irasci, quasi nesciat, c. 2. d. 5. n. 16.

Cap. 3. Discursus 6. n. 1. Textus, *& hæc quidem diuinæ patientiæ species*, ibi.

Agitur de Mysterio Incarnationis, in hoc discursu.

17 §. 1. Angelo accedente ad Mariam sanctissimam: virtutes illius occurrerunt Christo Domino, in toto Mysterio, & illius consummatione mirabili, c. 3. d. 6. n. 5.

18 §. 2. Deus factus homo, & iam natus, de Beata Virgine, non statim voluit manifestare, suam magnitudinem, & excelentiam, c. 3. d. 6. n. 10.

Discursus 7. n. 19. Textus, *cum de Domino fit Magister*, ibi.

19 §. 1. Christus de Domino fit Magister, & qualiter Dominium dicit rigorem; Magisterium autem suauitatem, c. 3. d. 7. n. 22.

20 §. 2. Ponitur quod omnes desiderant, quod sua magnalia cognoscantur: Christus tamen occultauit suam Maiestatem, c. 3. d. 7. n. 28.

21 §. 3. Digressio quædam de Iudæis: quod ad dignitates, quarundam Ecclesiarum, & Collegiorum non ascendant, c. 3. d. 7. n. 34.

22 De Iudæis antiquis, c. 3. d. 7. n. 38.

23 De Iudæis, qui fuerunt in tempore Christi Domini, c. 3. d. 7. n. 39.

Discursus 8 c. 3. n. 45. Textus, *non peccatores*, ibi.

24 §. 1. Peccata subditorum, non leniter sunt prodenda, & publicanda: sed prudenter, c. 3. d. 8. n. 53.

25 §. 2. Ponitur patientiam Christi ledi videri si quis effundat sanguinem tempore, quo ipse pro nobis patitur, qui voluit saginari, voluptate patientiæ, c. 3. d. 8. n. 60.

Discursus 9. Textus, *Taceo quod figitur, c. 3. n. 64.*

26 §. 1. Ponitur qualiter ingratitudo illorum, quibus fecerat multa beneficia Iesus, simul cum multitudine opprobriorum, fuit pabulum eius, c. 3. d. 9. n. 73.

27 §. 2. Christus Dominus est liber ab omni peccato, & quod peccare non potuit, c. 3. d. 9. n. 79.

28 §. 3. Ab humilitate Christi: debet cognosci eius diuinitas, c. 3. d. 9. n. 88.

29 §. 4. Ponitur, quod ille alicuius Patris filius videtur, cuius mores imitatur: & qualiter subditi, sequuntur exemplum Regis, & Superioris, c. 3. d. 9. n. 91.

Cap. 4. obsequium patientissimum Deo debemus, Textus, *Igitur si probos quosq; n. 1. Discussus 10.* ibidem.

30 Ponitur, qua diligentia serui Dei, Deo ipsi seruiunt multo melius, quam serui tem-

temporalium Dominorum: qui artificio seruitutis obsequuntur, c.4.d.20. sub n.3.
31 §.2. Prosequitur eadem materia, de viris perfectis, c.4. d.10.n.12.

Discursus 11. Textus, *& tamen nos, non de hominibus modo, c.4.n.17.*

32 §.1. Grauissimè peccant, qui alijs claudunt viam salutis æternæ, c.4.d.11.n.22.
33 Munus Imperandi, suam habet Infantiam; vt potius suauiter, quam crudeliter exerceatur, c.4.d.11.n.26.

Discursus 12. Textus, *ne tamen vt extraneum, c.4.n.33.*

34 In hoc discursu sola est explicatio textus.

Cap.5. Discursus 13.*n.*1. Textus, *verum tamen*, ibidem.

35 In hoc discursu nichil aliud est, nisi explicatio textus, notatione digna.

Discursus 14.*n.*10. Textus, *consideremus igitur*, ibidem.

36 Nichil ponitur in hoc discursu, nisi explanatio textus, notatione digna.

37 *Discursus* 15. *n.*20. Textus, *quid primum fuerit ille Angelus perditionis, c.5. n.*20.
38 §.1. Peccatum primi Angeli, fuit superbia, vbi eius impatientia, c.5.d.15.n.26.
39 §.2. Perditio mulierum, collocutione cauete ab illis, c.5.d.15 sub n.40.
30 Quale fuerit primum peccatum, primi parentis, & quam grauiter puniendi sunt inductores ad peccandum, siquidem in eamdem incidunt malitiam; immo, multo magis, c.5.d.15.n.52.

31 Discursus 16.n.69.c.5. Textus, *hinc prima iuditij, vnde delicti Origo*, ibidem.

32 §.1. Nostra peccata, iudicem Deum faciunt: qui Pater misericors est; tamen vlatorem reddunt, dum iram prouocant Dei, c.5.d.16.n.75.
33 §.2. Ponitur, qualiter, propter culpam, eiecit Dominus Adamum de Paradyso; & qualiter posuit Cherubim ad hostium Paradysi, c.5.d.16.n.93.

34 Discursus 17.c.5.n.103. Textus, *frustra istud impatientiæ adscripserim*, ibid.

35 §.1. Qualiter ab Infantia puerorum, noscitur ætas robusta: & à conditione, & moribus pueritiæ, facile speculantur mores ætatis prouectæ: vbi ponitur, historia de Cain, & Abel, & illorum sacrificia, c.5.d.17 p.1.n.107.
35 §.2. Ponitur, quantus, & qualis futurus sit, S. Ioannes Baptista, in cuius natalis tot prodigia videntur, ita vt admirantes disquirant, *quis putas puer iste erit?* Nam si talis in incunabulis, qualis iam adultus factus? c.5.d.17.n.121.
37 §.3. Prosequitur, eadem materia, de honoribus, sancti Ioannis Baptistæ, & quam gratum sit, Deo, dicari ipsi Deo, ab Infantia, c.5.d.17.n.132. latissimè habes.
38 §.4. Prosequitur, eadem materia, de laudibus Baptistæ, & agitur, de Baptismo Christi, vbi ad historiam recurrit Author, aliquatenus, c.5.d.17.n.144. late.
39 §.5. Institutio Baptismi à Christo Domino, & declaratur tempus institutionis illius, prout à Ioannis Baptismo distinguitur, & essentia Baptismi expenditur, c.5.d.17.n.160.
40 § 6. Sacramentum Baptismi, facit Angelos: vbi prosequitur materia, de laudibus Baptistæ, prout S. Bernardus, de illo loquitur, c.5.d.17.n.169.
41 §.7. Ponitur concio integra selectissima, pro Natiuitate Baptistæ, ad illa verba, Esai.49. *Audite insulæ, & attendite populi de Longe, Dominus ab vtero, vocauit me, de ventre matris meæ, recordatus est nominis mei, c.5.d.17.n.176.* *Esai.49.*
42 §.8. Pro laudibus Baptistæ, historia de causa, de collationis eius, vbi multa notatu digna inuenies: vt videas, quod si magnus fuit, adhuc Infans, quod Magnificus fuerit, iam adultus, c.5.d.17.n.193. latissimè.

Dis-

Discursus 18.c.5.n.188.Textus, *nam vt compendio dictum sit*, ibidem.

43 §.1. Ponitur, qualiter, ingrati semper, se ostentauerint Iudæi, aduersus Christum Dominum, adhuc, in numeris receptis ab ipso Domino beneficijs, c.5.d.18.n.211.

44 §.2. Quomodo Deus, pro Israele pugnauerit: & qualiter illi populo, nempè Iudæorum, opem dederit ad vincendum, c.5.d.18.n.219.late.

45 §.3. Gratiarum actio, sit Deo gratissima, c.5.d.18.n.225.

46 §.4. Quod in Toletana Ecclesia, ingratissimi Iudæi, & qui ab illis descendunt repelluntur, & odio habentur, vbi quinque, aut sex causæ assignantur, de rectitudine statuti, Toletani super hoc, c.5.d.18.n.230.

Cap.6.n.124.Discursus 19.ibid.Textus, *Ipsa à Deo est, quæ fidem, & subsequitur, & antecedit*, ibidem.

47 §.1. Historia de fide Abrahami, de patientia, & obedientia illius, c.6.d.19.n.1. latissimè, curiosè.

48 §.2. Ponitur excelens patientia, & fides Abrahæ, tamquam exemplar nostrum, & historia prosequitur illius, c.6.d.19.n.15.

49 §.3. Prosequitur eadem historia, de fide Abrahæ, & obedientia Isaac, & agitur de dolore cordis, aligando filium, & ponendo super struem lignorum, loca sanctorum ponuntur solum, & altorum selectissima, c.6.d.19.n.23.

50 §.4. Vnde constat, reuelationem illam factam Abrahamo, de immolando filio, esse reuelationem Diuinam, & non diabolicam inductionem, machinantem mortem filij, c.6.d.19.n.26.

51 §.5. Prosequitur eadem historia, de obedientia Isaac, & fide Abrahæ, & patientia illius: dum sub gladio Patris filius ligatus est: & de cura Dei, mittentis Angelum, in angustia magna, vt liberet Isaacum, à gladio paterno, c.6.d.19.n.31.

Discursus 20.c.6.n.1. *Pro secunda sententia selecta*, ibi.

52 §.1. Quam necessaria sit patientia, pro dilectione inimicorum, c.6.d.20.n.1.

52 §.2. Ponitur, pro dilectione inimicorum, Christus Magister, & Dominus patientiæ, eiusque figura, in antiquis, quibusdam, exorantibus, pro inimicis, c.6.d.20. n.8.

53 §.3. Prosequitur exortatio de dilectione inimicorum, exemplo Barbarorum, & Gentilium, & malorum: qui ita fecerunt, c.6.d.20.n.15.

54 §.4 Christus Dominus, in Cruce pendens orat pro inimicis ad Patrem, *Pater ignosce illis*, c.6.d.20.n.18.

55 §.5. Prosequitur discursus, de dilectione inimicorum, ex verbis Christi Domini pendentis in Cruce, vbi locus, Cantic.2. expenditur, c.6.d.20.n.26.

Cap.7.n.1. Discursus 21.ibi. Textus, *Iam vero percurrentibus nobis causas*, ibi.

56 §.1. Ponitur, quod ex potentia sæpius nascitur crudelitas: vbi de contemnendis diuitijs, ex quibus, in Principe, multories reperitur in honesta conuersatio, & turpis illarum cupiditas, vbi clarissimorum virorum documenta sunt, c.7.d.21.n.9.

57 §.2. Quantæ crudelitates, & incommoda causantur ex nimia Regum cupiditate diuitiarum. vbi prosequitur materia de contemnendis diuitijs, c.7.d.21.n.17.

58 §.3 Quam venenosa res est, esse auarum, pecuniæ cupidum, & illiberalem, & sibi accommodatorem rerum subditorum contemnendo timorem Dei, c.7.d.21.n.27.

59 Quod quando Reges, donativa petunt, non sine magna necessitate petant, & quod petant, ut ad subueniendum necessitatibus Regnorum, non ad illicita, & superflua, quod credendum non est, c.7.d.21.n.43.

60 §.5. Quam miserrimus sit status Regnorum, & Regum, & vnde oriatur, miseria illorum declaratur, c.7.d.21.n.53.

61 §.6. Sæpius vastatur propter impietatem Principis gubernantis Regnum, c.7.d.21.n.68

62 §.7. Ponitur, quod hæresis sit, summa reipublicæ pernities, & mortale venenum, c.7.d.21.n.73.

§.8.

63 §.8. Contemptus Religionum, & Sacerdotum est magna, & misera Regnorum pestis; grandeque malum, mortiferumque venenum, c.7.d.21.n.77.

64 §.9. In temperata luxuria, & iniustitia Regum penitus euertunt Imperium; ipsumque miserum faciunt habes, c.7.d.21.n.83.

65 §.10. Princeps munera iustissime exigit à subditis, quando ipse, pro illorum defentione, sanguinem fundit munera offert, c.7.d.21.n.89. latissimè.

Discursus 22.c.7.n.90. Textus, *iam qui minutum sibi aliquid, aut fusto*, ibidem.

66 §.1. Quid sint bona temporalia? Et qualiter euersio Babilonica, & Pharaonis plorandus finis caueatur ex nimia pecuniarum dilectione, c.7.d.22.n.99.

67 §.2. Ponitur, quod bona temporalia fallunt, & decipiunt, & quod paupertas anteponenda est diuitijs, tamquam nobilior, & tutior, c.7.d.22.n.106.

68 §.3. Paupertas Euangelica est felix: quia illi promittitur Regnum cœlorum, c.7.d.22.n.112.

69 §.4. Multiplex virtus paupertatis Euangelicæ, quæ gemma prætiosa est, & facit animos generosos, & liberales, c.7.d.22.n.119.

70 §.5. Qui perfectè Christum Iesum sequitur, omnia bona mundi despicit, vt cælestibus viuat, & dives fiat gloriosus, c.7.d.22.n.126.

71 §.6. Ponitur, quam vtilis, & laudabilis sit Eleæmosina: in qua despectus diuitiarum, in qua amor Dei dignoscitur habes, c.7.d.22.n.129.

72 §.7. Eleæmosina, facit quodammodo Sacerdotes, c.7.d.22.n.138.

73 §.8. Qualiter triumphat, qui vtitur misericordia, cum paupere: & quod est similis Deo; qui misericors est, habes, c.7.d.22.n.143.

Cap.8.n.154. Discursus 23. ibi. Textus, *Ipsam animam, ipsumque corpus, &c.* ibid.

74 §.1. Homo nascitur ad laborem, & quod exemplo maiorum, mala, patienter debemus sustinere, c.8.d.23.n.173.

75 §.2. Ponitur, quod amatores Dei, diuites fiunt laboribus, & tormentis pro Deo patienter perpessis, habes, c.8.d.23.n.180.

76 §.3. Qualiter fatigantur Tyrani, cognita patientia Martyrum, c.8.d.23.n.187.

77 §.4. Exaltantur, qui patienter sustinent tormenta, & fortitam est necessarium, vt torqueantur, ne cadant quorum exaltatione, fatigantur Tyrani, c.8.d.23.n.196.

78 §.5. Dominus ponit Martyres insublime, & qualiter dissipat cogitationes malignorum, ne impleant manus eorum, quod ceperunt, c.8.d.23.n.201.

79 §.6. Ponitur, qualiter apperitur exemplo auis cuiusdam, quæ dicitur Pyca, vbi ex D.Bernardo, multa de lingua, c.8.d.23.n.213.

80 §.7. Quod lingua malignorum, est quodam novum acceruissimumque tormentum: quo de nouo Christus Dominus, patitur, & execratur, c.8.d.23.n.221.

81 §.8. Quod bona lingua Virginis sanctissimæ Mariæ, fuit signum sanctitatis eius: & quod mala lingua est signum perditionis eius, cuius est, c.8.d.23.n.228.

82 §.9. Significat assistentiam Spiritus Sancti, quod cum homo loquitur; loquatur semper bene, & laudabiliter prorumpendo in laudes Dei, ad minus coniecturalem assistentiam, c.8.d.23.n.240.

Discursus 24.c.8.n.245. Textus, *Hic iam de patientia voluntate, &c.* ibi.

83 §.1. Quod eo plus quis æternaliter lætatur, & eo plures consequitur palmas: quo plura sustinet patienter, pro Domino tormenta, & increpationes, habes, c.8.d.24.n.253.

84 §.2. Ponitur, quod Deus agit causam seruorum suorum, arma summendo contra Tyranos Principes potentes, & magnates iniustos, c.8.d.24.n.264.

Cap.9.n.284. Discursus 25. ibi. Textus, *Ne illa quidem impatientiæ species excusatur*, ibidem.

85 §.1. Quam laudabile sit flere, & sepelire mortuos. Ex Doctrina S. Hieronymi, cuius totus est discursus, c.9.d.25.n.296.

86 §. 2. Luctus pro mortuis, sit prudens, & modestus: & qualiter est dilatatio cordis, in luctu honesto, de amissione charorum, c. 9. d. 25. n. 311. late.
87 §. 3. Ponitur, quod luctus, pro mortuis, est valde laudabilis, & Religiosus, cui committatur spes resurgendi, c. 9. d. 25. n. 328.
88 §. 4. Mors, vt secura sit, debet præuideri, antequam experiri, cap. 9. discurs. 25. num. 334.
89 §. 5. Maxime suspecta mors, si multa oblita, & subsilentio fit posita, c. 9. d. 25. n. 339.
90 §. 6. Ponitur, quam dulcis est mors, præuenientibus illam; quam fælix, quam triumphans, quam glorioſus eadit in periculis imminentibus, c. 9. d. 25. n. 345. late, & curiose.

Discursus vigesimus sextus, c. 9. n. 446.

TEXTVS.

Cæterum impatientia in huiusmodi, &c.

91 §. 1. Ad palmam obtinendam de rebus huius mundi, est necessarium, vt homo se habeat in illis tamquam mortuus, c. 9. d. 26. n. 450.
92 §. 2. Ponitur, quod qui vsque ad mortem, in obsequio Dei, ambulat serui Dei nomen consequitur. Immo, qui seruus Dei est, in vita, & in morte triumphat, vbi de nomine Iesu, multa, c. 9. d. 26. n. 456.
93 §. 3. Ponitur, quod Abraham, & Iacob, & Paulus, & alij iusti, nomina excellentissima obtinuerint, ob insignem mortis memoriam, c. 9. d. 26. n. 463.
94 Conditiones quibus serui Dei, coronantur inter quas, non infimum locum tenet, memoria mortis habes, c. 9. d. 26. n. 469.
95 §. 5. Ponitur, qualiter sit mors appetenda, & quam pro magno habenda illius memoria, ex humanis, & diuinis litteris, & testimonijs Patrum, c. 9. d. 26. n. 476.

CAPVT DECIMVM num. 1.

Discursus vigesimus septimus, ibidem.

TEXTVS.

Est, & alius, summus impatientiæ stimulus. ibi

96 §. 1. Statuitur dilectio inimicorum à Christo Domino, & damnatur odium illorum, ex D. Chrysost. c. 10. d. 27. n. 13.
97 §. 2. Lex dilectionis inimicorum vnitate, & concordia veneratur, amplectitur, æstimatur, c. 10. d. 27. n. 25.
98 §. 4. Ponitur, vltionem esse fugiendam, & amicitiam amandam; ad subiuganda Imperia, ad perpetuandam rempublicam, c. 10. d. 27. n. 34. late.
99 Incommicijs, illud præcæteris debet stabiliri: quod illa decernantur, quæ ad pietatem, Religionem, & perpetuam pacem, & dilectionem sperant habes, c. 10. d. 27. n. 55.
100 §. 5. Lex Talionis, & dilectionis inimicorum, ad illa verba: *Par factum, par habet meritum*, & ad illa: *Si fastidientes in fastidio vltionis non erimus quomodo id obseruauimus, malum malo non repetendum*, habes, c. 10. d. 27. n. 74. Tertul.
101 §. 6. Quod licuit, fastidientes in fastidio vltionis, & quod percutienti, præbeatur altera maxillam habes, c. 10. d. 27. n. 86.
102 §. 7. Qualiter Dominus, per Matth. cap. 10. dixerit: *Non veni pacem mittere, sed gladium*, cum modo dicat: *Siquis te cædit, præbe illi, & alteram maxillam*, c. 10. d. 27. n. 90.
103 §. 8. Quod in parcendis inimicis, pro magno habenda sunt exempla maiorum: vbi de oratione Christi Domini pendentis in Cruce, & pro inimicis orante, atque dicente: *Pater ignosce illis*, c. 10. d. 27. n. 107. latissime.

Dis-

I N D E X.

Discursus vigesimus octavus, c. 10. n. 1.

T E X T V S.

Nos Patres vasa fictilia, ibidem.

104 Quod gloria amissa per iniuriam: dilectione inimicorum recuperatur meliorata. Immo numquam tua gloria magis tua; quam cum parcendo consecratur Deo, c. 10. d. 28. n. 27. vbi multa notatu dignissima sunt.

105 §. 2. Quod Dominus, non solum est Iudex, sed quod etiam est victor; etiam secundum sententiam Tertuliani, dicentis: *Quid ergo credimus, iudicem illum*, si non & victorem, vbi de inuidia, multa, c. 10. d. 28. n. 55.

106 §. 3. Necessitas iudicantium, & iuditiorum, ad bonam reipublicæ gubernationem, vbi aliquid, de munere Regio, c. 10. d. 28. n. 74.

107 §. 4. Quod Dominium vnius potestatis, sit securius, & multo altius, & melius: quam Dominium malorum, & quod à Deo sit omnis potestas, & Imperium, c. 10. d. 28. n. 92.

108 §. 5. Quod ad regale munus pertinet; de offensionibus, satisfactionem facere, causam inspiciendo pauperum, & humilium, vbi de bono Principe, multa habes, c. 10. d. 28. n. 111.

109 §. 6. Qualiter vindicaueris Dominus offensam populi, exemplo Achan, c. 10. d. 28. n. 127.

110 §. 7. Ponitur, quod persequentes, iustos, & amicos Dei experientur, Deum esse, durissimum iudicem; & victorem seuerissimum, de quo gaudebunt iusti, c. 10. d. 28. n. 125.

Huc vsque thomus primus, libri de patitentia Tertuliani; cætera ad secundam partem pertinent.

QVINTI SEPTIMII FLORENTIS TERTVLIANI PRESBYTERI, GARTHAGINENSIS. DE PATIENTIA LIBER.

ARGVMENTIS, EXPLICATIONIBVS, & varijs Scripturæ sacræ locis, & Sanctorum Patrum Authoritatibus, & conceptibus, nouè illustratus: pro concionatoribus verbi Dei.

ARGVMENTVM.

CTVRVS Tertulianus de patientia, quàm spetialissimè commendat; non solùm eam sibi exoptat, sed alijs: & ad hoc anhælans, primùm caput in ea procuranda consummat, & ad hoc exhortat omnes; tam eos qui cæca viuunt, quàm eos qui Euangelio gubernantur. Vt tali duce, ac magistra rectè segerant. Ne dicta factis deficientibus erubescant. Hoc ad Philosophos Gentiles, hoc etiam ad fideles dirigit: Cap. 1. Cõfiteor ad Dominum.

2. Deinde in secundo capite, Deum ipsum, patientiæ Magi-
Nobis strum, & exemplum, proponit; usque ideo, vt plures Domini,
exercen- id circo non credant; quia sæculo iratum tandiu nesciunt. Sic
da. concluſio primi capitis.

3. In cap. 3. patientiam Christi Domini maximè laudat, ab
Et hæc vtero Matris; usque ad Crucem. Cuius vocem dum pateretur
quidem audiuit nullus, sed obmutuit tanquam agnus ad victimam du
ctus, quippe qui saginari voluit voluptate patientiæ, qui etiam,
si vere homo, nil tamen de impatientia hominis imitatus est.

4. In cap. 4. ponit Author, quid illa? Quod emolumentum ab
Igitur si ea? Quæ disciplina absequij? Quam nobis alij exhibent, quam-
prouos. que Deo nos debemus, commendationem, & præscriptionem pa
tientiæ in se contineat: quam ipse Dominus, omnium bonorum,
& demonstrator, & acceptor, Deus in semetipso circumtu-
lit.

5. In quinto autem capite, natales impatientiæ incrementa,
Verum soboles, optimè, & acutè depingit Author; & quantum bo-
tamen num, quamque excelsum, sit patientia, à suo contrario, malo,
proce- scilicet, ab impatientia deducit, tanquam ab eo; ex quo maio-
dere. rem tradit lucem, cuius (impatientiæ) natales in ipso diabolo
Authore malo; deprehenduntur: qui eo quod patienter homi-
nem non tulerat; Angelus perditionis factus est; & eundem
hominem primo conuenta, & infecta muliere in crimen aduo-
cauit, qui antea innocens; vbi semel impatientia succidit, desi-
uit Deo sapere, ex qua proinde mater facta est in omne deli-
ctum, vt vidimus in Caymo primo illo homicida, primoque
fratricida: qui nec occidere potuit nisi iratus, nec irasci, si non
impatiès: & hæc quidem impatientiæ tunc infantis, quoadam-
modo incunabula. Cæterum quanta mox incrementa? Nec mi-
rum; quod si patientiam homines innissent liberarentur.

6. De sexto capite, Pamelius, sic legit, Porro patientiam eam
Ipsa à esse, quæ fidem antecedat, & subsequatur. Exemplo Abrahæ
Deo est. comprobat, & Christi; quum gratiam legi super duxit, fidem
patientia ira prohibita composuit, vnde, Abrahamus fidens
voluisset implesset: tam graue illud, quod nec Domino perfici
placebat, patienter, & audiuit. Merito quidem tantus Patria-
cha pro exemplo ponitur patientiæ, vbi Imperio Christi, patien-

tiæ Dño, & Magistro, prohibita ira plus lex, quàm amisit inue nit dicente Christo; diligite inimicos vestros, & maledicentibus benedicite: Vides (inquit) quem nobis Pater patiẽtia acquirat?

Cap. 7. seculi, & bonorum huius mundi abnegationem tanquam patientiæ exercitationẽ laudat. Iustificat patientia pauperes (non quidem forma est, formaliter sanctificans, hoc habitus gratiæ facit, hoc forsitam amoris actus) sed quidẽ Deo placentes; diuites prædãnat, ita detrimentũ patientiæ præministrauit, demõstrans per abiectionẽ diuitiarũ læsuras quoque earũ computandas non esse. Et diuersitate gentiliũ, nos scilicet Christiani, non animam pro pecunia, sed pecuniam pro anima deponere cõuenit, seu sponte in largiendo, seu patienter in amittẽdo. 7. Iam vero.

In cap. 8. docet patientia iniurias, & si maximas, & si leues æquanimiter perferre, absit inquit à seruo Christi tale inquinamentũ, vt patientia maioribus tentationibus præparata, in friuolis excidat, fatigetur improbitas patientia tua, plus in probum cædis sustinendo. 8. Ipsam animã.

In cap. 9. patientia describit modum sustinendi dolorem, in obitu charissimorum, exemplo, aut monitione Paul. 1. Thessal. 4. ne contristemini dormitione cuiusquam, sicut nationes, quæ spe, carent, & merito. Credentes enim Resurrectionem Christi, in nostram quoque credimus propter quos, & ille obijt, & resurrexit; ergo vacat dolor mortis, vacat, & impatientia doloris. 9. Ne illa quidem

Cap. 10. de patientia fere repetit, quod supra tetigerat, ait enim non vlciscendum de hostibus dicente patientia, nam patientia excluditur ab illo, qui sibi vindictam arrogat, & non quancumque vindictam vitupérat patientia mater, sed emnẽ; tam illam, quæ venit alibidine inanis gloriæ, quam à malitia internæ adfectionis, nam, & gloria hæc, vbique vana, & malitia, nunquam non Dño odiosa, quid mihi cũ vltione? ait ille. 10. Est, & alius summus

In cap. 11. ponit Author, quam fœlices sint patientes pro veritate, ad distinctionem aliorum, quos vocat; cap. vltimo patientes diaboli: quia etiam diabolus suam habet patientiam, quia emulus Dei est; multiplitia præterea mali spiritus incitamenta: tam in domo, quàm extra domum, quos si patienter ferant mala, atque labores spectat fœlicitas Regni Cœlorum. Certemus ergo; quæ à malo, id est, diabolo inferuntur, seu insti- 11. Post has principales

guntur, sustinere, vt satis studium emulatio nostræ æquanimitatis eludat, & si a Domino credimus incuti nonulla Domino patientiam præbeamus, nam quis beatior, quam ille cui Dñs dignatur irasci? quibus adnocatio, & rissus promittitur.

12. Quod pacis gratissima.

Cap. 12. continet magnalia patientiæ, nam est, non solum ministra pacis, & pœnitentiæ; sed etiam est fidei, spei, & dilectionis ministra, quæ has comitatur virtutes pro posse suo, Deoque gratissima est, docens nullum munus apud Altare perfici posse, nisi prius reconciliando fratri, reuersus ad pœnitentiã fuerit: nam si Sol occiderit super iracundiam nostrã periclitamur, cum ipsa omnem spetiẽ salutaris disciplinæ gubernet. Erroneã quidem Ouem patientia pastoris requirit, & inuenit, & humeris aduehit, prodigum recipit, & comes semper omnium virtutum inuenitur.

13. Vsque huc de patientia.

In cap. 13. assignat Author non solum esse necessariam patientiam animi, sed etiam corporis, nam indemerendo Domino multipliciter illa optatur, & necessum est ad laborare; tum afflictatione corporis per ieiunia, tum continentia carnis, inuiduis, Virginibus, voluntarijs spadonibus: tùm denique in persecutionibus, si fuga vrgeat, seu carcer præueniat, seu denique verbera, ignem, crucem, bestias, gladium, constantissime tullerit. Hæc enim patientia corporis præcationes commendat, deprecationes affirmat: hæc aures Christi Dei apperit, seueritatem dispergit, clementiam elicit.

14. His patientiæ iuribus secatur Isaias.

In cap. 14. proponit exempla patientiæ, & pro exemplo adducit Isaiam, Stephanum, Iobum. Ille secatur, alter lapidatur, Iob autem omnem patientiæ speciem aduersus omnem diaboli vim expungit, in quo patientissimo viro, feretrum Deus de diabolo extruxit, vexilum gloriæ suæ extulit: cum erumpentes bestiolas inde in eosdem specus, & pastus foraminosa carnis ludendo reuocaret; ibi alia multa oppulentissimo constituit, & alto stylo.

15. Adeo satis.

In capite quinto decimo, assignat Author qualiter patiẽtia virtutuum sit comes, eiusque effigiem, & habitum: denique Deum habere debitorem, cum ipsa omnibus mandatis eius inter veniat; Deumque vocat eleganter patientiæ sequestrem, id est depositarium bonorum patientiæ fidelemque dispensatorem,

quod

quod gentilem inuitet, quod fidelem delectet, quod in omni ætate, & tempore sit formosa, & pulchra. Vbi patientiæ descriptio aptissime disponitur, quod sit hilaris, quod facies illius gratiosa, quod sedeat in bono mitissimi, & mansuetissimi spiritus, quem tertio vidit Elias, quod eius habitus sit honestus, grauis, humilis, quod sit tacens, & os eius tacitur vitatis honore signatum, & alia multa de bono patientiæ, ibi.

Vltimum caput apud Pamelium; constituit de patientia gentilium infami. Author namque in te ceteris huc vsque capitibus locatus est de patiẽtia bona, & venerabili Dei, & Christi, & Martirum, atque omnium Dei amicorum de qua constituerat pro exemplo Esaiam, Stephanum, Iobium, rursus eiusdẽ patientiæ cælestis, & veræ effigiẽ, munus. Opera, præmium, habitum. Nunc vero in cap. vltimo iam agit de alia patientia gẽtilium edocta à diabolo, qui etiam suos habet patientes Martyres diaboli, & pro exẽplo ponit, maritos dote venales, & procuratores, orbitatis, & Paralytos, qui aliorum admensas accedunt: damnat præsides huius diabolicæ patientiæ, minaturque nam talibus spectat patientia subignis. Et tandẽ monet nos patientiam Christianam habere, & gratos esse Christo pro sua patientia, qua pro nobis dignatus est pati, & mori: qui carnis, & spiritus resurrectionem credimus. Huc vsque libri argumẽtũ. 16. Hæc patientiæ ratio. S. Canõ Beronẽsis tract. de patiẽtia elegãter cõposuit, quẽ habes, in fine secundæ partis.

Ad hæc addit Pamelius, quod præterquam, quod nemo de hoc libro Tertuliani vnquam dubitauerit, pro more suo, ad instar huius, S. Cyprianus librum scripsit: de bono patientiæ, in quem multa etiam ipse verba transcripsit, quem Cypriani librum de patientia, ego cum legissem studium de bono patientiæ à semmere decreui. Etenim patientiam sic Cyprianus laudat, & in fine libri commendat; vt quicumque eundem legerit amator illius exinde egredi certum iudicarim. Viderunt etiam manu scriptum Trithemius, & Pollitianus ante omnem editionem, quæ multo post facta est, per Renanum, ex Paterniacensi primum, deinde, ex Gorciensi Codice, & initio scoliis, postea, & anotationibus egregiè aucta, vt non magnopere nouo commentario sit opus, quibus interim aliquid se adidisse fatetur in anotationibus, & vere aliquid addit, solum aliquid, quod tamen Euangelico contionatori fere nichil. Cerda solũ de hoc libro patientiæ 17.

18. dixit esse eximiũ Tertuliani opus, & optime ita sensit. Ego Addã nõ solũ eximium inter õpera eiusdem Authoris esse, sed etiam, & nitidum, & purum. Et omnino ab omni suspitione alienum. Vere quidem in eo lectiones viuendi bene adaptantur beneque moriendi forma describitur. Cui ego libro, libentissime adhaesi, & primus ego eum pro coronide contionatorum primum recepi in cuius elucidatione, nec fugiam Theologum, nec deseram sacrae paginae commentum, nec moralis ac mysticae disciplinae studium, potius, vt ad Lectorem praemitto, illum offeram, claro stillo, puro, ac sincero sensu, pronuntiatum. In quo nec apicem reperies (ni fallar) de libro aliquo eiusdem Authoris in quo, vel minima possit suspitio haberi. Pergamus iam ad textum, sed non imitabor Pamelij procedendi modum, cum de vno illius capite, aliquando plures valeant discursus suboriri. Faxit Deus.

CAPVT PRIMVM.

DISCVRSVS PRIMVS.

TEXTVS.

Confiteor ad Dominum Deum, satis temere me, si non etiam impudenter, de patientia componere ausum, cui præstandæ, idoneus omnino non sim, vt homo nullius boni: quando opporteat demonstrationem, & commendationem alicuius rei ad ortos, ipsos prius, in administratione eius rei deprehendi, & constantiam commonendi propriæ conuersationis authoritate dirigere, ne dicta factis deficientibus erubescant. Huc vsque ex primo capite. 19.

EXPLICATVR LITERA AVTHORIS.

20. Cyprianus

SANCTVS Pater Cyprianus, vt præfatiunculam ad librum de patientia faceret more Tertulianico, sic agreditur. *De patientia locuturus, fratres dilectissimi, & vtilitatem eius, & commoda prædicaturus: vnde potius incipiam, quam quod nunc quoque ad audientiam vestram patientiam video necessariam, vt nec hoc ipsum quod auditis, & discitis, sine patientia facere possitis. Tunc enim demum sermo, & ratio spiritaliter, & efficaciter discitur, si patienter, quod dicitur audiatur. Nec inuenio, fratres dilectissimi, inter cæteras cælestis disciplinæ vias, quibus ad consequenda diuinitus præmia, spei, ac fidei nostræ secta dirigitur, quid magis sit, vel vtilius ad vitam, vel maius ad gloriam: quam vt qui præceptis dominicis obsequio timoris, ac deuotionis innitimur, patientiam maxime, tota obseruatione tueamur.* Huc vsque *ille*, vbi, sicut Tertulianus patientiæ possessionem commendat is qui patientiam docere nititur. De hac præfaciuncula Rhenanus nil agit. Pamelius autem, *ait*: Sic legendum. *Confiteor Domino*, cui præstandæ idoneus, *non sum*, in præsenti ponens defectū idoneitatis, ad illam edocendā alijs. Pamel.

Cerda autem doctissimus, sicut, & cōmentatorum nouissimus. De sacra societate Iesu Authorem optime declarat, dicens, *sententia est boni exhortatoris munus esse factis exhibere, eadem quæ verbis: audaciter, & impudenter facit, qui non ita facit*: nam commendationem, & demonstrationem, alicuius virtutis debet præcedere administratio eiusdem, ita vt qui loquitur, vere sit factis ipsis minister virtutis, qua virtute opere exercita dirigat alios, *potius quam verbis*, nam hæc vera authoritas contionantis. *Aliter cōstantiam commonendi habere non potest*, & verba ipsa si desint facta, videantur erubescenda: adferunt quippe Oratori ruborem. Hanc inquit esse viuidam Authoris metem. 21. P. Cerda.

Igitur huic rei sim parem, & minimè idoneum Tertullianus confitetur, vt qui sit homo nullius boni, &c. quæ Deum testem adhibet suæ insufficientiæ, hanc confessionem ad ipsum Deum dirigit.

22. *Confiteor ad Dominum*; constructio Authoris est, quem in hac parte, & multis alijs in locis possumus defendere verbis. Optimè Seneca epistola 108 ob eiusdam; mores, non verba composuit, & scriptis: *Ista animis, non auribus; & recusatio ista multis opportuna est, qui de moribus componendis scripsere, qui animorum salutem curabant, cur verbis lenocinarentur? Cur auribus blandirentur? Insipidi, tales sunt, & stulti; qui Sanctos, vt patres ob hoc notant, & de-*
Seneca. *pretiant.* Alibi idem Seneca, vtpote epistola 115. inquit: *Vbi nimis anxium te esse circa verba, & compositionem mi lucile nolo; habeo maiora quæ cures, quærit quid scribas, non quemadmodum scribas; & hoc ipsum non, vt scribas, sed, vt sentias.* Hæc Seneca Lucillo, & adit: *Ad profectum hoc animi dico, non sermonis; fracti quidem sunt moribus, qui fucatam quærunt orationem, hoc scilicet curent illi, ardente, auaritia, ambitione.*

23. Verbum, *impudenter*, coniungit cum,
Ephren. *audatia*, nam ita *legit etiam Æphrem Sirus*, inquiens sermone de patientia: *Impudens inuerecudaque audatia.* Nam qui audax est in docendo, bonum quod primo exercet, absque temeritate, & terrore doceat, non miror hoc verbum Dei ministrans, qui Dei patientia armatur efficiat, optimum iudicauit quisquam.

24. *Cui præstandæ idoneus non sim*, seu, *non sum*. In iure vtraque vox. *Nam vbi idoneus curator, legitur, creditor, debitor, fidei iussor, & cui opponitur, idoneus*
Chrisolog. *creditor inops est.* Sanct. Petro Chrisolog. sermon. 15. sit *idoneus creditor, idoneus soluter.* Et quidem eodem sensu, quo Tertullianus hanc vocem accepit Ambrosius libr. 2. offic. cap. 12. sic. *An vero idoneum putabo qui mihi det consilium, qui non dat sibi? Et mihi eum vacare credam, qui sibi non vacet? Cuius animum voluptates occupent? Libido deuintiat? Auaritia subiuget? Cupiditas perturbet? Quatiat metus?* In iure etiam: *Fidem præstare, & præstatio*, pro, *solutione*, ideo consequenter Author, *vt homo*, inquit, *nullius boni*, quasi dicat, qui inops sum boni patientiæ, Idoneus non sum soluendæ præstandeque patientiæ.

Ad hoc pertinet quod, *Ephen Syrus*, 25.
aiebat, inopere de virtutibus, & vitijs. *Sic, cunctos impatientes, & qualis ego sum ad patientiam acquirendam, possidendamque cohortor.*

Sequitur, *vt homo nullius boni.* Quæ locutio Græca est, vt, notant multi cum Chrisost. & Seruilius, loquens de Stoycis, qui erant homines nimiæ virtutis.

Subdit Author in vltima clausula. *Ne* 26.
dicta factis deficientibus erubescant. Op- Beda.
tima profectò, & fœcunda sententia hæc; de qua nobis futurus statim longior sermo: *Et quadrat cum dictis Venerabilis Bedæ, in Esaram, vbi sic, necesse est, vt timidus, & erubescens, quæ ipse non facit, alijs facienda prædicet.* Cui adhæret Se-
Seneca. neca epistol. 87. *Peruersam verecundiam*, de eo scilicet Philosopho, qui non habet, quæ probat, & laudat, recte quidem peruersam, vocat, quia nescitur à virtute. Confirmat Chrisostom. homil. 9. Chrisost.
ad pop. *qui alios*, inquit, *corrigimus: Si ea omittamus, eo ipso erubescimus, & confundimur.* Lege Nisenum præfatione ad librum de Virginitate, *duo dicuntur*, inquit, *necessaria, in Doctore primum vox, viua, & exempla, & lib. de perfecta, & Christiana forma*, inquit: *Tunc habendam fidem, cum docentis vita, congruit cum oratione.* Item Ambr. Ambr.
libr. 2. de Virg. dicit: *Ille docet facile, qui seuero coercet affectu.* Hæc mira Ambrosij sententia ad prælatos attinet, & valde necessaria ne contemnantur, cum affectus prudenti suauitate miscetur. Ita Dionisius.
D. Dionisius Areop. epistola, ad Demophilum, ait: *Qui se ipsum rexerit, alterum etiam reget*; Diuus Hieronymus Hieronym.
ad Nepotianum scribens ait: *Non confundant opera tua sermonem tuum, ne cum in Ecclesia loquaris, tacitus quilibet respondeat, cur ergo, quæ tu dicis ipse non facis?* Delicatus quidem Magister est, qui pleno ventre de ieiunijs disputat, accusare abaritiam, etiam latro potest: *Sacerdotis ergo Christi. Os, mes, manusque concordent necessum est.* Ita ille, apud Senecam epistola 29. habetur quod Marcelinus quidam aiebat: *Nolli esse discipulum Phisophorum*, obijciens; quod illi essent gulosi, inuidi, & iracūdi.

Hylarius in Matth. cap. 5. dicit optimum est exemplo potius docere, quam 27.
dictis. Themistius Euphrada hoc explicat oratione 21. comparatione hominis Hylarius.
ægroti, qui cum forte sciat omnia me- Themistius
dicamenta hypocratem, & alios pertisimos Medicos, nullo tamen remedio il-

lo-

lorum vtitur, & concludit Philosophiæ: *Non verbo profiteri, sed factis.*

28. Cass. *Cassianus col. 11. cap. 4. inquit nunquam erit efficax instituentis authoritas, nisi eam affectu operis sui cordi affixerit audientis.* Et lib. 1. cap. 28. tradit hoc exemplo, de quodam sene morituro dicente: *Quid vobis dicam, qui aut quaquam aliquando bonum feci* Ruphinus. Ruphinus lib. duitis Patrum 3. cap. 18. omnia hæc dicta patrum sua cum sententia componit, & res hæc tam communis, tamque vera est, quod multos possem vobis alios afferre authores; ne tamen sit molestus ab hac illorum enumeratione supersedeo, cum de hac materia pro cōcionatoribus sit sermo futurus. Hæc de litera primi discursus Tertuliani, eiusque præfaciūculæ, pro quo sit collectio, sententiæ peculiaris.

DISCVRSVS PRIMVS.

Vnam in hac re sententiam vtilem valde, etsi communem, dumtaxat eligere placuit, contentam illis verbis.

Sententia est, ne dicta factis deficientibus erubescant.

§. I.

Quam placido vultu oves pastorem sequantur, etiam in laboribus, si quod pastor docet verbis, operibus non contradicit: exemplumque aponitur, de Dauid, & Moyse, & alijs.

29. MErito sententiam Tertuliani explanandam pro concionatoribus eligere placuit; in qua, qualis magister, & prædicator, necnon, & ille qui aliorum curam gerere tentat esse debeat, & qualiter, ea quæ verbis docet, necesse sit, operibus ad implere, exemplo Christi Domini: *Qui cœpit, facere, & docere,* teste Euangelista; vbi quidam ex nostris adnotauit, pronuntiandam esse hanc particulam, quasi, econtrario in acentu, vt longior sit sermo agendi, quam docendi, hoc est in factis non leuis, sed grauis, minor tamen in verbis, sit prædicator.

30. P. Dam. Ad rem hanc loquitur eleganter. P. Damianus epistola 3. ad c. 2. Esai. n. 16. vbi sic: *Dies Domini super omne quod visu pulchrum est.* Vbi notat diem Domini venire, non quidem super illud quod vere, & in re, est pulchrum, sed super illud quod apparet visu pulchrum, & pulchrum non est: *Quia Diuini pondere iudicij præmitur ille qui intrinsecus quidem vitiorum ingruentium, deformitate, confunditur; foris autem quadam adumbratæ virtutis, vel potius honestatis pulchritudine palliatur.* Hæc ille, quasi dicat confidit homo in audacia, & malitia sua; qua sepulchrum ex tecno exhibet cortice, interius tamen nimio stercore fœdatur, quasi de aluatum sepulchrum. Negauerit quidem caymus culpam aut potius occultauat, Genes. 4. cui Dominus: *Peccatum tuum in foribus aderit.* Vnde recte Cicero, pro milone, fatebatur: *Omnia quæ in alio vendicaueris, tibi ipsi, vehementer fugienda sunt. Etenim non modo accusator sed, neque obiurgator quidem ferendus est, qui quod in altero vitium reprehendit, in eo ipse deprehenditur.* Tunc enim dicta factis defitientibus erubescunt, certe viderint Reges, Principes, Præsides: *Quos spectat patientia sub ignis si male egerint.* Vt Tertulianus docet, lib. de patientia, c. 16. in fine loquendo depræsulibus qui authoritate, & potentia sua vitia fobent, atque defendunt, de quo nos latius 2. parte, circa finem agimus.

Genes. 4. *Cicero.* *Tertul.*

31. *Hier. t. 4. fol. 200.* Animaduertad quis piam, cum Nisenodibum Hieronymū in expositione, ad Psal. 76. explicantem versiculum illum: *Deduxisti populum tuum in manu Moysi, & Aaron.* Tradit hoc de Moyse exemplum, & de Aaron fatre suo ad verba illa: *Et semitæ tuæ in aquis multis, & vestigia tua non cognoscentur; deduxisti; sicut oues populum tuum in manu Moysi, & Aaron subdit ille, bonus pastor deduxit quasi oues populum suum, in manu Moysi quotidie facit in nobis, in lege scimus autem quoniam lex, spiritualis est, in lege tua spiritualis, & Aaron hoc est in Sacerdotio, in lege tua spiritu-*

Psal. 36. tuali, & in Sacerdotio tuo spirituali nos. *Deduxisti populum tuum*, hoc secundum literam intelligamus de Moyse, & Aaron. Eductus quidem est Moyses, & Aaron, sed non introductus in terram repromissionis, successit ei Iesus. Hæc ille. Vbi vides non duas posuisse manus, sed vnam duntaxat, quia quamuis duo sint subiecta, duæque personæ, vnus Moyses, alius Aaron, tamen in eductione populi de terra Ægypti, quasi vnus operantur, non vt duo; sed disquiro, ne sufficeret illorum vnus? Moyses dux, erat, & vellator maximus? Aaron autem Sacerdotium gerebat, vterque legaturam agebat, sed alius legem spiritualem, alius legem Sacerdotalem, & si vtraque spiritalis sit. Lex tamen opus signat, Sacerdotium vero munus exhibet prædicandi; tunc sic, ergo vna manu, operis Moysi, & doctrinæ Sacerdotalis Aaron, tanquam Ovis educitur populus de terra Ægypti: tam cum concionator Princeps, Prælatus, & Rex; non solum verbis, sed operibus ita vnitis, vt non duæ sint manus sed vna, monetque facienda sunt, hoc est, verbo docendo, & opere exemplando; tunc peccator tanquam Ovis educitur de Ægypto, & captiuitate culpæ.

Hier. to. 3. fol. 511. Si mihi credere vellis, ni fallor, pastor qui gregem, non opere, & verbo simul dirigit, non bonus pastor, sed pessimus pastor est, qui verbis allicit gregem, & operibus, affectum sic contumelioso opprimit opere; iste pastor Antichristus est, potius quam Christi pastor; nam gregem dispergit, dissipat exemplo, quem vocetenus dirigit; vox quidem perditionis est, quæ morituri gregis pastum annuntiat. Lege iterum, & attente eundem Sanctum Doctorem Hieronymum tomo 3. ad c. 11. Zachariæ, ad illa verba: *Et dixit Dominus ad me sume adhuc tibi vasa pastoris stulti, quia ecce ego suscitabo pastorem in terra qui ea relicta, non visitabit, dispersum non quæret, & contritum non sanabit, & id quod stat, non enutriet, & carnes pinguium comedet, & vngulas eorum dissoluet! O pastor, & idolum, de relinquens gregem, gladius super brachium eius, & super oculum dextram eius; brachium eius aridate siccabitur, & oculus dexter eius tenebrescens obscurabitur.* Septuaginta legunt: *Vasa pastoralia*, pro, *vasa pastoris, stulti.* Quasi dicat, vestimenta pastoralia, etiam stulta; quibus ornatur stul- pastor.

Zachar. 11

Addit Hieronymus, sic inquiens: *Quando dicit; adhuc summe tibi vasa pastoris stulti; illud significat quod supra assumpserit sibi virgas duas, vnam decoram, & alteram funiculum; & quia illius fuouitio peccatoque proiecit, & soluta germanitate inter Iudam, & Israel; nos insertiuus in radicem bonæ oliuæ, & cæcitas ex parte facta est domui Israel, donec intraret plenitudo gentium.* Hunc Prophetæ dicitur, vt grauissimum: *Pastoris stulti; siue imperiti assumat vaticinium. Pastor stultus, & imperitus, aud dubium quin Antichristus sit; qui in consummatione mundi dicitur esse venturus: Et qualis venturus sit indicatur, vasa autē pastoris, siue pastoralia; in signia illius, & habitum debemus accipere per amphibolum, fistulam, & sibilum, & quomodo Esai. cap. 50. vt captiuitatem populi demonstraret, nudus ingreditur; & Hieremias vadit ad domum figuli, vt ex dissipatione vasis quod currebat in Rota, & manu fingebatur artificis, & interitum Israel, & Dei potentiam ostenderet; & Ezechiel, vt subuersionem Hierusalem, & fugam sedechiæ, & onera captiuorum non solum voce sed, & habitu demonstraret, per fodit parietem, & in suis humeris excipitur: Sic Zacharias habitum stulti; & imperiti pastoris assumit, vt eum nuntiet, qui venturus est. Iste pastor ideo consurget, in Israel quia verus pastor dixerat: Iam non pascam vos, qui alio nomine, & in Daniel Proph. & in Euangelio, & in Epistola, Paul. ad Thessal. abominatio desolationis, sedens in Templo Domini Prophetatur, & se facturum, vt Deum qui, & per Esai. magnus sensus dicitur, cap. 16. & ad hoc venit non, vt sanet, sed vt per dat gregem Israel. Pastor enim bonus ægrotantia pecora visitat, dispersa inquirit, relicta affert, lassata sustentat. E contrario pastor malus omnia aduersa agit, carnes pinguium deborat, vngulas arietum, & ouium dissoluit; atque peruertit, ne recto ingrediantur pede.* Hunc pastorem susciepient Iudæi, quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & Euacuauit illuminatione aduentus sui; vt qui non crediderunt veritati, ne salui fierent, credant mendacio, & iudicentur, quia consenserunt iniquitati, idem. *Descripto autem. Pastore pessimo, & stulto, & imperito, ad ipsum Pastorem* Prophetalis sermo conuertitur: *O pastor, & idolum, tam celebratur & pastor, vt non idolorum cultor, sed ipse idolum nominetur, dum se appellat, Deum, & cult*

33

Rom. 11.

Antichristus malus pastor.
Esai. c. 50.
Hiere. 18.
Ezech. 12.
Non tantū vocibus sed & actibus virtus Prælati ostendē da.
Zach. 11.
Pastor bonus, & malus quis
Dan. 9.
Mar. 13.
2. Thes. 2.
Esai. 10.
Repetit. Hieronym.
2. Thes. 2.

34.

Pastor, & idolum nō sed sui.

vult ab omnibus adorari, qui de reliquit gregem abestijs deuorandum, quem Dominus tanto tempore custodierat, gladius super brachium eius, & robur, & super oculum dextrum eius: quo se acute Dei iactabat cernere Sacramenta, & plus videre quã omnes retro Prophetæ viderãt, in tantum, vt Dei Filium se vocaret,

Esai. 34. *gladius autem ille est, de quo Esai. loquitur in ebriatus est gladius meus in cœlo; propterea autem gladius Domini super brachium eius, & super oculum dextrum illius erit: vt robur eius, & omnis iactãtia fortitudinis eius ariditate siccetur, & scientia quam sibi falso nomine promittebat, æternis tenebris obscuretur.* Hucusque Hieronymus. Vbi apertissime insinuat, ex diuersitate boni, & mali pastoris, qualiter in bono, vt bonus sit pastor: *Ne dicta factis deficientibus erubescant*: necesse esse, vt quod verbis docet, operibus exequatur, vt sic populum de hoc Ægypto, S. mundo, eiusque laqueis, velut Oues deducat ad caulas Domini Sabaoth.

35. *Marci 11.* Sed nullus non, aduertet factum Christi Domini sanantis cœcum Marci 11. qui non solum lingua, sed manu etiam miraculum operatus est: ait enim facer textus: *Et expuens, & in oculos eius impositis manibus suis interrogauit eum, si quis videret? Et ipse video, &c.* Notabo hic, cum Euthimio; quod admiraculum efficiendum, linguam, & manus accommodat, nam spuere à lingua est, ibi sermo, manibus tangere opus est, accõmodantur in vnũ lingua, & manus: quomodo nõ miraculum. Quomodo in subdito, rudi, & cœco non lux, vbi lingua pastoris manibus accommodatur? Verba Euthimij hæc: *Sermonis quidem̃ signum est sputum, vtrumque enim abore egreditur, operis vero, manus, sputo, ac manibus Christus cœcum sanat.* Ostendens quod sermo cõiunctus operibus miraculum operari potest. Vis, igitur miracula facere. O tu qui gubernas! O tu Rex potentissime, qui diademate coronaris! O tu qui Prædicatoris, munus exerces! Onus hoc humeris tuis imponis, operibus confirma, quod lingua, & oratione proponis obseruandum, alias autem: *Dicta tua factis deficientibus erubescent.*

Euthimius *Aug.* *Theoph.* *S. Thomas*

Hæc materia communis de qua omnes Scriptores agũt v. Prælatus.

36. *Cant. 3.* Non verebor hoc afferre quod à quibusdam, nobioribus notatur, ex cap. 5. Canticorum, quod cum dilecta, amassia, dilecti sui perfectiones ostentaret, à capite incipiens, inquit: *Caput eius aurum optimum.* Vbi, auri granditatem, & excelentiam proponit, & de capite per collum descendens de colo inquit: *Collum tuum sicut turris Dauid; quæ edificata est cum propugnatulis mille clypei pendent, ex ea, omnis armatura fortium.* Vbi vario armorum genere, ornatum depingit colum, sed si notamus, arma hæc vellica sunt, tamen non offensiua, sed defensiua, scuta & clypei; nam clypleus omnis est armatura fortium; nam quis fortior illo, qui clauso gladio, solo extento clypeo quò defenditur, vincit? Sed quid tunc? quod medijs interuenientibus clypeis, & aduellandum instrumentis, pulchritudinem, manus sponsi ponderat; de materia ponderat, de Regio apparatu: ponderat; de liberalitate: ait enim: *Manus eius tornatiles aureæ plene iacintis.* Sed iudico quod ex quo manus auri sunt ex eo, & plene iacintis: ecce Regium diadema, ex oppulentia, & tornatilis: ecce liberalitas, & quia aurum, vt ait Gregorius ad cap. 5. relatum Canticorum significat: *Diuinitatem*, quis non Diuinus, vbi caput aureum optimum, vbi manus aureæ plene iacintis. Eiusdem conditionis sunt caput, & manus aurum in capite, ibi, sunt verba prædicãtis, aurum in manibus, ibi, sunt opera docentis, ergo, tunc verba sunt aurea, atque Diuina, quando & opera aurea, atque Diuina sunt, sed cur non Verbum Diuinum, si opus quod monetur Diuinum est. Ob quæ inquit Gregorius: *Caput laudatur eodem quoque manuum encomium, absoluitur; enim vero cuius vita despicitur, opportet vt eius prædicatio contemnatur.* Itaque sponsum à quo amatur, non redamat minus quam si vhac pulchritudine capitis, & manus decoretur, tunc vincens, tunc potens, tunc denique omnino desiderabilis, cum verbis, & operibus pulchritudo, sponsi completur Prælati: Principis contionatoris, hæc est gratia, hæc maior potestas.

Ex PP. Amb. Bern Hier Greg Zenon Beronensis. 2. tomo Bibliot. PP.

Cant. 5.

Gregorius.

Pergamus iam, ad Dauid, cuius exemplo animari quis piam Princeps, & potens poterit, aiebat enim puerulus, dum esset coram alijs: *Dabo cada vera philistim hodie volatilibus cœli, & bestijs terræ, vt sciat omnis terra, quia est Deus in Israel, & nouerit vniuersa Ecclesia hæc, quia nõ in gladio, nec in hasta saluat Dominus, ipsius est bellum, & tradet vos in manus meas.* Quod ita factum, an fuerit exitus acta probabere. O vox profecto glorioſa! O victoria vocibus iam parta! Sed nũquid operibus? Iam certe. O dauidicum robur! None, quod verbis promisseras adimpleuisti? Fateor absque dubio

37. *1. Reg. 17*

Exemplũ esse; Dauid boni pastoris.

bio quidem; disquirite ab emulo eius Goliad; ipse respondeat, ipse dicat, nunquid, quod promisit adimpleuit? Manu, funda, lapide, gladio? Adimpleuit quidem; inimicum devellat; gloriam, & laudem comparat, canticis onoratur, & diademate, qui verbis, & operibus pugnarat, aiebat quidem: *Ego venio ad te in nomine Domini exercituum Dei agminum, Israel.* Optima concionatoris effigies, factum implet, dum caput abscindi, tanti potentis inimici; lege Teodoretum, q. 40. super hunc locum, vbi sic: *Prophetat autē cū esset in acie Dauid, & prædicit vniuerso orbi terræ Dei cognitionē; cognoscet enim, inquit: Omnis terra quod est Deus in Israel, & os, quidē fundit oracula, manus autē se fortitergerit, & lapide perimit alienigenam.* Bonus ergo militiæ dux, strenuusque miles; per florida, & valentia obtulit; verba, robusta quidem, sed vberrimos colligit fructus; opere exequendo, populoque suo præmanibus offerendo caput Tirani, quod spoponderat, non erubescit Dauid cum promittit; quia opere adimplere, à Domino sperat, opus perficit, opus consummat, & tandem gloriosus euadit, ne igitur, *Dicta factis defitientibus erubescant.* Oportet exemplo Dauid, vt cæteri Principes, quod verbis facere proponunt, operibus exequantur.

Dauid de commilitio.

Theod. q. 40.

Sed quia Dauid, pro difficultate imperandi aliquando fleuit, ne forsan timeret totum munus, vt par est adimplere, quia etiam ad rem facit sit.

§. II.

Quare Discipuli Christi, Electi ad munus Apostolatus timuerint? Tristesque Euaserint. Et qualiter Dauid fleuerit aliquādo dum illi Onus regnandi offerretur, & qualiter alij, timere debeant prælaturas, vbi de nostro S. Patre Petro Nolasco, & Ordinis fundatione, & confirmatione.

38. POstquam Dominus Iesus Resurrexisset à mortuis, ad Patrem ascensurus, cum Discipulis Sermonem habuisse describitur Ioannis c. 16. eis ascensum proponens, ab eorumque conspectu discessum, inquit: *Sed nunc ego vado ad eum qui misit me; sed quia hæc locutus sum vobis tristitia impleuit cor vestrum, ad eum in quam qui misit me vadō, & nemo ex vobis interrogat me, quo vadis? Tristitia impleuit cor vestrum.* Mira quidem sententia: *Vado, tristitia impleuit cor vestrum, expedit vobis vt ego vadam.* Sistamus in verbis illis: *Tristitia impleuit cor vestrum.* O quam lætus qui navigat, & pericula maris tam expertus est ad portum, arenamque, descendit! O quantus dolor in sustinedo pericula naui gandi! Vbi, & a procella maris, varijsque fluctibus, nabis hinc inde diuertitur, hinc inde diuagatur; sed omnium oblitus periculorū, in tranquillo portu, lætus, hilarisque, se ostētat, amplexu amicabili, terram osculatur, & maior multo lætitia quo naufragiū maius, quo periculū terribilius. O quā hilaris infirmus, sanitate restituta! Et eō hilarior, quo, infirmitate extiterat ante timidior. O quā lætabundus, pauper! Transacto necessitatis ardore, paupertatis orrore, dum iam ad abundantiæ, & diuitiarum opulentiam deuenit! O quam læta, & grata lux solis; transacta tenebrarum mæstitia! Et quo maior præcesserit noctis tenebrosa tempestas, eo etiam plausibilior micat læta lucentis fulgoris, facies, ita fatur Ambrosius, lib. de Helia, & ieiunio: *Dultiores post famem epulæ; vsu prætiosa degenerant; & quanto difficilis est, possessio eorum grata perfunctio; ipse sol post noctem gratior, ipsa luce post tenebras splendidior; & post vigilias dultior; ipsa sanitas post infirmatis tentamenta iucundior, ab ipso enim mundi conditore didicimus sæpē diuersitatibus cumulari gratiam.*

Sanitas iucundior infirmitate transacta.

Ambr. lib. de Helia, & ieiunio c. 9.

Sed quid erit disquiro, si transacto rigore nauigationis, & periculo naufragandi, iam in terra constitutus, naufragus in medio lætitiæ nondum adultæ, sed adhuc infantis, nouum in terra inuenerit *mare, naufragium*, nouum periculum, recens in minens ruina? *Naues in terra*, lib. 1. Macab. c. 13. iuxta arma naues sculptas quæ viderentur à nauigantibus, nam vbi nauis, ibi mare, vbi mare, ibi, nauigandi pontus, vbi nauigandi profundum maris, ibi, nouum periculum? Quid disquiro erit iam, sano, noua & iterata infirmitas? Quid, captiuo, iam libero, noua captiuitas? Quid famescenti, iam opulento, noua pauperies? Quid transacto noctis silentio, expulsisque tenebris dum in lucis die, & claritatis pulchritudine, si noua nox introducitur? Tenebræ renascuntur? Quid? Audi; tunc profecto dolor, maior, tristitia robustior, fames austerior, nox tenebrosior, nescio an maior, & terribilior sit dolor, vulneris in primo ictu gla-

39.

Iob 9. quasi naues poma portantes, pertransierunt in terram quidē.

Inde hunc locum in apendice.

gladij, an vero iterato ictu dum iam primum vulnus sanatum erat, profecto primum vulnus, primus gladij impetus maior apparet: quia tunc naturæ ius dissoluitur, integritas corporis defædatur, sed li verum fatear, longe ita neque diffunditur dolor maiorque euadit, ictu secundo gladij, quam primo: nã eo crescit, & acrescit dolor, quo natura deformatur magis, iteratur vulnus, iteratur dolor, crescit vterque: *Et super dolorem vulnerũ meorum addiderunt.* Quasi dolens, imo dolens, non tam de vulnere, quam de iterata Iudæorum malitia, conqueritur Iesus, quasi dicat non tam doleo de iterato vulnere, quam de incremeto malitiæ sicut, maius est pro ingratitudinis circunstantia peccatum iteratum per acta iam per gratiam iustificatione, quam peccatum (cæteris paribus) quod primo commissum est; ita maior dolor, iteratus, quã primo introductus.

Incognitus Psal. 68. non fuerit contẽti Iudæi persequi Christũ sed etiã mẽbra eius. S. Apostolos, & Martyres. Stephanus, Lapidibus Iacobus Gladio in quib⁹ Christum iter.

40.

Quid igitur est, ô bone Iesu, quod nouum, naufragium, nouamque mæstitiam inducis? Quantus dolor, atque tristitia corda, Discipulorum occupauerat! Dum audirent à te ad mortem propẽrare, ita vt illorum quidam (Petrus) diceret, *absit Domine*, tremore, & timore contefriti sunt, & maxima affecti tristitia, dum te iam viderent, mortuum: *Tristes quidẽm erant Apostoli, de nece sui Domini.* Canit Ecclesia, sed tristitia illa versa est in gaudium, suscitantis medicina; & qui tristabantur de morte, de resurgente iam gaudent: *Gauisi quidem sunt Discipuli vísso Domino.* Et participes facti sunt lætitiæ, qui participes fuere tristitiæ, sed modo ascensurus, ad cœlum, cum iam Thomas gauisus est de expectatione fixuræ, claborum, & de præsentia desiderati; ad illosque ingressus est clausis ianuis, vt daret solatium, iam iam in portu; iam iam in luce, iam iam læti deuita resurgentis; nouam, inducit mortem, nouam tristitiam, nouum que dolorem? Dum ait *vado*, hæc noua noua quidem mors, non quia iterum morituus, quia *Christus resurgens: Ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur.* Et hoc non qualicumque tristitia sed plena, tristitia, inquit, *impleuit cor vestrum*, vado, ad eum, *qui misit me.* O grande mysterium! O prodigium factoris nostri! O nouum diligendi genus, Redemptoris nostri!

Ioan. 20.

Rom. 6.

41.

Et huic admirationi addendum est, quod veritas dicat: *Expedit vobis vt ego vadam, si egõ nõ habiero paracletus non veniet ad vos, si autem habiero mittam eum ad vos.* Modo disquiro quando absentia Dei fuit conueniens? Quando Christi Domini non placuit aspectus? Quando illa pulcherrima facies non adduxit lætitiam: *Pulchriorem filijs hominum.* Fatemur cuius speties, & pulchritudo vbique digna Imperio, Psal. 44. etenim Regius vates inquit: *Speties tua, & pulchritudine tua intende, prospere, procedẽ, & Regna, non ergo conuenit, non ergo*, expedit; sed stante decreto de aduentu Spiritus Sancti, per absentiã Christi, conuenit, vt vadam ita dicit expedit vobis; vt ego vadam, veritas tamen dicit: *Expedit vobis, vt ego vadam, rationem redit, quia si ego non habiero paraclytus non veniet ad vos, si autem habiero, mittam eum ad vos.* Sed quamuis vt inquit Augustinus, & S. Thomas ad hunc locum, posset Spiritus Sanctus venire adhuc in terris stãte Christo, & cum hominibus conuersante, non ita conueniebat qualiter decretum erat apud altissimum, aut propter alias eriã causas; quas modo discutere nõ placet, de quo videndus Rupertus in Ioannẽ, & Toletus, Maldonatus, & alij Expositores tamen: *Si ego (inquit) nõ habiero paraclytus (id est, consolator) non venient ad vos, si autem, habiero mittam eum ad vos, ille spiritus veritatis arguit mundum de peccato, quia non crediderunt in me.* Viterius; non procedamus. Sed hoc prius examinemus (de cæteris verbis alibi dicturi) forsitam.

Psal. 44.

Aug. S. Thomas.

Rupertus Toletus, Mald. & alij.

Ioan. 16.

42.

Ad arguendum venire mundum de peccato promittit. O dura in prima facie sententia! Rigidum promittit spiritum nobis qui absente Christo Domino speramus consolatorem. O noua tristitiæ causa nam, quæ maior tristitia quam cuique, ob oculos scelera, atque delicta proponere; valde tristatur quispiam si in faciem opponuntur pãtrata, adulteria, murmura, & alia vitia quibus deditus est, quomodo ergo Discipuli non tristabuntur aduenientе Spiritu Sancto, ob oculos, peccata proponente: *Arguet (inquit) mundum de peccato, tristitia*, inquit, *impleuit cor vestrum.* Dolor super aditur ad dolorem tristitia, tristitiam auget, sed profecto, non hoc Discipulis adfert consolator spiritus, nec Christus hoc illis afferre connatur, sed de tristitia consolationem, arguet quidem de peccato infidelitatis Iudæos, qui non crediderunt; teste Cay? Ad consolandum tamen veniet, & patientissimos honorabit

Exemplã erubescentis de peccato.

Cay.

uit testes; qui ad sustinendam pro Christo Passionem mortemque ferendam; armantur patientiæ veri Christi milites patientia quidem illa, quæ sedet in throno spiritus mitissimi, & mansuetissimi, vt recte, Tertullianus, cap. 15. *Quæ sedet in throno spiritus mitissimi quē tertio vidit Helias.* Vbi Ægidius Camartus *in posthumo de vita Hælyæ, non quē primo vidit, ignem emitentem de cœlo non quem secundo terribilem in commotione, sed quem tertio vidit insibilo, auræ tenuis.* Blandum quidem, suauem, & benignum; vnde sic veniens vt amor quid terribiliter iudicare poterit? Potius tamquam amor, alis suæ protectionis defendet populum Domini: *Duabus velabant Seraphim.* Apud Esai. c. 6. *faciem eius.* Hoc vt claudat oculos: ne videant malum nostrum, hoc est peccatum: *Duabus velabant pedes eius.* Hoc est, pedes iudicis currentes ad vindictam, quasi laqueo detinendo; hic enim Spiritus blandus est, consolator, & maxime amabilis, qui, & aduentu suo, clarificauit Christum: *Ille me clarificauit, & annuntiauit vobis.* Donando dona, & munera elargiendo; ad hoc Christus Dominus discessum proponit: quia tamen de effectibus Spiritus Sancti, modo non agimus, dum absentiam Christi, proponimus, tristiamque Discipulorum, ideo ab illis modo supersedimus; solum agentes de Discipulorum tristitia, cum dicit Christus: *Tristitia impleuit cor vestrū:* Quæ nam sit causa disquirentes tantæ tristitiæ.

Ter. c. 15.

Camarius

Esai. c. 6.

43. *Tristitia* (inquit) *impleuit cor vestrum.* Grande profecto malum proponitur, timendum vulnus, afflictio terribilis, quæ totum occupauit cor Discipulorum, quos tamquam filios enutriuit, quos tamquam amantissimos, passu suæ doctrinæ fuginauit.

Aug. O *quam sero te cognoui pulchritudo antiqua.* Aiebat Aug. recenter de Manichæorum secta conuersus! Pulcherrimus valde, cuius pulchritudinem Sol, & Luna mirantur: infinitæ est bonitas illius, & infinitè amabilis, quæ amari; à se ipso potest solum, vt par est; quia amor illius de se ipso etiam infinitus; quippe qui limitari non potest, nec ex parte obiecti quod amat; quia infinitum est bonum increatum, & per essentiam infinitum; nec ex parte potentiæ, à qua amor ille est; quia est à voluntate Diuina quæ infinita est; tamen a creatura, siue humana sit, siue Angelica, infinite amari nequit; quia moderatur amor illarum à principio à quo procedit, nempe à creata voluntate; quæ finita, & limitata est; tunc hic; si finitè amatur à creata voluntate, & sæpe non amatur, quia malitia à tali amore auertit conuertendo se homo ad bonum commutabile, & ex alia parte non ita grati sunt homines, quod obliuioni sæpius nō tradant recepta beneficia, quomodo, si adhuc de beneficio nō sunt grati; immō quandoque; ingratis maiora contulit beneficia? Vt patet de ingratissimis Iudæis, si etiam modo filijs tristitiam laboriosam adfert, quid spectat Deus? Quid ab illis ita laborantibus, & afflictis exigit? Numquid fidus, vt amatur quia summè amabilis? Numquid securus de gratitudine nostra? Dum tantam tamque tristem plenitudinem affectus minatur, *inquiens tristitia impleuit cor vestrum:* Profecto, ex hoc non multū amabilis, atque appetibilis videtur sors filiorum, & amicorum Dei: quis enim existimaret nisi quod sors illorum tranquilla, & plena pacis esset, ita est, & ita esse solebat: nam cum, Exodi, 3. 4. populum dilectum allectum quæ haberet, dum vidit in Pharaonis seruitute eum agentem, & laborantem, dilectum vocat filium primogenitum: *Sic filius meus est tu, primogenitus Israel.* Et statim ad Regem Tyrannum atque crudelem ait: *Dimitte populum meum.* Et quia illud quod Dominus præceperat illi, non fecit; quæ elementa, quæ aquæ, non inmutate sunt? Quis Ægyptius in mari Rubro nō perijt? Qui primogeniti ab Angelo percutienti non sunt interfecti? Et enim exercitum Pharaonis proiecit in mare, & mare Rubrum factum est; Aquasque diuisit; eosque deuorauit aquæ maris, sed quæ tanti laboris est tantarumque erumnarum causa? Audi: *Quia dixi tibi; dimitte filium meum Israel, & noluisti.* Quis disquiro, his visis nō iudicasset anxie dilexisse filiorum Israel classes? Fateor dilectum esse populum, modo tamen videmus maxime anxiū, Dauid à Deo dilectum præ laboris, & anxietatis magnitudine: nam ad Deū ipsum præces fundens, inquit humilis. Psal. 16. *Eripe animam meam ab impio frameam tuam ab inimicis manus tuæ.* Quasi dicat, vt quid Domine gladium ponis in manibus inimicorū manus tuæ, vel; vt legit Hæbreus: *Eripe animam meam ab impio qui est gladius tuus.* Non quidem gladium timeo, sed gladium tuū erubesco; gladius non affligit me, sed manus tenens gladium, me occidit; vale ergo habere potero consolationem si & ma-

Deus se ipsum infinite amat, & de se gaudet sic.

Exodi 4.

Dilectos affligit quādoque Deus adhuc Pater.

Psal. 16.

Hæbræus.

manus tua, & gladius tuus, cõtra me sunt? Te Patrem video, & te quasi tyrannum, qui talis esse non potes, pro tanto labore quo angor, & angustior vocitare, forsitam non erubesco.

44. Fateor ita esse, tamen non minus pater cum seruos affligit quam dum allicit, & oblectat, est; Abrahamum sequamur vsque ad montem. Genesis 22. qui iam proximus ad sacrificium portat gladium, & ignem filiusque dilectus vnice portat ligna; sed quid inde? Audi: *Vbi est victima* (inquit Isaac) *holocausti pater mi?* Patrem cognoscit filius, & de victima interrogare non erubescit: *Cui respondens pater ait, Dominus prouidebit sibi victima fili mi.* Iam pater etiam cognoscit filium, non minus quam filius patrem, sed nunquid in filio timor? Absit; quia *Nescit esse filium quem data paterna solicitant.* Inquit D. Chrysol. ser. 55. non trepidat filius, cum gladium viderit in manu patris, quia non ignorat esse filium qui paulo ante patrem tenentem iam gladium vocitabat. nec pater trepidat; enimvero quia obediens veluti Sacerdos pergit ad sacrificium hilaris, & venustus; sed Isaac dum Patrem carnificem cognoscit, & si se ligatum, & paratum ad sacrificium videat, minime trepidat, minime turbatur; sed gaudet potius. ita idem Chrysol. ibidem: *Hinc Isaac patris super se gladium, cum videret offiam se esse cum horrore, quando dolere poterat est gauisus.* Quod contemplatus cum esset *D. Cœnoberonensis*, c. *de patientia* (habes in fine 2. partis.) *Sic ait Onoum spectaculum, ac vere Deo dignum, in quo definire difficile est, vtrũ sit patientior Sacerdos; an victima; non membra vibrantur, nemo trepidat, nemo turbatur, ecce in manitas in fidem, scelus transit in Sacramentum; parricida incouentus redit, ambo sibi gloria, ambo claritatis exẽplum, fœlix vterque!* Hæc ille, vbi duos contemplor afflictos, hilares tamen: sed verè nullus afflictus, nullus tristis, sed vterque hilaris: videt Abraham filium vnice dilectum, & ex hac parte tristari poterat, respicit Deum præcipientem, & gaudenter obediens immolat: qua parte Deum videt; patrem in eo conspicit, & quia non ignorat esse patrẽ data paterna non angunt; ex quo tamen filium videt posset dolere, quia quem diligit iugulare, & offerre tentat: *Et si Deus voluisset impleſſet.* Vt inquit Tertul. lib. de patientia, sæpius; filius item Isaac, patris gladium super se videt, & ex qua parte gladium videt, tristari potest, ex qua tamen videt in manu patris, gaudet, *Grauissus est.* Inquit Chrysologus: *Securus ad sacrificium accedit, quia pater est.* Et non, vtcumque, sed amator illius; ex quo cognoscitur facile non minus Deum Patrem esse dum afficit laboribus, quam cum allicit laboribus, & beneficijs: quia etiam Abraham, & si carnifex, & si Sacerdos, vt inquit, Cœnoberonensis, tamen pater amantissimus: ergo Deus etiam cum super Discipulos imminentem tempestatem tristitiæ parat, dicens: *Tristitia impleuit cor vestrum.* Non minus patet est, quam cum lætus apparet suscitatus, qui fuerat occisus, vt gaudeant de illo cum illis conuersante.

Genes. 22.

Chrys. 55. ser.

Chrysol. ibi.

Cœnoberonensis lib. de patiẽtia 2. tomo Bibliot.

Sacrificiũ Abrahæ ostenditur.

Tert.

Tamen in Isaac tristitia, totum non occupabat cor: nam si ex qua parte gladium respicit super se, tristari posset, ex qua tamen in manu patris videt, gaudet, ita vt, & quasi cor diuisum in partes, vna dolore occupatur; altera tamen lætitia afficitur: in Discipulis vero, non occupare tristitiam, vnam dantaxat partem cordis dicit Iesus, seu totum cor implendum esse, dum ait *impleuit*, id circo disquirenda est causa tantæ, tamque plenæ tristitiæ propter hoc. Prosequitur Discursus, & pergit ad eam inquirendã.

Totum cor Discipulorum tristatur, & ad assignandas quasdam causas pergit Discursus, vt soluat propositum assumptum.

45. TRistitia, inquit Christus Dominus, *impleuit cor vestrum*, adiderat, *enim ego vado ad eum qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me quo vadis. Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia, impleuit cor vestrum.* Vbi totum cor præmittit implendum tristitia; sed nunquid, cor humanum diuidi potest, vt omni ex parte repletum sit tristitia, ita, vt nil illius maneat, quod triste non sit? Audi quæ sequuntur.

Angelicus Doctor Sanctus Thomas, super cap. 4. epist. D. Paul ad Hæbræos illud optime declarat: Lectione secunda: dicit enim D. Paulus inter alia: *Viuus est sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens, vsque ad diuisionem animæ ac spiritus.* Quem locum à quibusdam, aliter explicatur, licet in aliquo cum Sancto Doctore conueniãt, vt videri potest apud Episcopum Thena, super ad Hæbræos. Sanctus

S. Thom. Paul. ad Heb. 4.

Cuius est sermo Dei, efficax.

Thena.

Aug. Ioan. 13.

Sap. 18.

Apoc. 1.

Eccles. 8.

Esai. 26.

Ioan. 2.

Eccles. 24.

Gladijancipitis explicatio.

Eph. 6.

Esai. 31.

Paul. ad Gal. 10.

Anima rationalis indiuisibilis.

Quis vero Thomas ad nostrum intentum explicat Pauli locum? inquiens, verbum illud: *Viuus est Sermo Dei.* Quod ista litera de se videtur habere difficultatem, tamen quod considerando aliam translationem planior est; nam vbi, *nos habemus Sermo* In Græco, habetur, *logos*, quod est idem quod, *verbum*; vnde, *Sermo*, idem est quod, *verbum*, quod etiam ita exponit Aug. super illud Ioannis, 12. *Sermo quem locutus sum, ideſt, ego ipse qui sum verbum*, & Sap. 18. *Omnipotens Sermo tuus Domine, exiliens de cœlo, à Regalibus sedibus venit.* Rursus, Sermo iste Dei, est viuus, ideſt Verbum Dei viuum: Verbum enim Dei, ab Æterno conceptum, in Paterno intellectu, est Verbum primordiale, & quia primordiale est Verbū Dei, est expræsio omnium verborum quasi fons quidam. Vel potest referri, ad humanam naturam; est enim: *Viuus, licet ab alijs reputetur mortuus, vnde, Apocal.* 1. dicitur, *fui mortuus, & ecce sum viuens in seculla seculorum.* Rursus verbum, *efficax.* Ostendit eius potestatem, dicitur autem verbum, *efficax.* Propter maximam virtutem, & infinitā vim effectiuam, quam habet, nam, *illo facta sunt omnia*, Ioan. 1. *nam Verbo Domini Cœli firmati sunt*, inquit Psalmista. Item est, *efficax*, quia ex ipso, omnia verba prolata ad eo, mediante Angelo, vel homine, efficaciam habent: iuxta illud, Eccle. 8 *Sermo illius potestate plenus est.* Deinde verbū illud: *Et penetrabilior.* Ostendit eius operationem, illud enim proprie dicitur penetrare, quod ingreditur profunda rei: hoc autem potest esse dupliciter: *Vno modo, quia operatur, in intimis rei.* Vt habetur Esai 26. *Omnia enim opera nostra operatus est in nobis.* Aliomodo, quia cognoscit intima rei; vt habetur, Ioan. 2. *Opus ei non erat, vt quis testimonium perhiberet de homine, ipse enim sciebat, quid esset in homine.* Vnde dicitur Eccles 24. *penetrabo inferiores partes terræ* Verbum illud: *Omni gladio ancipiti.* Sic intelligitur, quod inter omnia gladius est penetrabilior, propter actionem, & maxime gladius anceps. qui est, acutus ex duabus partibus; & ideo quia Verbum Dei, acutū est, & ad operandū, & cognoscendum, ideo comparatur gladio ancipiti: sic ad Eph. 6. dicitur: *Et gladium spiritus, quod est Verbum Dei.* Rursus dici potest gladius anceps; quia habet aciem, ad bona promouenda, & mala destruenda. Apoc. 1. *Ex ore ipsius procedebat gladius ex vtraque parte acutus.* Illud Verbum *pertingens*; sic exponitur, quia tam spiritualia, quam corporalia attingit, ita dicit: *Compagum quoque, & medularum.*

46. *Vsque ad diuisionem animæ, ac spiritus.* Verbum hoc facit singulariter ad rem præsentem: & sic oportet illud explicare radicitus; pro quo aduertendum, secundum eundem, D. Th. quod in homine tria, *sunt, S. Corpus, anima, & spiritus*, ex Primo Theſal. 5. vbi: *Sic integer spiritus vester, anima, & corpus; quid enim sit corpus notum est; anima autem est, quæ dat corpori vitam; spiritus vero in rebus corporalibus, dicitur quid subtile & ideo significat, substantias immateriales. Esai.* 31. *Ægyptus homo, & non Deus, & æqui eorum caro, & non spiritus.* Spiritus ergo in nobis dicitur, illud per quod communicamus cum substantijs spiritualibus; anima vero illud, per quod communicamus cum brutis, & sic spiritus est mens humana, scilicet intellectus, & voluntas.

S. Thomas 1. Thes.

47. Ex hoc autem dicunt aliqui, quod in nobis sunt diuersæ animæ, vna, scilicet, quæ perficit, & viuificat corpus; est ista dicitur anima propriæ; alia vero est spiritus, habens intellectum, quo intelligimus, & voluntatem, qua volumus: & ideo istæ duæ magis dicuntur substantiæ quam animæ, hoc autem damnatum est in lib. de Ecclesiasticis docmatibus, & in Sexto, & in Clementina, c. de summa Trinitate, & Fide Catholica, vt refert Torquemada in summa de Ecclesia: fuit quidem error Stoycorum, teste Gregorio Niseno, dicentium: *Intellectualem animam diuisibilem esse.* Contra quem herrorem faciunt Pauli verba ad Galatas 6. *Caro concupiscit ad versus spiritum.* Nam si aliquo modo diuidenda erat: est in tres, quibus diuisio correspondere potest; primo; quod sit diuisibilis in partes integrantes, vt corpus humanum integratur, ex capite, ex brachijs, pedibus, etiamque potest esse diuisio in partes essentiales Phisicas, aut Methaphisicas, vt phisicas sunt materia, & forma: methaphisicas, vt sunt genus, & differentia: tertio tādem modo, esse poterat diuisio in partes potentiales: & certum est, animam non posse diuidi in partes integrantes; vt sunt, caput manus, &c. Quia anima rationalis, est spiritualis, & in tales partes diuidi non potest: *Quia spiritus, carnem, & ossa non habent sicut me videtis habere.* Aiebat Christus

est

est quidem in sua substancia indiuisibilis; per nostram tamen considerationem, methaphisice loquendo diuidimus in eā rationem superiorem, & inferiorem, per modum determinantis, & determinabilis, vnde rationem genericam consideramus per modum determinabilis, & rationem formalem specificam, per modum determinantis, sicut ratio animalis determinatur ad speciem hominis per rationalitatem quæ est differentia specifica constitutiua illius.

48. Vnde subiungit S. Thom. *Ideo dicendum est, quod vna, & eadem est essentia animæ, quæ per essentiam suam viuificat corpus, & per potentiam suam quæ dicitur intellectus, est principium intelligendi, & per istam intelligit æterna; quod quomodo sit, sic patet; videmus enim quod quanto forma est perfectior, tanto operatio eius, minus subditur materiæ sicut patet, quod formæ elementorum, quia sunt imperfectissimæ, non extenduntur vltra materiam. Cum ergo anima inter omnes formas, sit nobilissima; oportet, quod habeat aliquam operationem, & præcipue anima rationalis, quæ omnino excedit potentiam materiæ; & istam operationem vocamus intelligere, ad quam sequitur sua inclinatione scilicet, velle, est autem triplex differentia inter operationes animæ, ita quod anima dicatur, ad quam pertinent potentiæ, quibus anima operatur cum corpore. Ad spiritum vero ille quibus operatur sine corpore? Prima autem differentia inter istas potentias, & operationes ab ipsis procedentes est ipsius rationis, ad sensualitatem, quæ est potentia per quam anima operatur cum corpore, quia ratio aprehendit in materialia; sensualitas vero materialia, & sensibilia; secunda differentia est partium sensualitatis; quia alium statum, & ordinem habet sensualitas secundum quod tendit proprium obiectum ex natura sua, & alium secundum quod regulatur à ratione, tertia differentia est, partium ipsius rationis, secundum diuersa obiecta ipsius, quia intendit in Deum, & hoc est suppremum in ipsa, vel in effectus spirituales, vel in effectus temporales, omnes autem istas diuisiones, & differentias operatur, & discernit Verbum Dei.* Hucvsque. D. Thom.

Operatio animæ triplex.

49. Ex cuius Doctrina quæ satis acuta, & methaphisica est, facile deducemus quæsiter dici possit tristitiam implere cor Discipulorum; & nostro more loquendi, nomine animæ intelligendo cor ipsum dicemus, & cor considerari, vt anima est, & vt spiritus est, vt anima attingit corpus, agendo de temporalibus, & de commoditate corporali; vt spiritus tamen attingit Deum etiam si anima ipsa, vt iam dictum est, ex D. Tho. sit spiritus? imò præcindimus spiritum, vt anima attingens temporalia, & vt spiritus, solum attingens Deum.

Dubij explanatio.

Ex quo iam facile erit, intelligere qualiter cor Discipulorum implendum sit tristitia, ita quod ita impleatur, vt dicit Christus quod ex nullo capite, siue vt anima respitiens corporalia, siue vt spiritus respitiens Deum consideretur; & hoc si causæ tristitiæ considerentur causæ sunt. Primò, quod Christus ascensurum sedicit, *Vado*, inquies, vbi à præsentia corporali priuantur. Secunda causa, quia dixerat: *Tradent vos in Concilijs, & flagellabunt vos.* De quo meminit inquiens: *Quia hæc locutus sum vobis tristitia impleuit cor, &c.* Tertia causa est; quia dicit, *ad eum qui misitme, & nemo ex vobis interrogat me quo vadis.* Ex quibus tota ratio completur tristitiæ; nam absentia corporalis dicit respectum ad præsentiam corporalem qua gaudebant, vt inquit, S. Th. super Ioan. cap. 16. & ex hac parte, cor illa ratione qua sub consideratione animæ sumitur: quia attingit corporalia tristari poterat, & similiter propter labores, cruciatus, verbera, mortem, quam passuros declarauit Christus; ex his considerationibus penalitatum, vt iam dixi anima, vt ab spiritu diuisa; etiam si ipsa spiritus sit (vt iam diximus) tristari potest. Rursus, vt spiritus etiam: quia si vt sic Deum attingit dum mens nostra; de Deo non agit, & absentiam Dei habet, illiusque obliuiscitur: tristis est absque dubio, cui omnis vera lætitia in vera, & amicabili præsentia Dei consistat.

Ab Heb. 4.

Dicit ergo Paulus: *Viuus est Sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ at spiritus.* Quam dicat ita efficatia, & penetrantia sunt Christi verba, quod cum modo loquitur ad Discipulos dicendo: *Vado ad eum qui misitme, & nemo ex vobis interrogat me quo vadis, sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrū.* Certe ita penetrantia sunt verba hæc, quod nullum sit, quod non contineat

emphasim, & ita subtiliter locutus est, vt penetret intima, & quamuis anima, & spiritus, vna substantia sit, diuidat tamen animam, ac spiritum, vt experiantur tristitiam; quo ad vtramque consideratione animæ, ac spiritus, vt vere appareteque intelligatur, totum cor ex
Ioan. 16. omni parte plenum esse tristitiæ: *tristitia impleuit cor vestrum.* Causas vidimus, in communi tantæ tristitiæ, expendamus iam in particulari.

Pergit Discursus, explicãdo causam quare tristitia impleuit, cor, Discipulorum; ea consideratione, qua spiritus appellatur vt ab ipso distinguitur, vt anima dicitur.

50. PRimo quidem, quod principale est in anima declarandum venit, nempe, ratio superior, ex qua parte dicitur spiritus quatenus per intellectum, attingit Deum, vt inquit, S. Thomas, circa quod faciunt verba illa Christi Domini dicen-
Ioan. 16. tis: *Vado ad eum qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me, quo vadis?* Vbi, neque solum tristitia consideranda est, ex qua parte Christus, suam præmittit absentiam, sed etiam, ex parte illa, qua dicit, quod cum iam agat, de altera vita, & de patre suo, hoc est, iam dicit, se agere de Diuinitate, de Deo, non quia ipse Christus Deus non sit, quia vere Deus est, & homo: tamen volebat, vt iam agerent de Diuinitate, hoc est, vt ponerent mentem in Deo, & tota illorum conuersatio, ex tunc iam de rebus esset Diuinis; teste Aug. & S. Thoma: quia tamen, dum ad cœlum pergere dicit, & de cœlestibus agit, ipse nil interro-
Ioan. 16. gante, dicit: *Quia nemo ex vobis interrogat me quo vadis?* Subiungit, *tristitia impleuit cor vestrum.* Quasi oblitos Diuinitatis, & Dei, quatenus alterius vitæ coronator est, & meritorum præmium; ipsos, adimplendos tristitia inquit, quia certe nunquam, lætitia est, sed semper tristitia in oblionem Dei; & quando deficiunt conuersationes, & locutiones eum Deo, & de Deo; nam absentiam Dei quis dubitabit præ se ferre tristitiam, calamitatem labo-
rem?

51. Pulchre, D. Cyrillus Alexandr. lib. 4. de adoratione in spiritu, notabit, quod
Genes. 33. & 34. Cyrilus. refertur, Geneseos cap. 33. & 34. ibi, sic legit sacra pagina: *Iacob venit in Sochot, vbi edificata domo, & fixis tentoriis, appellauit nomen loci illius, Sochot, id est Tabernacula, transiuitque inde Salem, vrbem Sichimorum, quæ est in terra Chanaan, postquam reuersus est, de Mesopotamia Syriæ habitauit iuxta opidum, emitque partem agri, & erecto ibi Altare inuocauit super illud fortissimum Deum Israel.* Vbi Guillelmus Parisiensis, inquit, quod Iacob, more patrum suorum, *Edificauit Altare illud, vt ostentaret gratitudinem pro beneficijs acceptis à Domino sicut parentes sui facere consueuerat*, alij legunt, *fortissimum Deum suum Israel.* Et vocat, *fortissimum.* Quia non est fortis sicut Deus noster, qui potens est amicos liberare, & debellare inimicos, & Deum vocat, *suum*, quia ipse acceperat à Deo multa bona: *Primo quia fratrem suum Esau quem sperabat crudelem, inuenit peccatissimum; deinde: quia teste Petro Commestor sanauit eum, ibi à vulnere inflicto ab Angelo in luctu, & certamine.* Hac vsque Guillelmus, itaque in domo Iacob, vbi Altare illud erat, vbi sacrificia offerebantur Deo, erat Dei continua memoria, nam ibi præsentia Dei quando sacrificia offeruntur, ibi continue deprecationes.

52. Componamus modo historiam hanc relatam, ex cap. 33. cum aliaquenarrantur eodem lib. Geneseos, cap 34. di-
Genes. 34. cit ibi Sacer textus: *Egressa est autem, Dina, filia Liæ: vt videret mulieres regionis illius; quam cum vidisset, Sichen, filius Emor, Princeps terræ illius, adamauit eam, rapuit, & dormiuit cum illa, opprimens Virginem vi.* Vbi notat Guillelmus, quod non vocat hic textus eam filiam Iacob, sed filiam Lyæ, vt intelligatur recessum illum ad videndas mulieres illius regionis, fuisse muliebrem curiositatem, etenim cupidissime sunt, & affectissime ad videndas alias mulieres, & iudicandum de illarum curiositate, ornatu, & vestibus; quod in nostro etiam sæculo hoc communissimum est inter eas; quippe quæ inuidissimæ sunt, egressa igitur de domo patris sui, quid illi accidit? Profecto multa mala, illi accidernnt, nam, & florem virginitatis amisit, & lætitiam perdidit honoris, quam habebat intra domum patris, & tandem strages maxima, quæ secuta est in Samaria cum fratres eius Simeon, & Leui, bastauerunt eam ciuitatem: *Audiamus modo D. Cyrilum iam citatum* Cyrilus mod. 2.
cui debetur discurrendi ratio, vide (inquit)

quit) eam vsque modo castam fuisse, & virginitatis ornamenta retinuisse, dum in Tabernaculo patris versata est, in quo ille inuocauerat Deum fortissimum Israel, & Altare Augustum erexerat, vbi vero de paterno Tabernaculo exiuit, sacroque loco relicto, cum externis mulieribus est congressa, illico ad incestum eius contumeliæ in lucta, vi, perducta est. Vbi duo penderanda sunt, primum verbum illud: *Cum externis mulieribus est congressa.* Vbi fugere oportet malorum cõmertium, & nimiam conuersationem, & amicitiam, ex qua rarissime non mala, eueniunt: *Cum peruerso peruerteris ait DD.* Præcipue tamen ad rem est quod dicit: *Satim atque egressa est de domo patris, vbi Altare Augustum erexerat.* Orare Regia domus, & omni fœlicitate coronata, ex quo Altare Regium, & Augustum; & Imperiale, erectum est pro gratiarum actione, pro sacrificijs offerendis Altissimo Deo, ex quo enim Regia, & Chatholicissima domus Austriæ Regum Hispaniæ, Altissimo Domino Altare Augustum cordis sui erexit: dum Sacramentum Sacratissimum Eucharistiæ solemni illo facto Rodulphi, veneravit; & tunc fœlicissima euasit, & ex quo, in Regia domo; in Regio Palatio suo, anno 1639. feria 5. Horæ dominicæ secundæ quadrigesimæ Altare Regium, & Augustum: Maxima cum solemnitate, & populorum concursu, & Religionum Aplausu, erexit, & Eucharistiam Sacratissimam collocauit, ex tunc etiam, & victor euasit, & in Eternum semper, & vbique triumphatorem atque victorem Regem Magnum Philippum Quartum fama præco aclamauit, & qui Dei nomen Altissimum blasphemare affectu, Pissimo, & Chatolicissimo prohibuit, lege maximæ pœnali, & tantum Sacramentum veneratur, & colit; quomodo non vbique victor? Vbique gloriosus? Vbique enim victor eris, qui vbique, de tam magno Deo venerando meditaris, tibi astiterunt præ cæteris, quatuor amantissime Religiones Sanctissimi Patris Dominici celeberrimus Ordo. Sanctissimi Francisci Discaltiatorũ Religio, diligentissima attentione inseruiens tibi, præ cæteris, & animi candore, & affectus feruore, sic fatear, vbi potius affectus debuit pensari: quã census, & si census omnibus placidus, & iucundus, Ordo in quã Religioque Sacratissima Beatissimæ Virginis Mariæ Redemptorum de Mercede, veluti tantorum Regum, & præsertim Iacobi inuictissimi Aragonum Regis, filia, atanto in quam Virginis Filio pro edificanda domo Regia, & familia tantorum virorum Sanctitate, & litteris præclarissimorum specia li regulatione selecto, tibi Opientissime, & Augustissime Rex, tamquam apis argumentosa seruiuit, seruit, & indefesso curret pede, tibi semper inserviendo, Tu quidem Patronus, Tu Pastor, Tu Pater esto, tandem in edificatione, & erectione Augusti Altaris: Promptissima tibi; & obsequentissima, Sotietas Iesu, ibi nobilissimus animus vbi, Sanctitatis & virtutis, & litterarum abundantia, florentissima schola est. Omnes quidem participes fuere lætitiæ, qui, & erectionis Altaris Augusti extitere consortes, lætabundi omnes, sed quare non? Si vbi Altare Augustum erigitur, ibi, colloquia Diuina multiplicantur? Quid ergo mirum si Dina plena est tristitiæ, relicta domo patris, relictoque Altari, relictaque Dei memoria: tristatur quidem, & merito tristatur, qui de Deo obliuiscitur.

Hæc spectat quod Tertulianus dixit de Adam: *Quod statim atque peccauit ad auram post meridiem deambulabat Deus per Paradysum, & dixit, Adam vbi es extrate te es; extra Paradyssam es.* Dixit Author iste, disquirit de illo *vbi es*; quasi nescienes non quasi sapiens, sed in se erat, & in Paradyso erat, sed ex quo gratiam amisit iam nec in se, nec in Paradyso erat: quia extra se exiuit dum se nesciret, nescivit Deum: quia oblitus est Domini creatoris sui, ex quo, & si in Paradyso esset, iam non in Paradyso erat sed extra; iam tristis qui ant hilaris; iam infirmus qui ante salute venustus, ex quo omnes nascimur filij iræ filij tristitiæ (dempta Sacratissima Virgine: de quo latius infra) sed quid mirabor, si tristis euadat Adam, si oblitus est beneficiorum Dei, si coloquia amissit Diuina? *Quid mirabor, quod dicat Christus tristitia implenit cor vestrum.* Si nemo; ex vobis interrogatme quo vadis? Et ego vado ad eum qui misisme? Si de Diuinis loquor, & de Diuinis non disquiritis, non quæritis: *Tristitia implenit cor vestrum.* Ecce hæc est prima causa tristitiæ, hæc attingit cor, vt spiritus; ex parte intellectus decuentis attingere Deum.

Fuge amicitiam malorum.

P. Aguado refert, etiã hoc lib. de Santissimo Sacramẽto p. 109, tit. 2. c. 1. col. 2 & 3.

Laudabili lege sancitur ne adiuandũ cadant homine à Rege nostro Philippo IIII. Magno.

Nota.

53.

Vincit erigit Altare Augustuũ Rex Philippus M. IIII anno 1639

Lege 14. capite 2. pi

Quatuor celeberrime Religionis Altaria erexerunt præclarissimi.

54. Test. cõtrà Mar. 4.

Genes. c. 3. Test. cõtra Mar. lib. 4 fol. 714. & ad praxeã, fol. 851.

Sapientissime ita Maldonatus, n. 12. in cap. Ioan. Beneã

Prosequitur idem Discursus, & assignatur secunda causa tristitia Discipulorum, hæc, quia dixit Christus. Ego vado.

55. *S. Tho. ad 16. Ioan.*

VAdo ad eum qui misit me, inquit Christus Dominus, quid mirum, tristentur hac audita voce, *vado*, S. Tho. inquit: *Quod Discipuli gaudebant de præsentia Christi, quodammodo, carnali, affectu ad humanam eius speciem.* Cũ igitur eum valde diligerent Apostoli merito tristari poterant de eius absentia; à quo tot tãntaque receperãt beneficia, & sic, cor, eorum tristitiam habere nõ dubito, defutiente illis commoditate illa, & lætitia corporali; etenim illorum anima, & si vna simplex substantia sit tamen qua ratione forma est corporis, dãdo illi esse vitale, & corporeum, quomodo dicit S. Thomas res temporales respicere, ex hac etiam parte tristari potuit illorum, cor.

56. Sed tamen aliqua tenus, quis insurgere posset dicendo, quod ex hac parte solum difficile esset tristari; quia cũ Christo veram habere videbantur amicitiam; qua propter, & tristabantur cum audissent eum ad mortem ire ante Pãsionem, & quando mortuum cognouerũt, tristati sunt: *Nam tristes erant Apostoli de recessu Domini.* Cauit Ecclesia, & tandem in eo quod iam resurgentem viderunt lætati sunt; *Gauisi*, quidem *sunt Discipuli, viso Domino.* Tristantur ergo, de absentia illius quem ardenter amabant. Sed quid tristantur de illius futura absentia, qui vere amici, & dilecti illius sunt? Quid igitur tristantur, qui veram cum illo habere videntur amicitiam? Quia vera amicitia non videtur pendere ab intuitu, & præsentia dilecti; quamuis absentiam sæpius dicamus obliuionem causare; etiam sæpius videmus amorem augere; nam vt recte inquit Doctor Incognitus ad Psalm. 118 *Ad verba illa, defecit in salutare tuum anima mea, subdit ille; si diutius potiendi desideria differantur ipsa deficit spectatio, dum speratj si autem absentia sit dilecti, eo ipso quod absentem desiderat, quem concupiuit, animæ suæ patitur defectionem; itaque quanto longius est quod expectatur ab eo qui expectat, tanto amplius expectantis desideria maiori quadam vi amoris languescunt.*

Incognitus ad Ps. 118.

Vbi potius videtur insinua. hunc Authorem, quod in absentia dilecti crescit amor, & quod affectus amandi non

57.

minuitur, per absentiam dilecti, quippe qui non dependet ab oculorum intuitu, sed ab interna virtute in corde residente: quod pulchre declarauit S. Gregorius Thaumaturgus, ad illud 1. Reg. cap. 18. vbi dicitur: *Anima Ionathæ conglutinata est animæ Dauid. Suddit Gregorius, oratione ad Origenem, non simpliciter conglutinatus est Ionathas Dauid, sed animæ ipsæ, quæ principalem locum tenent; quæ nec seiunctis ijs quæ apparent, & conspiciuntur in homine separi tamen ipsæ vi vlla cogantur.* Hæc ille quasi dicat, tanta sit virtus, & efficacitas affectus amoris interni, quod non patitur præsuras corporalis absentiæ; quod bene ponderauit quidam doctissimus nostrorum temporum, de Sacratissima Societate Iesu, P. Baeza, aducens, S. Paulinum, pro explicatione illius loci, ex cap. 16. Iudicum de Sanſone, quem cũ interficere desiderasent Philistæi, cum Dalila conueniunt, vt de illius robore strictum haberet examen, ait enim Sacer textus: *Principes Philistinorum conuenerunt in vnum, iamque capilli eius renasci cœperant Dalila vocauit vñ sorem, & rasit septem crines eius, & statim ab eo fortitudo desecit; quem cùm apræhendissent Philistim, stati meruerunt oculos eius, & vinctum catenis duxerunt in carcere, iamque capilli eius renasci cœperant, & Principes Philistinorum conuenerunt in vnum vt immolarent hostias magnificas Deo suo Dagon: Lætantesque, per conuiuia præceperunt, vt vocaretur Sanson, & ante eos luderet & fecerunt eum stare inter duas columnas, qui dixit puero regenti gressus suos: dimitte me vt tangam columnas, quibus omnis inminet domus, vt paululum requiescam inter eas.* Quem locum ad longum declarat Abulẽsis, & moderni Expositores, aduertentes cum textu, ibi, esse fere tria millia virorum, ac mulierum: *Cumque iam esset, inter columnas quibus inminebat domus, sic inquit ille, Domine Deus memento mei, & redde michi nunc fortitudinem pristinam, & pro amissione duorum luminum, vnam vltionem recipiam; & apræhendẽs ambas columnas, cum iam capilli eius creseere cœpissent, ait moriatur anima cum Philistim, multoque plures interfecit moriens, quam ante viuens occiderat.* Modo, difficultas vrget, disquirimus enim, quare tantus iuuenis, tanque discretus, & strenuus miles, suam vitam seruare cupiens, visum non expetiuit à Domino? Forsitan

Gregor. 1. Reg. 18.

Baeza optime Iudicum, c. 10.

Iud. 16.

Nota.

qui

qui fortitudinem restituit, simul, & capillorum renascentiam, & incrementum; restitueret etiam lumina, vt videret, & sic facile saluari posset ab interitu suo? Huic difficultati occurrit Paulinus Epistola 4. *Inquiens, forsitam Sanson receptis propter futurum mysterium crinibus, reciperet simul, vt amisserat oculos ideo non desiderauit: quia virtus illa cœlestis gratiæ salua internis luminibus, corporeo non egebat obtutu,* vbi Nicolaus de Lyra, inquit. *Hoc enim dixit non libenter dicta sed cœlo iustitiæ, & honoris Diuini nominis, ita quod Philistæi Deum blasphemabant idola, laudando; ideo non peccauit, Philistæos occidendo, nec etiam occidendo se cum ipsis, & quod per accidens solum non per se intendebat se occidere: quia non poterat; blasphematores nominis Diuini occidere, nisi se ipsum cum eis occidendo; præterea voluntas Domini erat, quod hoc fieret cum illi redidit fortitudinem: quia Deus qui illi vitam dederat repetiuit, & cum de ante commissis penituisset in Cathalogo Sanctorum ponitur.* Hæc Nicolaus de Lyra, sic tacitæ obiectioni occurro cum Lyrano, igitur Sanctus Paulinus præcipue difficultati occurrens; dicit: *Mysterio factum esse, vt oblitus de restitutione oculorum, solam desideraſſet fortitudinem.* Vt vere intelligatur gratiam illam cœlestem, atque virtutem à Deo datam, à cor pereo nõ depẽdere intuitu: nam affectus qui veri amoris est veræque amicitiæ, à præsentia non pendet corporali: quomodo ergo Discipulos tristari dicit Christus de illius absentia corporali cum dicit: *ego vado?* & postea subdit, *tristitia impleuit cor vestrum.* Non ergo videtur hæc sufficiens ratio seu adequata tristitiæ illorum; sed tamen quãuis tristitia illorum non fuerit ex hoc solum, quod absentaretur, secũdum corporalem præsentiam, tamen certe, vt inquit Sanctus Thomas de hoc etiam tristari possent: *Siquidem ad eius humanitatem carnali quodam amore, & affectu afficiebantur.* Nec miror, quod de illius absentia tristaretur quem ardenter amabant; à quo tot refertur beneficia recepisse; cuius pulcherrima facies, quibusdam apparuit in monte Thabor splendidior Sole, vbi: *Resplẽduit facies eius sicut Sol.* Et gratia erat diffusa in labijs eius, & ipsi gratitudinem sic aliquatenus ostentare poterant, & amorem: vnde cor illorum ex parte qua anima corpus informans, & temporalia, atque corporalia respiciens

Paulinus.

Lyra.

58.

S. Thom.

consideratur tristari non dubito; dicat ergo veritatis Magister: *Ego vado sed quia hæc locutus sum vobis tristitia impleuit cor vestrum.* Quod ad præsentiam referri potest, vt optime Rupertus, qui sic ait: *Tristitia impleuit cor vestrum: quia hæc locutus sum vobis; quia videlicet in hac humana conuersatione præsenteme semper habere cupitis.* Hæc sit secunda causa tristitiæ Apostolorum; nempe recessus Christi ab eis, quod attinet ad Euangelium Ioannis, cap. 16. Sed tamen, pro nostro assumpto in principio posito, transit discursus, vltrius.

Rup.

Pergit Discursus, & ponitur alia causa tristitiæ Apostolorum, & stat in eo quod ante dixerit, eos præsuras, persecutiones, & mortem sustinere absente illo, & iam ad dexteram Patris sedente Christo Domino.

59.

DIxit Iesus Discipulis; *suis, sed quia hæc locutus sum vobis tristitia impleuit cor vestrum.* Maldonatus optime aduertit Christum Dominum dixisse Apostolis multa quæ passuri essent; nam dixerat apud Matth. cap. 10. *Ecce ego mitto vos sicut Oues in medio Luporum, cauete autem ab hominibus: tradent enim vos, & in Synagogis suis flagellabunt vos, & ad Præsides, & Reges ducemini propterme, in testimonium illis; & nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere.* Hæc apud Matthæum, modo autem apud Ioannem ait: *Absque Synagogis facient vos; sed venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo.* Et subdit Maldonatus: *Id dixisse cum eos non iam, inter Iudæos, sed in totum terrarum Orbem, ad prædicandum Euangelium mitteret.* Itaque cùm eos, ad prædicandum Euangelium præmittit, exponit pericula, & difficultates præiaturæ, & Oneris.

Ioan. 16.

Maldonatus.

Matth. 10.

Isan. 16.

Mald.

Disquiramus modo, an altera causa tristitiæ illorum præter assignatas fuerit propositio illa laborum, & supplitiorum, & tormentorum, & mortis subeundæ pro illo? Nam videtur hanc minime sufficere ad causandam Discipulorum tristitiam; nam omnia tormenta, omnesque Passiones, mortuo Christo Domino ita hilariter, & gaudenter accipiuntur, non solum ab intellegentibus, sed etiam in sensibilibus creaturis

quod nullam tristitiam, nec fugam afferre videantur.

60. Sedulius. Pulchre notauit Sedulius, lib. 5. de Pascha, c. 16. *Tam in visitatos motus, terræ, lapidum, aliquod magnum insinuasse, & intendisse mysterium, etenim, statim atque Christus mortuus est, ecce terremotus factus est, magnus, petræ scissæ sunt, monumenta apperta sunt, velum Templi scissum est a summo vsque deorsum, Sol, conuersus est in tenebras, & Luna in sanguinem.* Et crediderim his motibus vniuersis creaturas festinasse, vt simul cum Authore suo moriantur, etenim integritas terræ, quasi vita illius est, & ad pulueren motibus redigi, est ad mortem properare; similiter, scissio petrarum quid est nisi viscera apperire, & rumpere ad deficiendum? Solem obscurari, quid est nisi ad tumulum currere frigidæ noctis? Lunam in sanguinem conuerti, quid nisi intima aquarum, quibus Luna dominatur in sanguinem verti insignum mortis aduenientis? Itaque currunt ad mortem moriente illo, & hoc spatioso, sed velocissimo cursu, insignum promptitudinis offerendisse morti; audi verba Sedulij: *Dubio pependit natura sub termino, ne summus apex ad inferna descendens, omnem protinus molem secum iugiter, inclinaret in mortem, atque proprium committatus authorem, præceps in chaos mundus effuret.* Quasi dicat, suspensus mansit orbis, & omnes creaturæ insensibiles mutationem habuerunt, quasi currentes iam ad mortem, vt commoriantur cum Authore; vel vt multiplicentur lapides scinduntur, vt pro pena deferrent Iudæis, & ad eorum duriti. m arguendam, sed obiter disquiro inter hæc quæ sic acciderunt de creaturis insensibilibus, quomodo nil de plantis, & arboribus dicitur, nile iam de brutis? Cui respondebo, de arboribus, & plantis nil dici; quia moriente Christo, plantæ non ad mortem properant, sed renascuntur; quasi nouam in choando vitam, atque meliorem; nam ex quo pependit in ligno, iam vitale; lignum est, lignumque vitæ, & tunc arbores; & plantæ melius celebrant Authoris mortem, cum, & ipse quasi sua morte lætantur, bruta vero aminantia non dicitur, clare aliquam experientiam eduxisse, existimo quia comparatur dura Iudæorum rabies, & insipientia brutorum estimationi, eo quod facti sint vt bruta absque ratione, qui sic in iuste iustum, & Sanctum occiderunt, atque Crucifixerunt, vt inquit Aug. *Crucifige, Crucifige eum, &c.* Igitur mortuo Christo, insentibilia ad moriendum currunt.

Nota. Dubium.

61. Apocal. 6. Mirabile quidem est quod Euangelista Ioannes Apocalips. cap. 6. *Vidit equum Aluum, & qui sedebat super eum (inquit) habebat arcum, & data est ei corona, & exiuit vincens vt vinceret.*

Sed breuiter declaremus aliquid de isto sessore, & equo aluo, de Arcu, & de Corona illius, non desunt, qui dicant, equum illum fuisse Imperium Romanũ sub Cayo Caligula, qui Tiberio successit, ille quidẽ Caligula, nulla in re, inquiũt di vexauit Ecclesiam immo Hærodẽ qui Baptistam obtruncarat, & Christum in Passione indutum veste alua irriserat, vna cum Hærodiade vxore sua perpetuo in Occidente multasse exilio; teste Nicephoro, lib. 2. hist. Ecclesiast. cap. 9. & quod eius tempore Pontius Pilatus maximis fuisse affectum contumelijs, & extrema calamitate oprussus, immo ad tantas angustias peruenerit, vt sui ipsius, & iudex, & iugulator extiterit, ita narrat Eusebius lib. 2. hist. cap. 7. & Nicephorus, lib. 2. cap. 10. Rursus Cayus Caligula, teste Hegas, fidei prædicationem minime impediuit, & sic illum per equum aluum intelligit Imperium Romanum quod sub Caligula vigebat; vnde, & color aluus fœlicitatem, atque lætitiam designat, & eques ille erat qui Imperabat, nempe Caligula, iste quidem Imperator adumbrasse Christum ait iste Autor, quamuis Gentilis esset, ad eum modum quo per Esai cap 45. Cyrus Persarum Imperator Christum Dominum figurasse dicitur in soluenda captiuitate Iudæorum, vt patet, illis verbis: *Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro.* Christus enim cœpit prædicatione Apostolorum ad gentes discurrere, & Arcu suæ potentiæ multos, ad fidem conuertere, & victor euadens, tamquam victori, non solum à Patre coronam recepit, sed etiam à gentibus conuersis, tanquam Regi suo, nec insuetum est Christum, appellare sessorem, seu equitem, nam hoc vsitatum est in Sacris literis, vt patet Abacuh. 3. *Qui ascendis super equos tuos, & quadrigæ tuæ saluatio.* Et si dicamus Cayum Caligulã, non fuisse certe typum Christi; sed quod sub eius nomine habere Arcum, & exisse vincens, vt vinceret, ham Diuina sic disponente prouidentia factũ est, vt Cayus Caligula in Iudæos inimicos Crucis Christi, seuissime insurrexit, eos maxime per sequendo,

Sibi. Niceph. Esch. Esai. c. 45.

do, & Iudæos ita delectit, fidelibus nulla ex parte diuexatis, vt facile intelligerent eas sibi calamitates, propter nefariam Christi necem euenire, vt optime notauit Baronius, in Annalibus illius temporis: hæc, & multa refert iste Author de illo Imperatore, in fauorem Christianorum. Non quiescendo eo quod dicatur Tipus Christi, absolutè tam malus homo, de Hærode subdit idem Author, quod ad illustrandum hunc locum maxime pertinet, illud est, quod iste Cayus Caligula relatus, quia Ioannem Baptistam obtruncauerat, & Christum in Passione indutum veste alua cum exercitu suo irrisserat; ad Lugdunum Galliæ vrbem ab legauit; vt refert Iosephus, lib. 18. antiquitatum, cap. 16. & Pontium Pilatum, qui Christum Dominum per summam impietatem, & in iustitiam morti ad iudicauerat, ad Vienam perpetuo damnauit exilio; verba poteris attendere, ab ipso Iosepho desumpta, vbi etiã causa exilij assignatur; sic de Hærode quidem loquitur: *Gaius autem mox, vt Hærodem suscepit, & Sermonem cum eo cõmiscuit, confestim agrippæ suscepit epistolas quibus accusationes continebantur Hærodis; accusationes autem erant huiusmodi, cõsilium habuisse Hærodem cum Seyano, aduersus Tyberium, & cum Arthabano Parthyo, aduersus Gayum, prouamentum autem huius rei dicebatur; quod haberet Hærodes constructionem immensam armorum, quæ 70. milibus pugnaturum sufficisset, hanc in armentario Hærodis repositam dicebat à seruari; quibus lectis motus Gayus, per contatur Hærodem, & confessus est, tunc Cæsar veram credens accusationem tbetrarchiam eius abstulit, & condemnauit exilio eterno, habitaculum illi constituens in Lugdunensi Galliæ ciuitate.* Hæc de Hærodis exilio.

Baronius.

62.

Ioseph. lib. 18. c. 16.

Mittitur Hærodes in exilium per Caligulã.

Lugduni Gallorum.

Adonius in Chronicis. Pilatus relegatur Bienæ.

De Pilato autem dicit Adonius quod per istum Cayum Caligulam relegatus est adbienam, ait sic tantisque, ibi: Irrogante Cayo Langoribus coartatus est, vt sua se transverberans manu multorum malorum compendium mortis cœleritate quæ si erit. Hoc ille: merito dicitur accepisse Arcum quo defenderet Christianos, & hos Christi, inimicos deuellaret, modo iam agere opportet, denissione Zach. cap. 1. S. Hieronymus illam expendit, dicit enim sacer textus: *Vidi per noctem, & ecce vir ascendens super equum Rufum & ipse stabat inter myrteta quæ erant in profundo, & post eum equi Rufi, varij, & alui. Septuaginta legunt, & ipse stabat inter duos montes vmbrosos, & post eum equi Rufi varij, & alui.* Hieronymus sic declarat, post alia: *Vir autem qui ascendebat super equum Rufum, Dominus atque Saluator est, qui dispensationem carnis nostræ assumens, audit in Isai. cap. 63. quare rubra sunt vestimenta tua? Hic qui nunc captiuo populo Rufus ostenditur, in Apocalypsi Ioannis, cap. 3. incandidis vestibus, & incandido equo, sedere describitur, quod autem stare dicitur inter duos montes vmbrosos (licet in Hæbreo non habeatur, duos) nouum, & vetus, sentiunt, instrumentum; quod densissimis foliis, & nemore, & vmbrosis sylbis dicitur esse, co opertum, quia multis obscuritatibus in volutum est, vel certe montes, absolute, & absque numero plurimos Sanctos sentire possumus, & Apostolos, atque Apostolicos viros; qui totum orbem Rufi, & varij, & alui, peragrasse, memorantur; quorum alij martyrio, coronati sunt, & appellantur Rufi; alij, operibus, & doctrina, & varietate signorum, varij nuncupantur; alij virginitatis, integrorumque dogmatum, & puri cordis, quod cernit Deum, præmia susceperunt, & subdit Dominus illis promittit verba consolatoria, & verba bona, vt liberati de Babylone huius seculi clamemus; in conuertendo Dominus captiuitatem Sion facti sumus sicut consolati.* Huc vsque Hieronymus.

Zach. c. 1.

63.

Esai. c. 63.

Hieron.

Vbi vides qualiter Dominus consolaturus filios Israel, & filios Ecclesiæ in Babilone captiuos, vestimento vtitur rubro, & pleno sanguinis, & sedens ostenditur super equm Rufum, sanguine madidum; quia nulla maior consolantis proprietas, quam quod ad consolandos sanguine perfusos milites, etiam, & sanguine plenus appareat.

Rupertus hoc expendit inquiens: *Ad quid ascendens super equm Rufum, nisi vt faceret, quod postmodum dicit, reuertar ad Hierusalem in misericordijs; vir enim ille ipse est Dominus, & propterea super equm ascendere videbatur, quia tempus erat, vt ad illam ciuitatem suam reuerteretur, quia tempus venerat miserendi eius: quid erat ille equus, nisi humana natura ipsius: Non dum quidē erat homo factus; sed hoc vt fieret parabatur. Equum autem vidit, vel dixit Rufum, propter ipsius sanguinem rubicundum. Eundem equum Ioannes in Apocal. vidit album, & qui sedebat super eũ*

64.

Rupertus.

Humanitas Christi equs albus, & Rufus, sesor est ipse Dominus.

vocabatur fidelis, & verax, & exercitus qui sunt in cœlo sequebantur eum vtrus, & idem equus, & ille propter suã innocentiam, vestitus est albus, & hic propter passionis suæ sanguinem vestitus strustus, hæc ille. Vbi vides, qualiter ab Æterno Deus iam paraũat prælium, & se quasi disponebat ad pugnandum, sed notemus cum eodem Ruperto, illud: *Et post eum equi Rufi, varij, & alui*, post eum inquit, & non ante eum, nam ipse est ante omnes, & primogenitus, in multis fratribus, & omnes Sancti fratres eius, equi vtique Domini, alij martyrio Rufi, alij candore virginitatis alui, alij diuersorũ charismatum donatione varij, sequuntur eum. Omnes equi giusmodi sessorem vnum habent Deum, & id circo concordem faciunt exercitum. Vbi notare debemus quod quamuis plures sint equi Rufi, cõcordia, vnus efficitur exercitus militum Christi, quando sub vno duce, & sessore militant.

Rupertus bene.

Cyprianus

65. Facile quidem sequuntur ad martyria sustinenda milites dum ducem aspiciunt gubernantem eadem indutum veste, sed disquiro; quomodo, si equum Rufum sequuntur equi Rufi, varij, & alui in hijs equis Rufis, varijs, & aluis non procedunt ascendentes sessores? Nam de formis videtur modus currendi equorum sine sessoribus; quia sæpius ad præcipitiũ currunt equi, si currant sine sessoribus, & sine administrante? Respondet, quidam modernus, & bene, quod, *equi illi sunt instrumenta martyriorum, & quod deficientibus, vel non dum paratis sessoribus adhuc iam sunt martyrij, & instrumenta ad martyrium præparata: non minus quam sint coronæ pro martyribus futura præparata, tamen; vel quod potius deficient instrumenta quam Martyres.* Nã si equi illi Rufi sunt Martyres, post mortem Christi, ita à vidi sunt ad patiendũ; quod potius deficient Tyrani, & deficient instrumenta martyriorum, quam Martyres deficiant: bona profecto explicatio. Sed meo videri subtiliorem adiderim nempe, quod si in equis Rufis intelliguntur instrumenta martyrij, quia ipsi etiam equi Rufi, sunt Martyres: teste Ruperto; non solum Martyres erunt Martyres. Sed ipsi etiam erunt instrumenta martyrij: nam cum tam amatores sint Christi, iam mortui; statim atque eũ vident mortuum, amor qui in illis residet teste Paulo Ephes. 3. *Charitas Christi vrget nos, vt qui viuit iam non sibi viuat sed ei.* Deficiente Tyrano, & deficiente instrumento ad martyrium, & erit Tyrannus Occidens, & erit instrumentum Occidendi, & sic ipsi sibi, & Tyranierunt, & simul instrumenta sui Martyrij: & quamuis sine sessoribus videantur sequi, equi Rufi: tamen non sine sessoribus currunt, cum ipsi superse dicantur sedere: quia amoris magnitudine, & dilectionis ferbore, & instrumenta sunt, & Tyranni: tanta est in illis voluntas pro Christo effundendi sanguinem, quod lætissimi currunt ad martyrium: quod eleganter expendit Cyprianus, lib. de Laude martyrij, sic inquiens: *Porro autem contemnenda tibi mors est*, vbi, *Christus occisus est: & infra, & si iustus est, & Deo credis, cuid pro eo sanguinem fundere metuis, quem pro te toties passum esse cognoscis? In Isaac sactus, in Abel occisus, in Isaac immolatus, in Ioseph venditus, in homine Crucifixus, quibus addit Aug. lib. 1. de doct. Christiana, c. 34. sic inquiens, rebus temporalibus quamuis ab illo pro nostra salute susceptis hæreamus infirmiter, per eas potius curramus alacriter.* Vnde si videmus eum talia tormenta pro nobis sustinentem, curramus alacriter ad sustinendum pro illo; sic Apostoli, fecerunt, qui gaudentes ibant à conspectu concilij pro nomine Iesu contumeliam pati; ergo si tanta est alacritas currendo ad mortem, non solum in rebus insensibilibus, sed etiam in martyribus, & Apostolis, quando Christus ponit ob oculos eorum quod passuri sunt tormenta, & martyria, non ob hoc tristari debent: cur ergo Christus, *dicit tristitia impleuit cor vestrum?* Si, ipræteritis temporalibus commoditatibus corporis, currunt alacriter visso Christo, primum morente, cuius typum gesere Martyres ante relati? Debemus ergo aliam potiorem causam tristitiæ adsignare; quia quamuis absentia Christi corporalis, propositioque martyriorũ, sufficere possent, ad causandam tristitiam; tamen aliam proponere opportet: in qua, & labor est, & periculum naufragandi maximum.

Nota.

Equi Rufi, & Martyres, & instrumenta sunt; ita ingeniosus quidam.

Nota.

Ephes. 3.

Prosequitur Discursus, de causa tristitiæ Apostolorum, nempe, Onus gubernandi; quod quandoque tristauit, cor Dauidicum.

66. O Vamuis de electione Apostolorum ad munus Apostolicum nunc nobis non sit occasio ad longum agendi, tamen præmittere opportet quod Rupertus

Rupertus optime Petri electionẽ explanat.

tus notat lib. 2. de operibus Spiritus Sancti, cap. 28. circa finem, loquendo de authoritate Petri, cui Dominus dixit: *Pasce agnos meos, pasce oues meas*, subiungit: *Magnus honor, grandis celsitudo, qui maior est vestrum, erit, sicut minister*, inquit, *eiusdem honoris, siue celsitudinis Author.* Item, *maiores illos, siue ministros magno ad clementiam informat studio, quod manifeste colligijs ex factis eius humilimis, ex dictis eius parabolicis: quando autem, vel quomodo sciret homo positus in celsitudine honoris, in magna conscientia sanctitatis condescendere paruis, condolere miseris? Solus quippe Deus natura humilis, natura misericors, & miserator est, imo ipsa humilitas, ipsa misericordia est, homo quilibet humilis, siue misericors, nō nisi ex accidenti est.* Oportebat igitur prædestinato, atque vocato ad tantam celsitudinem Petro Apostolo causam subesse, & magnitudinem honoris eius præire, vnde illi humilitatis, atque compassionis scientia iugiter posset accidere, id circo labi per missus est: *Id circo vsque ad triplicandam* negationem de relictus est: *Pulchro, & spectabili ordine sapientiæ, vt recte miremur omnes eiusdem sapientiæ periti spectatores omnes appertos discretionis oculos habentes, & hoc animaduertentes omnino expedire credimus, eis qui præsunt, tam propter semetipsos, quam propter eos, quibus præsunt: quatenus ad humilitatem, vel compassionem eruditi sint, per magnum, & memorabile præteritæ infirmitatis experimentum.* Aliter quippe infirmitates subditorum, aut vix, aut nullo modo supportare sciūt. Id circo quondam, per os: *Annæ Prophetissæ, cecinit hic idem Sanctus sapientiæ spiritus dicens, Domini enim sunt cardines terræ, & posuit super eos orbem.* Vbi autem dicimus super cardines terræ, hæbraici sermonis proprietas (vt ait beatus Hieronymus) habet *super afflictos terræ: Et afflicti terræ qui sunt, nisi humiles, & contriti corde? Super illos plane, qui huiusmodi sunt, Dominus Orbem posuit; quia super eos, qui præteritam infirmitatem, memoriter tenentes humilis apud se conscientiæ sunt, Dominus Ecclesiam suam collocauit: quia videlicet tanto clementius, tanto compatientius, eundem Orbem portare possunt, quanto amplius clementis, atque compatientis Dei gratia, se indiguisse meminerunt.* Huc vsque Rupertus: vbi vides, quam difficile sit Apostolicum munus. Vbi afflictos terræ vocat eos qui portant Orbem. Hæc Rupertus, illa Hieronymus.

Qui sciet parcere nisi quietam peccauit? Exemplo Petri.

1. Reg.

Hieron. Rupert.

5. Audi, modo quid dicat Spiritus Diuinus, 1. Regum cap. 23. num. 16. vbi sic: *Et surrexit Ionathas filius Saul, & abijt ad Dauid in Syluam, & confortauit manus eius in Deo, dixitque ei, ne timeas, nec enim inueniet te manus Saul Patris mei, & tu Regnabis super Israel, & ego ero tibi secundus: sed & Saul Pater meus scit hoc percussit, ergo vterque fœdus coram Domino.* Vbi duo ponderanda sunt primum: quod non solum Ionathas agit deliberando Dauid amicum, & dilectum suum, sed etiam de transferendo Regno in ipso Dauid, cum ait: *Et tu Regnabis super Israel, & ego ero tibi secundus.* Secundum est, quod gaudet Ionathas de amicitia sua Dauid, & gloriatur de illa, dicens: *Sed & Saul Pater meus scit hoc.* Quasi, nil timens de ira Saul, qui erat valde contra Dauid; itaque, & pro Dauid Ionathas procurat vitam, & Regnum transferr, & gloriatur de illo nil timens Saul Patrem suum. O virum summis laudibus efferendum, qui amicum Regno prætulit, qui quod videbatur suum, esse voluit alienum, ò summæ humilitatis genus, ò semen Regium, cui ex successione sperabatur hæreditas! & infra seruum semet deijciens inquit, & ego ero tibi secundus, tu eris Rex super Israel. Sufficeret ad veram amicitiam si dixisset, *ego ero Rex, & tu secundus post me.* E contra tamen dixit *ego, secundus post te.* Et certe insigne amicitiæ signum vitam nō solum contulit Dauidi, cum eum emanu Saul liberauit; sed etiam Regnum transferre contendit Ionathas. Vere factum Regium, regale opus!

67.

1. Reg. 23.

Alredus.

Audite pro gratitudine Dauid, quæ habentur, cap. 20. ex lib. 1. Regum, vbi dicitur, quod cum Ionathas, & Dauid inuenirentur simul in agro, ambo fleuisse, & ad amplexus cucurrisse: audi verba: *Cum abijsset puer Ionathæ surrexit Dauid de loco, qui vergebat ad austrum, & cadens pronus in terram adorauit tertio Ionatham, & osculantes alterutrum fleuerunt pariter. Dauid autem amplius.* Merito quidem amici fleuerunt, & amplexati sunt. Signum est magnæ amicitiæ, nam aut lætitia nimia causat lacrymas, aut nimia tristitia, vtrumque Propheto, sed in ijs duobus amicis, qualis esse potest causa tristitiæ? Causam lacrymandi de Ionatha vidimus, dilectionem: *Nam anima Ionathæ conglutinata erat animæ Dauid*, vt vi-

68.

1. Reg. 20.

1. Reg. 18. vidimus, ex cap. 18. vbi principalis mentio est de anima Ionathæ. Dauid autem dicitur, non solum fleuisse cum Ionatha simul, sed adhuc super hoc magis fleuisse dum dicitur, *sed amplius Dauid*, disquiro causam huius excessus lacrymarum, nempe *amplius Dauid*. Dauid amplius? Quare amplius Dauid? Huic respondet

Alredus. Alredus, & bene: *Cur igitur* (inquit) *Dauid amplius? Prædixerat nimirum Ionathas suum quodammodo defectum amici Prophetam; se Regno priuandum, Dauid assumendum, id circò lex amicitiæ exigebat, vt ille compassione amici fleret iniuriam.*

Eleganter quidem respondet Alredus, considerãdo hæc duo, primo quod asserebatur quodammodo de absentia Ionathæ, *suum quodammodo defectum*. Secundo ipsius Dauid profectum, id est, incrementum honoris, sed disquiro, vbi hoc incrementum honoris? Respondetur ibi; vbi Regnandi dabatur potestas, & Onus imperandi transferebatur, dum aiebat Ionathas: *Tu Regnabis in Israël & ego ero secundus post te.* Quid mirabor, quod fleuerit ex defectu Dauid, & quid mirabor si amplius fleuerit, quando illi Onus Imperandi proponitur à Ionatha. Desiuit Dauid à conspectu Ionathæ, & rursus in illius absentia Regnum ad illum transferre dicit. Ergo non mirum, si non solum lacrymas fundat sicut Ionathas, sed quod ad flætum amplius, & amplius accurrat: nam Onus imperandi valde est periculosum. Teste Nazianzeno in Apologia prima, vbi sic: *Verendum ne periculosa hæc celeritas præcepsque studium, Solis calorem ferre poterunt. Et Augustin. in regula sed, & ipsius miseremini, qui quãto in loco superiori tanto in periculo maiori versatur.*

Dignitatis onus secundum magis ac magis.

Nazianz.

Aug.

Ioan. 16.

60. *Soluitur propositum*

Ex quo iam facile erit propositũ nostrum soluere de Apostolis: de quibus Christus, dicit *tristitia impleuit cor vestrum, quia hæc locutus sum vobis.* Vbi totius cordis impletionem dicit: nam ex omni parte erant tristandi, primo qua, tanquam spiritus respiciens Deum considerabatur, tunc dicit tristari: *Quia nemo ex vobis interrogat me quo vadis.* Rursus ex qua parte anima corpus respicit tristandi erant tũm de absentia corporali illius, quem maximè diligebant: tum etiam propter tormenta, & persecutiones propositas ab illo; quia hæc omnia erant aduersus temporalem commoditatem: & super hæc, illud maximè timere poterant, quod eos Prælatos in Ecclesia, cum onere gubernandi reliquisset; tunc enim si propter cætera, flere, & tristari possent, amplius de onere Prælaturæ, & Imperij. Ex quo etiam facile occurramus iam, ad Patrem nostrum sanctum Petrum Nolasco, qui eximiè concupiuit magisterium deserere.

Prosequitur discursus, & soluitur, quod attinet ad sanctum P. Petrum Nolasco, & ponitur quid acciderit, cum renuntiare desiderauit officium Magistri Ordinis, vbi epistola ponitur. Sancti Raimundi de Peña Fort, ad eum Missa de non renuntiando officio & de Ordinis nostri initio, & confirmatione.

70. LAtissimè, Deo dante speciali, libro agemus de vita, & miraculis sanctissimi Patriarchæ nostri D. P. Nolasci, qui propter modo secundum, quod ad præsens attinet instituti, breuiter dicemus de causa quare renuntiare desiderauerit munus suppressum, Generalis ordinis nostri.

Sed ne omnino ieiuni habeamus de nostri Ordinis fundatione, & confirmatione, placuit breuiter explanare, quæ apud Authores, tam nostri Ordinis, quam extraneos communiter refertur. Et qui primus fuerit Religiosus, Primusque Generalis Magister? Et quis illi habitum imposuerit? De quibus rebus non mediocris inuenitur differentia: nam in primis, quantum ad fundationem conueniunt omnes, fuisse anno Domini millesimo ducentesimo decimo octauo. Ita nostri Ordinis Historiographi: nam in omnibus cõstitutionibus nostris, tam antiquis, quam modernis, sic pro comperto tenetur; & hoc fuisse, quarto idus Augusti, quæ est decima die mensis Augusti, in die sancti Laurentij Martyris. Quod habetur in speculo fratrum, & in nostro Breuiario antiquo: quod etiam ita inuenitur in Kalendario eiusdem Breuiarij vbi sic: *Quarto idus Augusti, scilicet, in die sancti Laurentij, anno Domini 1218 fuit fundata Religio, Dominæ nostræ sanctæ Mariæ de Mercede Barchinonæ, per Regem Iacobum, anno quinto Regni sui.* Vbi etiam dicitur factum hoc fuisse speciali reuelatione eiusdem Virginis, quæ serena frõte se conspiciendam dedit tribus præclarissimis viris; nempe, Iacobo Regi, Beato Raimundo de Peña Fort, & sancto Petro Nolasco. Idem tenet Doctor Antonius

Fundatur Religio B. M. de Mercede, ann. 1218.

Ita historiographi nostri, & externi.

nius Beuter, lib. 2. cap. 4. in historia Hispaniæ, vbi sic habet: *Aconsejose el Rey dõ Iayme con su Confessor fray Ramon de Peña Fort: y llamando à Cortes en Barcelona, instituyò el Orden de los Frayles de nuestra Señora de la Merced, Redempcion de los Captiuos, y quiso que se llamasse de la Merced;* & Paulo infra dicit. Sic: *En la Iglesia Catredal de santa Cruz, en Barcelona, dia de san Laurencio en Agosto, año del Señor, de mil y ducientos y diez y ocho.* Et Pater Ioannes de Pineda, in sua Monarchia, 2. part. lib. 22. cap. 23. §. 4. Sic dicit: *La Orden de la Merced, Redempcion de Captiuos, fundò el Rey don Iayme de Aragon, en regraciacion de auerle Dios sacado, por su merced del pòder del Conde Simon de Monfort. En la Iglesia Catredal de Barcelona, dia de san Laurencio, año de mil y ducientos y diez y ocho.* Idem tenet, frater Ferdinandus del Castillo, in Chronica Generali sui Ordinis, tom. 1. lib. 2. cap. 17. vbi agit de sancto Raimundo Peña Fort. Idem tenet Hieronymus Romã, in lib. de Rep. Mundi, part. 1. lib. 6. cap. 22. Pater Mariana doctissimus de sacratissima societate Iesu, part. 1. lib. 12. cap 8. Pater Azor part. 1. lib. 13. cap. 11. Cassaneus de Gloria Mundi, cap. 9. Thomas Botius de signis Ecclesiæ, tom. 1. lib. 6. Volaterrañ. Antropol. lib. 21. & ex nõstris Fr. Gaspar Turrianus Episcopus Medaurensis in constitutionibus, c. 1. vbi etiam agit de reuelatione facta die prima Augusti decem dies ante fundationem, Sapientissimus Zumel. in Salmanticensi Academia olim publicus, & proprietarius Professor. in Scolia 5 ad constitutiones Reuerẽ dis. Guimer. Generalis Ordinis postea Episcopus de Iaca. in histor. Ordinis, 1. p. cap. 7. Arnaldus Ouiuon. & tandem, Fr. Alphonsus Chacon. denita, & gestis Pontificum, part. 1, in vita Gregorij IX. fol. 553. & Reuerendissimus P. M. Salmeron, lib. de beata Virgine.

P. Castill. P. Maria. P. Azor. Botius. Torres. Zumel. R. P. M. Salmeron. Generalis Ordinis nostri.

71. *Ordo reuelatur Regi.*

Clarissimè in præfatione nostrarum constitutionum, quæ recenter prælo datę sunt, anno 1632. fol. 3. sic dicitur: *Quõ circa anno Domini 1218. Regnante Iacobo, Aragonum Rege, anno 5. Regni sui, dum oraret in secretiori loco, & ardentissimo, affectu à Deo peteret Christianorũ libertatem, & ab Hispaniæ finibus, Maurorum expulsionem, qui Christi fideles in iuste oppressos miserè detinebant: circum fulsit eum splendor, quasi Solis in medio die; subitoque in splendore Matrem sacratissimam Dei vidit, aqua meruit audire, quanti æstimabatur apud Deum Religionis zelus, qui in eo splendebat, non solum Sarracenos, & infideles debellando, verum captiuos Christianos, crudeliter à Mauris deuinctos liberando, & quod id circo, instituendus erat ordo, qui in redimendis captiuis, semper esset intentus, cuius Religionis, atque Ordinis Patronus, & Protector, non solum ipse Rex Iacobus, verum etiam inclyti eius successores esse deberent: eiusque Religionis titulus Deiparæ Virginis esset, & Ordo Diuæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum nuncuparetur, hæc sane inuictissimus Rex Iacobus, dum audiebat magno lætitiæ perfundebatur gaudio, suspiriis, lacrymas effundebat, à lacriori corde intus delectabatur à Deo. Vnde assensit, & annuit animo, insignique humilitatis vultu promisit, se fundatorem Religionis fore, ad miseros captiuos, redimendos, & liberandos.* Et Paulo infra subiungit.

72. *Fit reuelatio S. P. Nolasco.*

Eadem reuelatiõ facta est sancto Petro Nolasco, primo huius sanctæ Religionis Generali Magistro, nam cum ille in discursu vitæ suæ, tempus consumpsisset, in misericordiæ operibus explendis: potissime in eruendis captiuis Christianis, à Barbarorum acerba seruitute, à Deo ipso cum ardentissimè oraret, exauditus est: & diuina prouidentia factum extitit, vt misericordiæ habenas Deus ipse pariter laxaret, & ostenderet quare subitò, cœli splendore circumfusus atque septus, Sacratissima Virgo Deipara, illi apparuit, monuitque vt in liberationem Christianorum, omnia bona sua prorsus erogaret, vt ab inmanitate Barbarorum, & Maurorum Eruerentur; quod opus filio suo seruatori nostro, charissimum, & gratissimum; insignis, incredibilisque meriti esse fore iudicauit, & affirmauit. Hæc ibi, & Paulo infra.

73. *Fit reuelatio S. Raimundo de Peña Fort.*

Hæc igitur visio diuinaque reuelatio, quæ eadem nocte serenissimo Regi Aragonum Iacobo Barchinonæ facta fuit, & D. P. Nolasco, pariter etiam facta est, fratri Reimundo de Peña Fort, Regio Confessario, & Capellano sanctissimi Papæ Honorij III. cui diuina voluntas patefacta est, vt in Regno serenissimi Regis Iacobi verus ordo instituereturin honorem, & gloriam, Virginis Beatissimæ, qui diceretur Ordo Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum. Hæc ibi.

74. Quæ omnia facta sunt Præsidente in Ecclesia Dei, Honorio III. PP. Maximo Pontificatus sui anno 6. hæc habentur in prohæmio constitutionum nostrarum, quæ

quæ omnia eleganter expendit. Sapientissimus P. M. Fr. P. Merino Salmaticensis Academiæ publicus proprietarius professor, in suo Redemptionis defensorio: edito ann. 1632. vbi inter alia, sic inquit, num. 2. in principio: *Aqui tiro la barra la caridad quanto pudo, pues no la ay mayor, que la que obliga, no solo a padecerlos insuperables trabajos que se ofrecen en la Redempcion, sino vltimamente a dar la vida por el amigo; obra tã agradable a Dios, como lo testificò su Madre Santissima a nuestro glorioso Patriarca san Pedro Nolasco, en la reuelacion q̃ le hizo, para que diesse principio, y fundasse nuestra sagrada Religion, haziendo tambien consortes, y testigos desta aparicion, y merced, al inuictissimo Rey don Iayme de Aragõ, como a Fundador, y Protector nuestro, y al santissimo varon Raymundo de Peña Fort, Ilustre hijo de la Ilustrissima Religion de Predicadores, como a Confessor, y Padre espiritual de entrambos; que por ser tan notables las palabras con que el Romano Pontifice Clemente Octauo lo refiere, las pondrè aqui. Clemens PP. VIII. in literis decretalibus, quibus Beat. Raimundus à Peña Fort, in sanctorum Catalogum ascribitur, cuius initium Romana Catholica Ecclesia, &c.* Dize: *Proxima nocte in sequente, Beatissima Virgo Dei Mater eidem Petro, qui sanctis meditationibus & Orationi vacans cogitabat, qua ratione calamitatibus Christianorum in captiuitate degentium succurri posset, serena fronte, se conspitiendam dedit, & acceptissimum sibi, ac vnigento suo filio fore dixit, si suum in honorem institueretur Ordo Religiosorum, quibus cura incumberet, captiuos, è tyranide Tarcarum liberandi: ac illa ipsa nocte, eadem Virgo Sanctissima, B. Raimundo, & Iacobo primo Aragoniæ Regi apparuit, id ipsum de Religiosis admonens* Hæc ille, vbi notat verbum illud acceptissimum fore vnigenito suo, quod multis exornat authoritatibus sanctorum PP. & doctissimorum virorum testimonijs. Quidam vir, doctissimus, affirmat, in sua laura Euangelica, fol. 573. libr. 3. dis. 8. fundatum esse Ordinem Redemptorum Beat. Mariæ de Mercede à Rege Iacobo Monacho Cistercienſe, & à duobus Abbatibus Cister, accepisse regulam, & constitutiones primum fateor. secundũ frivolum iudico; cum data sit regula, & modus viuendi à S. Raimundo de Peña Fort. Vt vides infra §. 28.

R. P. P. M. Merino in defensorio Redempt.

AD IDEM.

SEd antequam agamus de confirmatione Ordinis nostri, claritatis gratia, vt nil in hac re intactum remaneat, loquendo de ætate Regis Iacobi fundatoris nostri; pro certo tenendum est; hanc sacratissimam Religionem fundasse anno ætatis suæ vndecimo. Nec mirum est ita fuisse: nam cum Deus optimus maximus summæ potens, summæque sapiens sit, non indiget potentia mediorum ad sua mirabilia opera confeienda, scit potius eligere media multoties inproportionata: tùm ne intelligatur effectus procedere à virtute secũdarum causarum solum: quia potentes sunt, specialiter cum sæpius excedant capacitatem causarum, summit Deus ad restituendũ lumen, lutum, procolirio, & medicina sananda: cum potius videatur oppositum ex luto fieri: in hoc igitur opere diuino larga, & liberalis, se ostentauit diuina magnificentia: & de Samuele, & Dauid, videmus in sacris litteris magnalia fecisse; ætate tenera. Præterquam quod, vt Authores sunt, Marineus Siculus, lib. 10. num. 50. & Hieronymus Zurita, libr. 2. Annal à cap. 66. vsque 80. & Antonius Beuter, in Chronicis Hispaniæ, lib. 2. à cap. 6. vsque ad lib. 3. *Rex Iacobus magnalia fecit, ad hue iniuuentute, vt vere dici posset, Spiritum Sanctum, cum eo assistere. Sicut Magi Pharaonis dixerunt, quod cum Moyse, & à Aron tanta operantibus mirabilia diuinus erat spiritus.* Immo addit Marineus Siculus, loco citato, quod: *Omnia, quæ fecit Rex Iacobus, & fere omnia, quæ illi acciderunt, videbantur miraculosa: nam fuit genitus quasi diuinitus natus, educatus, atque nutritus.*

75. Ætatis Regis ann. 11

Aliquam tamen inuenio differentiam inter Authores, de anno confirmationis eiusdem Ordinis. In primis conueniunt omnes, factam fuisse confirmationem per Gregorium IX. PP. Maximum, quod constat ex Bulla, quam originaliter vidit, sæpius legit, & meditauit Magister Bargas, dum in Curia Romana assisteret per plures annos: & est tenoris sequentis: *Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs, Magistro, & fratribus domus sanctæ Eulaliæ Barcinonensis deuotionis vestræ precibus inclinati, præsenti vobis Authoritate concedimus, vt cum nondum aliqua, sit à vobis ex Religionibus approbatis assumpta; Beati Augustini positis Ordinem profiteri. Datum*

76. Bulla confirmationis Ordinis B. Mariæ de Mercede.

pe-

perusiæ 16. kalend. Februarij, Pontificatus nostri, anno 8. Hæc Bullæ verissima verba, ita habetur in Barchinonensi Archiuo, ita apud omnes Authores, quos ego legerim reperitur, & omnes fere legi, & perlegi, itaque anno 8. Pontificatus Gregorij Noni, dicitur Ordinem fuisse confirmatum. Ita habetur in Bulla.

77. Modo autem dissensio est inter Authores nostri Ordinis, in assignando anno confirmationis: quidam enim, de quorum numero est Magister Bernardus de Bargas Hispalensis, vir alias doctissimus, & diligentissimus indagator rerum Ordinis, etiam pius, & Religionis cœlo ardentissimus, iste quidem Author, in historia nostri Ordinis, part. 1. lib. 1. cap. 17. litt. E. inter alia tradit hæc verba: *In initio huius anni 1230. Sanctus Raimundus ad summum Pontificem accessit, à quo humiliter nomine Regio, Bullam confirmationis pro Ordine nostro petijt, cui sanctissimus imposuit, vt diuinam enarraret, & quo titulo nouus Ordo intitulari, & sub qua regula militare deberet, quo colore, & forma habitus fratres eius indui vellet, ostenderet; & denique de omnibus minutatim rationem coram se redderet, cui sanctus Raimundus, non sine lacrymarum fonte (Beatissime Pater) loqui homini licet, nec mea lingua enarrare sufficit, quæ ab hinc annis duodecim, kal. Aug. hisce uidi oculis: Reginam vidi Angelorum, magna sanctorum, & sanctarum comitatam caterua, Solc, splendidiorem, & Luna pulchriorem, ab altissimo filio suo Missam, vt à Rege; & filio sanctitatis vestro Iacobo, Ordo instituerctur, qui in honorem eiusdem Virginis, Ordo Beatæ Mariæ de Mercede, seu de misericordia diceretur: cuius fratres ad imitationem sui Filij Redemptoris nostri (qui genus humanum à potestate demonis eripuit, & duram sustinuit mortem) Christianos captiuos de infidelium manibus, etiam cum propriæ vitæ dispendio (si necesse foret) liberare deberent. Quæ diuina Angelorum Regina eadem nocte præfato sanctitatis vestræ filio Regi Iacobo, & honesto viro Petro Nolasco, ad eundem effectum apparere dignata est.*

Ann. 1230 reuelatio-nem facta manifestat Pontific. S. Raimundus de Peña Fort.

78. *Hæc est Pater Sanctæ voluntas Dei, & Matris, quantum vero ad regulam sub qua hic Ordo militare debeat, si sanctitati vestræ placet; maximopere exopto; quod in hoc imitetur Religionem filij vestri Dominici, ab immediato sanctitatis vestræ prædecessore confirmatam; huic nouo Ordini concedendo Regulam sancti Augustini, quam mea Religio seruat. Et vestes hi noui Ordinis fratres in honorem puritatis gloriosissimæ Virginis Mariæ, Albas omnino gestent.* Hæc, & alia tanto Diuino spiritus feruore, & ardore Raimundus enarrauit, quod Summi Pontificis animum, de Friderici scelere, & proditione anxium, suspensum, & quasi in extasi eleuatum, per aliquod temporis spatium teneret; sed in se Pontifex reuersus, sub leuatis in cœlum oculis, & aperiens os suum, hoc modo orando, Domino dicebat.

Domine, Domine, Rex omnipotens, in ditione tua cuncta sunt posita, & non est qui possit tuæ resistere voluntati. Tu fecisti cœlum, & terram, & quidquid cœli ambitu continetur. Dominus omnium es, nec est, qui resistat Maiestati tuæ: & nunc Domine miserere populi tui, quia volunt nos Fridericus, & sequaces eius perdere, & hæreditatem, Ecclesiæ sanctæ tuæ delere. Ne despicias partem tuam, quam redemisti. Conuerte luctum nostrum in gaudium, vt viuentes laudemus nomen tuum, & ne laudas ora, te canentium. Fiat Domine voluntas tua, in terra, sicut in cœlo. Et conuersus ad Raimundum dixit ei: *Placet, placet, fiat tibi sicut vis.* Et sicut nomine Regis mij nostri petis, & ex nunc proponimus præfatam, & petitam confirmationis Bullam in forma gratiosa tibi dare, & expediri iubeuimus quando in Hispaniam reuertaris. Modo enim tuo consilio, & literarum præstantia in rebus arduis, & magni momenti negotijs opus est nobis. & subiungit. Post aliquot dies summus Pontifex (vt diximus) sanctum Raimundum suum Capellanum, & pœnitentiarium Apostolicum, ac inter alios specialem suum confessarium elegit, ac decretalium compilationem ei commisit.

Confirmat Pontif. sicut Raimundus petit.

Et subiungit, *nostrum Ordinem fuisse confirmatum hoc anno 1230. à sua fundatione duodecimo, omnes affirmant, non solum nostri scriptores, sed etiam externi; quod in corpore nostrarum constitutionum est expressum. Et nullus vsque in præsentem diem de hoc dubitabit, neque ego in historijs parum versatus, tot, diligentissimis, & doctissimis viris, vno ore, & vna voce loquentibus, & communi opinioni, vsque in hanc diem receptæ, me opponerem, nec nouam, & contrariam, post tot secula suscitare, & diuulgare, auderem; si ipsamet Bulla confirmationis, ratio, & veritas (quæ omnia vincit) non essent in contrarium, vt suo loco clarissime*

79.

me demonstrauimus. Hæc sunt, quæ de hoc puncto ab hoc Authore in hoc lib. 1. cap. 17. habentur.

80. Posteà procedès ad prouandum, quod in vltimis verbis relati capitis propoluit, in cap. 19. eiusdem lib. 1. cui titulus est: *De tempore, & anno, quo Religio nostra fuit confirmata contra communem opinionem. In corpore vero huius capitis, post multa, subiungit, ego igitur licet inter Scriptores nostri Ordinis, qui de nostra Religione tractauit sim vltimus, & minimus (si scientiam, & sufficientiam respicias) nullus tamen meo videri (sim, non mea fallit opinio), in inquirendis summorum PP. Bullis, & litteris Apostolicis, atque ex registro, in forma authentica extrahendis, & ad vrbem, ex Hispania, nullis expensis parcendo transportandis, maiorem solertiam, quam me huc vsque adhibuit: nam in Romana Curia commorando, ibique per plures annos moram trahendo hæc mihi commoda fuerunt: inter plures igitur Bullas, quæ ad meas deuenerunt manus Gregorij PP. noni Bullam originalem; nostrum Ordinem confirmantis accepi, vidi, tenui, & diligenter intuitus sum. Eamque attente legi, & perlegi, quæ est tenoris sequentis, & tenor est.* Sicut supra ex eodem Authore transcripsimus. *Quia igitur habes tenorem, & quæ Bulla illis claudituer verbis. Datum Perusiæ 16 Kalend. Februarij, Pontificatus nostri, anno 8.*

81. Post quæ verba subiungit doctissimus Bargas, hoc esse verum, tralluimptum, & cum suo originali concordare: Et quod nostris Ordini Authores incipiendo à Reuerendissimo Gaber, vsque ad hæc tempora: & similiter omnes externi mentionem de confirmatione nostri Ordinis facientes (nemine dempto) expræsse affirmant: fuisse nostrum Ordinem confirmatum à Gregorio Papa Nono, sui PP. anno octauo. Quo animaduerso, subiungit iste Author videamus ergo quo Domini nostri Iesu Christi anno, Bulla hæc fuit expedita: quod facillimo negotio colligi poterit, & concludi, si aliqua reperamus. Gregorius igitur Nonus fuit creatus anno Domini 1227. die 20. Martij (nam vt idem Author refert) libr. 1. cap. 17. fol. 46. Sanctissimus Honorius Papa Tertius, anno 1227. nocte quæ præcesit festiuitatem sanctissimi Ioseph, Virginis Mariæ Sponsi 18. Martij, die Iobis, Romæ obijt, cum sedisset annos decem, & menses octo, cui sabato sequenti, eiusdē hebdomadæ die 20. mēnis; Hugolinus Comes Anagninus Episcopus Card. Ostiensis, & Velitrensis, Innocentij PP. Tertij, nepos successit, & Gregorius Nonus appellari voluit; vt ex ipsis summorum PP. Bullis, & gestis, ac ex Authoribus, qui eius vitam scripserunt (nemine dempto) manifeste patet; quod his circunstantijs, & minutatim annotare, & exprimere volui, vt meam sententiam circa nostri Ordinis confirmationem (præter omnium scriptorum spem) esse, veram suo tempore innotescat, hæc ibi. Et cap. 18 sequenti inter ea, quæ retulimus, inquit; quod annus secundus Pontificatus Gregorij Noni incepit 21. die, Martij, anni Domini 1228. & annus sui Pontificatus Tertius cepit 21. die Martij, anni 1229. & sic de singulis vsque ad octauū annum, qui incepit die 21. Martij anni 1234. vsque ad 20. Martij anni 1235. quo anno, die S. Antonij Abbatis 17. Ianuarij, confirmatus fuit Ordo, & anno 1230. hoc esse non potuit.

Quæ omnia conformare videntur, cū anno Creationis Gregorij IX. qui fuit 1227. & ex tenore Bullæ constat, vbi dicitur in vltimis verbis: *Pontificatus nostri, anno octauo.* Et profecto huius Authoris, scripta michi maximè placēt quippe, qui fuit rerum nostræ Religionis eximius indagator, & antiquitatum, atque Bullarum Summorum Pontificum diligentissimus inspector, quem sequi videtur, Nobilissimus Barchinonensis Stephanus Corbera, in lib. de mirabilibus illius ciuitatis, vbi ex professo vitam venerabilis cuiusdam monialis nostri Ordinis, *Nomine sancta Maria Socors, alias dicta Maria Cerbellon.* Vbi inter alia subiungit, cap. 29. Gregorium Nonum electū fuisse anno Domini 1227. & Bullam cōfirmationis dedisse anno 1235. nam in ea dicitur: *Pontificatus nostri anno 8.* Idem sentit accutissimus P. M. Tellez, nostræ Religionis Historiegraphus; in prima parte Historiæ, quæ huc vsque Typis data non est. Itaque valde redditur Planabilis diligentia, quam sequitur, tanti Authoris. 82.

Quàm ego libentissimo animo amplector, & vlterius ad eam veritatem, addo id tenere, Robertum Bellarminum, in libro parvulo de Vitis, & creatione Pontificum, dum agit de creatione Gregorij IX. idem etiam apperte tenet, Iacobus Gualterius de Societate Iesu, in libro celeberrimo de mundi ætatibus, sæculo 13. ann. 1200. qui citat Onufrium, & Naucleum. Vt ego vidi, rursus Authoritas 83.

san-

sancti Antonini, michi pro maximo est, 3. part. Historiæ, titul. 23. cap. 24. §. 15. de sepultura, & translatione corporis Beatissimi, & sanctissimi Patriarchæ Dominici, Religionis celeberrimæ conditionatorum Fundatoris, ubi inter alia sic dit. S. Antoninus: *Itaque crebrescentibus per totam Italiam, per merita sancti Dominici miraculis euidentibus: fidelium dignum duxit deuotio, corpus Beati Dominici, humili prius reconditum loco: ad altiorem locum debita cum reuerentia transferre, anno igitur domini 1233. in dictione sexta, Pontificatus Domini Gregorij Noni anno 6. tempore, Domini Frederici II. Imperatoris, ann. 17. à confirmatione Ordinis, à transitu vero eius 13. facta est translatio corporis eius, per hunc modum, &c.* Huc vsque, D. Antoninus. Vbi notandum, quod dicit translationem sancti Dominici, factam fuisse, ann. 1233. anno sexto à creatione Gregorij Noni, constat ergo. Creatum fuisse ann. 1227. & quod nostra Religio fuit confirmata, ann. 1235. siquidem in Bulla confirmationis expresse dicitur: *Pontificatus nostri anno 8.* In quo, existimo nullatenus, iam esse dubitandum. Si res pœnitius, quam vsque ad hæc tempora attendatur: Et sic prævalet, quod Bargas dicit.

84. Fateor tamen, me in admirationem semper ductum fuisse, quod tam communis extiterit in nostra Religione apud gratissimos Authores (quos referam) contraria opinio, affirmans fuisse confirmationem datam, ann. 1250.

Video, tamen Authores fundari posse, indubio quodam de creatione Gregorij Noni, in quo incidit Iodocus Cotius Bileuildanus, Theologus, & Canonicus Iuliacensis, in tomo illo celebertimo, cui titulus: *Thesaurus Catholicus, rerum fidei & Ecclesiæ Catholicæ consensus.* Qui agendo de dignis Ecclesiæ, enumerat Pontifices, & eorum creationes, & fol. 1006. inter alia ponit, creationem Innocentij Tertij factam fuisse ann. 1198. & creationem Honorij III. ann. 1217. & creationem, Gregorij Noni ann. 1222. & creationem Celestini VI. ann. 1241. ex quo colligitur Gregorium, in Pontificatu vixisse 19. annos, ex quo facilè deducitur nostram Religionem fuisse confirmatam ann. 1230. siquidem fuit Pontificatus sui, anno 8. secundum huius Authoris sententiam.

85. *S. Ant. tradit Bullam* Sed tamen hic Author, etiam si doctissimus sit, falsitur apperte in assignando anno creationis Gregorij Noni: nam, vt optime notauit sanctus Antoninus, 3. p. tit. 19. cap. 4. post obitum Honorij Tertij, creatus fuit Canonice Pontifex Summus Gregorius huius nominis, *Nonius* de Anania ciuitate Campaniæ Oriundus, qui prius dictus est, *Vgolinus*, & fuit in Sede Petri, annis 14. vir vtique Venerabilis Vitæ, & multæ prudentiæ, ac scientiæ in choauit autem suum Papatum, anno Domini 1226. hic sanctorum Cathalogo solemniter ascripsit Fundatores Ordinum mendicantium, S. Beatum Dominicum, & Beatum Franciscum. Et titul. 23. cap. 4. §. 17. dum ageret S. Antonin. de Bulla Canonizationis Beati Dominici, tradens tenorem Canonizationis, in fine subiungit. His verbis: *Cum igitur, ex multa familiaritate, quam nobiscum minori habuit constitutus officio: argumenta sanctitatis ipsius exiguis vitæ testimonijs constitisset; esset que de miraculorum veritate dictorum post modum facta nobis per testes idoneos plena fides: nos cum commisso nobis Grege Domini, confidentes eius suffragijs per Dei misericordiam ad iuuari: vt cuius meritis solatium gratiosæ familiaritatis habere meruimus: eius potentiam cœlis patrocinio gaudeamus; ipsum de fratrum nostrorum consilio, & assensu: ac omnium apud Sedem Apostolicam consistentium Prælatorum, Cathalogo sanctorum, ascribit decreuimus statuentes firmiter ac Vniuersitati vestræ præsentibus iniungentes: vt nonis Augusti, ante diem quo possit à carnis Sarcina, dies meritis penetrauit in sancta similis sanctorum fons, in gloria eius natalitia celebretis: & faciatis solemniter celebrari quatenus ipsius præcibus Deus (quem viuens colnit exoratus, gratiam in præsenti sæculo, & gloriam nobis tribuet in futuro. Nos vero tanti Confessoris venerabilem sepulturam, quæ miraculorum fulgoribus Generalem illustret Ecclesiam, cupientes dignis Christianæ deuotionis honoribus frequentari: vere pœnitentibus, & confessis festiuitatem præfatam annis singulis, cum deuotione, & reuerentia debita visitantibus: de Omnipotentis Dei, misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli, Apostolorum eius Authoritate confisi, vnum annum de iniuncta sibi pœnitentia, misericorditer, relaxamus. Datum Spoleti 5. kalend. Septemb. Pontificatus nostri, anno octauo.* Hæc habet S. Pater Antoninus.

Canonizationis Beati Dominici.

86. *Bullæ tenor pro S. Dominico, vbi, & Indulgentiæ concedũtur* *A Greg. 9. ann 1235. Spoleti.*

Sed reddeamus ad eundem Antoninum, tit. 19. cap. 4. vbi postquam: eaque supra retulimus de eius creatione dixisset sanc-

87. *S. Anton.*

ium-

iungit paucis interpositis lineis. His verbis: *Hic (Gregorius Nonus) etiam decretales epistolas diuersis destinatas, & ordinata, in Concilijs vniuersalibus, ab Alexandro III. vsque ad tempus suum, quæ dispersa erant in diuersis voluminibus; & aliquas extrauagantia, redigi fecit, in vnum volumen distinctum in quinque libris & sub diuersis titulis per sanctum virum. Et in iure peritissimum Magistrum Raimundum de Peña Fort, Catalanum, fratrem Ordinis Prædicatorum, tunc suum Capellanum, & Secretarium: expeditorem causarum pauperum, &c.* Huc vsque S. Antoninus.

88. Volui omnia, ex S. P. Antonino referre: cui tanquam eximio sancto, & specialissimo Historiographo, maximam adhibeo fidem, vt notentur tria inter alia 1. quod creatio Gregorij fuerit ann. proxime 27. non ann. 22. vt voluit Iodocus 2. noto quod Canonizatio sancti Dominici fuit ann. 1235. in ciuitate Spoleti 3. not. quod, sanctus Raimundus de Peña Fort, Religiosus iam Ordinis sacratissimi Prædicatorum, dum apud Pontificé esset, exercuit munus Secretarij, Capellani, & quod ad vnum reddegit gesta, & decretales P. P. & Conciliorum.

89. Primum quod notaui est, electionem, seu creationem Gregorij Noni, fuisse ann. 1227. quod Pater Magister Ramon; non negat. Prima parte Historiæ Generalis nostri Ordinis, lib. 1. cap. 8 postquã posuit Bullam confirmationis. Vbi tradit hæc verba: *Gregorio Nono fue electo Papa por el mes de Março del año de 1227. y esto es tan notorio, que no ay que disputar en ello.* Quæ verba, non solum ex aliorum sententia tradit; sed etiam ex propria; in quo nullatenus differit ab alijs.

90. Secundo notaui, quod Canonizatio sancti Dominici fuit secũdum mentem S. Antonini ann. 1235. Pontificatus Gregorij ann. 8. in ciuitate Spoleti, hoc not. 1 vt non miremur sanctum Raimundum detentum fuisse apud Pontificem ab ann. 1229. vsque ad ann. 1235. siquidem, & tunc decretales recopilauit, iussu Pontificis, & causas pauperum, tunc agebat, & Capellanus, & Secretarius illius erat rursus forsitam toto illo tempore detentus mansit, vsque, dum, Æditã in lucem videret Bullam, & Canonizationem sancti Dominici Patris sui, quæ data fuit eodem ann. 8. nempe 1235. rursus, quod Canonizatio sancti Dominici data est in Spoleto, vt inquit Antoninus, datũ Spoleti, etiam, & Pater Ramon, affirmat loco citato, datum fuisse in Reate, vbi notandum est, quod iste Author maxime laborat in probando, quod hoc an. 1235. Pontifex Gregorius non erat in Perosia, vt dicitur in Bulla nostræ cõfirmationis. *Datis Perusij 16. kalend. Februarij, Pontificatus nostri ann. 8.* Probat quidem nõ posse tunc assistere Pontificem Perusij, sed in Viterbo, vel Reate, vel Anagnia: & citat Platinam: quem ego vidi, & tale nõ declarat, Yllescã, Pinedam, & alios, quos ego legere nõlui: cum michi sufficiat Authoritas Antonini. & principaliter, expressio Bullæ confirmationis, quomodo autem conueniant verba Antonini, dicentis: *Datum Spoleti anno octauo, sui Pontificatus.* Et Bulla nostræ confirmationis dicentis: *Datum Perusiæ anno 8. Pontificatus?* Facile est concordare, nam mense Ianuario, die 16. sancti Antonij Abbatis, data est Bulla nostræ confirmationis, & eodem ann. 5. Kalend. Septembris. Data est Bulla Canonizationis sancti Dominici Spoleti. Ex quo constat, quod breui tempore postquam data est Bulla nostrę confirmationis, transiuit Pontifex ad Spoletum, & ad alia loca S. ad Reate, & Anagnia prout necessitas pacis portulabat. De quo latissime agunt Historiographi, & Magister Ramon loco citato; vbi loquitur docte, & luculenter, eneruat suam sententiam; quæ quidem acuta est, vtinam ita vera. Non tamen est difficile eodem anno vtrobique fore.

91. Tertio notaui, quod secundum sentẽtiam beati Antonini, sanctus Raimundus mansit apud Pontificem spatio quinque annorum; exercendo illud munus, Secretarij, & Capellani, & ad compillationem decretalium; & ad causas pauperum agendas, quod valde michi placet; nam tunc temporis, vt inquit Bargas, lib. 1. cap. 17. circa finem proposuit Pontifici causam nostri Ordinis; & Regium desiderium, diuinamque reuelationem, quando, quibus, & quomodo facta fuerit: & quod supposito, quod Canonizatio sancti Dominici, fuit eodem anno 35. vtramque si. ne dubio ageret causam, & confirmationis nostri Ordinis per expeditionem Bullæ de assignanda Regula sancti Augustini & sui sancti Patris, Bullæ etiam Canonizationis eius, vt debebat, & prudenter debet ita concedi.

Spatio milliarum 15. sunt perusio, & Areti, & Agnaniſ. & Assiſ. sunt ciuitates de terra Pontificis.

AD IDEM.

92. *Confirmatur anno 1230. viuæ vocis Oraculo, nõ authentico Bullæ instrumento.*

EX quibus, duo inFero, id est, quod, vt inquit, Bargas, cap. 17. in fine, quando sanctus Raimundus de Peña Fort; proposuit Pontifici Gregorio Nono, reuelationem à Beata Virgine diuinitus factam; tribus illis præclarissimis viris, nempè, Iacobo Regi, sancto Raimundo, Confessario suo, & sancto Patri nostro Petro Nolasco, tunc cum Summus Pontifex (alias pius, & maxime circa res Diuinas veneuolus) animo feruorosissimo erga Sanctissimam Dei Matrem, & erga, Captiuorum salutem, amore eximio; & nimio deuotionis affectu protulit verba, suauissima: tam erga Deum, inquiens: *Domine Deus Omnipotens inditione tua cuncta sunt posita, & non est, qui possit tuæ resistere voluntati: tu fecisti cœlum, & terram: & quidquid cœli ambitu continetur. Dominus omnium es, nec est, qui resistat Maiestati tuæ. Et nunc Domine miserere populi tui; ne despitias partem tuam, quam redemisti: Conuerte luctum nostrum in gaudium; vt viuentes laudemus nomen tuum, & neclaudas ora, te canentium. Fiat Dominæ voluntas tua; in terrâ sicut in cœlo. Quomodo ergo, ego non acceptabo, tàm pium opus, quod tu facere decreuisti? Quod reuelasti per Matrem tuam piissimam? Quod in tantum cedit honorem nominis tui? Quod tantam ad fert vtilitatem Christiano populo? Quod tam immensæ dat Captiuis consolationem? Quod tantam arguit charitatem erga fratres suos? In bis qui executioni mandauerint tale opus? Cum vitam suam pro redimendis, & Emanu Barbarorum eruendis Captiuis, obtulerint? Opus sanè pium! Opus vere bonum! Honestum, & veræ, & Chatolicæ Religionis proprium.* O veræ opus Diuinum; Diuina Virginis Mariæ reuelatione manifestatum! O vos viri amici Dei amantissimi Filij mei! Quantam vobis Dominus contulit lætitiam! Quantam fœlicitatem! Quibus serena fronte se illa, quæ Regina est cœlorum se conspitiendam dedit! Tunc ad Raimundum Sanctissimum, & pijssimum Virum conuersus; dixisse certè credere; quis verebitur: *Eia dilecte fili placet, placet fiat tibi sicut tuis libentissimè tuis precibus annuo confirmo. Accepto, & viuæ vocis Oraculo, id ipsum, quod exigis, quod proponis, quòd cupis, tibi, ex nunc, pro tunc concedo. Et postmodum, cum reuertaris ad Hispaniam litteris mandabo, quod modo à me supremo Ecclesiæ Pastore, humiliter, atque deuotè supplicasti.* Et qua? Ora, mansit in Pontificis acceptatione nostra sacra Religio acceptata, confirmata, & viuæ vocis Oraculo, vt dictum est, in róbore Religionis, licet non authentice, vt litteris scriberetur pro tunc, vt constaret cunctis, ita vt fidem faceret. Post modum autem, anno 1235. data est Bulla confirmationis Pontificis, Perusiæ anno Pontificatus eiusdem Gregorij Octauo, in qua nostræ Religioni datur Regula sancti Augustini, vt sub illius thenore fratres profiterentur. Itaque Religio, viuæ vocis Oraculo confirmata censetur, ann. 1230. Quæ omnia, quis dubitat Raimundum sanctum per Epistolas enarrasse Regi Iacobo: cuius pro illo munere erat ambasiator: & Patri nostro Petro Nolasco; cui erat amantissimus: vt qui consortes fuere reuelationis, fuissent etiam consortes lætitiæ de iucunda; & beneuolâ Pontificis voluntate. Et hoc negari non est sanè mentis: si quidem prudentia Raimundi, sapientia, & virtus, maxima erat, & Vrbanitas id exigebat, nam ex quo à Rege est Missus ad Pontificem pro tanto opere exequendo: Debitum erat, rationem suæ legationis reddere Regi quidem ratione officij, & necessitate muneris. Nolasco autem titulo Familiaritatis, siquidem perplexi essent vsque dum de voluntate, & animo Pontificis notitiam haberent. Immo addiderim ego esto quod Rex Iacobus Raimundum ad Pontificem Misit, non eum siccis, & vacuis manibus mississe credendum est, sed quod Epistolas manu propria scriptas ad eum mitteret: in quibus largam faceret relationem de reuelatione. A quo facta fuerit, quibus, & quando, & de fine, eiusdem reuelationis; remittens sancto Raimundo, vt os, ad os, quod litteris mandarat lingua sapientis, & subiecti, cui etiã facta fuerat reuelatio ad longum, si Pontifex vellet Enarrasset, quo facto credendũ, etiam est Pontificem Gregorium: Ad Regem Iacobum suas etiam Epistolas mississe, & voluntatem suam piumque animum, & Lætitiam, simul cum veneuola acceptatione declarasse. Quod etiam per Bullam specialem, pro tunc si nõ fuisset: fore tamen suo tempore, dum illam in forma authẽtica S. Raimũdus pro-

Heft. 12.

93.

Authentice confirmatur, an, 1235.

curasset, quod postea Raimundus fecit ad Hispaniam reuersurus ann. 1235. Sed tamen de notitia illa, quam Summus Pontifex habuit, ann. 1230. de reuelatione. Et quod viuæ vocis Oraculo, totum quod narrauit acceptauit, quod illi placuit, quod fiat pronuntiauit. Et per epistolas, notum factum est Regi Iacobo, ann. 1230.

94. Id circo secundum, quod aduerto est, quod cũ ad Regem Iacobum, & forte ad sanctum Petrum Nolasco litteræ Raimũdi, aut etiam Pontificis Missæ fuerint, de his quæ in enarratione cum Pontifice acciderunt Raimundo, & qualiter, *placet*, dixerit, & *fiat*, & hoc ann. 1230. id factũ fuisse nuntiauerint. Id circo, fratres nostri, & constitutiones nostræ, tam antiquæ, quam nouiores, & omnes Historiographi: tàm ex nostris, quàm ex alienis, qui fatentur confirmatam fuisse Religionem, an. 1230. existimo, illud sumpsisse ex notitia epistolarum, quæ Missæ fuere, an. ipso, & forsitam obseruatur in Bibliotheca Barsinonensi, & in Archibis, & si disquirãtur forsitam inuenientur; & de hac confirmatione Ordinis, quæ facta est viuæ vocis Oraculo ann. 30. locuti sunt; nã incredibile videtur, quod sine magno fundamento. tàm antiqui, quàm moderni Scriptores, & constitutiones, omnes antiquæ, & modernæ, id dixerint, qui vnanimi consensu conueniunt facta fuisse, ann. 30. inter quos grauissimi, & sapientissimi viri sunt. Agaber vsque ad R. Zumel. itaque loquuntur, de confirmatione factæ viuæ vocis Oraculo cognita per epistolas, aut Raimundi, aut Pontificis Gregorij.

Facile conciliantur Authores vtriusque opinionis.

95. Qui vero affirmant fuisse Ordinem confirmatum an. 1235. absque dubio loquuntur de confirmatione authentice, & iuridice, concæssa per Bullam, quæ data fuit Perusiæ ann. 1235. ann. 8. Pontificatus illius, & sic facile conciliantur opiniones, sine eo quod recurramus ad fallaciam, seu errorem Scriptorum dicendo; quod loco numeri 3. positus est numerus 8. cũ ann. 8 conster non solum in Bulla, quæ seruatur Barchinonæ. Sed etiam in ipso originali; obseruato Romæ, nec recurrendum est, ad tempus creationis Pontificis Gregorij postponendo, aut anticipando eius creationem: cum certum sit creatum fuisse an. 1227. testificantibus omnibus, qui Pontificum gratis, & gesta veriditius narrant, & hoc michi videtur, totaliter verũ, si attente, & prudenter, res considerẽtur.

96. A quo tamen habitum receperit S. P. Nolasco, facile. Responderi potest. Secũdũ ea, quæ in nostris constitutionibus habentur, & ex Bulla, quæ habetur in decretalibus Clem. PP. VIII. pro Canonizatione S. Raimundi de Peña Fort, vbi constat apperte sanctum Raimundum suis manibus habituni Religionis primo Generali Magistro impossuisse, cuius verba hæc sunt: *Cũ itaque eius hortatu, Petrus Nolascus Gallus, vir, pietate, & opibus affluens. Cuius ipse cõfessione audiebat, in pauperum sustentationem, ac præcipue in captiuorum Redemptionem, bona sua erogaret, diuinitus factum est, vt gloriosissima Virgo eadem nocte dicto Petro, ac ipsi Raimundo. Nec non Iacobo Regi Aragoniæ appareret, eiusque significaret, sibi filioque suo gratissimum fore, si in honorem suum, Ordo Religiosorum fundaretur, à quibus Christiani, sub dura Barbarorum tyrannide de gentes, redimerentur. Ita Ordo B. Mariæ de Misericordia, seu de Mercede Redemptionis captiuorum primo institutus est. Quem frater Raimundus, vt illius Author, ad certam viuendi Regulã, ac Religionis formã reddegit, eiusque confirmationem post aliquot annos, à Gregorio IX. obtinuit. Primoque Generali Magistro suis manibus Religionis habitum impossuit.*

Clemens PP. VIII. in decretalibus.

97. Hæc sunt expressa verba Domini Alphonsi Iesualdi Episcopi, Hostiensis Archiepiscopi Neapolitani, sacri Collegij Decani, sacrorũ rituum Congregationis Præfecti, quæ Typis impressa, & ad singulos Cardinales, & ad alios Prælatos transmissa fuerunt. Quas decretales, sua illustrissima dominatio, seu eminentia, prius in plurimis Congregationibus, cũ reliquis Cardinalibus, & Rotæ auditoribus per longum tempus bene discussas, & euentilatas super causa Canonizationis sancti Raimundi in Consistorio retulit easque sanctissimus Clemens Papa VIII. de omnium Cardinalium, & Prælatorum voto approbauit. Quibus sine temeritate, nullus contradicere potest. Hue vsque Magister Bargas, cap. 20. libro 1. Quod optime expendit, & ponderat, pro grauitate, & magnitudine nostræ Religionis, pro commendatione S. Patris nostri Petri, & instituti nostri: quia quod asserente Pontifice diuinitus factum est, Petro, ac Raimundo, ac Iacobo Rege appareret. Non potest, non esse magnum opus, Diuinum opus. Late quidẽ, atque doctissime declarationes decretalium pro nobis habent declarat ille Author, & qualiter sanctissimo P. Raimundo de Peña Fort, Ordinis S. Do-

Domini, Prædicatorum celeberrimi, & sanctitate, & litteris conspicui debemus omnem nostram bonam educationem, ipse quidem fecit, & simul cum Rege Iacobo, & S. P. Nolasco, vt executioni mandarentur procurauit. Ipse quidem S. Raimundus teste, Clemente Octauo, vt dictum est in decretalibus confirmationem post aliquot annos obtinuit à Gregorio Nono, ipse primo Generali Magistro suis manibus habitum Religionis imposuit. Transactis à fundatione, vsque ad Bullarum expeditionem decem & septem annis. Sub datum Perusiæ, die 17. Ianuarij Pontificatus Gregorij anno octauo, & est ann. Dom. 1235. vt iam dictum est.

98. Itaque sanctus Raimundus, primo Generali Magistro nostri Ordinis habitum Religionis suis manibus imposuit. Sed hoc factum est, cum transactis in Curia Romana quinque annis à Summo Pontifice Gregorio Nono, benedictionem recepit, & vt iam diximus supra ipsum prudenter occupatum iudicamus, in exequenda Canonizatione sancti Dominici, sui Ordinis Fundatoris, cui erat maximè addictus: quem Gregorius Non. ann. Pontificatus sui 8. hoc est ann. 1235. in Sanctorum numerum reddegit: non Reate, vt voluit, M. Ramon; nec, vt voluit etiam Magister Bargas, lib. 1. cap. 21. circa initium. Sed Spoleti, vt constat ex Bulla Canonizationis sancti Domini relata à sancto Antonino 3. part. iam supra relato, titul. 23. cap 24. f. 200. Sed notat Bargas, quod aduerter-ter dixit Pontifex dedisse S. Raimundum propriis manibus primo Generali Magistro Ordinis habitum Religionis; non tamen dixisse primo fratri; quia possumus considerare B. P. Nolascum, duobus modis; primo, vt primus frater est, dum sine regula approbata per Pontificem vixit, cū aliqua tamen Religionis forma: quam illis præscripsit sanctus Raimundus, suo vt dixi statui competente: incipiendo à die 10. Augusti, ann. 1218. vsque ad ann. 1235. quo data fuit authenticæ Bullæ cōfirmationis, ex quo etiam anno cæpit Ordo veræ Religionis nomine appellari, & tunc certum est sanctum Raimundum habitum veri Religiosi imposuisse Petro Nolasco suismanibus, vt narrat Pontifex.

Ann. 1235 S. Raimundus suismanibus dat Petro Nolasco habitum Religionis.

99. Secundo possumus considerare sanctū Petrum Nolasco: post expeditionem Bullæ confirmationis: in qua Bulla eum appellat Magistrum Generalem Summus Pontifex Clemens Octauus, quando iam loquitur, vt dixi de Religione vera, & perfecta, & stricto modo sumpta: qualiter intelligere debemus verba Pontificia, cum omni rigore, & matura consideratione prolata, & tunc est certissimum, vt iam dixi à sancto Raimundo habitum suscepisse, sanctum Petrum Nolasco.

Quid autem acciderit, in die sancti Laurentij, cum primum Ordo inchoatus fuit, ne molestus sim solum proponam pro responsione. Quod habetur in prohemio nostrarum constitutionum: quod à tota Religione est pleno ore acceptatum, & pro certo habitum, & ab omnibus amplectitur, & est in hac forma audi verba, fol. 3. vnde in prædicto die sanctissimi Martiris Laurentij, die decima à reuelatione facta inclytus Rex Iacobus, cum Episcopo, Definitoribus, & Consiliarijs eiusdem ciuitatis Barchinonæ, & pariter cum prædicto Raimundo de Peña Fort, & viro sanctissimo Petro Nolasco, ingentique alia multitudine comitum, vicecomitum, Baronum, Nobilium, innumeraque alia gentium multitudine, totius Regni, quę illuc aduentauerat, vt, rem cerneret, mirabilem, & inauditam, & fere cum omni populo, in Cathedralem Ecclesiam maiorem sanctę Crucis cōuenere, factaque prius solemni processione, & litania, Religiosissimus vir, frater Raimundus de Peña Fort, publica cōcione ab eo facta, recensuit, & narrauit, quæ Deus dignatus fuerat ostendere, & reuelare; & quod illuc omnes cōuenerāt, vt novus institueretur Ordo, à Serenissimo Rege Iacobo, ad redimendum Christianos captiuos, à potestate, & seruitute infidelium. Multaque de sanctissimo instituto, & de cōmendatione præclari operis populo, proposuit. Quæ omnia cū populus audiret, lętabundus, & exultans; magna cū acclamatione gestiebat, & quasi præ lipudians animorum hilaritatē ostendebat de præclarissimo Redemptionis opere: *Qua propter cum Episcopus, solemnem, & Pontificalem Missam ageret, post Offertorium, ante Altare, præsentibus ibidem, inuictissimo Rege Iacobo, & fratre Raimundo de Peña Fort, confessario eius, coram omni populo. Predictus Barchinonensis Episcopus solemnia agens, primum nouū Ordinis habitum dedit, Petro Nolasco, videlicet, tunicam, scapulariūm cum capa, & caputio, omnino albis, in honorem, & gloriam Virginitatis Mariæ. Deditque insuper inclytus*

100.

Quid acciderit in die fundationis aduertit.

Habitū imponit S. P. Nolasco, Episcop. Barchinon. coadiuuantibus Rege, & S. Raimundo.

Rex Iacobus Regium signum eius, nempe scutum, cum Barris Rubeis croceique coloris cum cruce in super aliua; in honorem Ecclesiæ sanctæ Crucis, vbi primitus Ordo fuit institutus, & hæc pectori imposuit, vt ab ipso & successoribus fratribus semper deferretur, hæc sunt fratres arma Regia &c. Hæc habentur in prohemio nostrarum constitutionum. Et multa alia de præuilegijs nostro Ordini à Rege Iacobo, & successoribus concessis deque gratijs, & indultis Summorum Pontificum. Quæ longum esset recensere, quibus Religio nostra, honoratur, & mirificatur, & coronatur.

101. Cum igitur, viri præclarissimi fuerint Diuinæ voluntatis impulsu Diuino, & cœlesti, motu executores, non opponuntur verbis, atque decreto, Concilij Lateranensis, quod celebratum fuit sub Innocētio III. ann. Dom. 1215. tribus annis ante nostri Ordinis fundationem, in quo decernitur, & inhibetur nequis: *De cætero, nouam Religionem inueniat, sed quicumque ad Religionem conuerti voluerit, vnam de approbatis assumat.* Huic igitur decreto non contrariantur viri illi tres præfati præclarissimi, vbi Raimundus consulebat, fobeuat, & procurabat, & executioni mandabat, quippe, qui celeberrimus Canonista, Doctor, & Magister Egregius erat: cui nulla ignorantiæ excusatio adhærere poterat: tùm, quia, vt iam dixi; solum executioni mandant beneplacitum Diuinum, illis reuelatione notum: tum etiam, quia Concilium, vt rectè Bargas, lib. 1 cap. 21. Solum declarat, quod Ordines, & Religiones, sic fundatæ à Regibus, & Principibus pro suorum subditorum remuneratione, & honore, & Regnorum suorum splendore, bono, & vtilitate non absque Sædis Apostolicæ licentia; inter veros Ordines perfectos omnino, & adequate, & Religiones totaliter completas in esse Religionis, deputentur, nisi accedat Sedis Apostolicæ confirmatio: vnde dici poterunt incoatiue dumtaxat, Religiones: & Religiosi; nō proprietate, absoluta, & completa dicuntur Religiosi; quamuis vsque ad Apostolicam confirmationem, sub quibusdam honestis viuendi, normis, & regulis, viuant. Quibus à communi aliorum sæcularium, videantur seggregari, & potius laudantur, & honorantur tales, quàm vituperio dentur.

102. Eia, ergo fratres dilectissimi laudemus viros gloriosos, & parentes nostros in generatione sua. Filij Sanctorum summus, filij Reginæ cælestis, filij Regis terreni inuictissimi tamen: quem de cursu (Deo dante) temporis (forsitam) pro magnitudine suorum meritorum forsitam. O (vtinam ita sit) inter sanctos venerauit Ecclæsia. Filij sanctissimi Patris nostri Raimundi, cui tanquā in hoc opere exercendo maximo actori, Cōsiliatori, Procuratori, Patrono, & directori, totum quod summus debemus. Huic inseruiamus semper, illi, & suæ sacratissimæ Prædicatorū Religioni, humiliemur, & in æternum recognoscamus; vt iam fit siquidem tanti Patris memoriam, in toto Ordine duplici officio, & solemni celebritate colimus. Filij summus Patris nostri S. P. Nolasci: Cui honorem, gloriam, & benedictionē in perpetuum exhibere debemus. Cuius sanctitatem, & excelentem virtutem, hijs nostris temporibus, venerauit: Sanctissimus PP. Vrbanus VIII. festo solemni, & speciali Missæ celebritate, & officio, eius diem gratiarum, & indulgentiarum, ac Generali fideliū absolutione summa populorum acclamatione illustrem, ac omnibus modis festiuissimum fecit, auxit, & determinauit.

Prosequitur discursus, in quo declaratur, quod S. P. Petrus Nolasco, desideruit officium Magistri Generalis renuntiare. Et quod vissa epistola sancti Raimundi, non renuntiauit illius consilium amplectens.

HVc vsque actum est de fundatione nostri Ordinis, eiusque origine, & confirmatione: nunc augendum venit, de ratione quare sanctissimus P. P. Nolasco officium Generalis, renuntiare concupierit; Consilio habito, per æpistolam sancti Raimundi non renunciauerit.

Igitur S. Raimundus de Peña Fort, 103.
Eminentissimus vir, cum munere sup premo Generalatus suæ sacratissimæ Religionis Prædicatorum fungeretur fœliciter: in eo exercendo, & sanctissime segessit; vt in eius actis, & operibus constat, & latè in lib. de eius vita refertur. Tamen videns vir sanctus quotidie in exercendo tali munere nouas oriri difficultates, nouaque pericula (quia nullus melior! quā qui expertus est in gubernādo hæc penetrat, & cognoscit) volens, animi sui quietem, & solū Deo, & B. Virgini, cui eximiæ addictus erat, de tali onere, & cura senudum exhibere. Quā vis in eo exercendo multa, adeoque mirabilia sanctæ, & pie quibus sacra eius Religio in dies creuit,

&

& floruit; fecerit, & docuerit. Apud se multoties illud cogitauit, ac tandem de illo renuntiando apud se etiam consilium habuit, & prompto animo, ab illo se denudauit; illud repulit, atque renunciauit: quod feciſſe existimo non ſine magnorum Conſilio, & communicatione (nam eo quis maior in Conſiliando, quo humilior in exigendo aliorum maiorum Conſilio) & quis dubitat, amicorum Conſilio id feciſſe, ipſe quidem relicto Generalatus munere. Epiſtolam ſcripſit, Patri noſtro Nolaſco ex Bolonia (vbi creditur officium renuntiaſſe) in qua de ſuo facto, ac determinatione, ac renuntiatione notitiam illi dedit! etenim veluti amantiſsimi in Deo multoties litteris, quo loquebantur. Quod cum cognouiſſes S. Pater Petrus Nolaſco, & ſummopere cogitaſſet, quod tantus Pater ſanctiſsimus, doctiſsimus, eiuſque Magiſter, Dux, & Doctor. Sic feciſſet, ipſe etiam idem facere decreuit, quod executioni mandare auſus non fuit, vſque dum de relinquēdo etiam Generalatu, illum conſuleret, vt illius iuditium, atque ſententiam ſequeretur, imitari cupiens ducem, & Magiſtrum ſanctitatis, in omnibus vſque ad fieri poſſet: & ſic illi ſcripſit, & voluntatem renuntiandi Generalatum propoſuit. Quod cum legiſſet Raimundus, attenta conſideratione perpendens, quæ in reuelatione acciderant, & qualiter electus eſſet à Deo, & Beata Virgine, & de modo gubernandi deque eius factis, & operibus bene conſcius, ad illum ex Bolonia, vbi Raimundus reſideuat, reſcripſit, ann. 1234 hanc epiſtolam manu propria, quę ſic ſe habet. Ita corbera, c. 28

Epiſtol. S. Raimundi, ad S. P. Nolaſco, ex Bolonia, ann. 1234. ante expeditæ Bullæ confirmationē ann. 1.

Frater Raimundus de Peña Fort, Venerabili Patri Petro Nolaſco. S. P. D.

DOminus omnipotens, & clemens, precibus genitricis, ſemper Virginis Mariæ Cuſtodiat animam tuam, in omnibus memoriam tui faciens, chariſsimo, & deſideratiſsime Pater, vt commiſſum tibi Gregem Cuſtodias ſemper, ac protegas, in defeſſoque animo paſquas pingues, aquam vitæ tribuens, perficias opus Domini, vſque in diem Chriſti Ieſu: neceſſe habui hanc tibi ſcribere. Cum enim certò ſcias, diuerſas eſſe cælorum vias, ſecundum diuerſas vocationes, nollem à te, me miſerum limitari, qui conſtitutus ab hominibus, & in Supremum Religionis officium aſſumptus, ab eo me abdicauī; non vt vacarem, otio, ſed ne in vtilis ſeruus, quæ ſanctorum, & virorum, nominatorum ſunt, vane tenerem. Timui tamen, ne; & tu, alios reputans meliores, vt Orationi vacares, quod ego debui facere, faceres. Ego aſſumptus ab hominibus; tu, tamen à Virgine, cœlitus electus, ſic cœlum obſerua; quia vt eligereris cœlorum culmina deſcendit Virgo. Parce michi quæſo, Pater chariſsime, & temeritati, ne quæ audis adſcribas. Ego inutilis, & tu bonus; tu viam veritatis tenens, & ego ſicut ouis errans. Ores obſecro tuam chariſsimam Matrem, vt michi negligentias, in tanto commiſſas officio, ignoſcat. Gaude frater chariſsime, & nolli ſuper commiſſum tibi Grægem triſtari; non enim tibi aſſumpſiſti honorem; nec Virgæ florentis inditio, ſed Matris ſanctiſsimæ deſcenſu. Cui enim aliquando Paſtorum dixit Virgo, paſce agnos meos? Forte ergo Virgini contradices? Non ego hoc ſpero. Rogo ergo te, per Virginis ſanctiſsimæ viſcera, vt ſuum tibi commiſſum Græ gem cuſtodias. Cum ſibi ſpetioſiſsima deligeret Chriſtus Sponſam, ſine macula, & ruga detorſam nimis, ſupra petram eam conſtituit, & in Petri amore ſolidauit. Petre amas me? Et cum tripliti teſtimonio amorem probaſſet, eam ſibi cuſtodiendam tradidit. Petrum vidimus de amore, non de cura anxium: ſi enim amore conglutinantur lapides viui edificij, tentatione haud ſcinduntur, inferno toto, non triſtatur. Quare ergo Paſtor ille non timuit ſuper Domini Gregem vigilare, qui dū oleo amoris, fidei lampades promittit accendere, inſuffiante adoleſcentula erroris nocte extinxit? Niſi quia amore illuſtrant cordis per vigiles lucernas fidei, magis illutentiis amoris ſpei aures debet præſtare, quàm de ſua innata infidelitatis inconſtantia per horreſcere illi filius ſoliditatē fidei in eius angulari lapide prædixit, tibi Mater obſequium tui amoris gratiſsimum filio eſſe monſtrauit. Reminiſcere Petre chariſsime; illius fœliciſsimæ noſtri, cui arriſit æterna dies, cum ego tuis meritis factus ſum cœleſtium ciuiū conſors. Cū eam vidimus, cuius pulchritudine cœli facti ſunt glorioſi; cuius decore, Sol, & Luna, mirātur. Vnde enim potes triſtari, ſi ſic te lætificarunt, Angelici chori, iucūdarunt aſpectus illius, quæ & verbū cōcepit, Trinitatē honorauit, deſcendit ne vnquā Virgo, vt perderet? Immo, vt perditos reuocaret. Quæ diſperſos cōgregat, cōgre-

gantes ad se, quanto ardentiùs potest, quos cœlesti amplexu inamissibiliter, ad se nectit? Prætende humeros, ne à suscepto officio detrahas manus: ne eam imprudentiæ doceas, cuius sapientia omnia constant, mutabilia, & transitoria: firma, & stabilia perseverant. Numquid non ei imprudentiæ scriberetur, parui ponderis hominem, ad magni officij, onera sublevasse? Electum à se quem sciebat defecturum? Si humilitatis specie à Virginis officio volueris te abdicare, matutinæ cœli sequere reverentem pristinam vocationem intuere: non enim est sanctus motus animi, viam Domini, non per transiens, cuius semitam cœli, ire dixerunt. Perfice igitur viam, immo melius dicam Domini non tuam: quia quæ te ad tantam dignitatem dignata est sublevare, inde à cœlesti gloria non deijciet, sed perducet, vbi cum Trinitate gloriatur in sæcula sæculorum, Amen. Saluta filios tuos, & fratres meos nominatim.

FINIS EPISTOLÆ.

Epistola hæc eruditione plena doctrina, & sanctitate fœcunda. Tanti viri: tam illustris Doctoris: & vt sic loquar Raimundi de Peña Fort, qui fuit in sanctitate splendidissimum iubar. In sapientia, & doctrina omnium Prælatorum exemplar; vbi sancti Petri Nolasci, magnalia, virtutes, & prudentiam eximiæ honorat laudat, veneratur, & colit. Id circo apud nos pro maximo habetur inter ea quę speciali diligentia reseruantur in Archiuis Barchinonensibus.

Quam cum legisset S. Petrus Nolasco feruore charitatis plenus, & cœlo altissimi, communitus de onere, non se mouendo, nouus homo noua indutus veste Diuinæ grâtiæ ad pericula nouiter se opponit laboribus, agreditur, seu labores nouos agrediendo ingreditur. Tanti Magistri propositionibus obsequiendo. Iam non veritus de defectu. Sed de futuro in Domino spiritali fructu lætabundus. Tristabatur quidem de tanto onere. Et id circo ab eo se expoliari cupiebat: iam non tristis pastoralem à summit de nouo curam. Vt nouus pastor novas Domino pascat oues, qui serena fronte quod docuit impleuit, quod monuit exemplo roborauit: alis recte Tertulliano in hoc primo discursu: *Dicta factis deficientibus erubescerent.* 105.

DISCVRSVS SECVNDVS.

PROSEQVITVR AVTHOR.

TEXTVS.

1. **Atque vtinam erubescere, illud remedium ferat, vti pudor non exhibendi, quod alijs sugestum imus, exhibendi fiat magisterium: nisi quod bonorum quorundam (sicuti, & malorum) intolerabilis magnitudo est: vt ad capienda, & præstanda ea, sola gratitudinæ inspirationis operetur; nam quod maxime bonum, id maxime pœnes Deum, nec alius, id, quam, qui possidet dispensat, vt cuique dignatur.**

EXPLICATVR LITERA AVTHORIS.

RHenanus, atque Pamelius: nil de hoc textu notatione dignum attigerunt. Certa tamen aliquid: cum enim Tertullianus de se ipso loqueretur, fugit ad pudorem, & vtinam pudor Magistrum exhibeat, suplendo absentiam operis. sed qui docet, & opere non complet: quod docet quamuis impleatur pudore, verus Magister non est: sicut qui patientiam docet, & patiens non est. Iste non est bonus Magister patientiæ; potius vanilocus appellatur.

No-

No quia verbum illud Tertuliani: Bonorum sicuti & malorum intolerabilis magnitudo est.

Miror quod vocat bonorum intolerabilem magnitudinem: nam quo pacto intolerabile si bonum? Quod tamen malorum magnitudo intolerabilis sit, non mirabor: quia mala semper contraria sunt. Tamen recte dicit Author: *Quod bonorum sicuti, & malorum est intolerabilis magnitudo.* In bonis: quia magna sunt: in malis autem, & quia magna, & quia mala: & solus Deus, qui summum bonum est, in tanto intolerabili dispensare potest; quia solus, qui possidet dispensat sua gratia, vt dignatur; nam ad sustinenda mala magnã dat gratiam, quando illi placet: & ad non superbiendum in bonis, etiam dat gratiam. Legatur Ambros. *De helia, & ieiunio.* Legatur Christ. hom. 5. *Ad populum.* Et Cassianus lib 5. cap. 15. Legatur Cænonberonensis. *De patientia.* Anastasius Sinayta. Et late Bernardus. *In Cantica.*

Ambros.

SENTENTIA VNA EST.

Vnam dumtaxat sententiam specialem, mirabilem tamen adueneto, in Autho te, quæ claudituir illis verbis: *Bonorum sicuti, & malorum intolerabilis magnitudo est.*

§. VNICVS.

Sunt mala tam grandia; & bona; tam insuperabilia; quod tolerari non possunt: vt sunt quædam peccata, & sunt quædam beneficia.

2. O Quam grandia dona, & beneficia à Domino accepimus, cum pro *nobis filium suum vnigenitum daret.* Et postea; ad ostentandam dilectionem, voluit occultari in sacratissimo Eucharistiæ Sacramento: vt nobiscum maneret; & à nobis vere in cibum assumeretur, vere cibus, vere potus, ad saginandos filios Ecclesiæ. Quod inter alia immensa bona, & beneficia meditatur Ephrem Syrus de Eucharistia. Sic inquiens: *Domine recede à me contine vndas consolationis tuæ, quia sustinere non possum, præ dulcedinis magnitudine. O amoris Diuini magnitudo! quis tantam dulcedinem sustinere poterit.* Item Ambrosius: *De beneficio Incarnationis.* Sic ait: *Multa Domine feci sti pro me; & non genuflexi feci sti me, & fecisti mundum propter me; & Dominum totius Orbis me constituisti; & non genuflectens adoraui te: at postquam vidi te; pro me humiliatum; plagatum; Crucifixum, stare non potui, sed tanto pondere amoris victus in terra prostratus adorati te.* Hæc ille.

S. Ephrem.

Ambros.

Vides sanctos viros admirantes bona Dei erga nos; & qualiter illa sustinere non posse fatentur præ magnitudine (Fateor) audi modo. Quid acciderit filijs Israel; Numer. 21. aiebant cum Manna manducassent: *Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo. Manu quid hoc?* Sed si aduertimus. Solum peruersi, & mali; ita pronunciarant; quibus insipidus videbatur panis; boni, tamen, & serui Dei, non ita; sed gustabant, & videbant Panem omne delectamentum in se habentem. Sed numquid de Eucharistia dulcissimo, & mirabili cibo, poterit iustus quispiam dicere anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo? Fateor pro granditate cibi, id posse: ratio in promptu est: nam cum homo ad laborem sit deputatus statim atque sententia illa pronunciata est pro culpa: *In sudore vultus tui vescaris pane tuo.* Et modo illi cibus proponatur delicatissimus, sutilissimus, spiritualissimus. Et si subspecie panis; & vini: cum tamen rusticus homo, & agrestis, tam delicatum summat cibum; quid mirabor si pro granditate, & excelentia cibi, & præ nimia ipsius assumentis rusticitate, dicat: *Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo? Domine quis sustinebit?* Quasi dicat, tanta est in homine in temperies, tanta rusticitas, ex quo factus est laborator; & terræ cultor, quod illi cibus delicatissimus, nausea est: non quidem, quia cibus bonus non est, cum ibi sit bonum infinitum, nempe Deus: sed, quia tantum bonum est. Et sic recte, qui ad Eucharistiam accedit, pronuntiat humiliter: *Domine non sum dignus, vt intres subtestum meum, &c.* Et Petrus dicebat. *Exi à me Domine. Quia homo peccator ego sum.* Igitur: *Bonorum intolerabilis est magnitudo.*

2.

Et Num. 21.

Genes. 3.

Immo ipse Dominus Deus, quandoque intolerabilis, seu terribilis nuncupatur. Psal. 75. *Tu terribilis es, & quis resistet tibi?* Doctor Incognitus, ad hoc insurgit, dicendo: *Sed contra videtur, quia Psalm. 16 dicitur à resistentibus dexteræ tuæ custodime.* Et Stephanus Iudeis dicebat: *Vos semper Spiritui Sancto resistitis.* Quomodo ergo dicit, Psalmista, *quis*

4.

Psalm. 75. Incognitus

Actor. 7. resistet tibi? Hanc: *Quæstionem mouet iste Author explicans*, Verbum illud Iob: *Deus cuius iræ nemo resistere potest.* Dicens: *Mirum valde est, quod iræ Dei nullum resistere posse dicitur, cum tamen multos indignationi superne animaduersionis obuiasse, eloquia diuina testantur, an non iræ Dei Moyses restitit?*

Iob 9.

Moyses.

A Aron. *Qui pro cadente populo erectus, ipsum supernæ percussionis impetum, mortis suæ oblatione restitit.* Dicens: *Dimite illis hanc noxam: alioquim dele me, de libro quem scripsisti? An non iræ Dei,*

Exod. 32.

Num. 16. *à Aron restitit, cum inter viuentes ac mortuos, thuribulum sumpsit, atque animaduersionis ignem incensi fumo temperauit? An non Phinees iræ Dei restitit?*

Num. c. 25

Phinees. *Quia, luxuriantes cum alienigenis in ipso coitu trucidans cœlum suum diuinæ indignationi obtulit, & furorem gladio placauit? An non iræ Dei Dauid restitit, quia Angelo ferienti, se offerens placationis gratiam, & ante tempus propositum exegit? An non Hælias iræ Dei resistit; qui longo iam tempore, terra arente subductas de cœlo plubias verbo reuocat?* Quomodo ergo diuinæ iræ nullum posse resistere dicitur, cum multos sæpè restitisse, exemplis existentibus, demonstratur?

Exempla multorum resistentiũ Deo.

Dauid 2. Reg. 24.

Hælias 3. Reg. c. 18.

5. Sed si subtiliter ista pensemus, & verum cognoscimus, quia Diuinæ iræ non resistitur: & verum, quia multi sæpè restiterunt. Omnes etenim sancti, qui iræ Dei obuiant, ab ipso accipiunt, vt contra impetum, percussionis eius, opponantur: atque (vt ita dixerim) cum ipso se erigunt contra ipsum, eiusque Diuina vis sibi opponitur, secum: quia in eo quod aduersum se sæuientes, iram foras obtinent intus eos gratia miserantes fobet, & famulantes interius lætur; quos quasi aduersantes exterius tollerat. Portat ergo contradictionem de præcantium; quam aspirat: & velut inolenti opponitur, quod ab ipso, vt fiat Imperatur. Moysi enim dicit: *Dimite me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamque te in gentem magnam.* Quid est seruo suo dicere: *Dimite me*, nisi de præcanti ausum præbere? Ac si apperte diceretur; pensa quantum apud me valeas, & cognosce, quia obtinere poteris, quidquid pro populo exoras.

Deo adiuuante, Deo irato resistitur.

Exod. 31.

6. S. Gregorius, aliter ad hanc quæstionem respondet dicens: *Resistere Deo dicimur, cum repugnare eius dispositionibus conamur; nec enim nostra infirmitas incommutabili eius sententiæ obuiat: sed tamen quod, explere non valet, tentat, nam sæpè humana infirmitas, occultæ viri dispositionis agnoscit; & tamen hanc, si mutare valeat appetit, & contra iræ satagit: sed ipso, se gladio contradictionis frangit; Ordini interponitur; sed suis victa connatibus, ligatur. Hanc ergo potentiam Dei, insuperabilem ostendens ait, tu terribilis es, & quis resistet tibi?* Quasi dicat, *nullus*; solum aliquomodo præcibus Sanctorum, Deo resistere dicimur; qualiter Oratio communis, Deo resistit. Non ne, Niniuitis facta erat comminatio illa tremenda: *Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur?* Quæ quasi absoluta videbatur determinatio, absolutumque apparebat decretum: sed non erat nisi decretum conditionatum (S. nisi pœnitentiam agant) & tamen: quia pœnitentiam egerunt, & vniuersa ciuitas Sacco, & cilicio est induta, & iumenta ieiunare fecit, & ad vnionem, & concordiam redacti omnes tanquam si vnus esset homo, vnaque voluntas omnium Deo resistentiam fecerunt: tamen ab ipso Deo nata, ortaque est: nam ipse Deus dedit, vt ipsi Deo resisterent petitionibus suis. Recte ergo Deus terribilis dicitur: quia summa, eius potentia est, & intolerabilis dicitur, magnitudo eius, id est, irresistibilis à nobis sine Deo, cum eo tamen resistibilis: quia mediante gratia ipsius, humili supplicatione ipse dignatur, vt ei resistere possimus.

Ionæ 3.

7. *In nomine Iesu omne genuflectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum.* Ait Paulus: quia tanti nominis dulcedinem sustinere, quis nisi humilietur poterit sustinere? Vnde Osorius in Sermone de Sanctissimo nomine Iesu, inquit: *Non abs re Dominus, qui summum bonum est terribilis, siue intolerabilis nuncupatur, qua propter, bene cum dicitur, verbum caro factum est, inclinantur omnes; quia sustinere non possunt tantam humilitatis eius magnitudinem; dat tamen ipse virtutem sustinendi, cum dat nobis, vt humiliemur coram illo de tanto misterio stupefacti.*

7. Philip. II. Nomen Iesu potentissimum. Osorius. Ioan. 1.

8. Quod eleganter ponderauit Tertulianus, lib. 2 contra Martionem, sub n. 20. vbi sic loquitur: *Simplici, & certa ratione proponam: Deum non potuisse humanos, congruessus inire, nisi humanos & sensus & affectus suscepisset per quos vim maiestatis suæ intolerabilem, vtique humanæ mediocritate humilitate temperaret.* Hæc ille, nota illud:

8. Tertulian.

Hu-

Humilitate temperaret vim Maiestatis suæ intollerabilem. Fateor quod cum Dominus intransitu filiorum Israel apparuit in columna nubis per diem, & in columna ignis per noctem hoc factum esse, vt magnitudinem beneficij, fortitudine filiorum à temperasset: lege, ad rem D. Chrysologum, sermone 1. de Natiuitate.

Exodi 14.

9. Quæ huc vsque dicta sunt, de bonorum grāditate sunt, de malorum autem, malum quia grande intollerabile, & bonum; quia grande non sufertur aliquando; quia superare videtur vim recipiētis: *Exi à me Domine dicebat S. Petr. quia homo peccator sum. Magnitudine*, pauca dicamus audite, quis non mirabitur, tam grande malū aliquando dari, quod adhuc ab ipso Deo videatur sustineri non posse legitæ: *Chrysologū. serm. de filio prodigo, quē cū pater à lōge vidisset, misericordia motus est qui loco moueri non potest: Et accurrit (inquit) non progressu corporis, sed pietatis affectu cæcidi super collum eius, & osculatus est eum; sic pater iudicat sic emendat, sic peccanti filio dat oscula, non flagella; delicta non videt vis amoris; & ideo pater peccata filij, redemit osculo, clausit amplexu, ne nudar, & pater filij crimina pater filium ne fedaret, ad seruos suos dixit pater; cito prō ferte stolam primam, & induite illum, sustulit filij crimina, qui non sustulit nuditatem; hinc est, quod à seruis ante vestiri voluit filium, quam videri; vt soli patri, nota esset nuditas; quia pater solus videre filij non poterat nuditatem, non dixit vnde venis? Fuisti vbi? Vbi sunt quæ tulisti? Quare tantam gloriam, tanta turpitudine commutasti? Sed cito, pro ferte stolam primam, & induite illum, videtis: quia delicta non videt vis amoris.* Hæc ille.

Chrysolog. serm. 3.

10. Vere, igitur: *Bonorum, sicuti, & malum, intolerabilis est magnitudo.* Tam grandis amor non sustinet nuditatem, cum dissimulat, imprudentiam filij. Colligamus modo; ex hoc quam grandis fuerit pudor ille Christi, dum se amplexibus nequissimis nudatum vidisset: *Et super vestem Sanctam dum sortes mittentes essent dum eum crucifigere vellent.* Vbi iam nō rad tempus; vt restituerent vestem, & iterum induerent auferebat, sed vt nudus, in conspectu omnium maneret, sed quid tunc? Audi. Qui peccata nostra ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, qui sustinit flagellari, sputis conspui, spinis coronari, & à falsis testibus accusari, Alapam sustinuit solum, vt inquit Rupertus: *Quia perturbasti auditorium.* Vbi de eius morte agebatur, tunc de milite conqueritur dicens: *Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo; si autem bene cur me cædis? Non conqueritur; de dolore non de opprobrio; quippe qui opprobrijs saturari cupiebat.* Sed cum hæc omnia sustinuisset pater misericordiarū Christus Iesus; tamen videbatur nuditatem sustinere no posse sui corporis; in quo filij perditi nuditas ostendebatur; tum quia sammè honestus; tum quia ab omnibus inspiciebatur; tunc inquit: *Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem, ipsi vero considerauerunt me, & inspexerunt me.* Quasi diceret, attenta consideratione inspiciebant, & considerabant, nuditatem meam, & hoc michi valde molestum erat, & quasi sustinere non potens: *Operuit confusio faciem meam.* Nam cum sustinere nuditatem non possem, amicam vocaui confusionem, vt operiret faciem meam. Vnde cum hæc nuditas illi, respondeat quā parentes nostri subarbore habuerunt ex culpa, Pater Eternus illam sustinere non potest, & confusionem præuenit, vt operiat, & astra claudit sub velamine noctis amittat Sol lucem, & splendorem, nequis, filij nuditatem inspiciat, ita Bonaв. *Grandis dolor, dum Christus apud omnes nudus apparet.* Bene ergo Tertullianus, dicit: *Malorum intollerabilis magnitudo.*

Rup.

Thren. 3. saturabitur opprobrijs.

Nota.

Psal. 21.

Matth. Ioan. Lucas. Marcus de Passione.

Ioan. 19.

DISCVRSVS TERTIVS.

Textus Authoris prosequitur.

Itaquè velut solatium erit disputare super eo quod frui, non datur vice languentium; qui cum vacent à sanitate de bonis eius tacere non norunt: ita misertimus

ego

ego, semper eger caloribus impacientiæ, quam non obtineo pacientiæ sanitatem, & suspirem, & in vocem, & per orem necesse est: cum recordor, & in meæ imbecilitatis contemplatione digero, bonam fidei valetudinem, & Dominicæ disciplinæ sanitatem non facile cuiquam, nisi pacientia adsideat, prouenire; ita proposita Dei rebus est, vt nullum præceptum obire quis: *Nullum opus Domino complacitum perpetrare extraneis à patientia possit.* Bonum etiam eius, etiam qui cæca vibunt, summæ virtutis appellatione honorent. Huc vsque Author.

EXPLICATVR LITERA AVTHORIS.

11. TErtullianus se confitetur infirmum, & fæbris illius, impacientia est, dum ait: *Ita miserrimus ego semper; ideest semper infirmus, & imbecillis.* Propter anxietatem, quam secum ducit impacientia; erit tamen solatium disputare de pacientia; sicut solatium esse solet languentium, & infirmorum, agere de sanitate quam non habent, & de bonis illius, & ita necessarium est quod infirmus suspiret pro sanitate; quando cõsideratur quod recta fidei valetudo rectaque doctrina; bona salus animæ scilicet, non adipiscitur absente pacientia, sic Deo eius naturã disponente, cuius bonũ (S. patientiæ) omnis natio omnesgens; omnisque Religio, amplectitur, & honorat. Hæc est viuidamens Authoris.

ELIGVNTVR SENTENTIÆ.

DVas sententias notatione: *Dignas reperio in textu Authoris, prima stat illis verbis: itaque velut solatiũ erit disputare super eo quod frui non datur, vice languentium, qui cum vacent à sanitate, de bonis eius tacere, non norunt.* Secunda sententia, stat illis verbis: *Bonum eius (scilicet, patientiæ) etiam qui cæca vivunt summæ virtutis appellatione honorent.* Pro quibus sit.

§. I.

Ponitur qualiter multi gaudent agendo de aliorum virtutibus, & vitijs quandoque laudando; quandoque vituperando, vbi de vero, amore aliatus.

12. Author. test. leg. SOlatium (inquit Tertulianus) *est disputare super eo quod frui non datur.* Sicut enim in languentibus, & infirmis est maximum solatium, de sanitate tractare; sic, & solatium, Peccatorum, & sufurronum; de aliorum dignitatibus, fœlicitatibus, virtutibus, seu vitijs, agere, & hoc communiter à malis fit; vt virtutes ad nichilum redigant, & aliorum culpas publicent; & decantent! Quod maxime tædit in dedecus illorum de quibus agũt.

Pulchre spiritus Domini depingit suauissimum concentum: *Citare dorum, citarizantium incitarij suis, Ioannes narrat in Apocalypsi, cap. 14.* Sed quid in hac parte laude dignum est? Fateor, meo dicam iudicio, nil aliud seu præcipum esse, quod citaredi, solum faciunt concentum, & musicam in citaris suis, non in alienis; namquid dultius? Quid honestius? Quid Deo gratius? Quam quod homo quilibet, solum, & principaliter agat de emendatione, & correctione suorum morum, & decomponendo suas actiones; dum illi aliorum cura non incumbit, quale est illis qui iure officij ad id tenẽtur, aut titulo correctionis vtilis id fit; hoc est lucernas habere ardentes in manibus proprijs; nam quæ sanitas tibi, si solum sine fructu de alterius agas vita? Et aliorum carpas mores? Dum labo non cares? Immo etiam morbo si careas aliorum spicias solum vitas vt componas si prudenter id iudicas, nam alias, vt initio primi discursus dicebamus, *dicta facti deficientibus erubescunt.* Apocal. cap. 14.

13. Conditio esse solet multorum ad beneficitandam suam, improuam, & lasciuientem vitam; culpis aliorum inhærendo, quasi suam malitiam tegere, & ope-

operire, aut melius dicam, honestare suam vitam pessimam, eam componendo cum mala aliorum vita, & occupatione,

Greg. Naz. Apolog. 1. audite obsecro D. Gregorium Nazianzenum, in Apologetico, sic factem: *Omnes hoc vno nomine pij sumus, quod alij, alios impietatis arguimus; boni sumus, non quia boni sumus, sed quia aliorum peccatis delectamur; sed quia aliorum accusamus peccata.* Hæc ille, quibus cõsonant verba Cypriani, epistola 2. vbi

Cyprianus sic: *Mendax ero, si quod mali aliqui se vere reprehendunt in eo ipsi non incidunt. sicut quæ nec illis ipsis possunt placere qui faciunt mentior, nisi alios, qui talis est increpatur pessurpis infamat; & consequenter suam ipsius, turpitudinem, revelat, & damnat; consequenter melius neforet vt suas videret luces non alienas asciperet culpas?* Hæc ille.

Nazian. Quibus verbis addit rectè Nazianzenus loco supracitato: *Alij aliorũ* (inquit) *peccata obseruamus nõ vt lugeamus, sed vt exprobemus, atque aproximori vulneribus excusationem vitijs nostris petamus.* O summa peruersitas quod tanta cura, nos infirmi, & imbecilles, aliorum infirmitatibus gloriamur, & quasi excusationem nostram aliorum culpis roboramus!

14. Fallar, si hue non spectat quod habetur 1. Reg. c 18. *In vasserat enim spiritus Domini malus, Saul, & Prophetabat in medio domus suæ.* Est enim proprium

1. Reg. c. 18. hominis habentis Diabolum culpis aliorum gloriari. Quærit D. Hieronymus,

Hieron. lib. de quæstion Hæbraicis super hunc locum de modo prophetandi Saul, & soluit quæstionem dicens: *Profetasse suũ in hoc loco, non est aliud intelligendum, nisi alienа retulisse.* Quasi dicat aliena

Mali gloriantur de peccatis aliorum. peccata referebat, quæ nesciebat, sed Diabolus deficiebat sub cuius erat potestate detentus, vt sciat omnis ille, qui aliorum vitas, & actiones notat, quod absque eo quod Dæmonium in se habeat, id præstare nequit; quia pessime occupatur nam hanc occupationem pessimam dedit Deus Filijs hominum, Iob cap. 19. & cap. 1.

Iob c. 19. & c. 1. Conqueritur Iob cap. 19. amicorum suorum, dicens: *Quare persequimini me sicut Deus?* Non coqueritur quod ab eis sicut ab hominibus persequatur, in quibus peccata raro non sunt, sed sicut Deus in quo peccatum esse non potest. Sed S.

Greg. Greg. huic dubitationi. Resp. *Ita ex infirmitatibus meis me afflictis, ac si ipse more Dei, de infirmitate nil habeatis; sic enim in me verba profertis, quasi securi de vestra salute, quasi essetis Dus:* Sic retulerat, cap 13. dicens: *Nunquid faciem eius accipitis, & pro Deo iudicare nitimini?* Quasi dicat, vultis ne in nomine Diuino causam agere meam. Vnde

Iob c. 13. *Greg.* Gregorius subdit: *Amici Beati Iob, ita eius facta reprehendebant, ac si in se ipsi, reprehẽsibile nil haberent, cum solũ ad Deũ sic reprehẽdere pertineat; quia illius solius est, peccata hominis sine compassione discutere; quia ex naturæ suæ omnipotentia ignorat peccare.* Hæc ille, & certe ita. quia solus Dominus qui aliorum peccata dimittit potest aliorum peccata reprehendere.

Sed non prætereqm verbum illud *15.* Iob, cap. 13, *Et pro Deo iudicare nitimini.* Quomodo ergo tanquam Deus *Iob 13.* iudex esse poterit, qui nil habet Diuinum? Nil bonum? Hoc enim erit, in aliena segete faciem mittere, atque Diuini iudicij personam vsurpare; quibus si adiderim, quod sæpius in viros Dei sanctosque cotionatores, & probos viros,

Tertul. contra Marcionem. insurgunt, tunc illos dicam: *Esse contraires Diuinitatis.* Ita Tertulianus 3. lib. contra Marc. ponentes in cœlum os suum.

Non prætereamus, aliud verbum Ter- *16.* tuliani, lib. 2. contra Marc *Qui eos vocat, in vidos Diuinitatis.* Et illij vocãtur: *Quasi Deus* (inquit) *inuidisset Diuinitatem.* Sed vtinam invidi essent, in vidia bona, non sunt nisi diabolica invidia invidi vt perdant: *Solatium* (inquit

Tertul. Tertulianus) *erit disputare, super eo quod frui non datur, componamus modo,* verba hæc, cũ verbis Iob, dicentis: *Pro Deo*

Iob 13. *iudicare nittimini.* Vbi notatur quales conditiones, habere debeant Prælides, Reges, & Superiores; nam considerare

Qualiter Ministri, Regum esse debeant. debent suorum ministrorum conditiones, atque virtutes; in quibus multa debent ad inueniri; quæ si deficiant, à recto deficiunt consiliario, & ministro, quomodo ergo solarium esse poterit, super eo quod frui non datur quod consilium ferre poterit, quisne consilio est?

Exod. c. 18 Cum enim, Exodi 18. Ietro, Moysem vidisset nimis occupatum, in regimine Populi Dei, & sufficienter omnibus rebus, vt par erat ad esse, *non posse, consilium illi præbuit salubernimum dicens, vltra vires tuas est, negocium, solus illud non poteris sustinere, proinde ex omni plebe viros sapientes, & timentes Deum, inquibus sit veritas Et post pauca, cadendo, cades, tu, & populus iste qui-*

te.

tecum est, viros, veridicos, & qui oderint abaritiam, eliges. In quibus verbis aperte conditiones statuuntur, boni, ministri, & consiliarij, nam primo dicit, *pro vide*, & considera, ideſt attenta cõsideratione perpende, quod ad Regiam dignitatem excollendam, tuendam, & cõseruandam, illud est maxime necessarium, vt Princeps, de bonis curet ministris; quia ex illorum bona, vel mala electione pendet omnis machina Imperij, & regiminis, tunc enim Rex prudenter agit quando in recta ministrorum electione, insudat, & per vigilat, imprudentiã vero ad forum ducit dum dormitus se ostentat; tũc quid mirum sub iaceat murmure populorum, & planctu?

Rex vigilant sit.

17. Rursus, textus ille Exodi 18. subiungit, quod electio ista boni ministri, & consiliantis *sit de omni populo*, de omni plebe, ideſt de omni parte etiam remotissima sui Regni: secluſa carnis, & sanguinis ad fectione; nam quid miserabilius, quam relictis sapientissimis, & prudentissimis viris, eligantur, vt sæpius contingit imprudentes, fatui & insipientes, mittentes lapides in acervum Mercurij? Quare subdit, *viros sapientes*, ideſt, *virtute valentes*, non timidos ad difficilia, non in vecilles, non infirmos; qui virtute non valent irrumpere iniquitates: & ipsi, si tales senserint, & si consanguinei sint, & si famuli, in domo educati Principis; fugiant, tales dignitates habere.

Daniel. c.6.

Huc spectat, quod legitur apud Danielem, cap. 6. nempe determinationem quandam habuisse Regem Nabuchodonosor, aduersus Satrapas, & Magistratus Regni sui; eo quod nil de somno illi declarassent, qui & si aperte faterentur somni significationem non attigisse, nec sciuisse, tamen ille aduersus eos, his rationibus insurrexit: *Aut somnium scitis, aut nescitis, si scitis, & ratione imbecilitatis vestræ declarationem non pronitis veram Regi, indigni æstis officio quo fungitis, timidi æstis.* Debiles, nõ robusti ad arguendum, etiam Magno Principi tunc æstis in decentes Regni Ministri, & si illud nescitis, hoc sufficit, vt supplitio afficiamini siquidem occupatis locum, quem ignoratis quomodo ergo solatiũ erit Principi super eo quod frui non datur. Recte igitur Ietro post verbum illud *Viros*, posuit, *Sapientes*, vel vt septuaginta, legunt *Potentes, fortes*; quia in Ministro iustitiæ, & Consiliario vtrumque debet semper inveniri: & fortitudo, & sapientia; fortitudo, vt exequatur, sapientia, vt prudẽter operetur, hoc maxime necessarium semper existimo, vt domus Regia, recte gubernetur, & Regnum pace, & firmitate coronetur.

18. Sed obsecro ne molestus tibi dilecte appeream; si facultates, boni consiliarij tibi ob oculos proponam audi, & quibus armari debeat indumentis, aus culta, & perpende in multis enim facultatibus quo ad fieri possit est necessarium sit peritus bonus Minister Regis, in iure Ciuili, & Canonico, in Sacra Theologia, prout iudicandi munus exigit, quod ingenij claritate polleat, quod magnalia Regum, & Regnorum, legerit, quod terras, Mariaque ambulauerit, quodque in linguarum vario idiomate sit peritus, quod sit in arduis hilaris, & fęcundus, quod in disponendo sit liberalis, honestus, amabilis, docilis, benebolus, odio habens abaritiam, benignus erga pauperes, prudẽs erga diuites, & fortis animos & si fieri potest expertus, iam in re militari ad militiam, iam in gubernatione ad Rempublicam gubernandam, & ita Magisterium in rebus teneat quod pro oraculo habeatur, in proponendo in definiendo, & iudicando; quod sit timens Deum affectus ad Regem ad patriam, ad Rempublicam, nam alias teste Tertuliano contra Mart. lib. 2. *Suspectum habebitur omne quod exorbitarit à regula.*

Qua scia pollere debeant Consiliarij.

Tertul.

19. Quod enim sapientes esse debeant Cõsiliarij, & Ministri iustitiæ ignorat nullus: nam Spiritus Diuinus. Deut. cap. 16. dicit: *Vt iudicent populum iusto iudicio, nec in alteram partem declinent; nec accipiant personam, nec munera.* O execrandum malum; vbi apulveribus pecuniarum, ex cæcantur oculi iudicantium! O pestis destructiua Regnorum! *Angeli enim erant ascendentes.* Per Iacobeam scalam, ideſt puri spiritus, scala significat tempus fœlicitatis, & prosperitatis, & multi qui ad culmen regiminis purissimi ascendunt, vtinam ita sit; sed propb dolor, quod quando descendunt, & si Angeli sunt, non tamen Angeli nuncupantur; quia sæpius aura superbiæ euanescentes cadunt.

Deut. c. 16

Genes. 28.

Diodor.

Diodorus Siculus lib. 2. rerum antiquarum, cap. 1. refert de Ægyptijs, quod in throno iudicantium, vbi triginta Cõsules consedebant, incolo iudicantis seu Præsidentis suspensa erat lamina aurea, vbi scriptum erat hoc epitaphium, *Veritas*, & ille oculos habebat clausos, & circa thronum libri erant aperti. Sed quid hoc?

Exod. 28.

hoc audi lamina pendebat à colo admodum quo in pectore Summi Sacerdotis Aaron lamina erat, cum verbis illis, *Hurim, & Tumim*, quod expendens Helianus ait: *Hoc est iudicium, & veritas.* Sed Hieronymus Addit: *Tria ibi esse, nempe iudittum, doctrina, & veritas* Ex quo cabere debent Reges, Principesque, Magistratus, & Ministros eligere, in quibus *iudicium, doctrina, & veritas,* polleat; nam capite cæco, & nesciente, omnia malitia redundabunt. Sint etiam Consiliarij, *Sapientes*, ne in vanum laborent manus eorum; & lapides mittant in acerbum Mercurij. Ridiculum quidé est admedendum sutorem eligere sicut advellandum claudum, iaculatorem, & cæcũ ponere pro lucerna: hoc pro quolibet eligendo, ponderandum est.

H. Ianus.

Hieron.

Pro electione præsulis

20. Qua propter optime Tertullianus subiungit eodem cap. 1. dicens: *Vice languẽtium, qui cum vacent à sanitate, de bonis eius tacere non norunt.* Absens, sed pulcherrime Sponsa, dilecti sui sodalibus pulchritudinem exponebat, per omnes partes, dicebat: *Sic dilectus meus cãdidus, & Rubicundus*: Rursus: *Manus eius tornatiles aureæ plene iacintis; caput eius aurum optimum, totus, desiderabilis, electus ex milibus, quid plura?* O Sponsa pulcherrima; vt quid absente Sponso illius pulchritudinem; ita solicite depingis? æstuabat amore, & absente illo amabat quod præsentiebat. Audi modo, accurrit Sponsus in medio noctis silentio dum illa erat in thalamo suo, & clamitans ad illam ait: *Aperi michi Sponsa mea, columba, mea, formosa mea, aperi michi: quia caput meum plenum est rore, & cincini mei gutis noctium.* Et ipsa statim atque vocem pulsantis audiuit, dixit: *Vox dilecti mei pulsantis, exui tunica mea quomodo induar illa? Lavi pedes meos, quomodo inquinabo illos?* Sponsus clamans, apperi, *columba, fugit*, & abijt, surgens illa vadit, ad ostium, nec Sponsum tunc vidit, & anxia subiungit: *Statim atque surrexi, vt apperirem dilecto meo, Sponsus declinauerat, atque transierat.* Disquiramus modo, quare tan cito fugit, Sponsus, dum vocat, ad ostiumque pulsat? Audi, ipse quidem Sponsus, obediens, pauper, castus, & amator est: *Obediens, quidem vsque ad mortem, mortem autem Crucis, pauper*, ita vt non inueniret: *Vbi caput suum reclinaret, castus, in quo dolus inuentus non est.* Sed innocens, & sine macula, illa tamen, & quasi absque obedientia prompta apparebat, dicés: *Labi pedes, meos exui tunica mea, &c.* Et obedientia eo perfectior, quo promptior; Rursus, ille pauper. Illa tamen, tunicam quam eiecerat iterum requisiuit, ve vobis Religiosi qui renuntiaitis secularia, & ab eis nudatiestis, & iterum requiritis, sæpius quod voluntariæ abieceratis: hoc improbum, hoc execrabile: Rursus ille Sponsus pauper erat, & pro nobis ægenus factus, & tu promundi vanitate, diues efficiuras? Ille quidem, castus, purus, ipsa tamen dum, nudis incedere tentat pedibus, non timet, iterum inquinari: fugit ergo Sponsus, & recte fugit hospes dulcis animæ, ab Spõsa alijs amatoribus dedita, Rursus fugit Sponsus, quia Sponsa, vt inquit Gregorius: *Induta erat in Paradyso de pellibus animalium mortuorum.* In quibus memoria mortis; sed ab illa fugit nudata memoria mortis. Vel tandem Sponsus fugit, non quia Sponsam non amat; sed quia cupit, vt amor Sponsæ in dies crescat, hoc solet esse amantium, quod deiectione ostentant amoris, vim, & incrementum, quod cum vidisset Sponsa, illius pulchritudinem demirans, multoties repetit, exit, per vicos, & plateas, quærit, disquirit, dicit: *Nunquem diligit anima mea vidistis? Si inveneritis nuntiate dicite dilecto: quia amore langueo.* Vnde Ambrosius ad Psal. 118. *Defecit in salutare tuum anima mea*, subiungit, *non in vsitatus Sermo nos capiat, vt tanquam corporeæ fatigatione defectionis huiusmodi indicemus; nec enim hoc solum dixit; defecit anima mea; sed defecit in salutare tuum, anima mea: itaque vt de vsu capiamus exemplum si verbi gratia dicimus, defecit ille in illam, ostenditur hoc verbo quod totum mulieris desiderium cupiditate transierit, & quidnid est, quod vehementer spectemus, vt eius maturiorem habeamus effectum; id nos videtur longa quadam intentione lassare, amor impatiens, diu noctuque mere tritias fores pulsans; si diutius potiendi desideria differantur, ipsa deficit spectatio, dum sperat, in quo vtique, non finis, amoris est, sed incrementum; & quidnid est desiderabile si non contingat desideranti, deficit in illud, & quasi ipsam deponit animam qui desiderat, si tamen spes proprior asurgat; dat vires spes proxima: si autem absentia sit dilecti eo ipso quod absentem desiderat quem concupiuit, animæ suæ patitur defectionem; itaque quanto longius est quod desideratur, tanto magis deficit, qui desiderat illud*

In Canticis varijs in locis.

C. 5. Cant.

Cant. 5.

Nota hoc.

21.

Greg.

Cant. 5.

Amb. Psal. 118. Incognito.

Verus amor absentia crescit.

lud cogitat, illi adhæret, illum personat, quod recepent diligendum, in id quadam animæ defectione trans fundatur, sed quo magis lasatur affectus, eo amplius amor crescit; & quo diutius ab est quod desideratur eo amplius spectantis desideria, maiori quadam via moris languescunt. Hucusque ille, vbi vides qualiter Doctor Incognitus cum Ambrosio, ponderat virtutem, & efficaci tamen amoris, non mirabor si Sponsa, sentiat Sponsi absentiam; & in ea consideratione eo crescat amor, quo crescit amplexandi difficultas, eoque fruendi, eius narrat pulchritudinem in quo anxie procedit, amabilis ostenditur amasia pro tanto amore: *Æstuat; frequenter amans, & admodum infirmantis, vt inquit Tertullianus vice languentium qui cum vacent à sanitate de bonis eius tacere non norunt.* Vnde anima quæ vere Deum diligit infirma sit non deficiens ab amore, sed in amore deficiens, ideſt, maiori quadam vi amoris, languescat, nam quod maius incrementum amoris, quam ipsa vi amoris quasi deficiendo languescere.

§. II.

Ponitur quod virtus, vbique, & apud
22. *omnes nationes, valde honoratur, & colitur, vbique Regina est, vbique potens.*

Secunda sententia Tertuliani, erat sic:
Tertul. *Bonum etiam eius (S. Patientiæ) etiam qui cæca viuunt, summæ virtutis, appellatione, honorent.*

CIrca quam sententiam nil noui, apud Authores inveni, nisi quod Beatus Rhenanus dixit, ad illud verbum tantū: *Illi subsignāt.* Quod ante erat positum; quasi dicat; tanti pōderis est virtus patiētiæ, quod omnes nationes illam veneran tur; quod expendens, aerda, inquit: *Esse Lucretianū dictum.* Quod vocant Lucretianus, & Iubenalis Eleniſmum, & rectè S. Cyprianus, in lib. de bono patientiæ, etiam eam laudat cum Hieronymo in regulis Monachorum; de qua etiam virtute aiebat Concilium Calcedonense, actione 4. *Vniuersum mundum pacis bono repleuisse, & omnes nationes tantum patientiæ subsignant*, ideſt; *dant honorē.* Vt etiam ab omni Religione, laudetur.

Vbique enim, & apud omnes, tam iustos, quam iniustos, patientia virtus regnat, & honoratur, & hoc est quod in parapho continetur.

Quis non videt quod cum mortem fi- 23.
lio, hominis nempe Christo Domino, machinarentur impij Iudæi, etiam signa, cū vidissent quæ faciebat, illum Magistrum clamantes, dicebant: *Magister volumus ante signū videre.* Matth. c. 12. Vbi pō *Matth. c.*
dero quod Magistrum vocant, quem per- *12.*
dere tentant. O crudelis astutia! Sed, O tantæ virtūtis magnitudo! Quod negari non possit etiam apertissimo virtus tua! Cæci sunt, & negare lucem veritatis non audent, Magister quidem est: *Docens omnem veritatem.* Vide apud Pilatum efficax argumentum, de illius Magistri innocentia, aiebat enim, Matth cap. 28: innocentem ostentās populo: *Ecce homo,* *Matth. c.*
vbi tanquam reus vulneratus, & afflictus, ostenditur, sed innocens agnus, puritatem apud impios lucentem suam magnificat, sed quid est, quod cum Pilatus 24.
lauat manus, innocentem Iesum prædicat: inquiens: *Ego nullam causam mortis invenio in homine isto.* Et quidem *Matth. 27*
optima locutio, dum ait, *in homine isto*, quia in illo nulla erat culpa, nec esse poterat: *Et enim peccata nostra ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit.* Innocentia tamen eius, semper admirabilis, vide iam Domino Crucifixo, qualiter obscuratur Sol, scinditur bellum Templi, scinduntur etiam Petræ, & tunc: *Revertebantur multi percutientes pectora sua.* Et Centurio ille fatebatur: *Verè Filius Dei, erat iste.* Compone modo hanc confessionem, cum illa crudelitate qua flagellatus fuit, & coronatus spinis, & cognoſces, qualiter patientissimus Dominus, & si inter impios, tandem, tādem, tanquam Filius Dei publica voce coronatus; non enim amittit virtus patientiæ inter spinas decorem.

Non tacebo aduertentiam Diui Gre- 25.
gorij lib. 12. cap. 16. ad verba illa Iob *Gregor.*
cap. 31. *Si ex paui ad multitudinem ni- Iob c. 31.*
miam, & despectio propinquorum terruit me: & non magis tacui, nec egressus sum ostium. Suam innocentiam adhuc in multitudine nimia populorum comprobat, & rectè inquit Greg. *Vt cuius constantiæ fuerit cognoscatur, quia videlicet nequaquam terret exterius numerus hostium, quem non debastat interius turba vitiorum.* Certe securus incedit ad pugnam, qui animo est securus, nihil timebis cum apud te virtutis securitatem habueris, hostiles enim semper nequitias vera patientia reppellit, vnde præclare. Rhodius lib. 1. epist. 4. optime pōderauit securitatem bonorū inter ma-

lorum

forum exercitus, quorum merita, illorum malitia non offuscatur; audi eius verba: *Nec bonorum facem meritorum, malidicentis, credendum est extingui posse conflatu, quomodo, & si dente tangatur invidi, splendor vitæ umbram benenatæ ob locutionis excludit, authorem repetunt tenebræ, quæ ad involuendum Iubar aptantur, nittorem Syderum noxinfusa non obruit, adgenium claritatis proficit cum obscuritate conflictus.* Hæc ille, profecto ne maius ingenium ad rem nostram desiderari posset, pulchræ decantat meritorum securitatem splendentis vitæ pulchritudinem, solis lucem, Syderumque nittorem: vnde sicut nec fædantur, nec tenebrescunt oppositione inimicorum: immo multo magis lucent sic, & pacientia ab impijs; etiam qui ce cę viuunt, & veneratur, & collitur, & sicut lilium apparet, & rosa inter spinas pulcherrima

Enod.

26. Conscientia enim, quæ secura est nec timet iudicem inimicum; nec ab eius conspectu fugit; si tamen secura non est, fugiat nō mirabor; quid est inquit Chrysost. quod primus parens, Gen. 3. fugiat à facie Domini, dū illum quærit dicens: *Adam vbi es.* Et ipse respondens ait: *Vocem tuam audiui in Paradyso, & timui, & abscōdime.* Vnde Chrysost. hom. 17. sic inquit: *Propterea pro toplastus adventum Domini secum cogitans statim se occultauit, quare, dic oro? Quoniam videbat sibi trucem ad stare accussatorem, contientiam dico.* Hæc ille, addiderim ego, quod cum conscientia mala sic tanquam vniuersitas iniquitatis, vbi multitudo residet vitiorum, ad huc ipsa Seberus iudex est, & multo magis seberus quam externi impij iudices, adhuc tamen tantus est honor virtutis, tantaque innocentiæ securitas quod ad omnium Iaculis gloriosa, e vanescit, lætabunda triumphat. Vnde Cypr. lib. de bono patientiæ eam maxime extollit, sic inquiens: *Nec inuenio fatres dilectissimi inter cæteras disciplinæ cœlestis vias, quibus ad consequenda Diuinitus præmia spei, ac fidei nostræ secta dirigitur; quid magis sit, vel vtilius ad vitam, vel maius ad gloriam, quam vt qui præceptis Dominicis obsequio timores, ac deuotionis initimur; patientiam maxime tota obseruatione tueamur. Hanc se sectari Philosophi quoque profitentur; sed tam illa patientia falsa est, quam & falsa sapientia est. Vnde enim, vel sapiens esse, vel patiens posit, qui nec sapientiam, nec patientiam Dei nouit, quando de his, qui sibi sapere in mundo videntur, ipse moneat, & dicat; perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo.* Huc vsque Cypr. vbi notatione dignum est, quod Philosophi Gentiles patientiam tueantur, & quod etiam si illorum sapiētia, immo, & patientia sit falsa, tamen excelsum nomen patientiæ virtutis nomine, & appellatione honorant.

Genes. 3.

Hom. 17.

Cypr.

Esai. c. 29.

DISCVRSVS QVARTVS.

PROSEQVITVR AVTHOR.

TEXTVS.

Philosophi quidem, qui alicuius sapientiæ animalia deputantur, tantum illi subsignant, vt cum interse variis sectarum libidinibus, & sententiarum æmulationibus discordent, solius tamen patiētiæ in commune memores, huic vni studiorum suorum commisserint pacem in eam conspirant, in eam fœderantur, illi in affectatione virtutis vnanimiter studeant, omnem sapientiæ ostentationem de patientia præferunt, grande testimonium eius, cum etiam vanas sæculi disciplinas ad laudem, *1.*

dem, & gloriam promouet, aut nunquid potius iniuria, cum Diuina res in sæcularibus artibus volutatur; sed viderint illi, quos mox sapientiæ suæ cum sæculo destructæ, ac deuoratæ pudebit.

EXPLICATVR LITERA AVTHORIS.

PRofecto Tertul. optimo Encomio patientiã laudat: inquiens quòd Gentiles, qui sententiarum æmulationibus discordant, in laudibus tamen patientiæ vnanimes conspirant: immò omnẽ suam sapientiã sub patientiæ belamine cõponunt; duo notatione digna in verbis relatis Tert. inuenio, non tacta à Patre nec Aren. nec Acerda; primum est quod tangitur illis verbis: *Huic vni studiorũ suorum cõmiserint pacem in eã conspirant in eam fœderantur, illi in affectatione virtutis vnanimiter studen omnem sapientiæ ostentationem de patientiæ præferunt hoc est primum: vbi notandum est, quòd Carnales Philosophi, & vitiosi homines, etiam vestiri volunt indumento patientiæ, vt boni videantur.* Secunda sententia stat illis verbis: *Grande testimonium eius, cum etiam vanas sæculi disciplinas ad laudem, & gloriam promouẽt, aut nunquid potius iniuria cum Diuina res in sæcularibus artibus volutatur?* Vbi & si pro magno habere videatur, quod vanas disciplinas ad laudem, & gloriam patientiæ inducat, ipsa tamen potius videtur iniuria: quod virtus ab in probis laudetur: videte, Senec. epist. 55. & Chrysost. hom. 1. ad populum; & hom. 17. & Hilarium pictab. in libello ad Constantium Augustum, de quibus latissime Cerda, & bene; pro nostro tamen instituto sit.

Seneca. Chrysost. Hilarius.

§. I.

Ponitur quam grauiter puniantur, à Deo, qui sub specie virtutis, & Religionis ad mala, & peccata preparant.

1. ODio enim habet Deus illos, qui sub forma virtutis vitium ita sequuntur sicut qui actiones peccaminosas, assumunt tanquam obsequia Deo facta; quod Saul, 2. Regum, cap. 15. aduersus mandatum Diuinum spolia militiæ reseruauerit sub affectionis, & cupiditatis affectu potius, quam alio titulo, & quasi obsequium Deo exhibitum, aiebat sibi reti-

ri illud; sustineri non potest, quod sub titulo Religionis efficiebat; sed falso profecto; & substulit illi Regnũ Dominus. Legite Danielem; c. 13. de iudicibus illis ab eo condẽnatis: quã diuersimode de illis Sacra loquatur pagina, aiebat Daniel: *Quod Angelus Domini cum illo assisteba ad eos per medium gladio secundos; Angelus Domini accepta sententia ab eo scindet te medium dixi vni illorum, alteri vero, manet enim Angelus Domini gladium habens, vt secet te medium.* Et in eodem, cap. 13. *dicitur lapidatos esse à populo.* Ait enim sacer textus: *Fecerunt-que eis sicut male egerant aduersus proximum; vt facerent secundum legem Moysi, & interfecerunt eos: pœnas talionis sustulerunt secundum Deuteronomij legẽ, c. 19.* Quod sicut Susana lapidata si comprehenderetur obiret, sic ipsi lapidati sunt; Hierem. autem, cap. 29. *Ait hos Iudices in Sartagine fuisse crematos; ait enim aduersus falsos, quosdam Prophetas, ponat te Dominus sicut Sedechiam, & sicut Achab. quos frixit Rex Babilonis in igne pro eo, quod fecerunt stultitiam in Israel, & mœchati sunt in vxores amicorum suorum.* Sic enim vocabantur, illi senes Susanici, Sedecias, & Achab, in Sartagine inquit Orig. quòd inhoneste fecerunt; vnde eo quòd in Sacra sententia diuersitas ponitur supliciorum, in varias Expositores procedunt sententias.

Dan. 13.

Hieremi. 29.

2. Quidam moderatus S. Maldonatus; ait, hos à Rege Babilonis suplitio afectos, non esse illos, de quibus Ieremias loquitur; quia Daniel ait illos esse lapidatos, Ierem. vero esse in Sartagine missos, & creme factos: culpa tamen in omnibus eadem erat: locus idem S. in Babilonia: Orige. autem in quadam epist. ad Africanum; eosdem esse affirmat, quos nominauit Ierem. non tamen Daniel.

Mald.

Origen.

Difficile tamen est explicare quomodo ab Angelo per medium sunt secati, si postea à populo lapidati sunt, & sic ad interitum accesserũt? Ad quod quidam, aiunt,

aiunt; Angelum esse paratum adnecandum, & scindeddum eos; non tamen illud fecisse; quia à populo lapidatissunt; sed nunquid Dominus ignorabat quòd à populo lapidaturi erant? Vt quid ergo Angelus ad scindendum eos? Si forte populus id non fecisset: & si iam lapidibus obruti? Vt inquit Rex Sartaginem præparauit, & ibi iussit imponi eos? Vt inquit Hieremias. O grande scelus; Grandis quidem malitia! Quando Dominus non videtur satiari tanto suplitio! Igitur causa grauissima erat, quam assignat Orig. inquiens, quod desiderabat affectuose populus Babilonicus suam libertatem, quam consequi non posse iudicabant, vsque ad aduentum Mæsiæ, id-est Christi; qui eos educeret è captiuitate: tunc senes illi Achab, & Sedech, fundati in desiderio bono mulierum; quæ cupiebant paternum aliquid habere cum Christo venturo: & rursus magis fundati erant in praua desiderio libidis (erant quidem libidinibus dediti) & sæpius colloquentes cum mulieribus dicebant ad illas, se per reuelationem cognouisse quod de illorum visceribus oriundus foret Messias: atque sic illas acceptantes illos adcohitum, & turpitudinem consecuturas esse beneficiũ maternitatis eiusdem Christi futuri. Vbi affectata virtus fœnum, & praua cupiditas sociata cum simplici illarum mulierum affectu; & desiderio, ad illas peruenerunt, secundum Consilium prauum voluptatis eorum; quod tetigit Hieren. dum ait: *Mechati sunt cum vxoribus amicorum suorum; & locuti sunt verbum in nomine meo mendaciter, quod non mandaui eis. Ego sum testis, & iudex: quod ego non dicebam, simulabant illi: ego iudex, ego testis: alteri suplitium non reseruabo.*

Hierem. *4. Orig.* *Hier.c.29.*

Vbi aperte insinuatur quòd culpa illorum erat: vt simulato Habitu Religioso, & mandato Dei, & rebellatione facta sibi, quod totum falsum, & mendatium erat; sed simulata veritate, & sub illius velamine ad sua patranda delicta currebant; sed tanta est magnitudo, & deformitas huius culpæ, quòd sub specie virtutis vitium quodlibet Regnet in iudicibus, quod quasi nescieus Dominus de particulari genere suplicij, per omne genus tormentorum, ad eos cruciandos diuagatur, audi, iam, *Angelus Domini paratur ad scindem dum gladio per medium corpus, iam populus lapides præparat ad lapidandum, iamque Rex Babilonius Sartaginem dispouit.* Modò disquiro, quid est quod eum isti senes vnam tãtum vitã à Domino receperint tot mortes, totque suplitia in pœnam delicti illis præparẽtur? Huic respondebo quæstioni; tam graue delictum esse vitium palliare Habitu Religionis, quod mille suplitia quasi sufficere non videntur pro tanto facinore; & crimine; qua propter recte aiebat Tertul. *Quod etiam qui cæca viuunt affectatione virtutis omnem sapientiæ ostentationem de pacientia præferunt.* Et fingentes Religionem ad culpas currunt; qua proter, dilecti, fugiamus oportet talegenus vitiorum, quod Deo est execrabile.

Tertul.

§. II.

Parum, aut nichil, acressit virtuti, quod à vitiosis, & contumeliosiis laudetur; immo decressit sæpius.

MAgna quidem res quod iactabundis banæ Philosophiæ honorificetur pacientia, quos quasi irridens, Tert. quasi in se teuersus postquam verba illa protulit: *Grande testimonium eius cum etiam vanas sæculi disciplinas ad laudem & gloriam promouet.* Quasi dicat, quid amplius optat pacientia, quam si laudem etiam habeat apud vanas sæculi disciplicinas, sed subingit: *Aut numquid potius in iaris cum Diuina res in sæcularibus artibus volutatur?* Quasi dicat profecto nihil iniurioſius, nihil bilius de tanta virtute dici potest, quam quod volutetur immentibus iniquorum, si enim res Diuina est virtus, potius fœdari videtur si sæcularibus artibus volutatur; quid accepit prætiosa Margarita, si volutatur inter core?

6. Tertul.

Fallar si hùc non expectat statua illa Nabucodonosor Regis Babiloniæ, quæ pulcherrima quidem erat: *Aureum caput, pectus, & brachia, & reliqua pars corporis vsque ad pedes.* Omnia enim metala, aut prætiosa, aut validiora erãt; sed quid dicam de pedibus? Audi: *Pedes erant lateris, & ferrei.* Quid inde? Nisi quod: *Cum descendisset, lapis demonte sine manibus abscissus, & tetigisset pedes luteos statuæ.* Statim miserabiliter corruit tota machina, hoc accepit aurum ex luto, vbi pulchre Arnoldus Carnotensis epist. 5. *Sic ait, quid spectabat aureum superbum caput in fundamento lutuosso ruinam: quam posset timere, deformitatem: quam impedibus non nolluit formidare, corruit caput vasse terrena:* Igitur

Dan.c.4. *Arnoldus.*

aurum, cum sit quid Diuinum, quam-
dam habere videtur conformitatem cum
Tertul. virtute, & sic non mirabor quod, Tertul. dixerit: *Numquid potius iniuria cum Diuina res, sæcularibus artibus volutatur.*

7. Vnum, illumque, memorabilem, Tertul. locum proponam, ad hanc rem illustrandam, ex 4. lib. contra Mar. vbi cum Diabolus fateretur Christum esse Filium Dei, ipsumque nominasset Iesum, & Sanctum; tamen Iesus eum obmutescere fecit, dicens, *obmutesce.* Nolebat enim à tam nequissimo Diabolo laudari, tanquam hoc illi oprobrium esset, & iniuriosum, expendite verba Tertul. *Qui sic exclamat ibidem spiritus Demonis quid nobis, & tibi est Iesu, venisti perdere nos, scio qui sis Sanctus Dei. Hæc ego non retractabo, an & hoc cognomentum compescierit ei quem, nec Christum vocari oporteret, si non Creatoris, infra aliquam in quis increpuit illum Iesus plane, vt inuidiosum, & in ipsa confessione petulantem; vt male adulantem quasi hæc esset summa gloria Christi, si ad perditionem Demonum venisset, & non potius ad hominum salutem; qui nec Discipulos de subactione spirituum, sed de candida salutis gloriari volebat.* Igitur in summa laudationis eius iniuria afficiebatur, quasi solum ad perdendum, & non saluandum potius venisset, componamus modo hanc iniuriam cum illa, quam in hoc ponit Tertul. dicens: *Numquid potius iniuria, &c.* Cum etiam Christus iniuriam Diaboli repulerit, hinc colligo, quod quidò Pilatus dixit ad Iesum: *Quid est veritas.* Id non alia ratione interrogasse, nisi quia absens erat à veritate, & veritas in eo non erat: quia veritas, quæ præciosissima Margarita est, quasi deformata, & rubore plena apparet, in tam nequissimo hospitio, non enim inuenitur veritas, nisi in societate Sanctorum, vbi ad inuicem inuitantur, ad laudem, & gloriam Dei canendã, ibi virtus coronatur, ibi iniuria ignoratur, vbi ipsa virtus commitantibus Angelis, & alternantibus vocibus, quasi se impellentes canunt perpetuo gloriam Dei.

Tertul. 4. Lib. contra Mar. c. 7. n. 75. & Marci c. Lucæ 4.

8. Eleganter Esai. cap. 6. præcinebat, dicens: *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum, Seraphim stabat super illud sexale vni, & sexale alteri, duabus vellabant faciem eius, duabus vellabant pedes eius, & duabus volabant, & dicebant, Sanctus, Sanctus, Sanctus.* Vide dilecte qualiter vnus vellat caput, & alius similiter, vnus volitat, alius similiter, vnus canit, alius similiter, vnus sufficiebat ad vellandum, patet: quia quando volauit vnus illorum ad tangendum labra Prophetæ, vnus duntaxat, & vellabat caput, & pedes, & volabat, & cane bat: ergo si vnus illorum sufficit, superfluit alius, vnus illorum sufficit, sed quid est; quod vnus in obsequio Domini sit occupatus? Laudans eum, & tegens, & alius similiter, non efficit? Recta, & bona Seraphinorum societas quod vnus in laudem sui conditoris, in altero videt, illud exequitur, illud imitatur. Vides quam dilegentur Gen. 27. *Currit Iacob, ad gregem, tradit duos hœdos, disponit, agit de refectione paterna cum matre,* Gen. 27. *Abijt, & attulit deditque matri parauit illacibo S. sicut velle nouerat patrem illius, & vestibus Esau, valde bonis quas apud se habebat domi, induit eum pelliculasque hœdorum circumdedit manibus, &c.* Quid est hoc? None; frater eius Esau, in agrum aduenationem erat egressus? Non ne de eius benatione reficiebatur, aut reficiendus erat? Certe dilecte recte properat Iacob, vt si frater ad laborem pro paterna ægreditur benedictione ipse citius pro eadem paterna benedictione præcurrat, quo ergo modo coronaretur fidum alius laborat, ille solus subregula manet? Sic etiam Rex Dauid Psal. 118. contemplatus creaturum pulchritudinem, & inlaudando Deum continuam assistentiam, ait: *Quoniã omnia seruunt tibi,* nihil est Domine, quod aperto ore te non intueatur, non laudes dicat tibi, & vere ad mortem properarem, si ego tibi seruire cessassem: *Nisi quod lex tua meditatio mea est tunc forte perissem in humilitate mea.* Qua propter: *In eternum non obliuiscar iustificationes tuas.* Vide te dilecti, quam sit rectum, & honorabile illas imitari creaturas, quæ perpetuo munere Deum laudãt, & honorant, laudemus igitur dicẽtes: *Lex tua meditatio mea est, in eternum non oblibiscar iustificationes tuas.* Itaque in nobis perpetuo maneat, & perseueret laus Diuina, videntes creaturas certatim dimicantes propter excellentiam conditoris sui, & hoc quid est facta comparatione ad creaturas rationis expertes? Ad Angelos esse debet, auscultate Dyb. Hieronimum super locum Esai. cap. 6. aientem: *Querelam Esai, vemichi: quia tacui-*

Esai c. 6.

Genes. 27.

Psal. 118.

Bene interfotios Sanctos, laudatur Deus.

9.

Hieron.

cui, nihil esse aliud nisi quia cum Seraphicis spiritus tertio canticum illud Sanctus non pronunciarat. Seraphim igitur duo erant, & vterque semel, *Sanctus*, cæcinit, tertia vero repetitio ab aliquo erat emittenda; & quia nullus stetit, alter illorum iterum pronuntiauit. De hoc conquisitus est Esai, quia simul cũ eis Hymnum laudationis non cæcinit; sed nunquid cũ Angelicis spiritibus illud ab homine patrandum erat? Sed potius num? Quid ab hominibus debuit consortium Angelorum appeti, debuit quidem, quia laus Dei erat, Dei gloria, & quæ maior ratio vnius, quam alterius? l. si consortium habuit Seraphinorum Esai. quare sicut illi, non erat Dominus laudaturus? *Hoc de consortio bonorum debitum erat illi; profecto debitum, & Dominus exaudiuit petitionem cordis sui.* Et sic voluit, vt non solum vnicum dumtaxat emitteret cantum, sed iterum, & iterum, & tertio illud cæciniſſet voce, & scriptura; si quidem ille, & testis, & vere cantor effulsit. O Seraphici oris dulcedo, honorata humilitas, & affectio Prophetæ ob Angelorum consortio; nitũ forsitam, vt inquit Tertullianus affecta iniuria virtus est sæcularibus artibus volutata.

CAPVT SECVNDVM.

DEVS MAGISTER PACIENTIÆ;

PROSEQVITVR AVTHOR.

TEXTVS.

1. Nobis exercendæ pacientiæ auctoritatem non affectatio humana caninæ æquanimitatis stupore formata, sed viuæ, ac cælestis disciplinæ Diuina dispotio delegat, Deum ipsum ostendens pacientiæ exemplum. Iam primum qui florem lucis huius super iustos, & iniustos spargit æqualiter; qui temporum officia, elementorum seruitia, totius genituræ tributa dignis, simul, & indignis patitur simul occurrere; sustinet ingratissimas nationes, ludibria artium, & opera manuum suarum adorantes, nomen cum familia ipsius per sequentes: luxuriam, auaritiam, iniquitatem, malignitatem quotidie insolescentem, vt sua sibi pacientia detrahat: plures enim Dominum iccirco non credunt; quia sæculo iratum tamdiu nesciunt.

EXPLICATVR LITERA AVTHORIS.

2. Cypr. OPtimo iure titulus huius capitis est de pacientia Dei, siquidem ipse est pacientiæ Doctor atqúe Magister: ita sentit S. Cyprianus lib. de bono pacientiæ, vbi inter alia sic de illa dicit: *Est enim nobis, cum Deo, virtus ista communis; inde pacientia incipit, inde claritas eius, & dignitas caput summit. Origo, & magnitudo pacientiæ, Deo authore procedit: diligẽda res, homini quæ Deo, chara est: bonum quod amat Maiestas Diuina commendat: si Dominus nobis, &*

Pater Deus est, sectemur patientiam Dei pariter, & patris: quia, & seruos opportet esse obsequentes, & filios non decet esse degeneres. Hæc ille. In quibus verbis Cyprianus elegantiam imitatur Tertuliani, ostendens Deum, patientiæ Authorem: quam nos amare debemus; qui Christiani sumus, non tamen affectatam patientiam, quæ solum in ostentatione externa patientia est, & dicitur patientia Gentilium, quam vocauit D. Chrysost hom 12. ad populum Antioque: *Paci ntiam audacem, & inuerecundam.* Et Cyrilus Alex. *Imprudentem & inuerecundam.* Et præterea Cyprianus dixit; *Philosophos autem nec humiles videmus esse, nec mittes, sed sibi multum placentes, & ibi non esse veram patientiam, vbi est insolens affectatæ libertatis audatia, & nudi pectoris inuerecunda iactantia.* Hæc ille.

Chrysost.

Cyrilus.

3.

Vbi confirmat, & dicit, nos non deberte sequi patientiam illam affectatam: quia vere patientia non est; sed quod debemus sequi illam quam scimus à Deo procedere, & de illius Diuina dispositione venire: *(Hoc est) quam Deus delegat.* Idest quæ grauit in terra, vices Dei, vel quæ Diuinum esse representat, non enim nobis exercenda est affectata patientia: *Caninæ æqua nimittatis stupore formata.* Quasi dicat nobis amplectenda non est patientia Diogenis Cinici, seu Diogenis Canici (Canis vocabatur Diogenes) quia latrator erat, fingendo patientiam, illamquá habebat nõ puro animo ad bona, sed æquali animo ad omnia etiam iniusta; quod in suo genere vitium est: quia hoc habet propriũ patientia hypocurita.

Diogenes Cinicus Canis dicitur

Plinius vocauit, *patientiam veram*, æquanimitatem animi, ita lib. 18. cap 13. *Stupore formata*, idest, *veluina rabie, & audatia formata.* Idest arroganti, & superbo animo exercita, cur autem tollerantia Philosophorum, *canina*, dicitur; dicam ex Luciano, in Dialogo cui titulus, *Latrator*, Diogenes summam illam eruminarum tollerantiam, in hoc positam putabat, vt iactaret illam irruendo libere, & inuerecunde; instar Canis, in alios ita inuenies apud Pameliũ Cerdam, & Renanum: *Stupore*, pro, *arrogantia* dicitur, lib. *de Vnitate.* Eccleſiæ n. 56.

Plinius.

Lucianus.

Pam. Cerda. Ren.

4. Cyp.

Viuam, & cœlestem disciplinam, vocat Renanus à Christo *Missa cœlitus instutam*, pro quo dixit Cypr. *Quam magisterijs cœlestibus discimus:* Idest à Magistro cœlesti sunt à Christo: *Iam primũ*, idest quam antiqua est Dei patientia ab initio sæculi: *Sustinet diuersas nationes, Deos falsos adorantes.* Vana illis componentes, aduersus Deum obrataptes, & aduersus Christum eius, ingratitudinem sectantes: *Quippe qui ingratis inquit idem Tert. maiora contulit beneficia, sustinet illorum moras, ludibria, obsonia, fictilia, vana, immunda* O quanta habenda est patientia Dei nostri, vere patientia super iustos, & iniustos, bona diffundens recte in hac parte sensit Ren. aiens cum Beato Cypr. suauiter super hoc differente: *Qualis vero in Deo (inquit) & quanta patientia, qua in contumeliam suæ Maiestatis, & honori, institutæ ab hominibus prophanatemplæ, & terrenæ figmenta, & Sacra sacrilega, patientissimè sustinens, super bonos, & malos æqualiter facit diem nasci, & lumen solis oriri.* Et cum imbribus terram rigat, nemo à beneficijs eius excluditur, quominus *Iustis, similiter, & iniustis in discretas pluuias largiatur?* Videmus *inseparabili* æqualitate patientiæ nocentibus, & innoxijs Religiosis, & impijs, gratias agentibus, & ingratis: *Deinutu tempora obsequi, elementa famulari, spirare, ventos, fluere fontes, gravdescere copias messium, fructus mittescere vinearum, exuberare pomis arbusta, nemora frondescere, plata forere.* Et Ren: optime explicat temporum officia: *Quia ver, illo tempore fruges projicit, æstas calor, concoquit, elementorum fruitia, quia Auster, refrigerium emittit, Aqua rigat, Ignis cremat, fructificat Terra; totus generaturæ tributa idest omnis generationis, siue plantarum, siue animalium & pecorum tributum, sic Deo disponente homini redunt; quia Dominus omnia cõstituit sub pedibus eius.* Sunt hominis: siue dignus sit, siue indignus *super bonos*, in quam, *& malos.* Illa bona euenient, tanta est patientia Dei nostri, quòd ingratissimas sustinet Nationes, Deos falsos adorantes, & nomen veri Dei, & nomen Christi, cum familia (hoc est, cum eius Ecclesia) persequentes, aiebat namque D. Chrysost. tomo 7. ad populum: *Mundum ita pulchrum magnum admirabilem protulit in medium propterte, tantilum hominem.*

Rem.

D. Chrys.

DISCVRSVS QVINTVS.

VNA SENTENTIA EST SELECTA.

TEXTVS.

Dignis patitur,& indignis simul occurrere.

§. I.

Ponitur Deum,omnibus occurrè faciendo.

5. Tertull. DE hoc erit nunc pōderatio nostra,igitur Tert. sententia hæc est: *Quod super iustos, & iniustos pluit, super bonos, & malos occurens: prius occurrēs adbenefaciendū, in hac igitur parte hoc ponderandum præ cæteris iudico.* Primò, iuxta dilectionem inimicorum. Secundò, iuxta occursum, & quod prius ipse clamat iubat ad bene operandū. Sed primo occurrit sententia D. Bernard. 35. *Aientis quod Christiani à Christo nomen acceperunt, & opere pretiū est, vt sicut sunt hæredes nominis ita sint imitatores sanctitatis. Tria ergo sunt, quæ in Christo nobis expressa; plenis viribus exercere debemus; videlicet improbare viuacitur sæculi vanitatem, quia & Iesus, ne Rex cōstitueretur a turbis aufugit: exercere viriliter pœnitentiam, quia & Iesus sicut agnus occisus est, & habere veraciter geminam charitatē; quia & Iesus pro inimicis orauit* Hæc ille. Vbi pōdera Orat pro hijs, qui, & nomen Christi, & familias meius negant, non taceboChristumDñm eodē tenore verborū cū Discipulis, atque cū persequentibus fuisse locutum. Notate dilecti causam quare misserunt Pontifices, & Pharisæi Ministros, vt apprehenderent Iesum: *Quia admiratæ sunt turbæ de miraculis eius, & dicebant Christus; cum venerit nunquid plura signa faciet, quam hic homo facit?* Hoc audistis. O Iudæi ingratissimi! miracula facit, cito, cito dicitis: *Mittamus satelites, & Ministros aduersus eum; & miserunt Principes, & Pharisæi Ministros, vt apprehenderent eum.* Sed nunquid audistis mala feciisse aduersum vos? Absit: *Sed quia multa signata facit.* O ingratitudo Pharisæorum! O etiá pacientia Dei nostri! quæ sustinet ingratissimas nationes.

Matth. 5.

D. Bernar.

Ioan. c. 7.

6. Chrysost. Genes. 26. Inquit D. Chrysostom. Genes. 26. ab Abimelec quare: *Isaac in exilium proijcit à facie eius, cui rei causa ab igis eum respondet ipse.: quoniam potentior nobis factus est. Sed nunquid in aliquo tibi nocuit? Nunquid iniuriam intulit. Magna viri mãsuetudo tuam domare potuit inuidiam, sed aligando iustum tuam erga Deum ingratitudinem declaras.* Hæc ille. Rursus ad hæc: *Christus, Dominus pertransit benefaciendo.* Actorum cap. 10. Hoc fatetur turba; sed tamen ipsi ingratissimi ipsum perdere cupiūt, quem cognoscunt benefactorem. Audi inuidum, & ingratum filium. Lucæ c. 15. de quo D. Chrysol. ser. 4. vbi dicit, quod vnus filiorum querellam habet de patre suo, eo, quod filium Prodigum cum gaudio, & amplexu recipit; dicit sic. Chrysol. *De Iunioris filij redditu, & salute gaudentes, senioris flebiliter pandimus, & dolemus inuidiam; qui summum frugalitatis bonam extremo cœli malo perdidit, & liboris erat inquit filius eius senior in agro, & cum veniret, & apropinquaret domui audiuit, simphoniam, & choros, & vocauit vnum de seruis, & interrogauit, quæ hæc essent? Isque respondit frater tuus venit, & occidit pater tuus vitulum saginatum; quia saluum illum recepit: indignatus est & nollebat introire (erat inquit filius eius senior in agro) erat in agro terram per collens se desertans duritiam soluit cespitis, perdurat affectum, sentes erradicat, & gramina, stimulos inuidiæ non euellit.*

Act. c. 10.

Lucæ c. 15.

Chrysolog. ser. 4.

Recubit super collum eius.

7. Et post panca subiungit idem Chrysol. verbis mirificis, & tibi referam ea; quia ingenio plena sunt, audi: *Pater ergo illius, ægressus cœpit rogare ipsum, cor patris anxium variis arctatur motibus filiorum, & inter diuersos pignoris casus genitoris pietas stupefacta discurrit; quia videt fratrem fratris redditu mox fugari, & salute alterius sibi alterum mox perire, ac memorem longum breui gaudio pensatum inuidie labore tur-*

bari. O cœli tumor duos non capit domus ampla germanos! Et quid mirum fratres? Fecit inuidia, fecit vt mundi tota duobus esset angusta fratribus latitudo, namque ipse Cayn. 6. n. cap. 4. Iunioris erexit in mortem, vt esse solum cœli liber faceret quem primâ fecerat lex naturæ: at ille respondens dixit patri suo: pater ecce tot annis seruio tibi, en patri filius nascendi beneficia, qua seruitute compensat; nũquam mandatum tuum prætriui, hoc tibi non tua innocentia; sed patris venia debit; quia multa charitate delicta filij maluit tegere, quam nudare: & nũquam mihi dedisti hædum, vt cum amicis meis epularer: fratri inuidus animus gratus esse nõ potest patri, & paternæ largitatis memor non est, qui est fraternæ immemor charitatis, hædum sibi datum negat, qui substantiæ partem totam tempore diuisionis accepit Euangelista dicente, & diuisit illis substantiã. Genes. c. 4.

Not. verba Chrysol.

Hæc Chrysol.

Vbi ponderat ingratudinem circa patrẽ; qui dixerat illi: *Omnia mea tua sententia, & tu semper mecum es* Et rursus inuidiam aduersus fratrem suum, quam declarauit Senior filius dicendo: *Ille deborauit substantiam suam cum meretricibus: venit, & occidisti pro illo vitulum saginatum.* Ecce inuidia fratris maioris aduersus minorem, quod patrem accusat de benignitate erga filium, & filium minorem accusat referendo illius peccata. O quid facit vis amoris! Quamuis mãlo filio non esse nesciat, non esse non potest pater. Videt filium degenerasse animo, videt paternæ pietatis, paterni generis nihil habere, & tamen nuncupat filium suadet affectum, ad gratiam, l. spem reuocat largitatis dicendo: *Tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt.* Hoc est dicere: *Patere filium rediisse patri, permitte patri filium suscepisse.* Hæc etiã verba sententia de Chrysol. vbi indicat, quam benignus se ostentat Pater circa filium Prodigum, & ingratum, & quam pacificis verbis alloquitur cum filio maiori: vtrumque recipit filium, qui vtrorumque pater est, bonus pater, vere bonus, qui & perditum recipit, & inuidum oblectat. Sic ergo Deus noster refugium, & virtus, qui vere pater est, ita se agit cum persequentibus, sicut cum amicis, & filijs, & eodem tenore verborum ipsis alloquitur ad proditorem, ait: *Amice ad quid venisti.* Amicum vocat illum à quo traditur osculo pacis; & plagas cum conspexerat, & vulnera, dicit: *Plagæ istæ factæ sunt in domo eorum qui diligebant me.* Vbi diligentes vocat per securores suos.

Chrysolog.

8.

O mira Diuini Verbi Incarnati mansuetudo! O indicibilis patientia! Quæ maxime floret in responsione illa, quam dedit Dominus Iesus Ministris, illum apræhendere cupientibus, Ioan. cap. 7. *Ait enim ad eos, adhuc modicum tempus vobis cum sum, & vado ad eum qui misit me.* Hæc eadem verba dixit Discipulis suis: *Cum esset transiturus de hoc mũdo ad patrem, ipse dixit quæretis me, & sicut dixi Iudæis, quo, ego vado, vos non potestis venire, & modo dico vobis.* Ioan. c. 7.

Singula ponderemus verba: *Sicut dixi Iudæis dico vobis.* Tunc (ideſt cum me persequabant) *vobis dico modo cum ad patrem vado, quos diligo, quos, non seruos, non fratres voco, sed filiolos voco insignum maioris dilectionis; filioli adhuc modicum vobiscum sum.* Ioan. c. 7. Ioan, cap. 7. Rursus addit illud verbum: *Modo*, ideſt, *nunc infine vitæ.* Cum aduersus amorem timor absentiæ turbat; nunc modo idem vobis dico, quod Iudæis dixi, vt verè quilibet dignoscat, nullum patrem sic filios suos diligere sicut Christus inimicos suos dilexit; quid dubitabis, cũm hæc verba Discipulis protulit, quod eadem se Iudæis dixisse memoretur! Rursus quid dubitas, quod cum ea verba protulit Iudæis, memorabatur postmodum dicturus Discipulis, quos habebat præsentes; nec in hoc iniurioſsus apparet discipulis; eo quod eodem tenore verborum ad eos loquatur, quo locutus est ad Iudæos; sed ostentat efficatiam amoris, virtutem bonitatis, eximiamque erga omnes charitatem.

9.

Sed notate primo, quod quando se vellatum præbet in Sacratissimo Eucharistiæ Sacramento, tunc non iniustis, sed iustis, & iustificatis se manducandũ præbet non tamen peccatoribus, in peccato existentibus lætali: quia isti tales, si audacter accipiunt Sacramentum, & si Sacramentum recipiant, non tamen effectũ, & gratiam, sed iudicium, & condemnationem recipiunt: qua propter Spiritum Sanctum de cœlo mittit ad iustificationem, in specie linguarum ignis; tum, vt lingua etiam confiteantur: quia confessio, sit ad salutem; tum etiam, vt igneo feruore, & charitatis igne, accensi, accipiant, tam insigne Sacramentum.

Notate secundo quosdam Discipulos aliquando tantam vim amoris eius ig-

ignorasse, erant enim Didacus, & Ioan. ex Luca cap. 9. qui videntes quod Samaritani nollebant Christum recipere in domos suas, ignem de cœlo apetebant, ad eos consumendos: *Domine (ii aiebant) vis dicamus, vt descendat ignis de cœlo, & consummat illos?* Quia Christo Domino acriter sunt reprehensi: *Nescitis cuius spiritus estis.* Cognoscitur in verbis nescire vos de quo spiritu sitis. O mira tanti Magistri sententia! Iam Spiritus Dei non cognoscitur, alius adiuersus videtur, antiquitus quondam Spiritus Dei, terribilis videbatur, vt ostendebat Elias 4. Regū c. 1. qui fecit: *Vt ignis de cœlo descendens quinquagenarios consumeret, obedientibus illis Regi suo Imperant, vt Eliam caperent.* Sed vt viderent ipsum esse hominem Dei, ignem de cœlo descendere deprecatus est: *Si homo Dei sum descendat ignis de cœlo, & consummat vos.* Vt idē crederent esse quod vocitabant, si quidem ipsum comprehendere volebant, quem Dei hominem fatebantur descendat igitur ignis de cœlo; vt vos perdat, vt alij noscant quod si non sum homo Deus; sum tamen homo Dei, descendit profecto ignis, & consumpsit eos, postea venerunt alij quinquaginta mandato Regis, & similiter, ignis de cœlo descendit, & deuorauit eos. Hunc Spiritum rigoris cognouerunt in Deo Discipuli: *Quia Deus vltionis erat.* Et sic desiderabant ignem de cœlo super Samaritanos, vt eos consumeret: quia Dominum Iesum, hospitio non reciperent, pissimus autem Dominus increpauit eos dicens: *Nescitis cuius spiritus estis.* Non enim Spiritus Sanctus est spiritus rigoris, sed est spiritus pacis, & consolationis.

4. Regum. c. 1.

II. Sed aliquis dubitare poterit an in lege Euangelica clauserit Dominus, portas iustitiæ, & in lege antiqua portas pietatis? Ad quod respondetur, quod nec in lege Euāgelica clausit portas iustitiæ, nec in lege antiqua clausit portas pietatis, & ad hanc rem occurrit optime Philon Iudæus, lib. 2. legis alegoricæ, cap. 32. super Canticum Moysis in Deuteronomio, vbi dicitur: *Non ne hæc condita sunt apud me, & signatæ in Thesauris meis?* Subdit, ille, *considerandā est bonitas illius Dei, qui ad Moysem dixit; ego sum qui sum portas apperit Thesaurorum suorum, & beneficiorum, quæ fecit populo suo, educendo de Ægypto vsque dum statueret cum in terra Promissionis; sed tamen Thesaurum miserū, hoc est, terribilitatis, & iræ claudit, sub terrat, occultat, signat; sed hic quoque considera eius, qui est bonitatem: bonorū quippe Thesaurum apperit sententia malorum, claudit, astringitque: quia cum Deus naturaliter sit bonus, non ita naturalem abcondit inclinationem, quod multoties benefaciendi voluntatem non ostentet malum tamen difficile, nam Deus sua liberalitate bona offerre facile habet; mala vero difficile.* Huc vsque ille mira profecto verba: quia Deus semper est pronus ad miserendū, & tardus ad irā.

Phil. lib. 2 Deut. c. 32

Sed nunquid in lege gratiæ demonstrat aliquando Deus seueritatem, & rigorem? Respondet Beda supra cap. 5. actuum Apostol. occasione accepta: *Ex morte quam dedit Apostulus Petrus Ananiæ, & Saphiræ: quia mentiti sunt contra Spiritum Sanctum, in cuius nomine vitam tulit ab eis subito.* Itaque in lege antiqua fuit rigor, sed non perpetuus, & in lege gratiæ, est lenitas, sed etiam aliquando rigor: communiter tamen pietas, & misericordia.

12. Act. Apostol. c. 5.

Sed iam postquam Verbum caro factum est, Deus suauis, & lenis apparet, & Spiritus Sanctus, iam mitis, & mansuetus; quia quamuis antiquitus conditionem rigidam ostentaret, & se Deum vltionis; postquam Spiritus Sanctus Virginem obumbrauit, & in visceribus eius carnem Christi Domini, disposuit, iam ille Spiritus, qui ante rigidus; modo mittissimus; nam videtur quod cum quasi manibus per tractans viscera illa pietatis Virginis, nescio quid illi, (si fas est ita dicere) acciderit de tanta humanitate, & pietate, & mansuetudine Virginis, quod iam iste, Spiritus Sanctus, licet idem, Spiritus Sanctus sit, alius apparet, cum à Virgine mutuare videatur suauitatem. Quid ergo mirum dicat, Christus Dominus Discipulis appetentibus spiritum rigoris: *Nescitis cuius spiritus estis.* Quasi dicat, ex quo Spiritus Sanctus in visceribus materais disponendo carnem meam dulce habuit hospitium, iam non rigidus, sed suauis consolator est, qui semper suauis, & consolator: *Et filius hominis potius venit saluare quam perdere.*

13. Tert. contra Mart. lib. 4. Marci 6. Actor. 14.

Hæc omnia acute satis; & ingeniose tetigit Tert. lib. 4. contra Martionem, vbi ponderauit, quod cum cæcus ille clamasset ad Christū dicens: *Iesu Fili Dauid, miserere mei.* Dicit Tert. quasi loquens cum cæco isto tace ne eum vocites Filium Dauid: quia si Filium Dauid

clamãs forsitam seruauit cõditionem paternam, ipse quidem Dauid, 2. Regum 4. præceperat cæcos, & claudos tradi ad mortem. *Nisi abstuleris, cæcos, & claudos, &c.* Qui occisi sunt, eo quod ipsum offenderent in recuperatione Sionis, quam acceperat Gæbusæus, sed vocata, clama filium Dauid: quia quamuis ille tunc vindictam summendo de inimicis, cæcos, & claudos tunc occideret, tamen illud erat antiquitus, vbi dicebatur diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum: tamen in lege Euangelica Christus Dominus præcepit inimicos diligere dicens: *Ego autem dico vobis diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos.* Matthæi, cap. 5. *vt sitis filij patris vestri, qui in cœlis est.* Vbi Sanctus Hieronymus, lib. 1. Comment. in hunc locum, ait, hæc autem Iesus, & docuit, & fecit dicens: *Patr. ignosce illis; quid enim faciunt, nesciunt.* Prorumpit ergo Tert. in hæc verba: *Nam si aliquando Dauidē in recuperatione Sionis offenderant cæci, resistentes, quominus admitteretur (in figuram populi proinde cæci non admissuri quandoque Christum Filium Dauid) deo Christus ex diuerso cæco subuenit, vt hinc se ostenderet non esse Filium Dauid: & ex animi diuersitate bonus cæcis, quos ille iusserat cæli; & cur fidei, & quedem praua præstitisse se dixit? Atquin, & hoc Filius Dauid anti Thesin de suo retundendam; nam, & qui Dauid offenderant cæci, nunc vero eiusdem indicoris homo suplicem se obtulerat filio Dauid. Id circo ei satisfacienti quodammodo placatus Filius Dauid restituit lumina cum testimonio fidei qua hoc ipsum credidérat exorandum sibi esse Filium Dauid, & tamen Dauid, audatia hominum puto offenderat non valetudo, qui vult videre Iesum Dauid filium credat per Virginis censum; qui non ita credet, non audiet ab illo, fides tua te saluum fecit, hæc omnia sunt verba Tertul.* Vbi vides, qualiter, & si aliquando in lege veteri Deus fuerit rigorosus, in lege tamen gratiæ totus est mitis, & suauis, vnde Christus Dominus se negasse videtur, esse Filium Dauid non quidem Dauid mitissimi, & mansuetissimi, sed rigorosi, & terribilis, ab illo tamen descendens per Virginis censum indutus mansuetudine iam humanus quid mirum quod ad Discipulos dicat nescitis cuius espiritus estis cum eius opera in parcendo, & misserando sit, quippe qui vt inquit Tert. in sententia selecta: *Dignis patitur, & indignis simul occurrere.*

1. Reg. 4

Ter. commendat dilectia inimicorum.

Matth. 5.

Hieronym.

Matth. 27

Ter mittis ex DD per Virginis cens.

§. II.

Deus mirifica cura agit de fabendo homine, siue amico siue inimico.

S. Matthæum legite, cap 21. vbi cum Christus Dominus vidisset ficulneam non habẽtum fructum (secundum Marc. cap. 11. *Non erat tempus ficorum*) *maledixit, & statitim aruit.* Sciebat enim Christus Dominus quod nec erat tempus ficorum nec fructum habebat arbor illa, quare ergo maledictionem emittit super eam, quæ innocens erat? Rursus in Deuteronomio consueuerat Deus homines castigare non arbores, immo præcepit, vt arbores seruarentur, & homines punirentur, ait enim sacer textus: *Si forsitam super ciuitatem aliquam obsidionem feceris, ait Dominus, & tempus consumpseris in ea, & ad eam opugnandam necessum fuerit muros erigere ad pugnam, & ad illud arboribus ègeas; si forte sint fructiferi ne scindas eos; quid mali tibi fecerunt? Quid facient aduersum te? Arbores sunt, non homines, non inimici, seua ferrũ aduersus homines inimicos, lignum est, & non homo nec post vellantium contra te augere numerum.* Hæc videns quis non mirabitur, quanta cura est in Deo de conseruandis arboribus, numquid ficus ista arbor est quamuis non habeat fructum? Quare ergo si non auget numerum inimicorum maledicitur a Christo, & siccatur? Quare ergo in lege antiqua aduersus homines insurgebat, & nõ aduersus arbores, iam versus est furor eius ita vt sententia maledictionis, quæ exercenda erat in hominibus propter eorum peccata, versa est contra arbores super quas iram suam diffundit, & non super homines etiam, si ingrati sint; quia solem suum, oriri facit, super iustos, & iniustos, atque à Deo dignis patitur, & indignis simul, occurrere.

14. Matth. c. 24.

Deuteron. 2.20.

Huc spectat quod S. Petrus Chrysol. tetigit, ad cap. 11. Lucæ Sermone 39. vbi dicitur, quòd cum media nocte accessisset ad amicum, amicus dixit ille: *Amice accommoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod ponam ante illum: & ille deintus respondeat noli mihi molestus esse: quia iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt incubili; non possum surgere, & dare tibi?* Ad hæc verba

15. Lucæ 11. Chrysolog. ser. 39.

D. Luc. occurrit Chrysolog. dicens: *O quam dare vult, qui se inquietari taliter patitur suscitari. O quam necessitatis esse suæ, quod suæ potestatis est, vult videri. O quam pulsanti iste gestiuit occurrere, qui sic secreti sui cubile ipsam collocauit ad Ianuam O quam negare noluit, qui sibi etiam neganti qualiter extorqueretur ostendit. O quam non ad Ianuam tantum Dominus, sed ipsa Ianua Dominus fuit, ego sum, inquit, Ianua, qui dormientibus seruis pulsantis necessitatem solus, & primus audiuit. O quam pius, quam misericors, qui quòd mandatis docet, probat, & informat exemplis.* Hæc sunt verba Chrysolog. in quibus apperte ostendit quanta sit pietas Dei nostri erga nos, qualiter nescit negare, si veniam petimus, semper paratus est ad benefaciendum, ipse Ianua est, ipse expectat, vt clamemus, ipse dormientibus seruis vocem pulsantis solus, & primus audiuit; sed si solus audiuit quomodo primus? Nam qui solus audit non alium habet, & qui primus auditur alium admittit post se, quomodo ergo solus, si primus, quomodo ergo primus, si solus? Quid est hoc? Profecto nihil aliud nisi, quia Dominus Iesus, ita paratus est ad audiendum, quod quando clamat peccator alijs dormientibus, & non audientibus seruulis, ipse audit, & solus auditur: quia tamen liberalissimus indultor est, & pius Pater primus audiuit vocem pulsantis, quia adhuc clamante illo, qui pulsat ad Ianuam Dei, Deus ipse prius audit vocem pulsantis, quam ipse pulsans audiat suam ipsius vocem, vt sic recte intelligamus, qualiter cum Dominus semper paratus sit ad miserendum dignis patitur, & indignis simul occurrere.

Ioan. 10.

Quod Deus præuenit clamores nostros.

§. III.

Astruitur ita Deum esse patientissimum, vt irasci nesciat.

16. *Tertull.*

ALia sententia Tertulliani erat: *Plures enim Dominum id circo non credunt, quia sæculo iratum, tandiu nescijt, vt sua sibi patientia detrahat.* Vbi ponderandum est, tantam esse Dei patientiã de nostris peccatis, quod ipsi Deo multum detrahere videtur honoris; quis non mirabitur, dum viderit Dominum Iesum tam mansuetum, & humilem, tamque ad pedes Discipulorum humilliatum, immò ad pedes illius, quem Diabolus possederat, nempè Iudæ, vt inquit, D. Ioan. cap. 13 *Cum iam misisset Diabolus in cor Iudæ.* Christus Dominus: *Surgit à cœna, & ponit vestimenta sua, & cæpit lauare pedes Discipulorum.* O inaudita mutatio rerum! O inexplicabilis charitatis! O verè dissimulata in ipsa Diuinitate Diuinitas! Quis cum hæc viderit, & considerauerit, nanc patientiam, & humilitatem Saluatoris, non dicet multum detrahere honoris; cum eum etenim vidisset Petrus Lauantem pedes, recusset lauari, humillitatem Magistri miratur tãtam esse, & dicit: *Domine tu mihi lauas pedes? Non lauabis mihi pedes in æternum.* Quasi dicatur; de decus videtur tantæ Maiestatis tuæ, ita se humilliari, quid ergo mirum erit, quod nesciat irasci, qui totum, quod scit, totum videtur humilliari.

Ioan. c. 13.

Ioan. 13.

Contemplatus est, D. Chrysol. serm. 156. de Epiphania qualiter Stella Magorum, quæ pro Deo solebat adorari præ nimia humillitate Diuinitatem æstimatam à Magis amisit. Adorabãt enim Magi Stellas, & tot Deos habebant, qualiter erat numerus Stellarum, dicit Sanctus. *Vidimus Stellam eius, aliquando videt Magus: qui habet Stellam non habetur à Stella, nec ipse agitur cursu Stellæ, sed ipse Stellæ agit cursum: cuius per cœlum, sic cursum dirigitur, sic moderatur in cessum, sic viam temperat, vt Magorum seruiat, & mittatur ad gressum: nam ambulante Mago Stella ambulat, sedente Mago, stat Stella, Mago dormiente excubat Stella: sic sentit Magus, vt quibus viandi par conditio est, par sit necessitas seruiendi: & Stellam, iam non Deum credit, sed iudicat esse conseruam, quàm cernit taliter suis obsequijs mancipatam.* Huc vsque Chrysol vbi pondera quod Stellæ à Magis adorabantur tanquam numina cæleltia: cum autem vidiisent, quod Stella illa tam humilis erat, quia stantibus illis stabat, & ambulantibus ambulabat. Iam non Deum esse cognoscunt, sed solum Stellam. Perdidit quidem Stella illa in corde eorum Diuinitatem, & hoc propter nimiam Familiaritatem Stellæ. O Domine Rex excelsus, & sublimis, qui te viderit, ita humilliatum, non te Deum iudicauit, sed famulum: nam qui te viderit flagellis cæsum, Spinis Coronatum, in Cruce suspensum, ad pedes Discipulorum humilliatum non te iudicabit esse solem iustitiæ, non te iudicabit esse Deum, sed seruum: de trahit ergo multum de tua magnitudine, de tuo honore tanta humilitas. Sed, ô Iudæi quãdo magis suam granditatem, suamque Diui-

17. *Chrysol.*

tiinitatem ostentauit, quam cum: *Aquam ipse lauandis pedibus Discipulorū ministrauit?* Quam eum derisionem sustinuit? Dum permisit spinis Coronari, & fœdis vestibus vestiri: nam, vt rectè Tertull. infrà: *Hinc, I. maximè O Pharisæi Dominum cognoscere debuistis, quia pacientiam huiusmodi nemo hominum perpetraret.* Quis nisi homo Deus talem pacientiam haberet. Rectè ergo Tertull. in sua sententia dixit: *Quòd plures Dominum, id circo non credunt: quia sæculo iratum tamdiu nesciunt.* Quasi dicat tãta est Dei pacientia in sustinendis peccatis, & in sustentandis peccatoribus, quòd ipsa pacientia multum videtur detrahere honoris. Sed propter hoc certè credere debuissent verè esse Deum, quia ad iniurias nostras, quasi claudens oculos inuenitur, qui potens est ad vindictam, potès ad supplitium: nec melius quidem ab improbis crederetur, si irasceretur magis.

Tertull. *Tertull.*

81. Quæ omnia ponderans ait Cyprian. lib. de bono pacientiæ, sic *Qualis vero Deo, & quanta pacientia, quod in contumeliam suæ Maiestatis, & honoris cedat: eumque habeat in potestate vindictam, mavult diu terrere pacientiam: a Deo hoc verum, vt in curiosos à quibusdam, & quasi negligens humanorū actuum Deus diceretur.* Salbianus lib. 1. de gubernatione ait: *Quod calumniam ille dillait, quia malos non coercet,* & lib. 5. Et pacientiã Dei celebrat in sustinendis hæreticis. Et Apostolus Petrus, apud Clemẽtem Alex. lib. 2 recognitionum ait: *Miror ad modum immensam Dei pacientiam! Vt econtrario, in nonnullis humanæ temeritatis audatiam.* Igitur apud omnes in veniet pacientiam Dei maxima laudatam; & tãtum ab est, vt pacientia minuat honorem Diuinum, quod si ipsa Diuinitas infinita augeri posset (quæ non potest) ab ipsa pacientia augeretur; etenim dignus est agnus, qui obediens vsque ad mortẽ, mortem autem Crucis: accipere virtutem, & Diuinitatem, & gloriam, & honorem, & Deus ita exaltauitur illum: *Vt dederit illi nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genuflectatur cælestium terrestrum, & infernorum.* Testante Apostolo ad Philipenses, cap. 2.

Cyprianus *Salbian.* *Clem. Alex.* *Ad Philip. cap. 2.*

CAPVT TERTIVM.

PACIENTIA CHRISTI.

TEXTVS.

Et hæc quidem Diuinæ Pacientiæ species quasi de lõginquo, fors, vt de supernis æstimetur. Quid illa autem, quæ inter homines palam in terris, quodammodo manu apprehensa est? Nasci se Deus in vtero patitur Matris, & expectat natus addolescere sustinet, & addultus, non gestit agnosci: sed contumelioſus in super sibi est; & à seruo suo tingitur, & tentatoris congressus solis verbis repellit.

EXPLICATIO LITTERIS AVTHORIS.

1. IN primis verbis, quæ sic habent: *Et hæc quidem Diuinæ pacientiæ species quasi de longinquo fors, vt de supernis æstimetur.* Solum ponit Tertull. quanda. diuersitatem pacientiæ; nempè pacientiã Dei altissimi, quàm nullus homo imitari poterit, quia de *longinquo*, id est de supernis. Quasi dicat forsitam erit imitabilis?

lis? Ab hominibus nequaquam; altera quidem pacientia est, quam manibus nostris palpamus, oculis videmus; nempè pacientiam Christi: in tot laboribus Erumnis, & calamitatibus sustinendis. Vide qualiter paciens fuerit ad nascendum: *Expectauit cursum nouem mensium, potuit, statim ac natus fuit adolescere, sed noluit.* Nisi paulatim, non statim adultam amplexatus fuit ætatem, sed infantilem, & teneram: *Sibi etiam contumeliosus videbatur.* Dum gloriam sibi debitam detinebat: nec subito se manifestabat, quod in contumeliam illius cædere videbatur, non quidem operibus, & fustibus tentatoris congressus repelit, sed verbis dumtaxat lenious, & mansuetis.

2. *Cyprianus* Ad hanc rem illustrãdam optima sunt verba Cyprian. libr. de bono pacientiæ, vbi sic: *Omnis denique actus eius ab ipso statim aduentu pacientia comite signati: quod primum de illa sublimitate cæleſti ad terrena descendens non asperniatur Dei filius carnem hominis induere; vt cũ peccator ipse non esset aliena peccata portaret immortalitate interim posita fieri se, & mortalem patitur: vt innocens pro nocentium salute perimatur. Dominus Baptizatur à seruo, & remissam peccatorum daturus ipse non dedignatur lauacro regenerationis corpus abluere. Diebus quadraginta ieiunat, per quem cæteri saginantur. Esurit, & famem sentit; vt qui infame sermonis, & gratiæ fuerant cæleſti pane saturarentur. Cum Diabolo tentante congreditur: & inimicum tantum vicisse contentus nihil vltra verba conatur.* Hæc ille, vbi ponderandum est qualiter enumerando omnes actiones Christi illas commite pacientia depingit: nam absente pacientia viderentur in pulchræ, quæ simul cũ charitate (vt inferius dicemus) cap. 12. eas decorat operationes, in quibus Christus, pro nobis dignatus est versari.

3. *Hieronym.* Fere eadem verba, quæ Cyprian. retulit, D. Hieronym. ad Eustochium, sic dicens: *Dei filius pro nostra salute homo factus est: nouem menses, in vtero, vt nascatur expectat, fastidia sustinet, cruentus egreditur pannis inuoluitur, blanditijs delinitur, & ille pugilo mundam includens præsepijs continetur angustis.* Hæc ibi, & idem Hieronym. in lib. de aduersus Helbidium, inquit: *Iunge silibet, & alias naturæ contumelias, nouem mensibus vterum insolescentem, fastidia, partum, sanguinem, pannos, &c.* Hæc ille, in *Volusianus* idem reddit, quod Volusianus, Epist. ad August. dicit: *Intra corpusculum vagientis infantiæ latet cui parua putatur Vniuersitas: patitur puerilitatis annos adolescit, iuuentute solidatur.* Multa alia tradunt recentiores, sed præsertim Pater Cerda, qui rectè ponderat verba Chrysolog. sermon. 6. vbi sic: *In incunabulis nostris capax dulcis ingremiomitis in habitu, in nostro contubernio blandus.* Et citat iste Author Dionisium, Casianum, Sinesium, & alios grauissimos Authores: qui agunt de pacientia Christi. Vnde Volusianus ad Aug. contumeliam illi, ad ferre ex Gentilibus: *Hæc virilitatis signa, ait, dum cibo alitur, & omnes mortalium sentit affectus.* Verba scilicet, quibus Gentiles Christum dedecorabant. Apud Pamel. & Renan. nihil de hoc notatione dignum inuenies, sed solum apud Cerdam, qui optimè calluit mentem Authoris. *Volusianus.* *P. Cerda.*

PONVNTVR sententiæ selectæ.

4. DVo ponderanda sunt in hoc textu, & littera Authoris. Primum quod Deus cum sit immensus, & infinitus tantam habet dilectionem, & amorem, erga homines, quod, qui nullo clauditur termino voluerit pati discursu nouem mensium vterumque experiri Maternum: *Et quidem in vtero patitur matris.*

Secundum est, quod postquam natus est de Virginis Claustro Purissimo: tot tantaque spatio triginta trium annorum sustinuerit, vt mirabile sit: *Quod adultus non gestit agnosci.* Itaque duæ sunt sententiæ: *Prima illis verbis de cursu nouem mensium nàsciſe Deus in vtero patitur Matris, & expectat. Secunda est, natus adolescere sustinet, & adultus non gestit agnosci, sed contumeliosus in super sibi est, & tentatoris congressus solis verbis repellit.*

(2)

DIS-

DISCVRSVS SEXTVS.

In eo agitur de mysterio Incarnationis.

§. I.

Qualiter Angelo accedente ad Beatissimam Virginem Mariam, virtutes illius occurrerunt ei.

5. Chrysolog. serm 140. Luc. 1.

NOn verebor, D. Chrysologi, verba proponere, serm. 140. vbi sic: *Dum Angelus ad Mariam mitteretur, qui degerit Angelus, audiamus. Ingressus ad eam dicit, Aue gratia plena, Dominus tecum. In hac voce oblatio est muneris non simplex salutationis officium, Aue, hoc est, accipe gratiam, ne trepides, nesis solicita de natura; gratia plena; quia in alijs gratia, in te tota gratiæ pariter venit plenitudo. Dominus tecum: quid est in te Dominus? Quia, ad te non visitandi studio venit; sed in te nobo nascendi illabitur Sacramento, adiecit congrue, benedicta tu, in mulieribus. Quia, in quibus, Eua maledicta puniebat viscera, tunc in illis gaudet honoratur, suspicitur Maria benedicta: & facta est vere, nunc Mater viuentium per gratiam, quæ Mater extitit morientium, per naturam. Quæ cum audisset, turbata est, in sermone eius. Quid est, quod personam videt, & de sermone turbatur: quia venerat, Angelus blandus in spetie, fortis in vello, mittis in habitu, in sermone terribilis; humana proferens, Diuina, re promittens: vnde, & Virginem; quàm leuiter visus solicitauerat; nimium turbauit auditus; & quam, Missi præsentia, parum mouerat; concussit, toto pondere mittentis Authoritas. Et quid plura? Mox sensit in se supernum suscipi, iudicem, vbi ante iam cælestem vidit, & contemplata est metatorem: quamuis enim blando motu, affectu, pio Virginem sibi Deus, in Matrem, seruam sibi verteret Dominus in parentem; turbata sunt tamen viscera eius, mens refugit, ipsa est treme facta conditio: cum Deus, quem tota creatura non capit; totum se intra pectus recepit; & condidit humanum, & cogitauit, quæ esset ista salutatio. Aduertat vestra charitas, vt diximus, consensisse Virginem, salutationi, non verborum, sed rerum: & vocem fuisse, non communis Obsequij, sed supernæ vim totam fuisse virtutis, cogitat ergo Virgo, quia, cito respondere, est facilitatis humanæ, cogitare vero ponderis est maximi, & iudicij præmaturi. Quantus sit Deus satis ignorat ille, qui huius Virginis mentem, non stupet. Animum non miratur pauet cœlum, tremunt Angeli, creatura non sustinet, natura non sufficit, & vna puella sic Deum in sui pectoris capit, recipit ob lectat hospitio: vt pacem terris, cum cœlestibus parentelam, ipsius Dei cū carne commertium pro ipsa domus exigat pensione; pro ipsius vteri Mercede, conquirat, & impleat illud Prophetæ,* Psalm. 126. *Ecce hæreditas Dominifilij merces fructus ventris: sed iam se concludat sermo.* Hæc ille.

Nota verba Chryso.

Psal. 126.

6.

Optimè D. Chrysologus ponderabilibus verbis nostrum intentum declarauit, vbi quot verba tot sententiæ: *Suppremū iudicem in se suscipi.* Et sic quid mirum ancillam se præbuerit, dum quasi præsentit iudicem, vbi ante iam cælestem vidit, & contemplata est metatorem. Et illum tantum tamque magnificum, vtero claudit, & ipse in vtero patitur Matris.

Luc. 1. De salutatione Angelica vide.

Rursus in salutatione Angelica, mira continentur de Incarnatione. Sed responsionem Reginæ videamus: *Eiusque turbationem, quam D. Chrysologus, iam pōderauit. Quæ cum audisset turbata est, & cogitabat, qualis esset ista salutatio.* Nuntium, & Legationem Angeli audiuimus, attendamus nunc facta, verbaque Mariæ. Vnum ex hijs, in quibus dignitas, & valor (vt ita dicam:) personæ alicuius ostenditur est, si legatum, qui ad se venit super negotio maximo conficiendo, præclare audiat, prudenterque eum tractet, ac illi apte respondeat. Considera nunc Mariā, quæ legatum ex cœlo suscepit: *Seraphinum altissimum;* & negotium quod tractabatur, infiniti erat ponderis: *Et Missus fuit à Deo.* Videamus ergo quomodo Maria, se habeat, quidque illi respondeat. Summæ enim eius virtutes nunc obuiam processerunt, *splendentes, charitas, fides, spes, prudentia, humilitas, obedientia Virginitas.* Venienti Regi virtutuum, exierunt obuiam ei; & in ciuitatem suam intranti, & Ornatæ sunt supra modum, vt

Re-

Regem exciperent suum: & huius rei causa fuit, quod nunc supremis, ijs virtutũ actibus, eo Maria processit, vt Dei digna Mater efficeretur, ac eum meretetur in vtero concipere. Scripsit vero ista, Lucas, quæ à Maria excepit, cui fuit charissimus, nunc: *Fides præcipuam se ostendit, credens infabile misterium. Vnde ait Beata Elisabeth. Beata, quæ credidisti quoniã perficientur in te. Ea quæ dicta sunt tibi à Domino.* Nunc in Deum, *spes fulsit*: dum ei se totam; & honorem suum committit, cum Sponso videri posset, eam adulteram ex aliquo hominum concepisse. Nunc *Charitas*, omnium virtutuum Regina processit, cuius est vnum facere cum dilecto: *Et Mariam sic Christo coniunxit*, vt vnum, nunc reputentur, *nunc Virginitas*, eo processit, vt Matris Dei dignitatem, cum reciperet doleret, si Virginitatem amittere deberet, *nunc humilitas*, mirabilem se exhibuit; dum, quæ in Dei Matrem assumitur, ancillam se nominat, *nunc prudentia apparet*; dũ turbata est, in sermone Angeli; & cogitabat, qualis esset ista salutatio, sicut examen apum procedere solet ex suo paruo domicilio, ita ex Maria, examen virtutuũ nunc procedit.

Occurrunt virtutes Virginis ad recipiendum Sponsum in carne.

Merito ergo de illa pronuntiauit, D. Dionisius, cum eam in tueri meruit: *Iure Virgo Maria, abscondita hominum oculis est; si enim in publicum prodiret & cũ hominibus conuersaretur, in firmis occasio præberetur vt idolatre efficerentur. Eam enim, vt Deum verum, adorarent, videntes summam vultus Maiestatem; & in verbis, ac factis prudentiam. Omnium virtutum excelentiam.*

7. *Dionisius.*

Igitur si tot tantaque admiratione dignissimã vides: O dilecte in ea Verbi Diuini humilitatem, & pacientiam, quod Angelus miretur, Maria obstupet, turbata in sermone quid mirum dicat Tertullianus: *Nasci se Deus in vtero patitur Matris.* Deus infinitus; immensus, omnipotens, Rex potens, super omnes Reges: *In vtero patitur Matris.* Et quod pati, dicat, non mirabor; si clauditur, qui omnia circundat, si angusto iacet ergastulo, qui cœlum & terram implet; *Quia quem cœli capere non poterant suo Virgo contulit gremio.* O Virginis viscera prætiosa! O thalamus Diuini Sponsi floribus Coronatus, & circundatus virtutibus! Laudemus iterum, & iterum admirationem de Domini sustinentia, & pacientia præbeamus, cum D. Chrysologo sermone 141. elegantissimè continente, cuius verba placuit referre.

Tertul.

Chrysolog. 141.

Audi: *Quantum secretum cubili, sit regalis, quali reuerentia? Quo tremore locus habeatur, vbi ipsa Principis requiescit potestas, quàm nulli extraneo in mundo, nemini, nulli infideli, pateat illuc, & permittatur accessus, quam munda, quam casta, quam fidelia ibidem præstoletur ob sequia Imperialis aulæ manifestis docetur insignibus, quis ad ipsas palatij fores, huis, quis propinquat indignus?* Certè ad thalamum Sponsi nisi satis proximus, nisi satis intimus, nisi bonæ conscientiæ, nisi laudabilis famæ, nisi probabilis vitæ, nullus admittitur intra thalamum, vero ipsum Virginem Deus capit solam: suscipitur sola Virginitas illibata: vndè, ò homo is admonitus exemplis ætima, quis iis, quantus iis, qualis iis: & tunc Dæmam cogita vtrum possis Dominicæ Natiuitatis penetrare secretum, vtrum mærearis ad illius pectoris cubiculum peruenire, vbi tota superni Regis, tota Diuinitatis requiescit Maiestas: vtrum debeas humanis oculis corporeis sensibus conceptum Virginis temerarius dissensor attendere: vtrum possis ipsas Dei manus operantes sanctum sibi corporis templum intra aluum genitricis audax, & curiosus arbiter in tueri conspectibus tuis, absconditum sæculis nudare mysterium, rebelare tibi ipsis Angelis inuisibile Sacramentum, & ita cælesti fabricæ prælidere, vt deprahendas liquido tu, quomodo Deus penetrale clausæ carnis intraverit? Quẽ admodum Sacri corporis in illo venerabili vtero præter Virginis conscientiam lineamenta pingerit? Quomodo præter concipientis sensum mentura sæculis, tit. ossa solidauerit: qualiter præter hominis Ordinem, hominis veram produxerit formam: quemadmodum præter carnis solicitudinem, totam carnis assumpserit veritatem: qua ratione præter naturam nostræ carnis integram susceperit qualitatem: etsi ad hæc tibi liber non per patuerit accessus, iam Deus ex carne nunc assummere non potuit; quod in principio assumpsit ex limo? Immò, quia totum Deo est possibile, & tibi ne ad minimam quidem operum Dei possibile est peruenire conceptum Virginis, nolli discutere, sed crede, Deum voluisse nasci, præsertim, quia facis iniuriam si requiris magnum Dominicæ Natiuitatis Sacramentum. Fide percipe, quia neminim à quidem operum Dei à sequi poteris, sine fi-

8.

de:

Psalm. 32. de: dicit Scriptura, Psalm. 32. *Omnia opera eius in fide.* Secus hic totum vis de ratione comare, vbi totum consistit ex fide: quod tamen non sine ratione subsistit, sed ratio est Dei, non tua homo. Quid tam rationabile nisi, vt Deus quidquid voluerit posse? Qui quod vult non potest Deus non est: quæ ergo mandat Deus exequitur Angelus, simplex spiritus, efficit virtus, virgo credit, natura suscipit, cœli narrant, annunciat firmamentũ, ostendunt Stellæ, Magi prædicant, Pastores adorant, pecora cognoscunt; testante Propheta Isaia, cap. 1. *Cognouit vos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui.*

Isai. c. 1.

9. Tu homo si non mox, cum Angelis agnosce, vel tardissime, cum iumentis ne diutius moraris, ipsis iumentis, quibus ante comparatus fueras postponaris. Ecce iumenta adulantur caudis, blandiuntur auribus, linguis lambunt, & motu, quo possunt Authorem suum fatentur contra naturam in tuam venisse naturam: & tu cum iudæis discutis, carpis: qui exclusserunt à diuersoriis suis Dominum suum, quem iumenta suis in præsepibus susceperunt. Vnde si tandem, vel Angelis es pium præstaturus auditum, quæ ab Angelo dicenda sunt; si non feliciter, vel dignantur admittæ, huc vsque, D. Chrysolog. cuius verba ponderatione dignissima sunt, & exortor ingeniosos, vt legant, & acriter disquirant, quæ in eis continentur, quia cum tam mirabile sit sacratissimæ Incarnationis mysterium, qualiter omnipotens infinitus, magnus, æternus spatio nouem mensium Virgineo clausus fuerit vtero, quis intelligere repererit, doceat Spiritus Diuinus, tanti mysterij magnitudinem, & tantæ Virginis virtutes, vt sic, & rectè intelligere, & de tanto mysterio loqui possimus. Vnde rectè Tertullian. inquit: *Nasci se Deus spatio nouem mensium in vtero patitur matris.* Quia ex tunc pati cœpit homo Deus.

Tertull.

§. II.

Qualiter Deus factus homo, & iam natus de Virgine, non statim voluit manifestare suam magnitudinem, & excellentiam.

10. COmpleto iam, & consummato in vtero Virginis Misterio Sacrosancto Incarnationis, & iam Deus homo factus, atque de Spiritu Sancto conceptus, natusque ex Maria Virgine; optimum habet locum: secunda sententia Tertulliani, quæ erat in hunc modum: *Natus adolescere sustinet, & adultus non gestit agnosci, sed contumeliosus in super sibi est.* *Tertull.*

Disquiramus modo; quare D. optim. max. cum carnem susceperit ad redimendum genus humanum; non statim atque natus est, grandis; & in ætate adulta, id est, iam completa, apparuit? Quare tantum tempus distulit, vt eius Diuinitas ostentaretur? Quare etiam media proportionata ad finem Redemptionis, non statim ad exercitium reduxit? Quis enim ad gloriam comparandam, & ad Regiam Maiestatem manifestandam paupertatem elegit? Contumelias? Dura præsepia? Sordidos pannos? Teneram, & infantilem ætatem? Etenim excelsus Dominus, & humilia respiciens, & alta à lõge cognoscens elegit abiecta, & debilia, vt confundat fortia, propter hoc etiam, vt inquit, sanct. Thom. 3. part. quæst. 36. art. 6 *Elegit abiecta, & debilia, & plurimis obscura: vt Diuinitas cognosceretur Orbem transformasse terrarum; pauperculam elegit Matrem, pauperiorem patriam. Egens fuit pecunijs, & hoc tibi exponit præsepe.* Hæc ille, vbi videt, quod Dominus Iesus, ad ostentandam suam Maiestatem, & potentiam suæ Diuinitatis, assumpsit potius instrumenta, quæ videbantur quasi contraria, & disconuenientia, quod probat facile locus ille, D. Ioannis, cap. 9. vbi: *Dominus Iesus prætriens vidit hominem cæcum à Natiuitate,* & statim, subiungit S. Chrysost. homil. 55. *Ita studiose respexit* (inquit) *vt Discipuli eius videntes eum studiose respicientem interrogaret. Domine quis peccauit, hic, aut parentes eius? Et Dominus dixit, nec hic peccauit, nec parentes eius; sed vt manifestentur opera Dei in illo.* Pro gloria Dei ille homo cæcus natus est. O mira Diuinæ dispositionis ordinatio? *Vt manifestentur* (inquit) *opera Dei in illo.* Videamus modo opus Dei considerantes ea, quæ inter venerunt in restitutione visus audi: *Exput in terram, fecit lutum, liniuit oculos illius, & misit eum ad natatoriam. Siloe: lotus est, & sanatus, vidit, & dedit laudem Deo.* Profecto mirabilis est Deus in operibus suis: qui instrumentis, quasi contrarijs, suos sequitur, & adimplet fines. *S. Thom.* *Ioan. c. 9.*

11. Rursus quomodo, *adultus non gestit agnosci?* Non curat iam inadulta ætate, vt statim cognoscatur esse Filium Dei: & ipse ad inimicos suos dixit: *Ego sum lux* *Ter. Ioã 8. de hac S. ci dedisc. 7. §. 2. per totũ.*

lux mundi. Vbi videtur, quod aliquando se occultauerit: & aliquando ostentationem suæ magnitudinis fecerit. Occultauit sedum parvulus, dum in præsepio, dū pauper: & se manifestauit aliquido, dum inter Doctores in templo de lege, & Prophetis docebat, dum dicit esse lumen mūdi, dum sanauit cæcum, & mendo pro instrumento lutum, & alia dum fecit miracula.

12. Sed nostrum institutum apperiamus oportet. Igitur Deus sæpius admiracula, & prodigia faciēda assumpsit res, quasi contrarias: nam quis non mirabitur, quod luto, & aqua, visum restituat cæco à Natiuitate: cum hæc instrumenta videantur contra claritatem oculorum, sed tamen in manu Dei omnia sunt: *Qui dat niuem sicut lanam*, Psal. 147. vbi Genebrard. ait: *Quod homines cum lana faciunt, id cum niue Dominus facere potest.* Ex Daniele id constat, cap. 3. vbi ignis de fornace trium puerorum quasi aura lenis fuit illis. Legite, quæ Dominus gesit, Exod cap. 14. quando eduxit populum suum de terra Ægypthi, tunc aquæ in tumuerunt, mare erat profundū, periculum grande posuit tamen aquas pro muro *Et diuisit aquas ab aquis.* Et sico vestigio filios Israel transire fecit, & currus Pharaonis proiecit in mare. Quis etiam non mirabitur, vt bene aduertit Theodoretus, cap. 9. quod cum Dominus voluit, vt Datam, & Abirom, perirēt in pœnam grauissimi scelerls: fecit, quod ex terra stupida, & sicca fluerent, sicut aquæ montes terræ, quasi fluctus maris, submergentes eos? *Est enim* (inquit) *per facile creatori viam siccam in mari conficere, & contra terra pro mari uti.* Et rationem huius facti dedit eleganter Petrus Damian. cap. 11. epist. 4. vt habetur in Biblioteca Patrum cuius, hæc sunt verba: *Ipsa quipe rerum natura habet naturam suam, Dei scilicet voluntatem: vt sicuti illius leges quælibet creata conseruant, sic illa cum iubetur, sui iuris oblita Diuinæ voluntati reuerenter obediat. Quia cum omnis res creata obseruet legē suæ naturæ, ignis cale facit lapis deorsum descendit, sed tamen hæc ipsa natura ex sua natura habet seruare voluntatem sui conditoris, hæc enim est natura particularis, illa natura communis, sicut Philosophi, sæpius inculcant ad replendum vacuum, naturas moueri, suæ inclinationis oblitas.* Sic etiam ex luto collirium, & medicamentum fecit Dominus; quamuis lutum, ex sua natura nō sit medicamē tum oculorum ad videndum: quia tamen Domino placuit, ita factum est,

Igitur in hac obedientia, quām suo cō 13.
dirori præstant inferiores naturæ, fundari potest, quod ex eius potentia infinita, si velit efficiat, quidquid illi placuerit. Sic debiles pauperes: *Et stulta mundi elegit, Deus, vt confundat fortia, & superua, pro nihilo forsitam inimicos eius humiliassem*, Psalm. 89 vbi Theodoret. *Legit pro nihilo*, id est, *facile humiliassem, inimicos absque munitione, & bellico apparatu id Dominus efficit.*

Videte igitur dilecti, quid acciderit 4. Reg. cap. 6. vbi ad quietandum animum pueri Eliseī, stupidum propter exercitū, qui erat: *Contra Regem Syriæ, qui habebat aciem contra Dotaim*: Et Dominus ostendit illi exercitum equorum, & cursum igneorum in fauorem Elysei. O quā certa victoria, vbi igneus apparatus de cœlo quasi descendisse videtur, quia victoriam, aduersus Assirios, iam non cantauit? Sed videte, numquid Deus efficit? Imperauit, Dominus, vt statim Elyseus mensam proponat, vbi inimici eius reficiantur, vt sic vincantur: ita factum est, vt amplius inimici Israel non fuerint. Quid est quod ostentat Dominus, tot arma bellica? Tot de cœlo globos igneos descendentes: & ad famam belli pascat illos, reficiat, foueat, sed illud fecit, vt ostendat ad lucem ignis illius, quod illo igne non eget, qui sine igne vincit facilime.

Non tacebo veritatem hanc elegantem, comprouari in Joel. cap. 1. vbi ait: *Diuinus Spiritus; gens ascendit super terram meam fortis, & innumerabilis, dentes eius, vt dētes Leonis, & molares eius, vt catuli Leonis.* Non ne videtis asperitatem gentium illarum? Rabi. Salomon; gentes istas locustarum multitudinem intelligit, quibus populum suum afflixit Deus, vbi minus placet Lyranus, qui asserit, quod in Sacra Scriptura nunquam est consuetudo, vt hominis nomina dentur animalibus brutis, potius econtra Genes. 49. Iudam, Leonem, & Reges illius populi, Leones vocat, & Christum Dominū Lupum, Tribum Benjamin, Ezechiel. c. 19. & Apocalip. cap. 5. & Luc. cap 13. Sed in firma profecto ratio, etenim non minus eleganter datur animalibus nomen hominis, quam hominibus nomina animalium. Et enim August. rectè sentiens de animalib. ait: *Quod verborum illi non sententiarum nobis Magistri sunt ab apibus discimus multa. Magnanimosque du-*

14.

ces,

Pſal. 147.
Genebrar.
Dan. c. 3.
Exod. c. 14
Theod. c. 9.
Pet. Dan.
Pſal. 89.
4. Reg. c. 6
Ioel. cap. 1.
Rabi Salo.
Geneſ. 49.
Ezech. 19.
Apoc. c. 5.
Luc. 13.
Aug.

ces, totiusque ex Ordine gentis. Mores, & studio, populos, & prælia dicam. Sic ait eximius Poetarum, lib.4. Tulius est, vocat auiculas illas gentes, duces habentes populos cum gubernio Regis. Forsitam illud ab Spiritu Sancto resumens Prouerbiorum 30. vbi Salomon, sic ait: *Formicæ populus, infirmus lepusculus, plebs invalida, immo apud Sanctos Patres, sic inuenies.* Lege Cyprianum Tertulliani Discipulum in Sodoma, vbi sic ait: *Quodque nequid proferre aliquam de gurgite gentē squamigeram pisces gentes vocat.* Cyprianus itaque locum non habet expositio Lyrani contra Philonem, si quidem apud Sacram Scripturam, & apud Patres habemus, quòd animalibus dantur nomina hominum, & gentium; concludens Dominum posse exercitum locustarum efficere, quod exercitu militum robustorum, & gigantum; sic etiam sapientia, seu vt melius loquar ignorantia vnius hominis cęci confundit Phariseos, & inimicos; quia hæc est potentia Regnantis, vt rebus quasi debilibus vincat, rebus oppositis lucescat: paupertate, abiectione, puerilitate, se ostendat rectè igitur aiebat Tertullian. in sua sententia, quod hanc Dei patientiam, quæ in terris est palpamus: *Quod nasci Deus velit in vtero matris.* Quod natus adolescere sustineat, quod sibi ipsi sit contumeliosus, quod adultus non curet agnosci, quod à seruo suo, cum sit Dominus, & Magister tingitur ante illum humillietur: quæ omnia ita eius granditatem, & excellentiam ostendunt, quod vere Filius Dei dici, & nuncupati propter hæc ab omnibus possit, sic in Patre nostro S.P Nolasco factū est. Alia subiungit Author verba etiam ponderatione digna, scilicet: *Quod tentatoris congressus solis verbis repellit.* Posset enim arma, resumere, sed noluit; sed verbis dumtaxat; nam dum effectus, solis consequitur verbis, necessum non est in Superiori, & Prælato, ad flagella recurrere. Hoc est de specie mansuetudinis, vt omnia sic consequantur; dum enim ad ciuitatem Ierusalem Dominus intrasset: *Rex tibi mansuetus, ait Spiritus Sanctus ad te venit.* Vbi non tacebo illud, quod eleganter quidam modernus aduxit, nempe mansuetudinem, & amabilitatem esse propriam Regum, & Principum. Quid Alexand. Magnum effecit, nisi apud inimicos affabilitas? Et in parcendis inimicis liberalitas? Qui mansuetus corde est, bonus ad gubernium, bonus ad Regiam dignitatem, cuius animus semper hilaris, semper quietus perseuerat. Videte Moysem ducem populi Dei, quid illi mansuetius Numerorum, c. 12. inquit Diuina Scriptura erat: *Moyses vir mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra.* Ambros. lib. 2. officiorum, cap. 7. pro magno hoc habet in Moyse, *apud Dominum*, inquit Philō. Iudæus: *Sicut Leo erat, apud homines mitissimus apparebat.* O Regalis, & generosa mansuetudo! Contemplate Dauidem, & Iacobum. Ille homo lænis erat, & paternam consequutus est benedictiō hom. Quid mirum! Siquidem suauitas, affabilitas, mansuetudo digna est Imperio. Dauid 1. Regum, cap. 16. *Erat Ruffus, pulcher aspectu, facieque decora.* Signum mansuetudinis eius; ad Dominum vocitauat, Psalm. 131 *Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius.* Cui Dominus responsum præbuit dicens 2. Regum, cap 7 *Cum completi fuerint dies tui, suscitabo semem tuum post te. Et infirmabo Regnum eius.* Itaque vbi mansuetudo, ibi libertas, ibi regimen rectum, ibi victoria, numquid hominis liberum arbitrium more iumentorum est dimouendum? Absit; sed more paterno. Quis non videt Regna potius consequuta esse animo dulci potius, quàm rigido? Considerate, ergo Christum Dominum, Regnantem intrasse in Hierusalem; & palmas victoriæ in manibus illic gestantes; & Spiritus Diuinus vocitat: *Ecce tuus Rex venit tibi mansuetus.* Augustin. & Euthimius senserunt, posse in hoc loco immorari, in commendanda misericordia, qua proximis nostris, cum lædimur, condonare illa tam nobis iniuriam debemus, propositis Dei offensi, in procrastinanda vltione exemplis plurimis. Sufficiat tamen aduertere Principes, & eos, qui magistratum regunt, hortari, vt Diuinam indi iudicandis hominum factis tranquilitatem, & in condonandis peccatis tollerantiam, imitentur: ac denique, vt misericordes sint; sicut cælestis Pater misericors est, & in differendo supplitio longanimis. Audi, Senecam cap. 7. lib 1. de Clementia: *Si Dij* (inquit) *placabiles sunt: aquæ peccantium delicta nō statim fulminibus persequuntur? Quanto æquius est hominem hominibus præpositum, mitti animo exercete Imperium: & cogitare vtrum mundi status, gratior oculis, pulchior quod sit sereno, & puro die, an cum fragoribus crebis omnia quatiuntur, & ignes hinc, atque illinc emicant? At qui non alia facies est quieti*

Tulius. *Prob. 30.* *Cyprianus* *15.* *Tertul.* *P. Nolasc.* *Ioann. 12.* *Num. c. 12.* *Ambr. lib. 2. Offic. c. 7.* *1. Regum cap. 16.* *Psal. 131* *2. Regum cap. 7.* *16. Princeps debet esse mansuetus & pius.* *Senec. c. 7. libr. 1. de Clem.*

moderatique animi, Imperij dicã quãse reni cœli, & nitentis. Hæc Seneca. Recte igitur Tertul. in sua sententia loquitur, dicens: *quod Dñs Iesus, etiãsi posset fulminibus,* & duriſsimis aduerſus Diabolũ tentãtem exire, ſed noluit, niſi verbis dimicaret. *Tentatoris, enim cõgreſſus ſolis verbis repellit.* Quia dũ verbis blande prolatis poteſt prælatus ſubditũ corrigere nõ eſt neceſſariũ recurrere ad aſperitatẽ ſupplitij, & flageli. Hinc ſpectat illud Iſai. c. 16. *vbi ait, emite agnum Domine Dominatorem terræ.* Vbi petit Regẽ, & Dominatorem, qui ſit agnus; non qui ſit Leo ſuperuus; quia, corda ſubditorum, manſuetudine liganntur, ferocitate tamen diſoluuntur.

Item, cũ arca teſtamenti, tranſiſſet per Iordanẽ, Pſ. 113. *Mare vidit, & fugit, & Iordanis cõuerſus eſt retrorſum.* Tunc notabo, quod aqua Iordanis fugit, quaſi timendo arcã Dei; ſed quare timet, & fugit aqua: Nũquid arca Dei erat? Fateor, quid aliquãdo? Quòd intrante Dño Ieſu, per aquas Iordanis, vt à ſeruo ſuo Ioan. Baptizaretur, tunc aquæ Iordanis nõ fugerũt, ſed potius ſanctificatæ ſunt ab illius ingreſſu? Huic dubitationi reſpondet Ciril. Alex. Cathech. 12 ſic: *ante, carnis aſſumptionẽ mare vidit, & fugit: Iordanis cõuerſus eſt retrorſum: aſſumpſit tamen corpus Dominus, vt mare videns ſiſteret; & Iordanis ſine timore, illum ſuſciperet.*

Non miror de hoc; quia ante Incarnationẽ, Deus rigidus erat, & in Arca teſtamenti erat Virga Arõ, & tabulæ legis: vbi rigidũ inſinuatur inſtrumentũ ad rigorẽ iudicis mare fugit, & Iordanis; quid mirũ timeant, & fugiant ſubditi, ſi præſul rigide Virgã gubernat. Tamen poſt myſteriũ Incarnationis, Chriſtus Dominus ſuo tactu, & pedibus ſanctificat aquas Iordanis, & ſuauiſſimus ſe oſtendit, & aquas inſtrumentum ſanctificandi facit per Baptiſmum. Et hæc eſt quare non fugiunt intrante Chriſto Domino in ipſo fluuio.

Mirabile eſt illud, quod accidit paralytico in piſcina: *Triginta & octo annorum habebat infirmitatis, & Dñs dixit ad illũ vis ſanus fieri?* Et ipſe reſpondit dicens: *Domine hominem non habeo.* Vbi Hugo Card. dixit. O homo quis dixit quod Dominus erat? Vnde Dominum cognouiſti? Nonne pauper? Nonne humilis tibi apparuit? Et potius ſeruus, quàm Dñs? Vnde ergo Dominũ cognoſcis, quẽ humilẽ vides? Profectò ex quo vocem eius audiuit, & blandimentũ, atque dulcedinem loquẽtis: Dominum appellauit; verba Hugonis ſunt quæ ſequuntur: *Nota, quanta deuotione captus eſt ad benignitatẽ ſermonis Chriſti, ſtatim enim, eũ bonorans Dominũ dicit.* De hoc, ego nõ miror, quia inquit, Dauid de Regno manſuetorũ, Pſ. 36. *Mãſueti autem hæreditabunt terram.* Quãdũ dicat, habebunt Imperiũ ſuper cũctos nominis: ita intelligit D. Bern. ſer. 36. in Cãtica, & clarè Diuinus Spiritus in Eccleſ. c. 6. *Verbũ dulce, multiplicat amicos, & mitigat inimicos, & lingua dulcoris in bono homine abundat.* Recte ergo Tert. in ſua ſententia dixit: *Quod natus adoleſcere ſuſtinuit, & quod adultus non geſtit agnoſci, & quod tentatoris congreſſus ſolis verbis repellit.* Vbi iam vidimus qualiter ita humilis natus eſt, quòd non ſolũ ſuã magnitudinẽ occultauerit, ſed etiã vidimus, quòd quamuis ad reducendũ peccatores, verbis dulciſsimis, & pietate plenis vſus fuerit, tamen ad repellendum, tentatorẽ, verbis potentiſsimis vſus eſt, dicens: *Vade Sathana non tentabis Dominum Deũtum, & iterum Dominum Deum tuam adorabis, & illi ſoli ſeruies.* Matthæi, capit. 4.

Tertull. *Iſai. c. 16.* 17. *Pſal. 113.* *Ciril. Alexand. Chathech. 12.* 18. *Ioann. 5.* *Hug. Card.* *Hugon.* *Pſalm 36.* *D. Bernar. ſer. 36. Eccleſ. c. 6.* *Tertull.* *Matt. c. 4.*

DISCVRSVS SEPTIMVS.

PROSEQVITVR AVTHOR.

TEXTVS.

19. Cùm de Domino ſit Magiſter, docens hominem euadere mortem, ad ſolitæ ſcilicet veniam offenſæ pacientia eruditus, non cõtendit, non reclamauit, nec quiſquam in plateis vocem eius audiuit, arundinem quaſſatam nõ fregit, lignum fumigans non reſtingit. Nec enim mentitus fuerat Propheta, immò ipſius Dei conteſtatio, Spiritum ſuum in filio, cum tota pacientia collocantis. Nullum volentem ſibi adhærere non ſuſcepit nullius mendam,

tectum vè despexit. Aquam ipse lauandis Discipulorum pedibus ministrauit.

EXPLICATVR LITERA AVTHORIS.

POstquam Tertul. pacientiam Christi, ab instanti Incarnationis explicuit; iã à tempore, quo voluit Magister fieri; eius pacientiã magni põderat, ostendẽs quòd ab ipsa pacientia eruditus parcebat, cõdonabat culpas, docebat hominem euadere mortẽ: *Quia tãper sequitur, nõ contendit vindicari; tacuit, non reclamauit, sed tãquam agnus coram tondente se obmutuit;* ne mendacẽ Euangelicum Prophetã efficeret; testante Deo pacientiã eius: *Omnes sitientes venite ad aquas: aiebat Christus.* Isai. 55. Non reprouabit sibi adhærentes, nec repellit: sed recepit: nullius mensam despexit, sed ad peccatores accedebat, vt peccatores saluos faceret. Pamel. & Renan hoc ipsum leuiter attigerunt; melius Cerda, inquiens: *Conglauatim varia Christi opera ostentasse mirificam pacientiam.*

20. In loco illius verbi Tertull. *Ad solitæ S. L. veniam offensæ*, legit Renanus *absolutè* (scilicèt) *veniã offensæ*. Sed quid vult verbũ *absolutè*, nescit, sed Cerda, hinc fieri relationẽ inter pacientiam Christi tempore silentij, ab infantia, vsque ad ætatem grandeuam, & pacientiam eiusdem Christi; *quando iam Magisterium voluit exercere.* Cerda. Itaque legendũ est, *ad suam solitam*, id est, *antiquam pacientiam Christus reuertitur*, sed respicit illam. Non tamen, vt ille Renanus legit, *absolutè*. Sic voluit Cerda, te ista bene pensata. Taceat Iunius quidam, qui etiã, in illa lectione errauit.

Rursus non conuenio, cum Pamel. à seréte legendum esse iuxta aliquos manuscriptos codices, *ob salutẽ venire* (scilicèt) *offensa pacientia eruditus.* Quia licet modus iste legendi præferendus sit lectioni Iunianæ, & Renani, tamen non ita liquidũ cõmendat sensum. Legamus, vt iacet: *ad solitæ* (scilicèt) *pacièt ia eruditus.* Quasi dicamus, tanta est efficacia, & magnitudo huius virtutis, quod Magistra sit docẽ disustinentiam malorum: & quod ab illa cæteræ virtutes cognoscant verã virtutis viam: nam vt ipse Tert. supra dixit: *Nullum opus Domino complacitum perpetrare, extraneus à pacientia posit.* Habet ergo pacientia singulare virtutis Magisterium: & sic dicere possumus pacientiam Christi dum iam grandis factus est illi, esse quasi Magistram, aqua eruditus: *Aquam ipse lauandis Discipulorum pedibus ministrauit.*

HÆC DE LITTERA AVTHORIS.

21. Duas sententias notatione dignas inuenio, prima stat illis verbis: *Cum de Domino sit Magister*, secunda sententia, ibi: *Patientia eruditus, aquam ipse lauandis Discipulorum pedibus ministrauit.*

PRO DISCVRSV SEPTIMO.

§. I.

Pro prima sententiã, qualiter Christus de Domino sit Magister: & qualiter, Dominium dicit rigorem Magisterium autem suauitatem.

22. OPtime illud magisterij munus ponderauit Doctissimus quidã, a firmãs ita graue esse dicere, & prædicare, quod pro magna heberi potest pœnitentia: *Ac* Matth. 12. *tesserunt ad Christũ Dñm, Scribæ, & Pharisæi*, dicentes: *Magister volumus à te signũ videre.* Magistrũ vocitant, ipse sustinebit iniurias eorum, hæc, & alia opprobria, & incõmoda sustinebit. Noster Tertul. Tertull. inquit in hoc lib. de pacientia, *tãceo quod figitur*, vel vt Pamel. quẽ postea referemus, *taceo, quod crucifigitur. Ad hoc enim venerat, de Domino sit Magister.* Hoc ponderosum est, quasi dicat Tertul. forsitam maius, quid est esse Magistrum, esse prædicatorem, quàm Redemptorem: *Ad hoc venerat.*

Taceo quod figitur, legite Chromaciũ Aquileyensẽ sic tantem: *Dñs ac Deus noster vnigenitus summi Patris Filius Deus homo, de Domino Magister dignatus est fieri.* Hæc ille, & non dubito ex Tertull. hæc de sumpsisse verba. Magna igitur Diuinę Maiestatis bonitas, quòd Deus factus fuerit homo. Quòd Dominus cum fuerit, & verus Iudex: factus sit Magister. Quod est summæ curæ, summiq; laboris. *Deus homo, de Domino Magister.* Quasi diceret grandis excelentia, quòd de Domino fiat Magister, sicut grandis pietas, quòd Deus factus fuerit homo. Vtrumque hoc mira- Chromac. 23.

bi-

bile est, sed quòd fuerit mirabilius, doceat ipse, qui Magister est, ac Dominus.

24. *Ambros. Marc. c. 1. Mat. c. 31.* Legite D. Amb. ad c. 3. diui Lucæ eleganter discurrentem super verba, quibus D. Marc. & Matth. *Ponderant præcursoris Baptistæ pœnitentiam*, ait D. Luc. *Factum est verbum Domini super Ioannem*, sed Matth. & Marc. *Eius pœnitentiã declarando aliter dicunt*, sic: *habebat (nempè Ioannes) vestimentum de pilis Camellorum, & Zonam pelliceam circa lumbos eius. Esca* autem eius, erant locustæ, & Mel. Sylueſtre.

Ambr. Ad hæc subiungit D. Ambros. dicens: *S. Matthæus, & Marcus, vestitu, & cinctu, & cibo, Prophetam declarare voluerunt: Lucas autem compendio vsus est dicens; factũ est verbũ Domini super Ioann. vnum dixit, & omnia declarauit.* Quasi dicat, tota pœnitentia illius, in quo pensanda est: In eo, quòd ieiunat? in eo, quod Sylueſtrinũ mãducat cibum? In eo, quòd rudibus vestitur? Minime quidem: sed potius in eo, quòd prædicauerit, quòd Magisterium exercuerit. Quibus non incongruè addi potest, quod cum Dominus Iesus Christus ad incredulos Discipulos fatus esset, postquàm resurrexit à mortuis; quibus ex probrauit incredulitatẽ, & duritiam cordis. Vbi ponderabo, quòd defectus fidei eximium èst peccati vinculum:

Luc. 3. *Mat. c. 28* *Et ita eximiam requirit medicinam, vide modo quod dixit illis. Ergo euntes docete omnes gentes, prædicate Euangelium omni creaturæ.* Quasi diceret tanta vis beneni, quo curabitur? Magisterio, & prædicatione: *Ite ergo docete prædicate.* Quia qui Magisterium suscipit: laboriosum ingreditur munus habeo potestatem: *Ergo docete omnes gentes.*

25. *Ionæ c. 3.* Fugit Ionas Propheta à prædicatione Niniuitarum. Nauem ad Tharsis euolantem ascendit, *dedit naulum eius, & descẽdit in eam.* Fugit prædicationem, qui nõ timet cormentosa maris; fugit Magisterium, qui non veretur anticipata solutione naugare; fugit aliorum curam, qui nõ fugit à patria secessum. Bene Theophilatus: *Omnia ipsi facilia videbantur, patriæ priuatio, Maris pericula, mercedis q; abiectio, modo à graui, & molesta Prophetarũ functione illa eripi queat. Omnia illa pro nilo laboris habẽtur: si ad Magisterij grauamina comparentur.* Regius vates nõne postquam homicidium ex adulterio ortũ perpetrauit, ad Dominum veniam deprecatus ait bat? *Domine peccatũ meum cõtra me est semper, & tibi soli peccaui.* Quid igitur faciam ad re sartiendum tã grande malum? Si quidem irritaui iram tuam, & malum coram te feci? Quid igitur faciã? *Psal. 50.* Sed, ò Domine Deus omnipotens, & clemens iam cognoui quomodo tibi placeã, & placatũ te reddam: & quod inueni est, quod doceam: *Ergo docebo iniquos vias tuas.* Parum est ieiunare, parum affligere corpus; docere tamen, magnum est apud te, quia laboriosum est Magisterium.

26. *Cant. 7. Gregor. Bernard. Gilabert. Ad Galatas cap. 4.* Legantur Greg. Bernard. & Gilabert. in pastorali, & in paruis, & præsertim iste ad verba illa Cant. c. 7. *Vineam meam nã custodiui.* Vbi sponsa dolet de defectibus in custodiendo vineam, qui enim optime Magisterium exercet, bonos parit Discipulos. Ita D. Paul. ad Galatas, c. 4. dicens: *Filioli mei, quos iterũ parturio.* Sed quid est iterum parturire? Quis tantum dolorẽ sustinebit, quòd iterum pariat eundẽ Filium? Nulla Mater, illud sustinebit. Hoc verum, qui iterùm parturire filios bonus Magister facit; talis enim. Quem semel Deo Filiũ peperit, cum dolore, iterũ parturire cupit, etiam repetitis doloribus, & raro, aut nunquam inuenitur sectator virtutis, qui non renouet dolores Materni veteri, vt iterùm parturiatur. Ponderauit Chrysost. homil 10. de pœnitentia verba *Chrysost.* Pauli relata, dicens: *Id adeò mulier nunquam pateretur, nec sufferret eosdem iterum dolores: sed tolebat hoc Paulus, quod in natura non est videri: & quos semel pepererat iterum concipiens actos in his doloribus: propterea dixit, quos iterum parturio, quasi diceret parcite mihi, nullus filius secundo maternum vterum partus doloribus affert, quod me pati cogitis: nam dolores illi vno tẽporis momento torquẽt, atque Infante aluo delabente & ipsi quoque delabuntur: hi uero nõ sic, sed, & mẽsibus tot manent. Nulla creatura (mihi credite) viuet repetitis doloribus, immò, & habitis sæpius eundem filium parturire. Quod filium, iterum, & bis, & ter, & sæpè doloribus adauctis pariat: hoc solus Pauli est, solius Magistri virtutis, solius Spiritus Christiani: hi unt hoc de tuo Spiritu, ò bone Iesu, Magistri, qui sunt in sco lis tuis, quòd crebro resummant dolores, & labores, vt filios tibi sæpe pariant.*

27. *Ioan. 8.* Iesus, perfectis suis à sæclis, promittebat, quod illos nõ linqueret in morte perpetuo, sed, quod vocaret eos ad vitã plenã gloriæ: quod audientes Iudæi dixerunt: *Nunc cognouimus, quia Dæmonium habes. Abraham mortuus est, & Prophetæ; & tu dicis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non gustauit in æternum.* Expendamus modo, quam insipienter argumententur Iudæi, vt probent, Dæmonium esse in Iesu. Nam dicit Iesus se facturum, quod homines in morte non maneant, sed quod iterum ad vitam reuocẽ-

tur. Ex quo colligunt: *Dæmonium habes.* O stultissima consequentia! Sed disquires, in quo stat stultitia Iudæorum? Sane. Quia nulla creatura, nullus dæmon, qui si semel cum dolore parturibit filium, appetisset resumere nouum laborem, vt iterũ eundem filium pariat. Sed hoc solius Dei est; qui cum manibus suis hominẽ formaviſſet delimo, iterum parturibit, nouos rẽ summendo labores Crucis videlicet, vbi, & filios quos genuerat, iterum regenerauit, quod elegantèr tetigit Chrysol. ser. 131. vbi Iudæos redarguit dicens: *Dæmõ mali Author mala promittit, non bona. Occidere, non viuificare consueuit, ergo nõ est dæmon, sed Deus est Christus, qui redonat, quam donauerat vitam. Tantum, nõ dixit qui quos semel pepererat, immensis doloribus, iterum parturit, non creatura aliqua, sed Deus, & eius Spiritus sese accingeret ad vitã hominis iterum summis doloribus comparandam, qui Deus sit solus hos dolores renouat, Magistro, & Patri* Hæc ille. Itaq; quide Domino factus est Magister, tanquam Pater: *Nutritius factus est filiorum, & ita non absrédicere quisquam poterit: qui abscissus est de terra viuentium generationẽ eius quis enarrabit?* Quasi dicat, vt talem filiorum generationem elongaret *Abscissus est de terra viuentium.* Et sic filios Ecclesiæ doloribus Crucis genuit: Discipulo seruiuit tanquam Magister, & effundendo sanguinem, & multa sustinendo mala: exemplaque bona præbendo, se esse Magistrum, & Doctorem ostentauit. Vnde ille, qui omnium Dominus, & creator est, dẽ Domino factus est Magister patientiæ eruditus; quasi deponendo, quæ Domini sunt induit, quæ Magistri, & Patris erant, & hæc de prima sententia Tertulliani.

Chrysol.

Isai. 2.

§. II.

Omnes desiderant, quod sua magnalia cognoscantur Christus tamen occultauit suam Maiestatem.

28. EXpendamus, *primo quod natus nõ gestiuit agnosci,* & postea ponetur secũda sententia, quam celebrare cupimusq; est: *Aquam ipse lauandis Discipulorũ pedibus ministrauit,* in c. 3. tetigimus Christum Dominum ita humiliatum ad pedes Discipulorum, quod ex eo forsitam ab aliquibus tanquam Deus nõ adoretur, vbi aiebat Tertul. *Plures eum nescisse, quia seculo iratũ eum non viderunt.* Nunc multa de lotione pedum, interueniunt ipse lauat, ipseque minister erat. Iterùm dicam non mirabor, quòd Tertullianus dixerit: *Quod adultus non gestiuit agnosci.* Si pedes lauat quo modo Filius Dei cognosci potest? Nunc expendamus sententiam illam pro lotione pedum. Sed primo illam quod, *nõ gestiuit agnosci.* Absque dubio dilectissimi Dominus Iesus Christus sustinet nõ cognosci, & simul damnat aliquorum nimiã apetentiam, vt ab hominibus agnoscãtur esse non quod sunt, sed quod nõ sunt. Intendit Dominus suam occultare Maiestatem. O mira Diuinæ Maiestatis dignatio, quod Dauid illud desideret 1. Reg. c 21. quis mirabitur, quia in eo, quod non cognoscatur, anima est illi: nec doluit eo, quòd ut laudatus à pulcherrimis fœminis, & innocentibus de ciuitate Dauid, dicentibus: *Saul percussit mille & Dauid decem millia.* Hunc venusto vultu, & serenà fronte audiuit suas laudationes; sed eum ab inimicis sic laudatur mutat vultũ, turbatur, non gestit agnosci: in pingebat in ostia tanquam stultus, salibæque defluebat per eius barbam, tanquã amens. O mira infamia, ò considerata, in consideratio fugit mortem, recurrit ad vitam: inclinamur ad nos, hoc est fugimus tristiã, amplectimur fauorabilia. Põdus est naturæ, laudationẽ accipere non vituperium. Legite actorum, c. 7. secundum S. Stephan: *Aientem occidit Egyptum Moyses malè tractantẽ Hebræum: & altera die reprehendebat Hebræum malè tractantem alterum Hebræum: Sed illi respondebat Hebræus, nunquid tues Princeps noster, vt increpationẽ accipias aduersum me? Nũquid tu hodie occidere me cupis, vt heri occidisti Egyptium?* Inquit modo D. Stephan. loco citato: *Bene audit Moyses nũquid tu Princeps noster es, existimabat autem intelligere fratres quoniam Deus per manũ ipsius daret salutem illis.* Sed nunc disquiramus in quo deceptus est Moyses existimans futurũ Principem Israel: Nunquid ad hoc motus est, quia præcipiente Pharaone, à Patribus suis in sportula, missus est in flumine? Ne propter elegãtiam vultus eius, tanquam Princeps ab Egyptijs occideretur? Vt inquit Rupertus, Sed fallitur Moyses, quia nec à filia Pharaonis pro Principe est habitus; nec ab Egyptijs, inter quos per spatium quadraginta annorum commoratus est.

29.

1. Reg. 21.

Steph. c. 7. Actorum.

Vel illud existimauit, quia illi à Deo reuellatum esset, quòd redempturus esset Israel; cuius occasione sicut Princeps absque culpa, vt inquit Aug. q. 2. sup. Exod. *Occidere potuit Egyptium, vt per hoc testimonium (inquit S. Aug.) videatur Moyses iam Diuinitus admonitus hoc audere potuisse. Sed ex reuellatione, quæ esse potuit, quis sciret; nisi solus ille, cui reuellatum esset.* Ergo si res illa ita secreta erat, vt illi soli esset res cognita per reuellatio-

30.

Aug. q. 2. sup. Exod.

nem,

nẽ, vnde ille existimauit ab omnibus notam esse eius Maiestatem, & futuram imperandi potentiam, nisi quia naturale est hominib⁹, cũ aliquid excellẽtiæ in eis est, vt sciatur ab omnibus. Hoc desiderare.

31. Somniat Ioseph: *vt somnus suus fratribus non manifestetur? Absit narrat historiam: ego videbam manipulum meum cõsurgere super manipulos vestros.* Male audientes erant fratres eius; inuidia ex hoc iam generatur in illis. Sola illa sufficiet, vt post modum venunderis. Somniat: *Secundo, quòd Sol, Luna, & Stellæ eadentes adorabant eum.* Quid agis Ioseph. Quid agis offendisti fratres, ad inuidiam prouocasti in somno Priori; & sustinet modo narrare secundum? Time mortem, time indignationem eorum. Iam timet mortẽ, iamque fratrum suorum indignationẽm; sed tamen, vt inquit Hieron. in lib. 6. de quæstionibus Hebraicis: *Tantum ponderis est Maiestas somniata, quòd qui mortem, & pericula sustinet, taciturnitatẽ, & Regnaturi Maiestatem occultari non sustinet.* O apetentia gloriæ humanæ etiã somniatæ. Vna equide laudationis ratio, in Saule illa fuit, vt simulasset se esse Regem: magna laus somniantis Regiam dignitatem, & tacentis Sed virtutis maxime

32. encomium esse Regem vinum, & verum, & illud occultare. Et tanquam seruum ad pedes Apostolorum humiliari. Igitur bene Tertul. sententiam iam à me aliquantulum ponderatam superius, pro tulit lib. 6 de pacientia dicens: *Nasci se Deus in vtero patitur Matris, & expectat, natus adolescere sustinet, & adultus non gestit agnosci.* Sic igitur aliquando ad suos interrogabat Discipulos, Matth c. 16. *Quem, dicunt homines, esse filium hominis.* Si homo dumtaxat esset, mirum non esset; quia verò Filius Dei est, mirũ valde Sed quis, nisi Filius Dei, talem, ac tantã habere potuit sufferentiam, vt non quæsisset, quem dicunt homines me esse: sed super addit esse filium hominis? Conditionem humanam ostentat, non Diuinam. Qui Diuinitatem sic manifestam facit. O Diuinæ pacientiæ laus. Non sic humana pacientia suas ostentat vires. Reprehendamus nunc in hominibus impacientiã, qui non sustinent silentiam in bono, sed nec sustinent non bonam opinionem in malo, & vt cõsequantur dignitatem in Ecclesia magna; & rogam pastoralem, sed Inquisitionis S. potestatem Sacram, vel in pectore Crucẽ nobilitatis signum, & eterna ossa insurgere faciant, quorum dolentia erat in sepulchris, & resurgunt ad memoriã iam obli-

Hier. lib. 6 sed quæst.

Tert. lib. 6 de patrim.

Matthæus cap. 16.

torum anxietatum, sed vtinam hic rema neat malitia, ne ad extremum terræ natus super spumosas maris aquas per transeat hoc pernitiosum damnum eius, sed quod Deus auertat, exigit abunc. os nõ illis in somno pronepos iam ex nominis significantia, iam ex illius significatione. Relictis à Deo donatis, quod firmitudine testis inuenti, & scribentis non calamo Spiritus Sancti, sed diabolico: & ex recenter natis, atque conuersis, antiquitus sine memoria sint renati. Hoc exigit testis inuẽti pauperies, hoc appetentia, quod totũ, nõ vt cognoscatur ex eo, quod est, sed ex eo, quod non est. Sic igitur Christus Dominus non gestit agnosci adultus. Sic ad Discipulos conuersus ait: *Quem, dicunt homines, esse filiũ hominis.* Sic, vt non cognoscatur altitudine, sed humilitate: in lauandis Discipulorum pedibus occupatur. Occultat dignitatem Regiam, qui Regiam protulit humilitatem.

33.

§. III.

Ponitur digressio quædam de Iudæis: quod ad dignitates quarundam Ecclesiarum, & Collegiorum, non ascendant.

SEd quia, rectè ad intentum Tertul. venit, quod Christus Dominus in lauandis Discipulorum pedibus sit occupatus; non verebor libelum quendam immemoriam reuocare. Quare pedibus non Lotis, sed Onustis, & extrema laborantibus anxietatiæ ad sacratissima Loca, ad Menia Suprema, ad dignitates sit euolandũ Ecclesiasticas. Recta fide illud ex cogitauit, qui fidem Christi in sæcutus à maioribus illud recepit. Velazq in vtroque iure Lau

34. *In statuto sententiæ Ecclesiæ Toletanæ est.*

Velazq. iuris Cõsult.

reatus, cuius placita libentissimè ad librũ de pacientia adhibui. Vt illa, & nos, & illo armati incedamus, vtinã maleus ego Hæreticorum, & nouè conuersorum accutus essem; faxit Deus. De Toletano igitur statuto, & aliorum, de Vniuersitatibus, & Religionibus sermonem ingeram prout ibi iacet; sed quia existimo illud iã ememoria euanuisse, vt resuscitem illum libelũ reuoco, à somnoq; excito Eit quidẽ paruulus liber de hac re. Incipit ergo.

Anno præterito quadragesimo septimo Ioannes Sylicæus Archiepiscopus Toletanus decreto, siue statuto veruit, ne hi, qui ex circuncisione sunt, aut ex Mahometanis, vel Hæreticis nati: beneficia, & officia de inscepsin ead. Ecclesia habere possent. Cum autem ea res multos tangeret, irum est ad Romam, & Regiam Curiam, & magnis contentionibus agitata:

35.

receptum tandem vtrobique statum fuit, ita tunc ea tempestas secata est, sed quia nunc iterum eam camarinam, noui Christiani ex Hæbreis nati mouere non desinunt, & multis machinis statutum inpugnant, ac Summo Pontifici, eiusque ministris fucum facere tentant, opere prætium me facturum putaui, si controuersiam hanc penitus tractauero, & argumenta eorũ omnia, quanta facere potero brevitate discussero; ad fideat patientia misericordiæ Mater.

36. Interim tamen de Apologia quadam, huc pertinente, paucilla sunt dicenda: scripsit alienigena quidam, cuius nomini parco, Apologiam valde prolixam in Archiepiscopum Toletan. in qua fingit statutum fuisse factum ab eo simul cum Hispaniarum Episcopis. Et alia falsa testimonia multa contrà statutum scripsit, quorum nevnum quidem verbum instaturo inuenias. Deinde cum semper fere extra chorum saltet, quod in os venit effutit, ac disparata, minimeque cohærentia congerens multis conuncijs Hispaniarum primatem, & Episcopos omnes afficit; ac tam male malam causam agit, vt, & si non mala foret, ipse tamen eam perdere potuisset, nihil verius dicens, quàm id, quod ille tibi ipsi ex persona nostra tium his verbis obiecit furibundis de hac charis furis, & insanis.

Egregius Patronus Clientes suos nunc Iudæos sine aditamento, nunc Iudæos bonos, nunc Iudæos Christianos, nunc Iudæos conuersos, semper tamen Iudæos vocat: eoque nomine se eos valde honorare putat.

37. Sed quid ni putaret id homo, qui Rabinos vehementer laudat, quique propè finem Apologiæ ita scribit, hoc tibi Archipastori meritissimo, ac vobis Dominis meis omnibus Hispaniarum præsulibus, & ingenij nostri, & in defessi laboris non signile opus aduersus sanctum verum decretum ex posuimus, in eo absq; timore sæpè laudauimus Iudæos, eos præsertim, quorum nunc per susceptionem Baptismatis fuere cãdida vestimẽta. Hæc ille ne dicam vnus illorum Iamvero cum statutum causa cognita confirmatum sit à Summis Pontifibus, Paulo III. Iullio III. & Paulo IV. & cum alia similia ab alijs quoque Pontificibus maximis approbata sint, videlicet statutũ Pacense à Iullio II. nouæ Regum Capellæ Toletanæ à Clem. VII Legionense à Pio IV. Cordubense à Paulo III habeat Gallus ille insterquilinum Synagogæ, & sinat Hispanos bonis legibus, & moribus vti.

PRIMO DE IVDÆIS antiquis.

38. IGitur cum hæc disputatio tota propter eos orta sit, qui ex Iudæis circumcisis descendunt, non erit alienum, nec extraneum pauca de Iudæis dicere multa quidem scripta sunt in laudem veterum Iudæorum, sed præcipua referam ex sacris litteris, ac primum in Deuteronom. inquit Moyses, cap. 4. *Hæc est vestra sapientia, & intellectus coram populis; vt audientes vniuersis præcepta hæc dicant eri populus sapiens, & intelligens magnum: nec est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris: quæ est enim alia gens sic inclyta, vt habeat cerimonias, iustaque iudicia, & vniuersam legem, quam ego proponam. Hodie ante oculos vestros?* Et Psalm. 118. inquit Dauid: *Facta est Iudæa sanctificatio eius Israel potestas eius, & abi non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis.* Et ne longum tecià sermonem. Christus Deus noster dixit, Ioannis cap 4. *Salus ex Iudæis est.* Quam obrem ipsum Iudæi nomen magnum quidem esse tunc videbatur; veluti nunc est nomen Christianorum; vt est apud Æcumenium in epist. Pauli ad Romanos, cap. 2. sed eo ipso tẽpore quo in honore magno erant plurima in libris sacris contrà plerosque illorum scripta inuenire licet, vt in Ecclesiastica Historia scribit Niceforus, lib. 1. cap. 5. in eo genere raros qui dem illos, sed tamen in Deum amore, iustitia, & cæteris virtutibus excelentes viros fuisse publicis Scriptorum monumẽtis testatum est.

Dauid Psalm. 113.

Ioan. c. 4.

Æcumen.

Niceforus lib. 1. c. 5.

SECVNDO DE IVdæis, qui fuerunt in temp. Christi Domini.

39. QVo tempore Christus Deus noster, cũ hominibus conuersatus est. Multi ex Iudæis fuere sancti, & hi, præcipuè, quos ipse elegit, cognati eius Apostoli, Discipuli, atque alij, qui in eum crediderunt, sed reliqui omnes, qui in Iudaica perfidia præstiterunt; Christum Dominum occiderunt, Apostolos, Discipulos, & Christianos omnes vbique persequuti sunt, id,

id, quod non ex sacris litteris tantum, sed ex Ecclesiasticis Historijs compertissimum est.

40. Œcumenius

Sed id solum referam, quod est apud Œcumenium, in scolio epistolæ Pauli, ad Roman. *Cuius hæc sunt verba: prius, quàm Paulus Romam accederet, admoniti erant Iudæi, ne prædicationem de Christo susciperent. Nec soli ipsi, sed, & omnes, qui vbique locorum agebant. Verum vnde id manifestum est? In venimus in veterum commentarijs, quod Sacerdotes, scribæ, ac seniores, qui Hierosolimæ habitabant, Exaratas litteras ad omnes nationes transmisserant Iudæis, vbicumque terrarum dispersi essent, Christi doctrinã calumniantes tanquam à Deo alienam, atque epistolis admonebant ne illam susciperent.* Hæc ibi.

41. D. Gregor. hom. 10.

De perfidia vero illorum Iudæorum, possem dicere multa; sed brevitatis causa, solo D. Gregorio contentus ero, qui in die, epiphaniæ, sic inter, alia concionatus est, homil. 10. *Super Euangelia, in omnibus signis, quæ vel nascente Domino, vel moriente, eo monstrata sunt, considerandum nobis est quanta fuerit in quorundã Iudæorum corde duritia, quæ hunc, nec per prophesiæ donum, nec per miracula, cognouit. Omnia quippe elementa Autbo rem suum venisse testata sunt: vt enim de his, quidem, vsu humano loquar Deum hunc cœli esse cognouerunt, quia protinus stellam misserũt mare cognouit, quia sub plantis eius se calcabile præbuit: terra cognouit, quia eo moriente contremuit, sol cognouit, quia luois suæ radios abscondidit: saxa & parietes cognouerunt, quia tempore mortis eius scissa sunt: infernus agnouit, quia hos, nos tenebat mortuos reddidit: & tamen hunc, quem omnia insensibilia elementa senserant, adhuc in fidelium Iudæorum corda Deum esse minime cognoscunt, & duriora saxis scindi ad pœnitendum nolunt; eumque confiteri ab negant, quem elementa, vt diximus, aut signis, aut scissionibus Deum clamant, qui etiam ad damnationis suæ cumulum eum, quem natum despiciunt, nasciturum longe ante præsciuerunt; & non solum quia nasceretur, nouerant, sed etiam vbi nasceretur.*

42. Hiero. alij Sozomen. alij.

Non tacebo illud, quod Hieremias (de eisdem) vel Sozomenus: *In principio Historiæ Ecclesiasticæ scribit, iam vridem cæpi mecũ cogitare, quid causæ esset cur habeant alij homines, tàm prompto animo fidem in Deũ; Iudæi autem, tam egrè, & difficulter amplexarẽtur; præsertim cum abinitio Diuina eloquia summa obseruãtia colere didicissent, & Christum antequam ad veniret, pro certo ad venturum per Prophetas cognouissent, & post aliqua: itaq; mihi de his rebus cogitanti per mirũ sanè videtur Iudæos non alijs hominibus ante vertisse, seque ad fidem Christianam prius transtulisse; voluissem equidem, vt eius rei causas protinus adiunxissem, quia tamen eas reticuit, quas in venire potui breuitur cõmemorabo. Vna fuit, quia malè interpretantes scripturas Diuinas expectabant Messiam venturum in Priori aduentu, eo modo, quo venturus est in posteriori: alterã causa fuit, quia sperabant vt Messias eis daret multa bona temporalia, quorum isti semper fuerunt, & sunt cupidissimi.*

43.

Tertia, quia credebant Messiam Regem venturum, cum exercitu magno; & omnes introducturũ in terram affluentẽ auro, & argẽto, & cunctis nationibus eos esse prælaturum. 4. quia putabant legem Moysis, cũ data esset ab ipso Deo, perpetuo duraturã: cuius contrariũ docuit verus Messias Christus Dominus, qui in etiam, cum eius morte simul mortua fuit lex Moysis. 5. quia nõ credebant Messiam esse Deum, & hominem. 6. quia cum essent ambitiosi, & superbi Christo credere noluerunt, ne viderẽtur humilis Iesu Discipuli simul cũ eius humilibus Discipulis, ne ob id irriderẽtur, aut persecutionẽ paterẽtur: & præsertim Pharisæi ferre non poterant, vt à multitudine Christus plus honoraretur, quam ipsi. Et certe propter plurima eorũ peccata ex cæcati fuerunt, & in amentiã, cæcitatem, & mẽtis furorem inciderunt. quia legẽ Dei non custodierunt: id, quod illis prædixit, & imprecatus est Moyses in Deuteron, c. 24. dicens: *Si audire nolueritis vocem Domini, vt custodiatis, & faciatis mandata eius: venient super vos omnes istæ maledictiones* Vbi inter alias hanc vnam maledictionem ponit Moyses dicenda: *Percutiat te Dominus, amentia, & cæcitate, ac furore mentis.* Deut. c. 24. 28. & 29.

44.

Hæc, & alia multa poteram adducere, ex his illo parumlo de Iudæis, qui sunt, & fuerunt postquam Christus Dominus passus est, quia tamen huic loco non facilè accommodantur ad suum specialem locũ, & tempus reserno, nunc ergo sufficiat intelligere sententias Tertulliani: primam: *Qua dicebat tantam esse patientiam Christi Domini, quod adultas non gessit agnossi, & quod de Domino factus fuit Magister. Et quod patientia eruditus aquã ipse lauãdis Discipulorũ pedibus minis trauit.*

DISCVRSVS OCTAVVS.

PROSEQVITVR AVTHOR.

TEXTVS.

45. Non peccatores, non publicanos aſpernatus eſt, non illi ſaltem Ciuitati, quæ eum recipere noluerat, iratus eſt. Tum etiam Diſcipuli, tam contumelioſo, oppido cæleſtes ignes repreſentari voluiſſent. Ingratos curauit, inſidiatoribus ceſſit. Parum hoc, ſi non etiam Proditorem ſuum ſecum habuit, nec conſtanter; denotauit. Cum vero traditur, cum adducitur, vt pecus ad victimã (ſic enim non magis aperit os, quàm agnus ſub tondentis poteſtate) ille cui legiones Angelorum, ſi voluiſſet vno dicto de cœlis affluiſſent, ne vnius quidem diſcentis gladium in vltorem probauit, patientia Domini in Malcho vulnerata eſt. Itaque, & gladij opera maledixit imposterum; & ſanitatis reſtitutione ei, quem ipſe non vexauerat, ſatis fecit per pacientiam miſericordiæ Matrem. Hæc in textu.

EXPLICATVR LITERA AVTHORIS.

46. TExtus iſte Tertulliani, inter omnia eius ſcripta celeberrimus profecto eſt. etenim in ea, quot litteræ, tot ſententiæ; cum enim Deus ut fons pietatis verus peccatores, & publicanos non eſt aſpernatus, placet locus Caſiani collatione 13. cap. 15 vbi dicit: *Alijs de tactu fimbriæ eius ſperantibus medicinam vbertim ſanitatis dona largitus eſt aliorum morbis medellam rogatus indulſit, alijs ſponteneam præſtitit medicinam, alios hortatus eſt, vt ſperarent, alijs non ſperantibus vltro ingeſſit auxilium, aliorum deſideria prius, quam voluntati eorum ſatisfaceret, exploranit dicens: quid vultis, vt faciam vobis? Alij ignoranti viam, aua id, quod concupierat obtineret benignus oſtendit dicens ſi credideris videbis gloriam Dei huc vſque Caſianus.* In quibus verbis eleganter oſtendit Caſian. qualiter C. ius Dominus publicanos, & peccatores recipiat, de quo aiebant Iudæi. *Quare cũ publicanis, & peccatoribus manducat Magiſter veſter?* Sed non miror. Si ad ſaluandos peccatores venit, teſte Anſelmo lib cur Deus homo, vbi dicit: *Si homo ad Imaginem, & ſimilitudinem Dei factus in honore ſuæ naturæ manſiſſet, & nec diabolica fraude deceptus, à lege ſibi poſita per concupiſcentiã de viaſſet Creator mundi creatura non fieret, nec ſempiternus temporalitati ſubiret, nec æqualis Deo Patri Filius Dei formam ſerui, & ſimilitudinẽ peccati aſſummeret.* Huc vſque Anſelmi vbi pro claritate concionatorum in gratiam Anſelmi explico illud verbum. *Creator mundi creatura non fieret.* Quod non intelligas, ita quòd concedas hanc propoſitionem abſolute prolatam ſcilicet: *Chriſtus eſt creatura.* Nũ-

Matth. 9.

Caſian. collat. 13 c. 15

Anſelm. Leo. S. 3. Penthe.

cum

cum adito diminutionis, scilicet *Secundam humanitatem.* Quia vt inquit Sanctus Thomas 3.part.quæst.16.art 1. ex D. Hieronymo: *Ex verbis inordinatè prolatis incurritur hæresis, & cū hæreticis in modo loquendi non debemus conuenire.* (Ad cuius similitudinē hæc propositio non est concedēda scilicet: *Christus est persona humana.* Quamuis hæc sit vera, & de fide: *Christus est homo.* Quia fuit expressus error Nestorij Damnatus in sexta Synodo generali; quia solum in Christo fuit vna: *Tantum Persona Diuina terminans naturam humanam, & subsistens in natura Diuina*) hæc dicta sufficiant in gratiam Sancti Anselmi, quod inteliges de duplici Persona quam ponebat Nestorius.

47. S. Thom. Nota.

Synodus 5. Nestorius ponebat in Christo duas Personas error est. S. Thom. 3.par.q.2. art.3.&4.

48. D. Chrys.

D. Chrysologus sermone 36. de hæmorroissa; & filia Archisinagogi fatur: *Domino, Archisinagogus occurrit, & tus prolabitur in terram; causam refert, insinuat dolorem, mobet per stantis affectum, imperat, vt properet, & accedat ad curam: econtra mulieri Dominus non quæsitus occurrit, prætereuns occasionem salutis ingessit, tacens causam tacentis agnouit, occultum vulnus etiam celantis aspexit, inter Dominum, & mulierem furtiuæ salutis agitur tam grande commertium: & tam publica petitione viam facit rogatus, fidei cogitatio Diuinum penetrat, & peruenit ad secretum. Fœlix mulier, quæ in tanta multitudine est sola cum Christo, vt solasit conscia, & salutis redditæ, & virtutis excelsæ, beata, quæ talem reperit accessum, cui nullus possit obsistere: beata; quæ tali via ad suum prorripuit, & irrepsit Authorem, quæ ante quam de vulnere suo confunderetur ab homine, careret, ipsius vulneris feditate; sciens sibi; apud homines, & per homines interclusum totius additum sanitatis: qui horrere magis, quàm curare vulnera consueuerunt. Deus abstergit vulnera humana, non despicit, nec horret langores hominum, sed depellit, nec detestatur immunditias humani corporis, sed emendat; quia creaturæ suæ ad tactum nescit Deus, Deus non potest sordidari.* Hæc D. Chrysologus: Sicurat infirmitates nostras, sapientissimus Medicus non fugit fæditatem nostram.

Rursus Discipulis aientibus, quòd quia Samaritæ Christum recipere nolluerunt: *Domine vis descendat ignis de cælo & consummat eos. Christus respunsum præbuit illis, nescitis cuius spiritus estis.* De hoc iam supradiximus. Pamelius *R. presentari: pro præsentem facere.* Vt apud Martioneni Tertulianus: *Sub specie panis Christus Dominus suum corpus repræsentat.* Renanus ūc; hoc verbo *Cyprianus, etiam sic vtitur, tunc representatur* (inquit) *pœna impio, & peccatori, quando iam non potest pœnitentia prodesse peccanti; & statim impræsentiarum aliquid infligi, siue exhiberi.* Sicque ab idoneis Authoribus vlurpatur. Oratius: *Virtutem ne repræsentet mores Catonis?* Hæc ille, cui sententiæ consonant verba Nazianzeni in epistola ad Theodorum Episcopum, quid benignitate celerius? Sodomiticum ignem aduersus eos, qui Iesum adducunt, Discipuli postulant, at ille vltionem recusat. ibi Chrysostomus de incomprehensibili Dei natura; sic ait: *Non fulminauit, non contundit, non contumeliosos sibi.* Et clarius Chrysost. hom. 3. ad pop. fatur? *Quotidie contumelia afficitur præsens, & videns, & audiens, & nec fulmen immisit, nec mare iussit terram mundare; sed tollerat, & longanimiter agit, & veniam, se daturum promittit, contumeliæ Authoribus.*

49. Luc.9.

Pan.

Tert,

Ren.

Nazian.

Chrysost.

Igitur apperta est mens Tert. ostendens tantam esse Dei Incarnati pacientiam, quod ingratos curat: quod cum publicanis, & peccatoribus manducat: insidiatoribus cessit, & illa parua illi videbātur: & adiecit maiora, nempe quòd Discipulum traditorem sæcum habuit, & illum apperte non reprehendit, nec pallam ostentauit. Patr. Cerd. benè ait, quòd verissima est explanatio locorum Euangelij: nunquam enim Discipulis constitit de proditione Iudæ: non ex illo Matthæi: *Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet: nam multi intingebant: non vnus Iudas solus.* Nō ex illo eiusdem Euangelistæ: *Tu dixisti.* Nam hoc solum fuit insinuare traditorem, non tamen clarè ostendere: Nec adhuc ex illo loco Ioannis, ille est: *Cui ego intinctum panem porrexero, & cum intinxisset panem dedit Iudæ.* Nam hoc secretò dictum est Ioāni accumbenti supra pectus Domini; nec Ioannes vulgauit; vt liquido apparet ex sequentibus. Scio plerosque Patrum ire in hanc sententiam, vt putent clarissimè contitisse reliquis Apostolis de proditione futura Iudæ; sed magnum contra illos est testimonium Tertuliani, & Cypriani, qui dicunt; nec constanter denotauit, posteà latius de hoc agemus: igitur in nollen-

50.

Cerda.

Matt.27.

Ioan. 13.

do

do pallam facere proditorem, constanter fegefsit Christus; nam quod Tert. dixit: *Denotare*. Sanctus Cyp. *Pro denotare*, posuit, *ostendere*.

RVRSVS.

51. IN Passione sua tanquam agnus mansuetissimus, fegefsit Christus Dominus; quamuis pollet secum adducere legiones Angelorum ad vindictam si vellet, noluit tamen; sed potius gladij opera maledixit in posterum: non simulans gladij Petri ferocitatem, sed quasi iratus contra illum, subiungit: *Patientia Domini in Malcho vulnerata est*. Et cum haberet misericordiam circa illum scilicet Malchum, sanitatis restitutione ostendit patientiam misericordiæ Matrem: & tunc verbis, & opperibus, contradixit, quod Petrus propter speciem vindicationis efficit. Hæc de littera Authoris.

IN HOC DISCVRSO OCTAVO.

52. IN Hoc discursu, & textu aliquæ sunt sententiæ memorabiles. Prima est, circa Iudam proditorem sic; *Nec constanter denotauit*. Secunda sententia est, circa Petrum sic: *Patientia Domini in Malcho vulnerata est*. Pro prima sententia sit.

§. I.

Peccata subditorum, non leuiter sunt prodenda, & publicanda.

53. CIrca primam sententiam, non tacebo, quod recte ab aliquibus adducitur, nempe tanta prudentia esse necessariam in prælatis, quod non leuitur prodant culpas subditorum, sed hoc maxima consideratione si necesse fuerit, maximaque dulcedine est peragendum, Nyssenum vidi hanc rem bene ponderantem; adducit enim locum illum ex lib. 4. Regum c. 4. historiæ Eliseæ, quam etiam notauit Petrus Damianus, inquit enim, quòd non vacat mysterio, quod Eliseus Prophæta puerum suum Giezi, mitteret cum baculo suo ad suscitandum parvulum defunctum mulieris recipientis illum in hospitio, tunc: *Giezi posuit vaculum super faciem pueri, & non erat vox, nec sensus; non enim ad tactum vaculi resurrexit paruulus: narrauit Magistro suo Eliseo; vocitans non surrexit, puer, etiam super posito vaculo, cognouit Eliseus misterium ibi ...re; intrat cum illo in angusto cubiculi, claudit ostium, posuitque Os suum super Os eius, & oculos suos super oculos eius, & manus suas super manus eius, & calefacta est caro pueri.* *Nyssenus.*

4. Regum c. 4.

Quid igitur mysterij est quod ad Baculi impositione non viuificatur emortuus puer? Surrexit tamē ad impositionem oris, & oculorum Prophetæ! Quærit Petrus Damianus de hoc mysterio, & dat responsum in hunc modum, dicens: *Videte differentiam actionis in vtroque, Giezi posuit Baculum super faciem pueri; Eliseus autem pupilas posuit oculorū suorum, blande, & leniter, fegefsit; non mireris quod salutem consequatur, quem enim terroris virga suscitare non potuit, per amoris spiritum puer ad vitam redit.* Igitur vbicumque fuerint infirmitates, & culpæ, si sanandæ sunt, multo melius suaui medicamento curantur, quàm crudeli, & rigido, vaculus enim virga est iustitiæ, oculus autem, instrumentum pietatis sic: *Cum Christus Dominus elevasset oculos suos; & vidisset: quia multitudo maxima sequebatur eum, dixit ad Philippū* (misericordia motus) *vnde ememus panes; vt manducent hi*, Ioan. n. 6. & Exodi tertio: *Ait vidi afflictionem populi mei, & dolorem eius, descendi: vt liberem eum.* Sic in proposito causam Iudæ Proditoris non acriter impugnat, nec terribilitate vocis, & fonitu est increpat corā omnibus, sed potius quasi occultat, & sub silentio denunciat; hic dicit Tertulianus: *Eum constanter non denotauit.* Hùc spectabat aliquo modo agere de correptione fraterna, & de ordine correptionis: quia tamen quæstio Scholastica est, & nos in hoc oppere Concionatorū, non fugimus difficultates Scholasticas; id circo ad suum locum magis proprium, & menti Authoris melius accōmodatum; reseruamus, quod inferius videbitur latissime tomo 2. 54. *Ioan. 6. Exodi 3.* *Legatur Bormacheo tom. 1 c. 1. versus 8. fol. 584. & infra.*

Itaque sequendo sententiam Tertuliani, dicentis: *Nec constanter denotauit.* Nos aduertere debemus, quòd omnes teneantur Præsides, exemplam Christi, imitari; etenim frater, qui peccauit blande, & secrete est corripiendus: ne si semel pudorem, & verecundiam amisserit remaneat in peccato, & vt inquit Augustinus. *Ne forte cum volumus facere per correptionem fratrem meliorem, faciamus peiorem.* 55. *Augustin.*

Non tacebo illud, quod ad hoc propositum tradit sapientissimus quidam; de Societate Iesu, cuius mentem tibi propo-

ponam (nec verebor) ait enim: *O vtinam hinc omnes edisceremus proximorum, & si conspicuos, & notos errores silentio tegere ait: Quamuis Ioannes deproditore sciuerit, ipse tamen siluit, & ex con Discipulis, nullo aliquid indicauit; vere tacuit, quippe qui vere prudens, qui fluenta Euangelij in ipso Dominici pectoris fonte potauit.*

56. Act. 5. Huc spectat locus difficilis de actibus Apostolorum, cap. 5 vbi dicit Scriptura Diuina: *Quod quidam vir nomine Ananias cum Saphira vxore sua vendidit agrum, & fraudauit de pretio agri; conscia vxore sua; & afferens partem quandam, ad pedes Apostolorum posuit, dixit autem Petrus Ananiæ, cur tentauit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui Sancto, & fraudare de pretio agri? Nonne manens tibi manebat; & venundatum in tua erat potestate? Quare posuisti in corde tuo hanc rem? Non es mentitus hominibus, sed Deo.* Nunc ego disquiro nonne Petrus acriter reprehendit Ananiam, ita vt ipse cæciderit mortuus ad pedes eius? Ita videtur: nam textus dicit: *Audiens autem Ananias hæc verba, cæcidit, & expirauit, & factus est timor magnus super omnes, qui audierunt, tum sic.* Ego interrogo; si factus est timor super omnes, qui audierunt, videtur, quod coram; increpauerit Ananiam, ergo acriter, & publicè videtur eũ reprehensisse, acriter quidem, siquidem illum audiens cæcidit, & expirauit: Publicè autem siquidem timuerunt, qui audierunt? Huic dubitationi, si non fallor, ita debet responderi. Primò, quod si fuit reprehensus acriter à Petro, hoc fuit secrete, & mortuus est Ananias. Et secundo, quod alij sciuerunt hanc mortem Annaniæ, quia audierunt; non quidem reprehensionem datam; sed mortem secutam, hoc aliorum meliori iudicio iudicandum submitto. Subiungit textus: *Factum est autem quasi horarum trium spatium, & vxor ipsius, nesciens, quod factum fuerat introibit.* Modo est difficultas, quomodo nesciuit Saphira vxor Annaniæ per tantum tempus: *Quasi horarum trium.* Quòd maritus mortuus fuerat? Quomodo in spatio trium horarum per totam plebem factum illud iam diuulgatum non erat, vbi omnes acceperat timor? Huic dubitationi occurit Theodorus studita serm. 117. sic dicẽs: *Quim habeo charissimi, quod accusssem quoque, quid ita? Scriptum est in actis Apostolorum factum est quasi horarum trium spatium, & Saphira vxor, ipsius nesciebat quod factum fuerat; certe in publico acta fabula est, & frequenti vulgi corona, sed erat indidem nimirum circunspectio, modestia, Dei reuerentia.* Hæc ille in quibus verbis notare videtur hanc nostram præsentem ætatem in qua culpæ fratrum, & proximorum statim, atque cognoscuntur ad plateas deducuntur, vt ab omnibus vituperentur, & bilipendio habeantur: in illa tamen, ætate sub silentio tenebant: & forsitam si nouerint reprehensionem illam, tacuerunt, & quando cognouerunt, & audierunt, quæ acciderant, & si timentes, silentio dederunt: ita quod vxor illius si foris erat à domo nesciit, & si intra domum erat in secreto cubili (qualiter debent esse in secretiori, & in interiori parte domus vxores, honestæ, & prudentes, ita vt, quæ à maritis fiunt, si illarum muneris non est, nesciant) adhuc nesciebat: ita textus dicit *Et vxor ipsius, nesciens quod factum fuerat introiuit.*

Nota Authoris mentem.

Theod. ser. 117.

57. Dicendum igitur est; correptionem secreto esse faciendam; cum & Dominus Iesus Discipulum publico non increpauerit, & etenim vt sit de salute præstigium secreto erit; dicitur enim quod sit inter te, & ipsum solum; ne maior sit dolor de publicitate peccati, quam de illius patratione, testes malitia non exigit; sed complices: ratione cuius videmus de amore, ad pessimum odium transitus quotidianos: diligebant falsi Iudices senes quidem Susanam; & mulier illa Putiphar Iosephum inlipide diligebat, inuenta ocasione prorrumpunt ad executionem libidinis; falluntur tamen eadem ocasione; ecce amor; ecce odium genitum ex amore, dum amant, concupiscentiam, confitentur; dum odio prosequuntur innoscentes, scilicet Susanam, & Ioseph, veritatem negant; falsum imponunt, vt animas suas ponant, vsque dum vitã agant, moriantur pessimi: quia pessimi illi sunt, non nos, vnde ergo ortum duxit hæc rerum mutatio? Quod non minus quam ad mortem damnentur iusti, Susana, & Ioseph? Profectò non aliunde, quàm ex eo quòd culpas, quas in occulto commisserant, in publico contemplantur: *Nemo nos videt, aiunt.* Senes illi, & mulier illa in sanis secreto: *Sine arbitris ingressa est ad Ioseph, & eũ ignorasset testes esse.* Grati sunt, sed dum sciunt sciri, odio vsque ad mortem prosequuti sunt Innocentes: quia dum complices delicti inquirunt, amant, diligunt,

Senes qui secreto peccant cõplices falso ponunt innocentes.

gunt, cum tamen loco complicis testes inueniunt, odio prosequuntur; sed medicina tanti doloris vnde? Ex eo quidem quòd culpa secreto corrigatur, grande malum quòd amor in odium vertitur; sed vnde hoc malum? Nisi ex culpæ proximi diffamatione, & publicatione, igitur recte Dominus Discipulum proditorem constanter non denotauit, & correptionem secreto fieri decreuit: *Inter te, & ipsum solum, vt lucreris, fratrem tuum* Sed quid est quod Apostolus Paul. reprehendat Petrũ ad Galatas 2. & quod Aug. in expositione eiusdẽ epistolæ inquit, non affectu in patientiæ, sed ex obligatione? Verba sunt Augustini. *Quòd autem hoc ei, coram omnibus dixit, nesc fsita: coegit, vt omnes, illius ob iurgatione sanarentur, & res erat, quod Petrus reprehensibilis erat in aliquibus cere monijs quibus concurrebat, cum ex Iudaismo conuersis, & murmur erat apud Gentiles de Petro, ratione cuius reprehendebatur: quia tunc, damnum publicum erat, & non secretum* Et culpa publica, quæ est quasi communis, non expectat secretum, non enim vt inquit Augustinus, vtile erat errorem, qui pallàm noceret in secreto emendare.

Matth. 8.

58. Paul. Aug.

59. Quare hæc est differentia correptionis; quod secreto hat correptio, quando delictum est occultum; quando vero delictum est publicum publicam petit correptionem, & ita quàmuis vtraque correptio, possit prodesse, tamen vna quæque petit secundum prudentiam corripientes, & secundum humiliratem peccantis; suum modum particularem, & suam habet circunstantiam. Cum ergo pro tunc peccatum Iudæ fuisset secretum, & solus ille cognouerat: *Cui omnia nuda, & apperta sunt* (scilicet Christus verus Deus) malitiã cordis illius, in quo Diabolus intrauerat, & solus Christus illius cordis Diabolici cognitor erat, & scrutator; ideo Iudam clare, & coram omnibus non increpat; sed potius quodam silentij modo, sustinet proditoris malitiam, & quasi quibusdam tacentibus signis increpat, & Discipulum constanter non denotauit, vbi lectionem corripiendi accipere debent Præsidens, & Gubernatores, quod eleganter, expendit, Cyprianus lib. de bono patientiæ sic dicens: *Nec mirandum, quod circa obedientes talis exiterit; qui Iudam potuit vsque ad extremum longa patientia sustinere; cibum cum inimico sumere, hostem domesticum scire, nec pallam ostendere, traditoris osculum recusare.* Hæc ille.

Cypr lib. de bon. pat.

§. II.

Ponitur patientiam Christi lædi, aliquo modo si quis effundat sanguinem, tempore quo ipse pro nobis patitur; quia voluit saginari voluptate patientiæ.

60. Secunda sententia in hoc discursu erat; quæ illis verbis continetur, nẽpe: *Patientia Domini in Malcho vulnerata est.*

Vnde pro declaratione tituli, & illius sententiæ aduerto, tres huius sententiæ declarationes adduci posse. *Prima gladius discentis est gladius Petri Discipuli.* Hoc dicit verbum illud: *Discentis gladium.* Ex quo sic dico, si Christus Dominus approbaret actionem Petri eximentis gladium, & percutientis Malchum, dicere posset quis piam Christum Dominum, aut oblitum esse sui præcepti, quo ante dixerat: *Diligite inimicos vestros, benefacite hijs qui oderunt vos.* Vbi præcipit benefacere, & inimicos diligere: ant de nouo velle, quod vindictam summeret Discipuli de iniuria in Christum facta per illum ministrum, sed tamen factum Petri reprobauit, & sic dicit Tertulianus in hoc textu: *Ne vnius quidem discentis gladium in vltorẽ probauit potius autem gladij opera maledixit in posterum.* Et ita cum Discipulus eius, gladium euaginasset; non placuit Iesu hoc factum, si quidem, dicerent Magistrum vltionem inimicorum docuisse, & sic in hac parte: *Patientia Domini in Malcho vulnerata est.* Quia cum vellet Dominus, saginari voluptate patientiæ, ex hac parte sustinendi iniurias, quæ quodammodo lædebatur, ipse leditur, & non bene sustinet vindicari Discipulum qui docet iniurias perferre, & pacienter sustinere.

Nota.

Matth. 5.

61. *Secundo dicamus, patientia Domini in Malcho vulnerata est.* Quia quot hostes, & contrarios habebat, toterant instrumenta Passionis eius, & tot motiua pacientiæ, & cum Petrus exemit gladium contra Malchum, & percussit, & amputauit auriculam eius dexteram; tunc non solum mortem corporis videbatur intendere, sed etiam quodammodo mortem animæ, mortem quidem corporis, euaginando gladium, & effundendo sanguinem illius Ministri, mortem vero animæ auferendo auriculam eius dexteram, nam fides exaudita (non intelligo quod

ndes

fides iustificat; non, sed quòd est initium iustificationis, hoc dico: quia fides sine operibus mortua est) & ita dicitur: *Quòd patientiæ Domini in Malcho vulnerata est.* Nam si ipse Dominus saginare volebat voluptate patientiæ; quid mirum, doleat, & egrè ferat, quòd emedio tollantur multiplicata instrumenta; minuit quidem gaudium sustinendi, qui Ministros Passionis eius minuit. Tertia declaratio illius sententiæ est in hunc modum: *Patientia Domini in Malcho vulnerata est.* Quod est dicere, hoc tempus est tempus Passionis Christi, & est tempus in quo effundendus est Sanguis eius pro redemptione generis humani, & in tempore designato ad effusionem sanguinis Christi iniuria afficitur, si alius sanguinem effundat. *O Deum, non natura beneficum, sed emulatione*: inquit Tertul. lib. 4. contra Marcionem, secundum Renanum num. 31 circa finè, vbi ipsum esse quasi imbidum notare videtur. Imbidus quidem Deus, an, amator eximius? Dicam profectò amore languens, amore inuidus, in tantum, quòd cum Genes c. 22. *Patriarchæ Abrahæ vellet sacrificare filium, & gladium iam ad percutiendum haberet eleuatum, cito clamauit Angelus de cœlo dicens Abraham, Abraham, ne extendas manum tuam super puerum.* Quasi dicat ne gladio tuo sanguinem effundas filij tui, quia quamuis Isac gerat figuram Christi venturi, & sanguinem pro redemptione generis humani effusuri: tamen tanta est virtus, & efficatia Dei erga nos, tantaque elegantia patientiæ eius, quòd qui scit pro nobis tormenta sustinere; nescit tamen sustinere, quòd alius effundat sanguinem, nec tanquam in enigmate, & figura, sed solus ipse; qui vere Saluator est, & Redemptor sanguinem suum effundere voluit, non quod alius effundat permittit. propterea existimo Tertul. dixisse: *Patientia Domini in Malcho vulnerata est.*

Tertul. 62. Idē Tert. Tert. Ren. Gen. c. 22.

Quæ omnia eleganter pondetauit S. Cyprianus in lib. de bono patientiæ, declarans quanta Christus tormenta, quãtaque ludibria pro nobis sustinuerit, & quam alienus à vindicta extiterit, & quã gratiosus amator, & quam dilligẽs procurator nostræ salutis, quãmque pius Redemptor, verba Cypriani hæc sunt: *In Iudæis vero tollerandis æquanimitas quanta, & quanta patientia! Incredulos ad fidem suadendo flectere, obsequio ingratos fouere, contradicentibus respondere leniter, superuos sustinere clementer, humiliter persequentibus cedere, Prophetarum interfectores, & aduersus Deum semper rebelles vsque ad Crucis, & Passionis horam velle colligere; sub ipsa autem Passione, & Cruce prius quàm ad crudelitatem necis, & effusionem sanguinis veniretur; quæ conuitiorum probra patienter audita? Quæ contumeliarum tollerata ludibria? Vt insultantium sputamina exciperet qui sputo suo cæci oculos Paulo ante formasset, & cuius nunc in nomine à seruis eius Diabolus cum Angelis suis flagellatur, flagella ipse pateretur: coronaretur spinis, qui Martyres floribus coronat æternis, palmis in faciem verberaretur, qui palmas veras vincentibus tribuit; spoliaretur veste terrena, qui indumento immortalitatis cæteros vestit; cibaretur felle, qui cibum cœlestem dedit, aceto potaretur, qui salutare poculum propinauit. Hæc ille, quibus adde Tertullianica verba inferius explanãda, sed saginari voluptate patientiæ, vbi apperte videbis, qui tot atrotia sustinebat, merito maledixit optra gladij. si inimicis tam magna, communicabit bona, si tacuit tanquam agnus coram tondente se, si aspectu leni, & suaui respiciebat eos: clarum est, quod patientia Domini in Malcho vulnerata est.*

Cypr. de bon pac. 63.

DISCVRSVS NONVS.

PROSEQVITVR AVTHOR. Tertul.

TEXTVS.

Taceo quod figitur, in hoc enim venerat, numquid tamen sub eundæ morti, etiam contumelijs, opus fuerat? 64.

rat? Sed saginari voluptate pacientiæ discessurus volebat; despuitur, verberatur, derridetur fœdis vestitur, fœdioribus coronatur, mira æquanimitatis fides, qui in hominus figura proposuerat latere, nihil de impacientia hominis imitatus est. Hinc vel maxime Pharisæi Dominum agnoscere debuistis; pacientiam huiuscemodi nemo hominum perpetraret, talia tantaque documenta, quorum magnitudo penes nationes quidem detractatio fidei est, penes nos vero ratio, & structio, satis aperte non sermonibus modo in præcipiendo, sed etiam Passionibus Domini sustinendo probant his, quibus credere datum est; pacientiam Dei esse naturam effectam, & præstantiam ingenitæ cuiusdam proprietatis. Huc vsque Author.

EXPLICATVR LITERA AVTHORIS.

65. LItera Authoris maxime est difficilis: quia ingenio, & profunditate plena est, declaremus singula. Pamelius ita legit: *Taceo quod figitur, ideſt, quod Cruci figitur, subeundæ morti contumelijs opus fuerat.* Quia si venerat ad hoc vt morte turpissima genus redimeret humanum, apertum est, quod multis incommodis antecedentibus erat illa mors sub eunda, magis enim videbatur apud Tertulianum pōderabile, oprobriū pacienter sustinuisse, quam mortem, sic dicit: *Taceō quod figitur.* Quasi dicat non tam ponderatione dignum videtur, quòd sit Cruci affixus, quam quòd sit ita pacēs, & ita pacienter tollerans oprobria: *Quia sic voluit saginari voluptate pacientiæ.* Admodum, quo victimæ saginantur antè sacrificium, nec mirandum est, quòd tot, tantisque contumelijs afficiatur, qui sic saginari volebat, & quidem: *Saturabitur oprobrijs.* Sed, ò insignis amor, vbi pinguescit amans fatigatione, modus est loquendi vsitatus apud Authores ita Pater Cerda notatione 7. vbi multa tradit, & Cel. lib. 35. cap. 8. *Sic cruis fœni vice saginat iumenta*, & lib. 5. formantur: *Offensæ quibus saginatur.* Et lib. 6. cap. 27 *Ordeo saginandus æquus.* Propertius lib. 4. elegia 1. carmine canit: *Parca saginati lustrabant compita porci.*

Pamel. *Ren.* *Cel. is.*

66. Itaque vt Christus saginaretur voluptate pacientiæ interuenerunt, cibaria illa, quæ numerātur à Tert. *Nēpe despuitur, verberatur, deridetur fœdibus vestitur, fœdioribus coronatur.* Ad mortem tanta pacientia sustinendam sic disponebantur dolores. Ren. hoc tacuit, cerda tamen ex Chrysostomo hom. 4. ad populum, ad hoc ponderandum tummit verba (si vis inquit:) *Lætare & remissione, atque voluptate frui; ne quæras voluptatem, atque remissionem, sed quære animam pacientiæ plenam: vbi pacientia idem quod voluptas, & plenitudo idem, quod saginatio.* *Chrysost.*

67. Quod autem impaciendo sit voluptas, & in amoribus voluptuosus affectus, apperte constat ex Gentilibus, ita Masubius apud Machrob. lib. 1. cap. 10. Fatur: *Angeronæ (hæc est Dea silentij) ore obligato, atque signato, in Ara voluptiæ propterea collocatur, quod qui suos dolores anxietatesque dissimulant, perueniant pacientiæ beneficio, ad maximam voluptatem; nec abs re ad Sacra saginatio est reducta, quando quidem.* Et Cassianus colat. 20. cap. 10. *Subiit sublimiores, ac sacratioribus mysterijs saginari bona, & recta oblatio de pinguia no mactando, ante quam ad patrem esset discessurus, tota æquidem Christi vita quæ iam saginatio pacientiæ fuit:* Sic ait Cyrilus Hyerosolimitanus: *Cum absoluisset Iesus cursum pacientiæ, ascendit tandem ad cœlos, quasi tota eius vi-* *Masubius apud Machrobium.* *Cyrilus.*

ta mera patientia sit: quia ipsum viuere fuit pati. Mitto multa ad sensum moralem recte, ex Sanctis Patribus addita videbis postea.

68. *Mira æquanimitatis fides*, tantam habuit, fidem veritatis non sine mentum in humana natura; quod cum in aliena lateret, & simullatus esset, quæ dic michi licentiosè fecit? Solet enim, qui occultè ambulat, & simulatur, multa perpetrare, quæ ab eo non fierent: *Vno gentiles fœminæ latentes oculo multa fantur.*

Nihil de impatientia hominis imitatus est, nec dolus in ventus est in ore eius. Hinc vel maxime, Deum cognoscere debuistis, patientiam huiusmodi nemo hominum perpetraret. In miraculis dignoscenda diuinitas, hoc quid erat? In tolerandis atrocissimis cruciatibus, mire, dignoscitur, in Concilio Calcedonési, actione 2. sic dicitur, de Christo Deo & homine: *Horum vnum coruscat miraculis; alterum, succumbit iniurijs.* Quibus consonant Hylarius, sic cõtra Arrianos: *Non ego audio, Christus ex Maria natus est, nisi, & audiam, in principio erat Verbum, & Deus erat Verbum. non audiam mortuus est, nisi audiam resurrexit.* Et post paucà nil: *Solitarium, ex Diuinis Sacramentis ad suspitionem audientium, & ad ocasionem blasphemantium proferamus.* Ergo si audis incredibiles contumelias; audi, & incredibilem patientiam; vt qui patitur Deum esse cognoscas, de hoc punto Pamelius nil dixit, sed solus Cerda.

Concilium Calcedonẽse.

Hylarius.

69. *Talia tantaque documenta, &c.* Hic ponit Author excellentiã patientiæ afirmans esse detractionem fidei penes, nationes eorum documentorum magnitudinem, penes nos, autem esse instructionem; & magisterium; non sermone solum sed etiam oppere nam patientia tam propria est Dei quasi iam naturalis illi semper. Vnde Virgilius 3. Georgius: *Nec michi displiceat, maculis insignis, & Aluo, & iuga detrectans Cæsarius, qui militiam detrectat, fugam quærit, fugit pugnam*, lib. 7. & Libius, lib. 24. idque illa patientia, quæ penes nos qui Catholici, & Christiani summus: *Est instructio, exemplarque sustinendi labores.* Apud Gentiles, & Iudæos erat, patientia: *Quasi irrisionis incitamentum.* Ait enim Paulus: *Prædicamus Christum, & hunc Crucifixum, Iudæis quidem scandalum gentibus autem stultitiam.*

Cæsarius Tibio.

Ad Gal. 3.

Nec mirabor, quod Tertullianus de patientia Christi, summat argumentum Diuinitatis eius: *Quia patientiã huiusmodi nemo hominum perpetraret.* Eleganter Cyprianus de bona patientiæ: *Inter cætera admirabilia virtutuum suarum quibus inditia Diuinæ Maiestatis expræssit; paternam quoque patientiam tolerantiæ tenore seruauit.* De quo nos iam multa supra diximus: *Structio.* Apud Phenanum, & Pamelium: *Instructio est.* Qualiter Magistri, instruunt Discipulos, quos antecedunt, sic Christus Dominus fecit, non quidem sermonibus solum, sed etiam opperibus: ita in occasione labandi pedes Discipulorum, dixit: *Vos vocatis me, Magister, & Domine, & benedicitis, sum etenim; exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita, & vos faciatis Ioannis* 13. Ad hoc propositum intelligi pótest, quod in textu dicit Author: *Nempe non sermonibus, modo in præcipiendo, sed etiam Passionibus Domini sustinendo probant; ijs quibus credere datum est*, idest, *Christianis.* Quibus validum argumentum est tolerantia Domini Saluatoris ad eius Diuinitatem credendam: quia in Christo patientia erat, quasi proprietas naturalis, non ab æterno illi data sed naturalis effecta; sic dicit Author: *Patientiam Dei esse naturam effectam, & præstantiam ingenitæ cuiusdam proprietatis.* Ita quidem facta est naturalis Christo patientia quod illi cum natura data est quasi proprietas naturalis sequens eius pulcherrimam humanitatem, non quidem externa illi, sed intima, ita quod alimentum Christi patientia erat; nam procibo, & lacte patientia illi propinabatur ex quo colligam, contra eius inclinationem maxime esse iram, & impatientiam. De quo latius infra. Hæc de litera Authoris.

70. *Cyprianus de bono patientiæ.*

Tertul.

Ioan. 13.

71.

(.?.)

PRO.

PRODISCVRSO NONO, SIT ELLECtio sententiarum.

Quatuor sententias notatione dignas inuenio, inter alia in textu Authoris, illasque illis verbis, prima, ibi: *Taceo quod figitur, ad hoc enim venerat; sed saginari voluptate pacientiæ discessurus volebat despuitur, verberatur, &c.* Secunda illis verbis: *Mira aquanemitatis fides, qui in hominis figura proposuerat lætare, nil de impacientia hominis imitatus est.* Tertia, ibi, *hinc vel maxime Dominum cognoscere debuistis pacientiam huiusmodi, nemo hominum perpetraret, quarta sententia ibi est, penes nos vero ratio, & structio, satis apperte non sermonibus modo in præcipiendo, sed etiam Passionibus Domini sustinendo probant, pacientiam Dei esse naturam effectam, & præstantiam in genitæ quædam proprietatis.*

DE QVIBVS AGERE OPPORTET singulariter, per Disc.9.

§. I.

Qualiter ingratitudo illorum quibus fecerat multa beneficia Iesus, simul cum multitudine opprobriorum; fuit pabulum eius.

73. Tertul. PRima sententia dicit: *Taceo quod figitur, ad hoc enim venerant, nunquid tamen sub eundæ morti, etiam contumelijs oppus fuerat, sed saginari voluptate pacientiæ, discessurus volebat.* Ostendit, Christi Domini Passionem, & qualiter inter alia pro maximo habuit esse saginatum voluptate pacientiæ, ita quod antequam ad Crucem ascenderet, iam adimpletum forsitam videbatur illud Prophetæ, saturabitur opprobrijs, etenim si volebat opprobrijs saturari: se re iam saturatus ad Crucem ascendit, sed ibi consumauit omnia ipse dixit consummatum est; sed victima pinguis in Ara Crucis offerebatur Patri pinguis quidē, & saginatus ad hoc enim venerat; quasi saturatus opprobrijs, ascendit ad Crucem, sed non omnino saturatus ipse ait *sitio.*

Aug. Legamus Aug. hanc rem optime illustrantem, lib. de Virginitate: Vbi sic dicit; ad Christianum Religiosum. *Inspice (inquit) vulnera pendentis, sanguinem morientis, pretium redimentis, cicatrices resurgentis; Caput habet inclinatum ad osculandum; Cor, appertum, ad diligendum, brachia extensa, ad amplexandum; totum Corpus, expositum ad redimendum hæc quanta sint cogitate, hæc instatera vestri cordis appendite; vt totus vobis figatur in corde; qui totus, pro nobis fuit fixus in Cruce, hæc ille, quæ verba si ponderētur dicunt pabulum quo saginatus est Christus.*

Quibus addenda sunt, verba Bernardi, super Cantica, vbi ait: *Ego fratres ab ineute mea conuersione pro acerbo meritorum quæ mihi de esse sciebam, fasciculum hunc colligare, & inter vbera mea collocare curaui, collectum ex omnibus, anxietatibus, & amaritudinibus Domini mei. Primum scilicet, infantilium illarum necessitatum: Deinde laborum quos pertulit, in prædicando: fatigationem, in discurrendo: vigiliarum, in orando; tentationum in ieiunando: acrymarum, incompatiendo; insidiarum, in col-*

Bernardus ser. fasciculis mirræ.

lo-

loquendo: poſtremo periculorum, in falſis fratribus; conuitiorum, ſputorum, colaphorum ſub ſanationum, ex probrationum, claborum, borumque ſimilium. Hucvſque Bernardus, vbi idem confirmat, quod in ſententia ſua dixit Tertullianus; nam cum tantus amator Chriſtus ſit ſemper in diſcurſu ſuæ vitæ verſatur in rebus amoris; & illi hæc ſunt opprobria labores, flagella, &c.

74. *Fr. Diego Lopez de Paſſioni Domini.*

Vnum obſeruatum habeo apud quendam doctiſsimum concionatorem (Lopez) nempe, quod cum Dominus Ieſus flagellatus fuiſſet incredibili crudelitate, conſideratus, & contemplatus, & vſus ab illis, quibus beneficia maxima fecerat, dando illis vitam ſanitatem, abundantiam miraculoſe, ex quinque panibus, &c. Ex illis tamen omnibus qui beneficia receperunt ab eo, nec quidem Iudæus apparuiſſe legitur; qui de tanto benefactore, & Magiſtro, & Domino plagato, ſpinis coronato, & colaphis cæſſo, & irriſo doleret; & non ſolum eum ſic percuſſum, & plagatum viderunt; ſed *conſideraberunt*; & attenta conſideratione inſpexerunt in eum; & eum viderunt quaſi læproſum, & percuſſum, ſed quid hoc? Nonne ingrati apparent; qui tot beneficia receperant? Fateor quidem ſed eorum ingratitudinem reſpicit; & talis ingratitudo, eſt nouum tormenti genus, nouum pabulum quò ſaginatur voluptate patientiæ.

75. *Aug.* *Dan. 3.*

Cum igitur ante Pilatum impium Iudicem duceretur dulcis Ieſus, vt mortis ſententiam, iam ab illis pronuntiatam ſubiret; ligatus manibus, & pedibus, crudeliſsimè flagellatus eſt, & forſitam illa crudelitas, foret militibus, ex compaſſione occaſio parcendi, dicit S. Aug. ad Pſal. 56. *Non perſequendo flagelauit Dominum Pilatus, ſed Iudæorum furori ſatisfacere volens, vt vel ſic mitteſcerent.* Quo indicatur, acerbiſsimum eſſe tormentum flagellorum. Legite Danielem cap. 3. *Vbi vt tres pueros Nabucodonoſor ad adorandum ſtatuam induceret.* Iubet ignẽ ſeptempliciter informace conſtituere terret eos apprehenſione quod adducere conatur tormento ignis, ſed fallitur impius diſcurſus Regis Tyrani, Deum in medio ignis ardentis laudant, floribus ſanctitatis coronati: *Dominum Deum ſuum Sanctum Iſrael.* Et læti per flamas ignis ambulantes canunt Deo? Quid hoc? Audi, recentius prodigium fortitudinis Laurentius. Orat pro inimicis, aſſatum eſt iam verſa, & manduca, dixit ad Tyranum ad cœlum tamen oculos eleuando Domine dimitte illis quia neſciunt quid faciunt. Orat pro illo, qui ad nouum pabulum incitat, quid etiam hoc? Facit quod Pilatus, furori illorum ſatisfacere volens, plus ſolito iubet flagellari, ſed quid Iudæorum malitia tunc intellexit, rectum neuti quàm ſed reprobum, & inuane Conſilium: *Congregatâ ſunt ſuperme flagella, & ignoraui.* Pſal. 34. velut legit Auguſt. *Congregatâ ſunt ſuperme flagella, & ignorauerunt.* Quaſi diceret, errauerunt, ab vtero loquuti ſunt falſa. Pilatus fallitur illorum furori ſic ſatisfacere volens: Iudæi falluntur exiſtimantes flagella peruenire, vſque ad mortem: *Ignorauerunt.* Simacus vertit, *percuſſores ignorauerunt* (tacèo an vna eumtaxat vice fuerit flagellis cæſus, vel duplici vice, vt alij exiſtimant) quidquid ſit percuſſores multi fuerũt. Et ita rectè Auguſt. ait *ignorauerunt.* Patitur Ieſus, ſed laginari volebat, vt moreretur: pinguis efficitur amoris pinguedine, non miror, *ipſi ignorauerunt*, adeps efficitur, immò amplius dicam, ipſe ſubiungit, & *ignoraui* in numero ſingulari; ſed quæret aliquis quomodo illud ignorat, qui omnia nouit? Rupertus ſuper Ioannem cap. 18. lib. 13. *Ponderauit rectè illud verbum ſciens omnia, quæ ventura erãt ſuper eum, proceſsit, & dixit eis, quem quæritis.* Inquit ille, ſi nouit omnia, vt quid inueſtigat, & quærit? Quare non dixit ego ſum? Profectò dilecti illud eſt; quia multa ſunt, vel quæ euenerunt præ nimia granditate, & terribilitate, incredibilia; quia reuera inquit Rupertus; *Talem perſequutionis modum veritas neſcit, ſalus ignorat: & ſic inquit, congregata ſunt ſuperme flagella, & ignoraui.* O crudelis aſturia, ò nimia cordis duritiá, ò inuidia Iudaica, quia talem perſequutionis modum ſapientia ipſa neſcit; ſalus ignorat: quis igitur neget Chriſtum Dominum ſaginatum voluptate patientiæ, ipſe dixit: *Cœlus Domus tuæ cõmeditmẽ.* Pſal 68. vt Doctor Incognitus: *Cœlus il e fuit cauſa mortis; quando eiecit venientes de Templo, & fecit quaſi flagellum, ibi cauſa iuſta; hi vero ipſa iuſtitia ſine cauſa damnãtur.* Rectè ergo dicit: *Et ignoraui*, ſed in his omnibus etiam ſi magna ſunt; ſaginatio voluptaria non ita lucet, ſicut in his, quæ ſequntur, audite; ſic plagatus, ſic flagellis cæſus Imperio Pilati, vt ad compaſsionem moueret, & eorum furor amplius non ferueret, in plubico eum conſtituit

Auguſt. 76. *Ruperti.* *Pſal. 34.* *Pſal. 68.*

Ioan. 1. dicens: *Ecce homo.* Sed, O res mirandal O summa Iudæorum impietas! *Quis Domine credet auditui nostro!* Nonne moneret corda saxis duriora? Sed odurioſa saxis corda Iudæorum, nullus blándeſcit, nullus de illo dolore, dolet, manſueſcit nemo, etiam illorum, qui cum illo in deſerto manducauerunt, etiam illorum, quibus vitam donauerat, etiam illorum, qui illum aclamauerunt in Ieruſalem, Matt. 21. dicèntes: *O ſana Filio Dauid benedictus qui venit in nomine Domini.* Etiam illorum quorum *infirmitates curauerat*, ſed potius clamore communi dixerunt: *Tolle, tolle, Crucifixe, Crucifixe eum.* Quis non miretur, quòd dum plagæ illius vocitant pro illorum ſalute, ipſi voci ferantur pro illius dánatione, & morte. Rupertus bene cap. 13. ſuper Ioannē: Rupert. Chryſol. Ser. 121. *Singulæ plagæ, vel percuſſiones grandem vocem habuerunt.* Sic D Chryſol. ſerm 121. *Itemque Deus, quia obduratis auribus, vnius oris nihil erat vox clamãtis ad aperiendum cor diuitis totũ corpus pauperis, vulneribus aperit: vt in admonendo diuite tot eſſent pauperis, ora, quot vulnera; ſoluuntur viſcera, bubnera producũtur, hiatus vulnerũ dilatatur, ſanies effunditur, & tota pauperis caro cõponitur inſcœnam pietatis, vt quem vox eſurientis non mouerat, vel ſuſpiria, vel dolores, gemitus, & tota erũarum congeries commoueret, ſed Diues ſuperuo oculo & inſatiabili corde, hæc omnia, & audire, & ſentire contemnit:* Hæc ille, clamant vulnera Chriſti viuant, viuant, clamant ora Iudæorum; *Crucifixe, Crucifixe*, ſingulæ plagæ, vel percuſſiones grandem vocem habuerunt, & omnia pro nobis iuſta loquta ſunt clamore valido: vtrorumque ad Patrem Eternum peruenit affectus. O diuerſa mutatio rerum, ſed vtraque vox nobis dulcis, & ſuauis; ſed quæ amara, illi dulciſſima, qui volebat ſaginari inſtrumentis patiendi, conſequitur vox illa effectum ſuum, vox Iudæorum ad mortem vſque filij Dei peruenit, triumphat, vox agni immaculati, etiam effectum ſuſcipit, redemptis ſubuenit, & ſaginatus flagellis, ſpinis, colaſis, & ignominia ad mortem Crucis Coronatus aſcendit. recte igitur Tertullianus ſententiam protulit, dicens: Tertul. *Sed ſaginari voluptate pacientiæ diſceſſurus volebat.*

78. Tert. Secunda ſententia illius eſt: *Mira æquanimitatis fides, qui in hominis figura propoſuerat latære, nihil de impacientia hominis immitatus eſt.*

§. II.

Qualiter Chriſtus Dominus, eſt liber ab omni peccato, & quod peccare non potuit.

79. ILla S. impeccabilitatem Chriſti denuntiat, & brebiter explanabo, cum igitur Chriſtus Dominus ſit impeccabilis per naturam: mirum non eſt, quòd nihil de impacientia hominis fuerit imitatus. Latebat quidē ſub hominis indumento, ſed licentioſum illius modum non aſſumpſit. Legite D. Th. 3. p. q. 15. art. 1. qui ſic ait in corpore *reſpondeo dicendũ, quòd ſicut ſupra dictum eſt art. 1. & 2. huius quæſt. Chriſtus ſuſcepit defectus noſtros, vt pro nobis ſatisfaceret, & veritatem humanæ naturæ comprobaret, & vt nobis fieret exemplum virtutis, ſecũdum quæ tria, manifeſtum eſt, quod defectum peccati aſſummere nõ debuit. Primo quidem, quia peccatum nihil opperatur ad ſatisfactionem, qui nimo virtutem ſatisfactionis impedit: quia vt dicitur Eccleſiaſt. 34. dona iniquorum non probat Altiſſimus: ſimiliter etiã ex peccato non demonſtratur veritas humanæ naturæ: quia peccatum non pertinet ad humanã naturam, cuius Deus eſt cauſa, ſed magis eſt contra naturam per ſeminationē Diaboli introductum, vt Damaſcenus dicit* Damaſc. lib. 2. c. 30. *lib. 3 c 20. Tertio quia peccando exemplum virtutis præbere nõ potuit, cum peccatum contrarietur virtuti; & ideo Chriſtus nullo modo aſſumpſit defectum peccati, nec originalis, nec actualis, ſecundum illud, quod dicitur 1. Petri 2. qui peccatum non fecit nec inuentus eſt dolus in ore eius. Hæc ille quibus adde poſſunt verba illa Chriſti ad Iudæos dicētis, Ioãnis c. 8. Quis ex vobis arguet me de peccato, ſi veritatem dico vobis, quare non creditis mihi.* Improperauit eos, ſed quomodo id fieret, ſi haberet tacēdi cauſam? Satis eſt cauſa tacendi peccatum ipſum, ruborem adducit, & confuſionem, in Doctore. O dilecti fugite peccati labē, fugite occaſionem incidendi: quam clara voce loquitur, qui non habet vnde taceat? vbi *Spiritus Domini ibi libertas.* Non tacebo illud ſi bene memini ſupra aliquo modo ponderatum, ex Leuitico c. 13. vbi: *Leproſus monetur ſic veſtiri, habebit veſtimēta diſuta, caput nudum, os veſte contectum, ratio illa erit? nudo capite.* Quia peccator dominandi munus amittit, dum peccatum admittit, & quia eſſe cooperto capite, eſt ſignum dominationis, & peccator illud demæretur: *Id circo habebit leproſus caput nudum,* 80. Leuit c. 13.

dum. Vlterius si leprosum est caput: *Os, veste debet esse contectum.* Tum, ne halitus horrorem emittat, & adstantibus pestem inducat vitiorum. Tum etiam vocibus contradicat, quod operibus non confirmat. Nam vt supra Tertul. aiebat: *Ne dicta factis deficientibus erubescant.* Tert. c. 1. de patientia

Qua propter aiebat bene Hysiquius à Doctorali dignitate, hunc, qui talis est prohibet: *Quomodo enim culpæ casum coerceat, qui est ipse culpabilis?* Hysiquius.

Sed tamē Christus Dominus omnino inculpabilis est, sacra attestante fide Legite Luc. 1. c. *Quod exē te nascetur Sanctum vocabitur, Filius Dei.* Luc. 1. 6.

Fuit enim Sanctus ab vtero, in ipsa Conceptione Sanctus Filius Dei videndo Diuinam essentiam, & Deum diligendo (siue amore sequente scientiam infusam) semper Sanctus, semper Agnus sine macula. Filius Dei secūdum vtramque naturam vtique impeccabilis, vt Filius Dei, quis neget? vt homo vtique Conceptus de Spiritu Sancto; & si ab Adam descenderit, non quidem per seminalem propagationem, sed secundum corpulentam substantiam, teste S. Thom. 3. part. q 15 art. 1. ad 2. ex D. Aug. lib. 10. Gen. ad literas c. 19. & in Enchiridio c. 41. & lib. 5. contra Iulianum, c. 9. ad Hæbræos c. 4. dicitur: *Non habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris tentatum per omnia pro similitudine absque peccato.* S. Thomas 3. q. 25. ar. 1. ad 2. Aug.

Et c. 9. semetipsum: *Obtulit immaculatum Deo.* Et ad Corinthios c. 2. *Eum, qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit.* Vt cū Ambrosio exponit D. Thom. citans illud Oseæ 4 *Peccata populi mei comedent, ideſt oblationes pro peccatis. Vel aliter pro nobis peccatum fecit, ideſt induit illud Christus similitudine carnis peccati vt de peccato dānaret peccatum.* Ad Corinth. c. 2. & 9. Osea 4.

Vt dicitur ad Rom. 8. exponente Aug. 14 cōtra Faustū, c. 4. & 5. & in Cōcilio Ephesino definitur Canone 10. *Obtulisse Christū oblationē nō pro peccato suo: quia illud non habuit, sed pro peccato nostro.* Et in Cōcilio Lateranensi sub Martino 1. Can 5. affirmatur: *Quòd sicut Christus assumpsit naturales, & irreprehensiles defectus corporis, ita etiā affirmatur, quòd non assumpsit, nec habuit culpabiles animæ defectus.* Aug. Conc. Ephesi. Lateran.

Vnde Aug. epistol. 69. *Dicit animam Christi; nec mortificatam peccato, nec damnationne punitam fuisse.* 81. Aug. epist. 69.

Rursus gratiæ plenitudo; & Rursus personæ Christi dignitas; status beatitudinis; finis Incarnationis, illud nō requirebant, sed potius, vt inquit Paulus ad Hebræos: *Opportebat vt nobis esset Pontifex Sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cœlis factus.* Paulus Heb. 7.

Ipse Christus docuit. *Ego sum lux mundi.* Et vere lux mundi, quid est Sol Iustitiæ, facile tibi adducere possem integram controuersiā de impeccablitate Christi, qui ex natura rei est impeccabilis: quia Filius Dei est, de quo late agitur 3. part. & in tota Theologia. Magister. 3. d. 12. ibi, S. Thom. quæst. 1. art. 2. Bon. Ricar. art 2. q. 1. & 2. Sapientissim. Zumel. 12. tom Dionisius Carter. Gab. Vazquez refertur in 6. Sinodo act. 3. & Athanasius ser. 2. contra Arrianos, vocat Christum per se Sanctum, & Dominum Sanctificationis, & natura sua iustum, & immutabilem ad malum, & in hoc dicit superasse primum hominem, & Angelos, & ad hoc acommodat verba illa Psal. 44. *Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo latitiæ præ consortibus tuis.* Intelligens per illam vntionem ipsam, vnionem hipostaticam, & illam particulam, propterea significari habitudinem causæ finalis vt sensus sit, ideo te vnxit Deus hoc singulari, & inefabili modo, vt omnino diligeres iustitiam, & odio haberes iniquitatem; nec posses ab hac virtutis rectitudine declinare, D. Chrysost. narratione in cap. 7. Esai. sic inquit: *Qui aliorum tollit peccata vtique immunis est omnis peccati, nec peccare potest.* Idem sentit Hieronymus Dialogo 2 contra Pelagianos, idem Damascenus, lib. de fide, c. 12. idem Origen. 2. lib. Periarcon cap. 6. dicens: *Ferrum natura sua capax est caloris, & frigoris; si tamen semper intra fornacem ignis contineatur, dici poterit incapax frigoris; sic Beatissima Christi, anima in Deo semper existens, quid, quid agit, quidquid intellizit, Deus est, & ideo inconuertibilis est, & immutabilis; quæ inconuertibilitatem, ex Dei Verbi vnione indeficienter ignita possedit.* Psal. 44. D. Chrysost. Hieron. Dialogo 2. Damasc. lib. 6. c. 12.

Idem sentit Aug. lib. de correctione, & gratia, c. 11. sic dicens: *Nec metuendum erat, ne isto ineffabili modo in vnitatem Personæ à Verbo Deo humana natura suscepta per liberum voluntatis peccaret arbitrium; cum ipsa susceptio talis esset, vt natura hominis à Deo ita suscepta nullum in se motum malæ voluntatis admitteret.* Et lib. 1. contra duas epistolas Pelagianorum subdit Augustinus: *Non ob aliud factus est inter Deum, & hominem mediator, nisi: quia ex hominibus non potuit esse peccator.* Et 82. Aug. Aug.

lib. 2. de peccatorum meritis dicit mente concipiens Christi iustitiam in cuius non tantum Diuinitate: *Sed nec in anima, nec in carne vllum potuit esse peccatum.* Hæc ille. Rursus D. Anselmus, lib. 1 cur Deus homo, cap. 10. inquit: *Primus Adam peccare potuit; secundus Adam peccare non potuit: quia est Deus.* Ratione probatur, quia humanitas Christi per ipsam gratiam vnionis formaliter sanctificatur; & quamuis habeat hanc vim formaliter sanctificandi; non quidem per modum formæ informantis, sed per modum eleuantis naturam humanam ad esse Deificum, cum quo stat, quòd formaliter non habeat excludere potestatem peccandi: quia hoc non est de ratione formæ formaliter sanctificantis: quia licet gratia habitualis sit forma formaliter sanctificans, non tamen facit hominem impeccabilem. Et gratia vnionis, cum non sit formaliter operatiua, non poterit perse sola immutare naturalem modum opperandi humanatum vitium, atque à Deo nec reddere perse loquendo ipsa manimam impeccabilem; quare aliquid super addendum est ad nudam vnionem hipostaticam, nempe quod illi vnioni debita sint dona super naturalia, videlicet auxilia quibus protegatur terminus vnionis in ad æquatus scilicet anima Christi: *Et manutentio Spiritus Sancti.* Quæ inseparabilis est ab vnione hypostatica: quia ad filiationem naturalem inseparabiliter consequatur, conseruatio in bono, visio beatifica, gratitudo Diuina, & quod voluntas humana ita sit gubernata per voluntatem Diuinam, quod omnino sit impossibile separari, & ita impossibile iudicatur Christū posse peccare, immo super addendum est, illud esse impossibile; quia actiones sunt suppositorum, & actio peccandi esset suppositi Diuini subsistentis in humana natura, & diceretur quod persona Diuina, quæ est Christus, peccaret, quippe qui non habet duas Personas; vnam humanam, & aliam distintā Diuinam (quod ponebat Nestorius; & alij hæreticanti quiores) fundati in eo, quod dicebant, quod Hypostasis, & natura erat idem, & non aliquid distintum vnum ab alio, & ita quòd sicut erant in Christo duæ naturæ distinctæ realiter, ita etiam deberent esse duæ Personæ, altera Persona Diuina, propter naturam Diuinam, altera persona humana ab illa distincta, propter naturam humanam, iste quidem est error Nestorianus, contra quem errorem, dicimus secundum fidem Catholicam, quod in Christo Domino, qui est verus Deus, & verus homo, tantum est vna Persona ex duabus, & in duabus naturis subsistens; est quidem de fide definita præcipue in Concilio Ephesino ad hoc maxime congregato, & postea in Concilio Calcedonensi, Act. 1. & in 5. Sinodo, collat. 8. Can. 2. *Et in omnibus alijs supra citatis, & in Simbolo Athan. vbi dicitur, perfectus Deus, perfectus homo ex anima rationali, & humana carne subsistens, & infra, sicut anima, & caro vnus est homo ita Deus, & homo vnus est Christus.* Quod optime expendit sapientissimus Patr. Suarez 3 p. q. 2. art. 1. vsq; 6. Disp. 7. sect. 3. & 4. concluf. 1. 2. & 3. qui in 3. cōcluf. ita dicit: *Per vnionē hypostaticā resultat Christus tanquā terminus huius vnionis, qui est Persona Diuina, & hic homo, qui est Christus: quia nec Verbū per se solum nec humanitas.* Perse sola dicitur Christus, sed ex vnione horum extremorum nempe: *Verbum & humanitas.* Resultat hic homo scilicet Christus; sed hic homo Christus dicit quandam Personam subsistentem in natura Diuina, & in natura humana, & hæc Persona est vna sola, & non duplex, & sic est terminus resultans per hāc vnionem. Vocat Suarez: *Christum quandam Personam Diuinam, & humanam, ideſt, in vtraque natura subsistentem.* Quasi dicat vna, eademque Persona habēs vnicam, eandemque subsistentiam, terminat duas naturas, vt respicit naturam Diuinam est Persona Diuina, & hæc eadem subsistentia prout respicit, & terminat naturam humanā multo melius, quàm terminaret propria, & connaturalis subsistentia, & sic Christus dicitur hic homo ratione humanæ naturæ, an autem dici posit persona humana, hoc modo explicatur, nempe: *In quantum hæc vnica Persona Christi.* Respicit humanitatem? Pater Suar. aliquo modo videtur insinuare, quòd sic; quatenus dicit *Hic homo Christus dicit quādam Personam Diuinam, & humanam, id est, in vtraque natura subsistentem.* Et Cajetanus 3. part. quæst. 2. art. 3. solutione ad primum vocare. *Videtur Christum etiam Personam humanam ratione humanæ naturæ.* Ita quod sumatur à natura esse Diuinam, aut appellari humanam, S. Thomas: *Vnam Personam ponit in Christo, & hoc esse de Fide Catholica affirmat, & hanc esse Personam Diuinā, non enim in Christo duas: Hypostases:*

Aut

Anſel.

Vero impeccabilitatis Christi.

83.

Digreſſ.

84. *Herror, Neſtorianus ponit duas Perſonas in Chriſto.*

Contra ſententias, contra Concilia, & Patres. Ita Suarez 3. par. diſp. 7. ſect. 3.

Suarez.

85. *Quæritur modo. Reſp. Suarez.*

Cayet.

Euaſsio.

S. Thom. 3. p. q. 2. ar. 5.

A 1. vsque ad 6. Aut subsistentias, seu duo suppositapo-
nuntur, sed vnum tantùm suppositum
Diuinum; ita Concilia, & Patres, vt re-
Suarez. fert. Suar. sect. 3. conclusione 2. & ita
hanc veritatem amplector, modum ta-
men illum loquendi prætereo, & qui-
dem non leuis orta fuit contentio quan-
dòque, de hoc punto: quia vidi multos
acriter dubitantes de illa propositione;
Christus est Persona humana. Et non pa-
rum difficultatis, & curæ attulit: quia
difficile fugit à Nestorio errore saltem
modus loquendi absolute, & illi non ad-
86. hæreo: iam ergo ad præcipuum inten-
tum de impeccabilitate Christi redeun-
tes; non defuit quidam (nempe Duran-
dus) qui argueret, quòd sicut per com-
municationem Idiomatũ dicitur Deus
patitur, Deus moritur, etiam posset dici
Christus peccat, seu Verbum, aut suppo-
situm peccat in humana natura. Huic R.
Suarez. P. Suarez 3. par. q. 15. art. 2. disp. 34. in
Respondet. hunc modum. Sed hæc responsio duran-
di pias omnium Theologorum aures of-
fendit, primo: quia absurdissimum pu-
tant (etiam per solam communicatio-
nem idiomatum) concedere Deum pec-
care: quia quod per hanc communica-
tionem de Deo dicitur, peculiari modo
ab ipso assumitur, & approbatur, & qua-
si deificatur; repugnat autem bonitati
Diuinæ hãc tam singularem dignitatem
culpæ cõferre, quæ simpliciter mala est,
Nota. in quo multũ differt a malo pœnæ, quod
simpliciter bonum est, & ideo potest re-
ctè amari, & assumi, sicut à Christo Do-
mino assumptum fuit, & per assumptio-
nem honoratum, & quasi deificatum, se-
cundo non solum sequitur ex contraria
sententia Deum per communicationem
idiomatum peccare, sed etiam culpam, &
defectum in ipsam Diuinam voluntatem
redundare: quia quando plures naturæ,
& voluntates eandem Personam com-
ponunt, ad officium superioris voluntа-
tis spectat, inferiorem appetitum, seu
voluntatem, in officio continere, atque
ad id, quod honestum est dirigere, si po-
test; hoc igitur negligere, seu prætermi-
tere, defectus esset ipsius superioris vo-
luntatis, cum ergo natura Diuina, & hu-
mana vnam Personam Christi, compo-
nant ad Diuinam voluntatem, quæ su-
prema est, & potest inferiorem, scilicet,
humanam ita dirigere vt semper, & sine
defectu honestè opperetur, pertinet hoc
munus præstare, & ad rectitudinem eius
spectat ita facere; & ideo si aliquis defe-
ctus in hoc cõmitteretur, in illam redun-
daret. Hæc res specialiter tractatur in
Theologia Scholastica, & à Patre Sua-
rio Doctissimè elucidatur ne longiorem faciamus discursum nostrum pro confirmatione eorum, quæ dicta sunt, solum adducam locum Sancti Epiphanij in Ancorato non longè à fine, vbi inter alia dicit: *Quia verbum virtute sua frænabat inferiorem naturam ab omni inutili carnali turba, & remittebat ad decentes ipsius deitatem corporales necessitates, & infra, subdit vere humanam, & mentem, & si quid est aliud ipse inse se habens vniuersa continuit, Deus existẽs non dissimul ad malitiam; nam si supernè perfectus est, etiam infernè, quod si infernè imperfectus esset, etiam supernè.* Quasi dicat imperfectionem, vel defectum inferioris voluntatis redundare imperfectionem, & defectum voluntatis superioris, & sic rectè concludit sententia Tertuliani dicentis: *Mira æquanimitatis fides, qui in hominis figura proposuerat latere nihil de impatientia hominis imitatus est.* Sic ergo exiuit ad turbas Iudæorum cõfidenter in sua immunitate, & omnimoda puritate dicendo: *Quis ex vobis arguet me de peccato?*

87. *Epiphan.*

Ioan. c. 8.

§. III.

Quod ab humilitate Christi, debet cognosci, eius Diuinitas.

88. *Tertul.* TErtia sententia est: *Hinc, vel maxime Dominum cognoscere debuistis, patientiã huiusmodi nemo hominum perpetraret.*

Intollerandis oprobijs, ita patientissimus fuit Christus Dominus, & insustinendis inimicorum iacturis, & contumelijs, in humilitate, & amore erga homines illi ingratissimos; quod hinc vel maxime Filius Dei cognosci debuit: circa, quod Gregorius Nissenus lib. de forma perfecta Christiani: *Sic loquitur, quot modis patientia in Imagine inuisibilis Dei conspicitur! Vbi gladia, & fustes, & vincula, verbera, alapis maxillæ percussæ, faciei sputis oblita, humeri verberibus traditi, iudicium impium, crudelis sententia, milites sub sanationibus, irrisionibus contumelijs, calami percussionibus, immittem sententiam per delitias exacerbantes, elabi, & fel, & acetum, & grauissima quæque ipsi sine causa illata, immouero pro innumerabilibus beneficijs reddita.* Hæc ille, videte dilecti patientiam huiusmodi quis nam hominum perpetraret? *Hinc, vel maxime Opharisæi Dominum cognoscere debuistis.*

S. Gregor.

89. Vere ex humilitate, mansuetudine, patientia, atque humanitate Principis excelentia dignoscitur: audistis ne, ex Tertuliano 3. lib. contra Marcionem, quod cum in domum Simonis ad conuiuandum esset ingressus: *Cum publicanis, & peccatoribus, aiebant Pharisæi, manducat Magister vester.* Quia tunc peccatrix illa ad eum ingressa cum esset: *Lacrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & unguento ungebat, & osculabatur pedes eius.* Ab illi vtique Pharisæis, non tanquam Dominus habebatur, sed tanquam vnus illorum reputabatur; quia cum peccatoribus sic fociaretur; cum deberent, ex hoc eum tanquam vere Dominum venerari, & tanquam Filium Dei adorare; nam quis quæso patientiâ huiusmodi perpetrasset? Nisi Filius Dei, quis tantam humanitatem ostenderet, circa pecatricem illam, quam patiêter substinebat; de cuius pedibus, illa, quæ ægra erat, sana egreditur, tangit eũ, iterum, & iterum tractat nec mireris, quòd iustificata, & solatio plena sit, dum Rex Diuinus humanitatem suam vere communicabilem, & tractabilem ostentat, hinc, vel maximè Regia dignitas, regale secretum dignoscitur, recte igitur Tertulianus sententiam protulit dicens: *Hinc vel maximè Dominum gloriæ cognoscere debuistis; patientiam huiusmodi nemo hominum perpetraret.* Discant ab exemplo Christi, omnes Prælati, & concionatores, & iudices subditorum suorum vulnera, atque imperfectiones, & infirmitates suaui conuersatione, correptione, & medicamento mederi, & dulci, atque affabili, & humano more tractare, fouere, & gubernare, nam Christus, Magister, Pastor, & Præsul, quo maiora obtulit, & ostentauit humilitatis, & patientiæ, & benignitatis, & dulcedinis opera, eo, viciniora diuinitatis præferebat insignia.

Tertul. 3. lib. contra Marc.

Ioan. c. 12.

Tert.

90.

§. IIII.

Astruitur quod ille alicuius Patris Filius videtur, cuius mores immittatur, & qualiter subditi, sequuntur exemplum Regis, & superioris.

91. Quanta sententia erat. Penes nos veroratio, & structio satis apperte, non sermonibus modo in præcipiendo; sed etiam Passionibus Domini in sustinendo probant. Patientiam Dei esse, naturam effectam, & præstantiam, ingenitæ quædam proprietatis.

Tertul.

Circa hanc quartum sententiam non tacebo illud quod Iosue, cap. 1. versu 17. dicitur: *Tantum sit Dominus tuus tecum, quantum fuit cum Moyse.* Vbi explanatur qualiter Principes, & Prælati, præiredebent exemplo subditis, quibus imperant non verbis solum, sed etiam operibus, dicitur enim ille filius illius, cuius mores immitatur, expendamus igitur verba Oseæ, cap. 1. *Adhuc modicum, & visitabò sanguinem Iezrael super domum Iehu, & quiescere faciam Regnum Israel.* Vbi eleganter loquitur Hieron. *Verum: quia ipse vltor sanguinis iusti ingressus est per vias Ieroboam, qui fornicari fecit Israel, & constituit vitulos aureos in Dan, & Bethel; Regnum quoque eius dicitur sub vertendum in eo, quod Dominus ait, sanguinem Iezrael vindicandum esse super domum Iehu.* Allegorice, & enigmatice prædicit pœnas illorum his, qui sanguinem Filij sui effuderũt, appellat namque domum, *Iuda*, hoc est, populum Iudaicum; domum, *Iehu*: quia illius impietatem, & abaritiam imitatus est, eius nãque filius quisque secundum Phrasim Scripturæ dicitur, cuius mores, & vitam sequi voluit, vt docet Origenes hom. 4. in Ezequielem: *Sicut homo generat hominem, sic Iob generat Iob.* Sic Paul. ad Rom. 9 *Non enim omnes, qui ex Israel, hi sunt Israelitæ, nec qui semen sunt Habraæ, omnes filij.* Sic Dominus Ioan. cap. 8. *Scio; quia filij Habrahæ estis, S. secundum carnem ait, vos ex patre Diabolo estis.* Et Marc. cap. 3. *Potens est Deus de lapidibus istis suscitari filios Habraæ.* Quod si recipiatur lectio septuaginta, quam agnoscit Cyrillus, & interpretatur: *Vindicabo sanguinem Iezrael super domum Iuda.* Aptior est de Dominicæde Allegoria.

Iosue c. 1. vers. 17.

Oseæ c. 1.

Hieron.

Orig. hom. 4.

Paul. ad Rom. 9.

Ioan. c. 8.

Marc. c. 3.

Illustrior tamen in eisdem verbis tropologia cernitur, si sũmatur, *Sãguis*, pro *scandalo*, vt à solet, & vtrumque vocabulum pro homicidio, & effusione sanguinis, ita nimirum vt scandali peccatum, & homicidium scandalum apellettur, de quo Dominus Matthæi cap. 18. *Quali autem scandali cauerit vnum de pusillis istis, qui in me credũt expedit ei, vt suspendatur mola asynaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.* Vindicatur tamen seuerius scandalum super domum Iehu, hoc est, super Principes, & eos, qui alijs præsunt: tum, quia peccata spectata dignitate personæ sunt graviora: tum etiam, quia quò maiores sunt, qui præsunt eo plus nocent,

92.

Matth. c. 18.

non

non enim Petrus Apostolorum Princeps præcipiebat Christianis, vt coram Iudæis à Gentilium mensa abstinerent; sed quia ipse faciebat; sic spectatores mouebat, vt Barnabas in illam duceretur simulationem, & Paulus ei diceret, ad Galatas 2. non sit veritus: *Quomodò cogis gentes Iudaicare?* Tanta vis est exempli vt non solum inducat imitationem, sed quasi coactionem moralem, quid recedere fecit decem Tribus à Dei obedientia? Quid homines Religioni assuetos ad vitulorum aureorum compulit adorationem? Sane vnius impijssimi Regis sui Ieroboam exemplum, quod elegantèr expressit, obscure quidèm, sed efficaciter, Oleas cap. 7. Sic inquiens: *Dies Regis nostri, cœperunt Principes furere abino, extendit manum suam cum illusoribus: quia applicauerunt quasi clibanum cor suum, cum insidiaretur eis, tota nocte dormiuit coquens eos, mane ipse succensus quasi ignis flamæ, omnes calefacti sunt quasi clibanus, sed tamen valde contra accidit eo tempore, quo Regni administratio erat penes Principes Religionis, & virtutis cultores, qualis pietas? Qualis Religio in populo Regum obtinentibus.* Dauide, Ezechia, & Iosia? Vt habetur 1. Paralip. c 29. & 30 & 4. Regum, c. 23. *Huc accredit illud Claudiani, in 4. honorij Consulatu; componitur orbis Regis ad exemplum nec sit inflectere sensus humanos edicta valent; vt vita Regentis, mobile mutatur, semper Principe vulgus.*

Paul. ad Gal. 2.

Oseæ c. 7.

Paralip. 2. Reg. 23. Claud.

93. Rursus ii Christus Dominus, Matth. 18. de quouis homine dicit: *Væ autem homini illi per quem scandalum venit.* Quid de illo fiet, qui Princeps est? Nec illud tacebo quod asseritur Geneseos c. 9. *Sanguinem animarum, vestrarum requiram de manu cunctarum bestiarum.* In detestationem homicidij, pronunciata sunt hæc verba, vt cognoscatur quanti Dominus faciat hominis vitam vt non solum ab homine, sed etiam à Bestia sanguinem illius requirat, vbi bene Oleaster ponderat, quòd cum homo ad Imaginem Dei factus sit; imaginem occidisti Dei, Deum occidisti; sanguinem Dei requiret Dominus, ò Principes audite, ò dilecti; videte qualiter Dominus de manu pastoris ouem requiret perditam, audiant Principes Sapientiæ, cap. 7 quid Spiritus Sanctus clamet: *Horrendè & cito apparebit vobis; quoniam iudicium durissimum his, qui præsunt, fiet, exiguò enim conceditur misericordia, potentes autem potenter tormenta patientur.* Sumamus exemplum à D. Petro, vsque ad Melchiadem, Romani Pontifices 33. qui fidem, & sanguinem in suo munere obeundo Christo largiti sunt; quorum virtute excitati sunt ad Martyrium Romæ plurimi, Arias Montanus numerauit tercèta millia martyrum, qui imitati sunt eos lib. de imitatione Christi.

Matth. 18

Genes. 9.

Oleaster.

Sap. c. 7.

Arias Mont. 300 ss.

94. Igitur imitari debemus Christum Dominum, tàm in Passionibus suis patienter tollerandis; tum etiam indignitatibus fugiendis; nam cùm die quadam velent Iudæi eum Regem facere: *fugit in montem ipse solus.* Vtinam omnes, qui ad Magistratus, & dignitates æuehuntur, illud ponderent, illud cum Deo communicèt, vt sciant quid ferre, recusent, quid valeant humeri, profectò stupori adscribenda est eorum audatia, qui honores, & Magistratus non à Deo demãdatos sibi, sed miserrimâ captos ambitione propriis freti viribus administrant, quid huiusmodi facere possunt homines cum laude? Quot animas exemplo malo perdidabunt? Non consulunt, vt fortius erat Iosuæ, Abiatar sum mum Sacerdotem; non habent familiaria cum Deo colloquia, pondus officij non sentiunt: quia id in alienos reijciunt humeros, agnoscebat Moyses difficultatem muneris non quæsiti ambitione, se à Deo mandati, nec tàm illum splendor dignitatis ad receptionem alliciebat, quàm ponderis difficultas ad recusationem impellebat. Hinc Exodi cap. 3 illa tàm vehemens etiam Deo præcipiente, & vrgente impositæ Prouintiæ de præcatio; opus fuit quò ille honorosam ad Pharaonem legationem, & in Hæbreos Imperium admitteret, vt Deus iram suam contra recusationem repetitam declararet, simulque auxilium cœleste polliceretur; nam quanto sibi minus arrogant homines, tanto magis Deo placent, & Diuinum merentur auxilium; multum profectò interest quem eligas in Magistratum, aiebat Hieronymus: *In epistola quadam, quidam non quærunt eos in Ecclesia columnas erigere; quos plus cognoscunt Ecclesiæ prodesse, sed quos vel ipsi amant, vel quorum sunt obsequijs deliniti, vel pro quibus maiorum quispiam rogauerit, & vt deteriora taceam, qui, vt Clerici fierent muneribus impetrarunt.* Hæc ille, prohd dolor, quid hac corruptella intra tantillum momenti inueniri po-

Ioan. 6.

Attende lege pro apetendis dignitatibus exemplum Moysis.

Exod. c. 3. Constitui te Deum Pharaonis

Hieron.

test corruptius? *Talis esse debet*, inquit *Magnus Gregorius in moralibus, cap. 3. dispensatio regiminis, vt is, qui præest ea se circa subditos mensura moderetur quatenus arridens timeri debeat, & iratus amari, vt eum nec nimia lætitia bilem reddat, aut inmoderata se veritas,* & infra, *miscenda est lenitas severitati.* Hoc nimirum illa Tabernaculi Arca significat, in qua cum tabulis virga simul, & mannà erat: quia cũ Sacræ Scripturæ scientia in boni rectoris sit pectore, sit virga discretionis, sit mannà dulcedinis, huc respexisse Dauid videtur, cum ait: *Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt.* Sit ergo virga, discretionis quæ feriat: *Et consolatio baculi, quæ sustentet, Moyses si, camauit eos, quibus præfuit, vt pro eis nec sibi parceret, & tamen delinquentes sic persequtus est, quos amauit, vt eos etiam Domino parcente prosterneret, vtrobique legatus fortis, vtrobique mediator admirabilis causam populi, apud Deum precibus, causam Dei, apud populum gaudijs allegabit: vtinam eos donet Deus Ecclesiæ suæ Prælatos, qui propter Christum Ministros se, & seruos hominum reputent, vt inter hæsa, cum opus est, Rachælis decora facie intrent ad Liam oculis lippam, & cum Moyse de monte, & otio contemplationis descendant ad actionem Hæc ille, quibus officium, & munus designatur verbis, sed quid illud regendi oppositum, cum exemplo consonant, certe sic connectuntur, vt vnum sine alio aut quaquam inueniri liceat.*

Gregor. in moralibus c. 3.

Notanda illius verba.

Psal. 22.

95. Itaque Christi Domini vestigia in se qui debemus, qui illius serui, & filij nuncupamur; qui non solum verbis; sed operibus edocebat, Passionibus prædicabat, iam scitis qualiter fugiebat Dauid Propheta à facie Absal. filij sui, qui Patris Imperium appetebat, 2. Reg cap. 15. *Et qui eum sequebantur flebant.* Quibus pro causa Abulensis, *Regias*, adhibuit: *Lacrymas, totus populus flebat, sicut videbat flere Dauid.* Et quis ad lacrymas Regis continere poterit lacrymas suas? Simili voce intonuit Spiritus Sanctus Actorum cap. 15. dùm de circumcisione sermo introduceretur, ait D. Petrus: *Quid tentatis Deum iugum imponere super ceruices vestras, quod nec nos, nec patres nostri portare potuimus?* Vt igitur lex illa introduceretur, decreuit Dominus, vt Moyses priùs ad circumcidendum duceret puerum suum, ad quod implendum: *Sephora mulier eius circumcidit præputium filij sui.* Sed qualis huius facti causa? Respondet Tertullianus lib. contra Iudæos, cap. 2 *Sic, consideremus ita quod non potuerit vnius infantis coacta circumcisio omni populo præscribere, & quasi legem huius præcepti condere in salutem; nam prouidens Deus, quod hanc circumcisionem insignum, non in salutem esset daturus populo Israel, id circo filium Moysi ducis futuri instigat circumcidi, vt concepisset per eum populo darepræceptum circumcisionis non aspernaretur populus videns exemplum istud in Iudicis filium iam celebratum.* Hæc ille, pulchra verba, Tertul. quibus addendum est illud, quod D. Chrysostomus homil. 1. in epistolam ad Iymoteum; docuit, nempe quòd Diabolus anxietate nimia aduersus Rectores, Reges, Magistratus, & Sacerdotes, armatur, Diabolus quidem aduersus eos armatur, maiorique fertur in fauia, quippe cum ex eorum cæde, grægis, quoque detrimenta sequantur, nam qui ouem iugulat gregem quidem, minuit, qui vero pastorem ipsum demedio tulerit, totum simul gregem dissipauit; totum ipsum dissipat Regnum impius Rex, & prophanus, nam vt habetur in Concilio Trident. sess. 6. de reformatione, c. 2. *Integritas præsidentium salus est subditorum, & sess. 22. de reformatione, c. 1. sic, nihil est, quod aliosmagis ad pietatem, & Dei cultũ à fidue instituat, quam eorum vita, & exemplum, qui se Diuino ministerio dedicarunt.* Fortitam propter hoc tentauit Dominum Sathanas dicens ilans supra pinaculum Templi: *Mittete deorsum.* Quia nimis cupit à residentibus in Templo casum videre.

Tert' contra Iudæos

96.

Matt. c. 4.

2. Reg. c. 25.

Abul.

Act. c. 15.

Elegantiam Pauli 1. Corint. 9. notate obsecro, fugiebat Apostolus licita leuamina, quibus vtebantur alij Apostoli, sed tamen ipse de se ait non erraſſe si faceret illud, quod ab alijs Apostolis effici videbatur, notate verba: *Nunquid non habemus potestatem mulierem sororem circumducendi; sicut, & cæteri Apostoli, & fratres Domini, & Cæphas?* Vbi pondero ipsum affirmasse, licere illi quod alijs, nempe mulierem ad obsequium, & seruitium illi præstandum secum ducere, & pro ratione dat: *Quia Apostoli faciunt idem: quia Cæphas id facit.* Sed quid nomen hoc significet aduertamus, D. Thomas ait, quod *Cæphas est idem quod caput Ecclesiæ, quasi dicat.* Quod capiti licet, libet, & mihi, si caput blandimeta perquirit, quid mi-

97. *1. Corin. 9.*

S. Thom.

rum

rum si id appetant membra quod appetit caput? Si igitur pastore occisso totus dissipatur grex; recte Tertullianus sententiam protulit dicens: *Talia, tantaque documenta, quorum magnitudo pœnes nationes quidem detrectatio fidei est, pœnes nos vero ratio, & structio satis aperte, non sermonibus modo in præcipiendo, sed etiam passionibus Domini sustinendo* Probantur: *His quibus credere datum est patientiam Dei esse naturam effectam.*

CAPVT QVARTVM.

DISCVRSVS DECIMVS.

PROSEQVITVR AVTHOR.

DE OBSEQVIO, QVOD PATIENTISSIMVM Deo debemus. Textus, & litteræ est.

1. Igitur si probos, quosque seruos, & bonæ mentis pro ingenio Dominico conuersari videmus (siqui demartificium promerendi, obsequium est; obsequij vero disciplina, moligera subiectio est) quanto magis nos secundum Dominum moratos in veniri oportet? Seruos scilicet Dei viui, cuius iudicium in suos non incompede, aut pileo vertitur, sed in æternitate, aut pœnæ, aut salutis: cui seueritati declinandæ, vel liberalitati inuitandæ; tanta obsequij diligentia opus est, quanta sunt ipsa, quæ aut seueritas comminatur, aut liberalitas pollicætur.

EXPLICATVR LITERA AVTHORIS.

2. IN hoc textu agit Tertullianus de magnitudine patientiæ Dei, & in hac parte, monet nos, vt sicut serui Dominorum temporalium, pro nutu, & volutate illorum mouentur; in quo obsequium illis præstant, vt apud illos mæritum libertatis habeant; quanto magis nos, qui sumus serui Dei viui, pro æterna libertate, & felicitate, debemus Domino immortali, & inuisibili tota mente, & totis visceribus de seruire. Illorum enim causa inter duo extrema versatur; aut incompede; hoc est inira, & odio, labore, erumna, & afflictione, & carcere; aut libertate, pace, & quiete, si bene fegesit, libertas illis, si malè tormentum. Sic etiam, ò dilecti in Christo: *Si bona feceritis in resurrectionem vitæ; si vero mala in resurrectionem iudicij.* Vel audire miremini, venite benedicti. O vtinam: *Vel ite maledicti in ignem æternum. Hoc demonstrat Author illis verbis seruos scilicet Dei viui cuius iudicium in suos non incompede, aut pileo vertitus. Sed in æternitate, aut pœnæ, aut salutis;* quasi intra duos cardines vertitur homo, vertitur seruus, siue Domini temporalis, siue Domini æterni. Recta loquutio Tertulliani: *Vt incompede, aut pileo vertitur, pileus enim tutamẽ capitis est.* Hispanæ, *el sombrero.* Plautus in Amphi-

Ioan. 5.

Matt. 25.

phileum, ergo bodie raso capite calvus accipiam pileum. Persius Satyra 5. *Hanc tibi pilea donant.* Aliquando pro libertate vsurpatur, vnde legimus apud Historicos: *Ad pileum seruos fuisse vocatos*, id est ad libertatem: *Quia pileus est insigne libertatis.* Libius lib 24. *Postero die, serui ad pileum vocati.* Suetonius in Thiberium: *Seruis ad pileum frustra vocatis, in Siciliam profugit.* Accipiebant enim serui pileum raso capite, cum manu mittebantur, vbi non omittam illud, quod Appianus lib. 1 de bellis ciuilibus, ait: *Qui Iulium Cæsarem inter fecere pileum per mediam vrbem hasta prætulerunt: quasi morte Tyranni, restituta ei libertate.* Sic etiam, & homines versantur inter cardines vitæ: *Aut mortis, ante quem, Dominus cum eum creasset, ea posuit ante hominem; vita, & mors, ad quod voluleris porrige dexteram.* Videte igitur electi distinctionem, quæ versatur inter iram, & odium, vt cognoscatis distantias, aut præmij, aut supplitij, vt sciatis qua diligentia illud sit pensandum; vt eadem diligentia ad fines illorum sit eueniendum. Fugite malum, vt adipiscamini finem bonum. Hæc de littera Authoris.

Perſius.

Libius, Suetonius.

Appianus.

In hoc textu vnam sententiam notatione dignam reperio: *Nempe artificium promerendi obsequium est, obsequij vero disciplina morigera subiectio est, iuditium Dei in suos, non compede, aut pileo vertitur, sed in æternitate, aut pena, aut saluris.*

Tertul.

§. 1.

Qua diligentia Dei serui, Deo ipsi seruiunt: multo melius, quam serui temporalium Dominorum, qui artificio seruitutis obsequuntur.

3. IN hac igitur sententia, Tertulianus agit de seruis Dei viui, quibus æterna merces promittitur in cœlis ad distinctionem seruorum, quibus promittitur temporalis gratitudo. Nam si pro temporali fælicitate, sic serui illi placita Dominorum tanta cura, & solicitudine obsequuntur; quanto magis serui Domini Spiritualis, adimplere debent præcepta Domini seruatoris. Vbi opere prætium duxi, varios status seruorum Dei, ante oculos constituere, vt non solum ad concionandum, sed etiam intra cubiculum nostrum recte, sancteque viuendum inuitemur. Igitur tripiex inuenitur status Christianorum; *Primus dicitur status inchoationis. Secundus dicitur status mediocritatis. Tertius dicitur status perfectionis.* D. Gregorius in moralibus, lib. 24. inquit: *In inchoatione sunt blandimenta dulcedinis; in mediocritate sunt certamina tentationis; ad extremum vero perfectio victoriosæ pulchritudinis; prius ergo illos dulcia suscipiunt, quæ consolentur postmodum amara, quæ exerceant, tunc vero suauia ac sublimia, quæ confirment.* Hæc Gregorius. Quibus addendum est illud, quod Ioannes Climacus adnotauit, dicens: *In ipsis abrenuntiationis initijs, nō sine labore, & violentia, & amaritudine virtutes operamur. Cum autem proficere cœperimus, sine mœrore; vel certe cum minimo mœrore in ipsis exercemur. At vero cum mortalis sensus noster fuerit absortus, atque, ab alacritate nostra superatus, tunc iam eas cum magno gaudio, studio, & desiderio Diuinæ charitatis flāma perficimus.* Et subdit idem Sanctus: *Nouerunt omnes, qui litteris eruditi sunt, quæ nam sit disciplina, Rudium: quæ mediocrium, & Magistrorum, intendamus, toto animo, videamusque ne forte diutius in discendo immorati adhuc in institutis Rudium inueniamur. Est autem confusionis immodicæ videre senes in ludum litterarum proficisci: optimum omnibus, ac salubre est hoc Alphabethum, videlicet obedientia, ieiunium, cilicium, cinis, lacrymæ, confessio, silentiū, humilitas, vigiliæ, fortitudo, frigus, labor, erumnæ, contemptus, contritio, oblīuio, illatæ contumeliæ, fraternitas, mansuetudo, fides simplex, omnique curiositate carens, curarum sæcularium abiectio, amabile parentum odium, totius mortalis affectionis repudiatio, simplicitas innocentiæ coniuncta, spontanea vilitas; porro finis proficientium, at ratio est hæc inanis gloriæ, & arrogantiæ vacatio, facilis, meliorum spes, quies, discretio, iuditij,*

Triplex status seruorum Dei

D Greg. in moralibus lib. 24.

Ioann. Cli.

tij, fixa, & solida memoria, misericordia, hospitalitas, modesta correptio, oratio, omni perturbatione libera, auaritiæ repudiatio, eorum vero spirituum, & corporum, quæ Religiosè, & piè in carne cõsummantur, hic finis. Hæc ratio, & lex est, cor captiuatione superius, consummata, & perfecta charitas, humilitatis fons, mentis peregrinatio Christi inhabitatio, lucis, & orationis inuiolabilis thesaurus, Diuinæ illustrationis copia, mortis desiderium, odium vitæ, fuga corporis, mundi intercessor, Deo Vim inferens; Angelorum in ministrando sotius, scientiæ abissus, mysteriorum domus, arcanarum, custos, hominum Saluator, dæmonũ Deus, vitiorum Dominus, dominator corporis, naturæ Procurator, peccatis extraneus, beatæ tranquilitatis domicilium, imitator Domini per auxilium Domini. Hæc ille gradu 26. addiderat in gradu 15. idẽ contemplator. Sic: *In his quidem, qui rudes inbuuntur, lapsus corporis, & delitijs maxime fieri solent, immediocribus vero etiam ex ellatione animi, porro in his qui perfectioni proximi sunt, solummodo, ex condemnatione, contemptuque superbo proximi.* Hæc ille.

4. Cant.7. Quem quidẽm triplicem seruorum Dei statum illa Sponsæ verba designant Cant.7. *Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, & videamus, si floruit vinea, si flores fructus parturiunt; si floruerunt mala punica; ibi dabo tibi vbera mea, in floribus enim.* Qui nondum fructus, sed fructuum spem præbent pœnitentium, & incipientium statum accipimus. Qui, spem præbent, fore, vt rectè deinde viuant, qui mala sua flere cæperunt: in fructibus vero adultam virtutem, atque naturam intelligimus: quod professionibus conuenit: in rubeo autem mali punici colore, & fragrantem charitatis ardorem, & martyrij sitim, ac pacientiæ virtutem; conuenienter accipimus: quæ sanguineo colore significantur. Quæ quidem virtus perfectorum propria est; Iacobi dicente, Iacob.c.1. cap 1. *Pacientia, opus perfectum habet.* Et Proberu. cap. 19. *Doctrina viri per pacientiam noscitur.* Prob.c.19. Cum autem fidelis anima ad hunc fælicissimum statum, siue charitatis perfectæ, siue pacientiæ per venerit, tunc illud spiritaliter in anima fit, quod protinus infertur: *Ibi dabo tibi vbera mea.* Alij vertunt, *dabo tibi amores meos.* Alij: *Ibi meum amorem, totum in te profundam.* Hoc est si tu Sponse mi, hoc meum desiderium, impleueris, tunc ego tibi monstrabo, quæcunque potero, amoris insignia: *Tunc ego, me totam, tuis amicis amplexibus offeram; gaudebunt labia mea cum cantauero tibi.* Psalm 70. *Et anima mea, quam redemisti, sed & lingua mea meditabitur iustitiam tuam, tota die laudem tuam.* Vtrobique autem ingens gratitudinis affectus: pro eximijs muneribus adeo receptis describitur. Psal. 70.

Vir sapiens per pacientiam cognoscitur. Cant.7.

5. Bernard. 1. incipientes. Igitur, de incipientibus, D. Bernardus lib. de Amore Dei, sic à loquitur: *A nouitio in se ipsum, rigida debetur censura, & districta seueritas. Ad Regentem autem, vel consulentem, spectat, paterna, vel fraterna charitas, & pietas lenis: si alterum horum, desit, vel in deside & tepido, non spero cursus perseuerantia: vel in præcipiti, timeo ruinam. Animalem discretum; nouitium prudentem in cellâ diu posse consistere. In congregatione, posse durare impossibile est.* Hæc ille. Et post pauca dicit. Docendus est nouitius, sic habere corpus suum sicut ægrum commendatum; cui etiam multum volenti; inutilia neganda sunt: vtilia vero, etiam nolenti, in gerenda.

6. Profitientes. Aug. elegãter nota. Lauitic.7. De Professionibus autem, Augustin. lib. de verbis Apost. ait sic: *Semper tibi displiceat quod es, si vis peruenire ad id quod non dum es; nam vbi tibi placuisti, ibi remansisti, si autem dixisti sufficit, perijsti.* Vbi non tacebo illud, quod Læuitici, cap. 7. *Nec remanebit ex eis quicquam vsque mane,* legitur, nempe, quod in sacrificio, pro gratiarum actione, carnes hostiæ, quæ immolabantur, eodem die manducarentur: *Nec quidquam ex eis relinqueretur, in alteram diem* Mira sane cautio, & prohibitio! Quid hoc? R. quod hac lege monemur, nichil esse in officio pietatis pro crastinandum; nichil que in alterum diem relinquendum; sed protinus vota, ac de vita nostra redenda Deo. Sic Abulensis. Qui ad rem mire loquitur. Abul.

7. Tres, præcipuè virtutes ad studium proficiendi, maxime conducunt. Silicet: *Prudentia, diligentia, & humilitas.* Prudentia enim agenda dictat, diligentia, eadem strenue sequitur (quæ propterea toties à Salomone in prouerbijs commendatur) & humilitas, quæ nec prudentiæ, nec diligentiæ suæ fidens, hominemque Deo subijciens adiuuantem gratiam promeretur; sine harum virtutum præsidio, nemo se inspiritali vita proficere, multũ sperer: nullus enim est, qui sic incrementa suscipiat sicut homo. Margarita prætiosa exiguum recipit augmentum. Sol, Luna, & sidera; non eum accipiunt. Angeli,

geli vero vbi primum conditi sunt, virturibus cunctis, & sapientia, simul Ornati fuere. Necenim ita more nostro paulatim, & per incrementa temporum adepti sunt: homo vero, ita paulatim, & per temporum inter valla profecit, vt primũ quidem viuat vita plantæ. Secundo bruti, tertio dum infans est, partim bruti, partim hominis, quarto denique hominis: ac postremo, Si cum vita, & pietate, ex hac luce migrauit, viuit deinde, Vita Angeli Itaque inter cæteras creaturas, & infimum, & summum locum sortiri potest. Beata autem Virgo Maria, Mater Dei Angelis omnibus in gloria excellior est.

8. Quo circa dum tempus habemus (dilectissimi) dum merendi, ac proficiendi, opportunitas adest: nullo modo hanc spiritalis profectus occasionem præter mittamus; donec occurramus: *Omnes in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi.* Ad Ephesios 4. *Ad hoc autem proficiendi studium, cælestis sponsus, animam vocat.* Dum ait Cant. 2. *Surge, propera amica mea, columba mea.* Nec semel monuisse contentus est, quia eadem verba, iterum, atque iterum, repetit, surge, propera, surge, amica mea.

9. *Introduxit me Rex* (ait Sponsa) *in cellam vinariam*, cap. 3. in litteris sanctis *vinum, pro inebriante dilectione, & dilectionis commite gaudio Spiritus, accipitur.* Cæterum cum videamus, ex pijs hominibus, aliquos qui cum se ab omni capitali crimine sufficente abstineant, seu contradicente, non dum tamen, hac cælesti dulcedine, & dilectione, in ebriati sunt: immò vix adhuc gustauerunt, quam sua vis sit Dominus: facile colligimus, duo esse Piorum hominum genera: alteram eorum, qui in hanc cellam, binariam introducti sunt, & à Deo illuminati, gustauerunt bonum eius verbum, virtutesque seculi venturi. Alterum eorum, qui foris adhuc versantur: nec ad potum, & gustum, sed ad odorem quemdã, qui extra fores porrigitur, admissi sunt. Hi ergo segnes fere in oppere Domini torpent; nec manum suam ad fortia mittunt; sed velut humi reptantes, paululum supra naturam; supra communem viuendi modum, & rationem, sese Attolunt. At illi, qui iam, in amoris, atque Diuinæ dulcedinis cellaria introducti sunt, dicu, mirum est, quantum in opere Domini ferueant! Qua à lacritate, viam mandatorum eius currant! Quàm dura, & fortia aggrediantur! quantum se supra naturam, superq; naturã virtute incitati eu-

raut! Quàm acriter, aduersus propriam voluntatem; cæteraque animi cupiditates, & affectus dimicent, & pugnent! Qua fortitudine corpus suum castigent, & in seruitutem redigant! Quàm aduersum se rigidi sint; & erga alios quam benigni, mites, affabiles liberales, misericordes, reperiantur! Etenim charitas ibi ferbet. Rursus in defendendo Diuino honore, & gloria; quam diligentes. Hæc igitur omnia charitas, & charitatis soror suauitas spiritalis, facit; de qua Sponsa in Canticis ait: *Trahe me post te curremus in odorem unguentorum tuorum*, cap. 1. In verbo autem currendi, significatur fervor Spiritus, & à lacritas cordis. Hoc ergo est, primum profectus nostri signum. Quod declarauit, Spiritus Diuinus, Cãt. 6. dicens: *Quæ est ita, quæ ascendit, sicut aurora consurgens.* Quia lux auroræ, paulatim crescit. Qua propter in Tridentino dicitur quod crescamus de virtute in virtutem. Quod eleganter expendit. D. Mõtesinos, in materia de iustificatione rursus Proberuiorum, cap. 4. dicitur: *Iustorum autem semita quasi lux splendens procedit, & crescit, vsque ad perfectum diem.* Et in scala Iacob, non videmus Angelos quiescentes; nisi; ascendentes, & descendetes per eam. Vbi non solum, laborant in obsequio Domini, qui ascendunt, id est ad laudem Dei canendam, per vitam contemplatiuam, vt dicit Sanct. Thom. Sed qui descendunt. etiam laudant Deum per vitam actiuam: qualiter, laudauit Dominum Seraphim. Stans in throno Domini Isai 6. Sed etiam Seraphim, descendendo ad purificandum labia Prophetæ. Vnde cum Tertullianus dicit versari debere seruos Dei viui in æternitate, aut penæ, aut salutis, hoc est in consideratione, aut bonorum, quæ parata sunt bonis, aut penæ eternæ, quæ patur improbis, non vero in compede, & pileo, hoc est in rebus mundatis, & terrenis quiescendo in eis, quasi catænis sæculi huius ligati.

10. *Cant. 1.* *Cant. 6.* *Prob. 4.*

11. *Dionisius epist. 9.* *Greg.*

De perfectis autem seruis Dei; loquitur eleganter Dionisius, epistol. 9. vbi sic ait; *Quosdam vernimus hic iam Dei consortio, & familiaritate beatos, qui ab affectu materialium rerum longissime recedunt, atque ex præsenti vita futuræ primitias summunt inter homines Angelico more conuersati.* De quibus Gregorius, dicit: *Magna est perfectio, suæ imperfectionis cognitio, & tanto quisque perfectus est, quanto perfectè sentit dolores alienos.* Et subdit in Moralibus: *Et ille*

per-

perfectus est, qui ad imperfectionem proximi in paciens non est. Nam qui alienam imperfectionem ferre, non valet proximum deserit, ipse testis est, quod perfecte nondum profecit. Itaque ferre debet fragilitatem proximi, & debilitatem, si humilis est proximus: nam si malitiam suam defendere cupit, iam gloriatur in malitia, & potens ostenditur in sua iniquitate: hic talis egre, ferendus est. Immò corripiendus, etiam seuere.

§. II.

Prosequitur eadem materia, de viris perfectis.

21. *Gregor. Iob 28.*

NOn tacebo ad rem, quod D. Gregorius, docuit super cap. 28. Iob, sic inquiens de perfecta contemplatione: *Mentem enim, quam Spiritus Sanctus replet, in amaritudinem rerum temporalium delectatione æternorum commobet; dulce enim est esse in rebus humanis, sed ei qui adhuc de cælestibus gaudia nulla gustauit; quia quanto minus æterna intelligit, tanto delectabilius in temporalibus requiescit. Si autem cordis Ore gustauerit, quæ sit illa dulcedo cælestium præmiorum, qui illi Hymnidici Angelorum chori, quæ illa incomprehensibilis vissio sanctæ Trinitatis. Huic quanto dulce fit, quod intus videt, tanto in amaritudinem vertitur, quod foris sustinet; & sic supernis inhiando calcat terrena.* Hæc ille. Sic video sanctissimos viros, contemplationi deditos: quòd, quò, eleuatius, & dultius cælestia gustare cæperunt, eo delectabilius temporalia deseruerunt. Sic S. Dominicus, S. Franciscus, sanctus Petrus Nolasco, & alij opulentissimi; De relinquentes terrena toto cordis affectu dati fuere ad munus altissimæ contemplationis, Et laudis Diuinæ.

13. *Inditia perfectionis tria sunt.*

Tamen tria virtutum officia difficile in bonis adhuc viris, hodie reperiuntur, Nempè, Spes viuida in periculis, & patientia in iniurijs, & ab negatio propriæ voluntatis. Quare dubitandum non est, hæc tria esse maxima inditia perfectionis. Quidam enim, quàm vis huius vitæ negotijs, vsibusque deseruiant, ante omnia tamen Deum diligere, & illi soli placere curat, dum omnia ad illius gloriam, & obsequium referunt, hij plane cum

Psal. 39. Psalmista merito Canunt, Psalm. 39. *In capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam, Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.* Hęc enim Diuinæ legis seruandæ cura, *in medio.* Hoc est, in summo cordis mei loco sita est. Cætera vero non *in medio.* Sed velut in angulis, quodammodo, & lateribus mei cordis hærent.

14. Alij vero sunt, qui vlterius progressi, non hoc tantum agunt, vt hæc vna cura Principem in corde suo locum teneat; sed vt nulla alia cura, nullumque aliud negotium in eis Dominetur: qui videlicet, omnibus mundi curis renuntiantes; hoc vnum, quod solum Dominus necessarium appellauit, curant; illi ergo sacrificium; isti vero perfectum Domino offerunt holocaustum. Quorum vitam exprimit: *Euangelicus ille negotiator; qui inuenta vna prætiosa Margarita vendidit omnia, quæ habuit. Et emit eam.* *Mats. 13.*

15. Sed vt hoc plenius, dilecti intelligamus, sciendum est, quod in hostijs legalibus, quædam, holocausta: quædam vero hostiæ pacificæ dicebantur; hostiarum autem pacificarum, solis, adipibus, & renibus incensis: cætera in Sacerdotum, seu sacrificantium cædebant vsum. His autè duobus sacrificiorum generibus, duo cõuersationum genera; perfectorum, scilicèt, & imperfectorum designantur. Perfecti sunt, qui se totos Deo obtulerunt, imperfecti, autem hi, quorum carnes nõdum spiritali feruore aflatæ, & consumptæ sunt, qui tantum *adipem, & renes*, hoc est intimum amoris, & charitatis viscera Deo offerunt, quem super omnia diligunt. Ritus autem offerendi, holocausti hic erat. *Detracta* (inquit Dominus in cap. 1. Læuitici) *Pelle hostiæ artus in frusta concident, & subijcient in Altari ignem, strue lignorum ante compositi membra, quæ cessa sunt de super ordinantes. Quæ vero sint ordinanda exequitur*, dicens: *Caput scilicet, & omnia, quæ, adhærent iecori intestinis, & pedibus prius aqua lotis. Quis hæc omnia mysterijs vacare credat:* Quid autem per hæc, Dominus significare voluerit, breuiter exponamus. Et primo quidem holocausto, pellis detrahitur, cum hi, qui perfectam agredíuntur vitam, veterem hominem exuũt, cum actibus suis, & nouum induunt, qui secundum Deum creatus est; pellis etiam detrahitur, cum omnibus sæculi repudiatis: *Nudus homo nudum sequitur Saluatorem.* Ignis vero in Altari nostro subijcitur, si à nobis ibidem prius lignorum strues anteponatur: ignis iste charitas est, quæ per Spiritum Sanctum tribuitur: si ergo ligna congresseris, ipse subijciet ignem suum. Ligna autem sunt cogitationes sanctæ, quæ calorem Diuini Spiritus concipiunt, & nutriunt, iuxta Propheri- *Læuitici 1.*

cum

cum illud: *In meditatione mea exardescet ignis.* Membra porro sunt actiones
16. nostræ, quas ordinare debemus Est enim quidam in ipsis actionibus ordo, vt scilicet, inferioribus superiora, & nobiliora præponantur; atque vbi maior fuerit vtilitas, maior solicitudo impendatur. Inter hæc autem membra, caput hostiæ præcipuè ordinandum est. Caput autem hoc intentio est, quæ in omni opere obtinet principatum Hæc igitur iuxta Dominicum mandatum simplex, & pura sit, ne, si in pura fuerit, totum nostri operis corpus tenebrosum fiat. Adipes vero, quæ lecori adhærent: affectus interni sunt, qui Diuino igne inflamari debent. Intestina vero interiores animæ nostræ vires sunt: in quibus dùm multa in vtilia, siue etiam noxia versamus, quasi stercora in ventre portamus; ideoque labari præcipiuntur. Pedes vero animæ desideria nostra sunt, quæ quoniam terræ adhærent, ex piatione, & ablutione indigent. Dicente Domino: *Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes labet.* Danda enim perfectis viris opera est, vt nihil carnale, nihil terrenum concupiscant; vt perfectum Deo holocaustum efficiantur. Quisquis igitur hæc omnia perfectè fecerit; Verè tanquam suauissimi hodoris holocaustum seipsum offeret Deo; cui non fumus pecudum, sed virtutum odor, gratissimus est Hæc igitur sunt, quæ propriam Christi Sponsam animam efficiunt: & ita vt inquit Tertullianus: *Verè dicemur serui Dei viui, nō incompede, & pileo versati. Sed in æternitate, aut pœnæ, aut salutis.* Concludamus ergo dilectissimi aduertentes maximam esse necessariam diligentiam ad eō parandam gloriam Dei, & ad fugiendam æternam pœnam. *Ioan. 13.* *Tertul.*

PROSEQVITVR AVTHOR.

DISCVRSVS VNDECIMVS.

TEXTVS.

17. Et tamen nos non de hominibus modo seruitute subnixis, vel quolibet alio iure debitoribus obsequij: verūetiam de pecudibus, etiam de bestijs obedientiam exprimimus, intelligentes vsibus nostris à Domino prouissas, traditasque meliora ergo nobis erunt in obsequij disciplina, quæ nobis Deus subdidit? Agnoscunt denique quæ obediunt: nos cui soli subditi sumus, Domino scilicèt, auscultare dubitamus? At quam iniustum est, quàm etiam ingratum, quod per alterius indulgentiam de alijs consequaris, idem illi per quem consequeris, de temetipso non rependere? Nec pluribus de obsequij exibitione debita à nobis Domino Deo. Satis enim agnitio Dei, quid sibi incumbat intelligit. Hæc Author.

EXPLICATVR TEXTVS.

18. CVm igitur, vt visum est seruī Dominorum temporaliū tanta cura, q; solicitudine exeant ad voluntates dominorū ad implēdas, quòd nec in minimo displicere desiderent, immo, vt optimè Tertullian. *Cum artificio procedunt.* Ná *Tertul.*

bo-

bonum ſeruitium artificium promerendi vocat, vt videre eſt in illis, qui apud Reges aſſiſtunt, qui de eius latere ſunt, qua cura, qua ſolicitudine, qua vigilia ad nutum eorum ſpectant: quo artificio, vt à ſedibus ſublimibus non cadant. Hoc ergo exemplum eſſe debet in ſeruis Dei viui, quod ſumma diligentia, & ſolicitudine penſare debent, quàm magna promittuntur in cœlis ex Diuina liberalitate: quàm lacrymoſa, & terribilia à lege Diuina deuiantibus ex Diuina comminatione. Vnde ſi, ex diuerſo ſine diuerſitas mediorũ eſt penſitanda; videte dilecti, fines: nam legitur in proſſa Sacroſancti Sacramenti Euchariſtiæ: *Summunt boni, ſummunt mali, ſorte tamen in æquali vitæ, vel interitus: Vide paris ſumptionis, quam ſit diſpar exitus.*

19. Sed nec ratio mouendi apud Tertullianum: *Ex hominibus ſeruitute ſubnixis.* Hi ex illis, qui ex obligatione, & pro ſtipendio laborant dumtaxat, de ſummenda eſt: ſed quod amplius debet mouere; ex animalibus, & brutis à Domino conſtitutis, *ſub pedibus noſtris*: quia Deus hominem condidit cum poteſtate ſuper beſtias: *Vt præſit piſcibus maris, & volatilibus cœli.* Et illi obedientes in ſeruiunt cognoſcentes homini dandam eſſe obedientiam. Ex quo Tertullianus deducit conſequentiam; ſerui Dominorum temporalium diligentes ſunt in obſequio illorum, ergo ſerui Dei viui diligentiſſimi eſſe debent in eo ſeruiendo. Rurſus beſtiæ agri, ſolo naturali pondere ductæ obſequuntur, & obediunt hominibus, alias ſine ratione, ergo multo potiori iure nos, qui Chriſtiani ſumimus Deo ſeruire tenemur. De quo verecundari maximè debemus; bruta pluribus Dominis ſine ratione ſeruiunt: nos vero vni Deo viuo, & vero. Deus enim nos fecit ſuperiores illis, ſine merito noſtrõ. Ergo ille, qui bonus eſt, & benè factor debet à nobis obediri. Quòd tamen non obediamus ingratitudo noſtra eſt, & hæreditas primorum parentum. Quod fiere debemus: & ſi non ſufficiunt illæ duæ rationes, prima de ſeruis Dominorum temporalium. Secunda de brutis obedientibus nobis. Tertia ratio ſit, quia Catholici ſummus: & cognitionem Dei ſupremi iudicis habemus: fideles ſummus, & non ignoramus, quid agere debeamus.

Geneſ. 3.

HÆC DE LITTERA AVTHORIS.

ELIGVNTVR SENTENTIÆ.

20. In hac Tertulliani recõpilatione, *de obedientia Deo debita duas inuenio ſententias ponderatione dignas. Prima continetur illis verbis; & tamen nos non de hominibus ſeruitute ſubnixis: verum etiam de pecudibus, etiam de beſtijs obedientiam exprimimus.*

21. Circa quam ſententiam pulcrè, D. Hylarius in opere de Concilio Ariminenſi, vbi ita conquæritur: *Canes ipſi ad Cuſtodiam domus habiti, quodam ſenſu naturæ intelligentes, oblatrant, & vbi quædam eos aduentantium aura contigerit, totis ad ſuſpitionem ipſam ſaltibus efferuntur. Vos autem audiſtis Chriſtum Verbum Filium negari, & quieſcitis. Quid quieuiſſe dico? Obnitiminireclamantibus, & aggregamini obſtrepentibus.* Hæc ille.

Hyl. Conc. Arimineſe

In quibus verbis inuitat nos ad agendum, non ſolum de correptione fraterna: ſed etiam cõtra illos; qui alios in-

inducunt ad peccandum; qui non corrigunt, nec defendunt causam Dei: sed potius mouent ad eius offensionem.

Secunda sententia Tertullian. continetur illis verbis nempè: *Satis enim agnitio Dei, quid sibi incumbat intelligit.* Quasi dicat Author, ex officio, & nomine Christiano debemus officium Diuinæ legis implere. Itaque Reges, & Præsides, & Præfati debent intelligere, quid sibi incumbat, & quid necessarium sit ad suum munus implendum.

PRO VNDECIMO DISCVRSV, SIT *Prima Sententia.*

§. I.

Grauissime peccant: qui alijs claudunt viam salutis æternæ.

11. CIrca primam sententiam, non tacebo illud; quod eleganter à quibusdã notatur, grauissimè peccasse eos, qui aliorum salutem, & conuersionem impedirit. Atrocissimè delinquerunt Pontifices cõdemnantes Christum Dominum, vt mortem subiret. Sed illorum finis pariter atrocissimum scelus pẽsitabat. Ne dicam grauius, vt pote ne alij credentes dant: *Ioann. 11.* *Si dimittimus eum sic omnes credent in eum, aiunt.* Quasi credentes malè incredendo haberent. Nec minus, quàm illorũ salus intercedebat. Prohdolor! O Pharisæi, vt quid salutem aliorum claditis? Vt quid medicinam procul pellitis? D. Paul. ad Thessalonicenses, cap. 2. sic alloquitur: *Qui, & Dominum occiderunt, Iesum, & Prophetas, & nos persequuti sunt, & Deo non placent, & omnibus hominibus aduersantur, prohibentes nos gẽtibus loqui, vt saluifiant, vt impleant peccata sua semper: peruenit enim ira Dei super illos vsque in finem.* Hæc Apostolus loquitur de Pontificibus, & Phárisæis. Quorum occasione culparum nũmerus erat expletus, & experti sunt iram Dei, quod est suæ damnationis experimẽtum; de morte Christi Domini, & Prophetarum, vsque ad persequutionem Apostolorum transgreditur; vt tandem perueniant ad vniuersale malum, quod vniuersum afficit orbem, ii careat Apostolorum prædicatione, quia hinc, vel maximè salus communis interdicitur: & in hoc puncto sententiam mortis, & damnationis illorum pronunciat, quasi dicat, qui aliorum ostia salutis claudit, vt inquit Theodoretus: *Sibi salutis ostia claudit.* Theodoret. Itaque in ordine numerandi culpas inuenies, hoc esse maximum, & quasi cõpendium omnium peccatorum, & grauissimum est peccatum, Christum occidere, graue Prophetas necare, & grauissimum Apostolos impedire à prædicatione Euãgelica. Vnde hoc? Quia salus vniuersi interdicitur. Quare recte sanctus Hieronymus Iudæ proditoris grauissimam considerauit culpam, dum seipsum laqueo suspendit, potiusquam in eo quod vilii prætio Dominum Redemptorem vendidisset, quia in illa desperatione impossibilẽ suam effecit salutem. Et ita vocatum est illud peius peccatum; à sancto Hieronimo. Quod appertius demonstrauit Christus Dominus, Matthæi cap. 23. dicens: *Ve vobis Scribæ, & Pharisæi Hypocritæ, quia claditis Regnum cœlorum ante homines: vos enim non intratis, nec introeuntes finitis intrare.* Duplici culpa afficit illos. Prima, quod ipsi fidem non recipiunt, deinde quod alios impediunt, vt recipiant. Et notandum, quod vox illa gemebunda vę, non ponitur, ex quo ipsi nõ recipiunt fidem, sed ex quo alios impediunt. Ait enim: *Vę vobis, qui claditis Regnorum cœlorum ante homines* Quia statim atque alijs claditur via salutis, statim salus propria euanescit. Itaque duæ illæ clausulæ iungendæ sunt, vna

D. Paul. Thess. c. 2.

Nota grauissimum peccatũ impedire prædicationẽ Euangelicam.

D. Hier.

Mat. c. 23.

23.

quasi

quasi antecedens, hoc est prohibentes nos loqui gentibus, vt salui fiant; ex qua consequens deducitur: *Sic ergo, vt impleant peccata sua semper peruenit ira Dei super illos vsque in finem.* Rursus accutè pondera: duas comminationes; vna quod impleuerunt peccata sua. Altera quod ira Dei ascendit super illos. Nonne illarum quælibet sufficiebat ad ostensionem damnationis? Profecto sufficit; sed vt detur intelligi, omnibus modis esse damnandum illum, qui aliorum ruinam procurat, aliorum salutem claudit.

24. D. Chrys. serm. 16.

Pulchrè D. Chrysologus serm. 16. *Loquitur sic inquiens. Christus quod transfretat Maria, quod loca circuit, non res humani desiderij, sed causa est salutis humanæ. Ambulat Christus non vt videret loca, sed vt homines, qui varijs casibus perierant, inueniret. Qui loca fecerat, quid noui videret in locis? Aut illi, qui aberat; qui vbique erat? Vt homo videbatur in locis? Sed vbique videbat vt Deus: videbat vtique, & desperatos videbat, quibus ibat Diuina remedia largiturus; ibat ad eorum curam; quibus iam humana cura defecerat, sicut hodierna probatum est lectione: Cum veniisset inquit, Iesus transfretatum in regionem Gerasenorum occurrerunt ei duo habentes dæmonia de monumentis exeuntes sæui nimis; ita vt nemo posset transire per viam illam lubet scisse; atq; vidisse, Dominum quid mali, quid periculi illis haberetur in locis: & ideo illuc esse, vt sic desperatis, sic miseris subueniret: occurrerunt ei duo dæmonia habentes de monumentis exeuntes in monumentis sedem fecerant mortis Authores. Attendite quæ sæuitia, quis furor; quæ rabies dæmonum erga humanum genus: quamuis breue tempus hominum ferre nō possunt; contenti non sunt mori homines, sed viuos homines gestiunt sepellire, se sepulchris mandant, vt homines reddigant in sepulchra pascuntur cadaueribus, putredine saginantur; deliciantur fætore, quibus tota voluptas est, homines interire.*

Chrysolog. Et post pauca subdit Chrysologus: *Occurrerunt ei Dæmonia habentes sæui animis, ita vt nemo posset transire per viā illam: videtis, quia dæmones venientibus ad Christum præ tlusserant viam; transitum denegarant. Bt enim dæmonum ista cura, ne ad Deum homines possent redditū inuenire. Nō enim aliter possunt homines possidere nisi vos ab Authoris sui societate subducant: ita vt nemo posset transire per viam illam. Hinc est quod Christus factus est via; ita vt nemo posset transire per viam illam: illam, nō istam. Ego sum, inquit, via: vt ad viam per viam, ad Deū per Deum venientibus obsistere vis dæmonum non valeret: ad Deum nisi per Deū potest per veniri?* Hæc ille.

Quibus appertissimè insinuat, quod tum Apostoli, & Prædicatores, & Prophetæ, & Christus Dominus viam salutis apperuerunt; solus Diabolus claudit. Videte dilecti si certa erit damnatio illorum, qui salutem aliorum impediunt; qualiter Pontifices aiebant: *Si dimittimus eū credent in eum.* Rectè igitur Tertull. in sua sententia notatione dignissima exemplū posuit, in pecudibus, & animalibus, in quibus naturalis extat obedientia, & ad exemplum canis illud retulit Hylar. inquiens, non solum canes esse obedientes, & obsequentes Dominis suis, sed etiam omnes contrarios motus abnegantes, vt prorsus alieni simus ab aliorum desperanda salute; cum grauissimum malum sit, sed potius è contra, vt veri serui Dei nostri, eius præcepta, & voluntates sequamur, ad eiusque nutum, vt veri famuli moueamur, vt vērè cum Apostolo Petro dicantare possimus: *Fecimus, quod iussisti, secuti summus te; quid ergo erit nobis.* Et hæc de prima illa sententia Tertulliani sufficiant. Recte ergo in brutis obedientiam exprimimus. 25. Hylarius.

PRO SECVNDA SENTENTIA.

§. II.

Munus Imperandi suam habet Infantiā: vt potius suauiter, quam erudeliter exerceatur.

26. SEcunda sententia erat: *Satis enim agnitio Dei, quid sibi incumbat intelligit.* Hæc Author.

In hac re non tacebo illud, quod elegāter adduxit quidam. Primum quòd Christianus; à Christo dictus conditionem sui Magistri induat, igitur Christus Dominus, agnus mansuetudinis nuncupatur; vt quisque intelligat, quòd in Prælatura suā seruet Infantiam vt post modum ad statū rigoris perueniat: quia cum Ecclesiæ Prælatos eligeret, eos agnos esse voluit, vt teneritudinem potius, quàm asperitatem ostenderet. Sic Dauid 2. Reg. c. 3. percul. 2. Reg. c. 3 si Abneris vindictam, dissimulat inquiēs: *Ego autem delicatus, & vnctus Rex.* Sine vt ex Hebræo habet Cayet. *Ego hodie tener, & vnctus Rex.* Et quidem prudentissimè cauit arietare subditos, cū agnus Cayet.

adhuc esset, hoc est, cum tener, & recens in Regno esset constitutus. Et quidē nūquā non pertinet ad præstantissimū Principē, quod sciat Infantiam obseruare nūneris. 27. Ex quo luce[m] capit euidentissima obscurissimus locus in laudem Saulis dictus. 1. Reg. c. 35: *Filius vnius anni erat Saul cum Regnare cæpisset, duobus autē annis Regnauit super Israel.* Quomodo duobus annis Regnauit tantū Saul, qui tot prælia confecit, qui sic Dauid fuit persequutus tot annos? Non ibi intelligas durationē Regni, sed qualitatem Regnandi nitoris, quod præstantissimus Princeps à Deo electus in hoc suam ostendit præstantiam, quod per duos integros annos Infantiā sui muneris obseruaret, sic Regnans quasi filius vnius anni, nihil à se, sed omnia tractans, & agens ex sententia Samuelis, qui ei erat instar Patris; inquit Cayet. *Dicitur, duobus annis Regnauit, subaudi tanquam filius vnius anni, & sanè satis ostendebat præstantiam suā Princeps, qui tantā obseruauit immunere Infantiam viuens, vt filius tenellus, sub alieno placito.* Hūc accedit illius Principis Iosuæ factum, dum principatum accipit Iosue 1. Moys. c. 1. *Mementote sermonis quē præcepit vobis Moyses famulus Domini dicens.* Ponderemus modū loquendi, vt quid ad præcepta defuncti Moysis recurrit; si quidē Iosuæ Imperator erat, & Iudex populi eletus à Deo. Melius esset illi si dixisset, ego sic volo, sic iubeo, Rex; & Princeps, ego sum Sapientissimē Masius. Masius cautam pensitauit, inquiens: *Potuisset etiam hæc merito sua ipsorum promissa in ipsos ingerere, & eorū cūmemoratione sola debitis ipsis officij acriter, & duriter cōmone facere: sed illema vult amicum monitorē, quam seuerum Imperatorē agere: contra atque nunc Magistratuū pars maxima à soliet. Nunquàm enim isti Imperio suo abuturtur insolentius, maioreq; cum fastu, quam cum primùm Imperare incipiunt. Nihil ille super ve mādat & Moysis mādat illis reuocat in memoriam.* Quibus 28. verbis expendamus sapientis Gubernatoris, & Christiani impij, & inūpientis, discrimen, qui sapiens est nouit muneris sui obseruare Infantiam, nihil de propria voluntate, & Consilio solo efficit, sed matura ducitur aliorum consideratione, & pōdere; stultus vero, qui vere nomen Christiani, & veri gubernatoris ignorat, quid sibi incumbat nescius, omnia suo videri sciens gubernat, quasi senex in Imperio consilius adhuc: mirisca sunt verba Petri Damiani, qui li. 6. epist 7. *Sic inquit vnū autem in istis nouellis Abbatibus video, quod vehementer admiror; qui enim per decem annos, vel eo amplius sub alterius regimine constitutus nunquam ad hāc potuit peruenire scientiā, vt perfectē monachus videretur: nunc ipso die, quo in prælatione constituitur, vt a Præsidentis induit speciem, ita dominātis exprimit Maiestatem, vt nō nuper electum, sed natum dicas Abbatem; si repente seuerus in vultu, imperiosus in voce, ad corripiendum acer, ad iudicandum promptus. Ipse si offenderit iam omnino satisfactionis ignarus.* Hæc ille.

Pet Dam.

Quibus verbis ego super addam: sapiētissimi sibi videntur, & quid sibi incūbat intelligentes, sed, ò stultitia, ò ignorātia manifesta; accerrimi executores iustitiæ, ministri Sathanæ, totaliter in rigore, & superuia, nihil in mansuetudine, quam nomen Christiani non esset indueretur Christū patientiæ amatorē, misericordiæ, & propitiationis Magistrum.

Ignorat igitur, quid sibi incumbat potentissimus, quis piam si iustitiam præponit misericordiæ, si rigorem præferat mānsuetudini, si duritiam suauitati. 29.

Eleganter Spiritus Diuinus Ps. 35 iustitiam in nubibus posuit; & vsque ad cœlos misericordiam eleuauit. Quod decātabat Iob c. 10. inquiens: *Vitam, & misericordiam tribuisti mihi.* Quid dicat, inquit Aug. *Quia parum erat vita, quā nascendo sortitus est: ideo addidit, & misericordiam, ne remaneret naturaliter filius iræ sicut & cæteri.* Quia enim nascēdo summus nil ij iræ, & per baptismū liberamur à macula originali: *Ideò super addit vitam & misericordiam tribuisti mihi.* Et statim Dauid Ps. 62. inquit: *Quoniam melior est misericordia superuitas labia mea laudabunt te.* Psal. 35. Iob c. 10. Augustin. Dauid. Psal. 62.

Quis non mirabitur si legat locum illū Num. c. 16. vbi quidam Angelus minister iustitiæ Diuinæ tot millia de ciuitatibus, & senioribus Israel cum inter fecisset, postea, timet, & ex pauescit; vbi ratio timoris? Quando vindex iustitia lucet, adest causa doloris vlciscetis? Vnde timor? Legite dilecti causam, c. 18. Sap. *His cessit, qui ex terminabat. Et hæc ex timuit:* hoc timuit Angelus percutiens, quid timuit? Quæ? R. timuit vestem Sacerdotalem profecto; ante eum steterit Sacerdos summus Aron, in cuius veste erat figura mundi; teste Hier. ad Fabiol lib de veste Sacerdotali. *In veste igitur Sacerdotali, quam habebat, totius erat orbis terrarum, & in super in pectore erat nomen Dei altissimi Ieoba,* 30. Num. 16. Sap. 18. Hieron.

ba, & nomina duodecim Patriarcharū capita, duodecim tribus Israel in lapidibus prætiosis suo ordine. Ad hæc omnia timuit Angelus, nec vltra progredi, est ausus vlsis rebus istis. Hæc ille.

31. Sed quid timorem induxit? Nonnè nomen Dei ibi sculptum? Minime; quia iustitia illa in Dei nomine efficiebatur. Rursus nomina duodecim filiorū Israel: Nequaquam, potius propter illorum peccata advltionem acerrimam induci potuit Angelus. Rursus nec mūdus ibi signatus, quia mundus quondam mouit Dominum ad iracundiam, vt patuit in diluuio cōtra quem tentatio erat sufficiens, id est iusta punitio. Igitur si causa sufficiens, quid timet Angelus, quomodo dicit Scriptura Diuina: *His cæsis, qui exterminabat, & hæc extimuit?* Videte nunc dilecti mirabilem causam, quā reddit glossa inquiēs: *Vera indumenta veri Pontificis intellexit, & his cæsis cognouit Angelus per Diuinam reuelationem, quod Sacerdos ārō aureum turibulum habens in manu sua, vestitus veste Sacerdotali, vt ingrediens ad sancta sanctorum figurabat Christum Dominum verum, & suū nimirum Sacerdotē humanitate indutum, & quod nomē Dei altissimi scriptum in pectore erat verbū Patris,* Id est filius Dei, carne indutus; & ita quod nec mundi scelera, nec populi ingratitudo potuit sic Diuinam enervare iustitiam, quod ad aspectum Dei Incarnati non timeret Angelus vindicator; igitur si tantam excellentiam Diuinæ miserationis ostentat præsentia Dei in figura, quid in realitate nō efficiet? Sic non mirabor, quod cum Ioan. 8. adducitur ad Christū, *mulier illa in adulterio comprehensa*, ab executoribus iustitiæ deducta misericordiam inconspectu Dei inueniat; quia vērè agnus mansuetissimus dans eiloquia pulchritudinis; & quid vnusquisque Prælatus sciat docens aliis enim, nec cōditionem Dei habes, nec quid tibi incumbat intelligis, si pietatem supra iustitiam non extollas, quia Domini miserationes super omnia opera eius sunt. Ioan. 8.

32. Sic existimo admiratione, & quasi extasi repleta Cherubim super Arcam Testamenti respiciunt se mutuo, & considerant non suam ipsorum pulchritudinem, sed potius, quod cū intra Arcam sit, lex, & virga iustitiæ, quasi, in occulto est dū in propitiatorio, in loco superiori constituto Diuinam contemplantur misericordiam; & Cherubim erant, in quibus residet plenitudo sapientiæ, quia agnitio, & sapientia Dei vērè quid sibi incumbat intelligit.

De quibus pulchre loquitur Gregorius in Pastorali, part. 1. tom. 1. c. sic inquiēs: *Nulla ars, doceri præsumitur, nisi intenta priùs meditatione discatur. Ab Imperitis ergo pastoribus magisterium pastorale sūcipitur in magna, temeritate; quoniā ars, est artium regimen animarum. Quis autem cogitationum vulnera occultiora esse nesciat vulneribus viscerum? Et tamen sæpè qui nequaquam spiritalia præcepta cognouerunt, cordis se medicos profiteri, metuunt: dum qui pigmentorū vim nesciunt, videri medici, carnis erubescāt, sed quia Authore Deo ad Religiōnis reuerentiam omne iam præsentis sæculi culmen inclinatur; sunt non nulli, qui intra sanctam Ecclesiam per speciem regiminis gloriam affectant honoris: videri Doctorem appetunt, transcendere cæteros concupiscunt, atque à testante veritate primas salutationes in foro, primos recubitus in cœnis, primas in conuentionibus quærunt Cathedras: qua susceptum curæ pastoralis officium ministrare digne tanto magis nequeunt, quanto ad huius humilitatis magisterium ex sola ellatione peruenerunt: ipsa quippe in Magistro lingua confunditur; quando aliud dicitur, & aliud docetur* Tertulliano reste initio huius libri, *ne dicta factis deficientibus erubescant;* prosequitur Gregorius: *Cōtra quos Dominus per Prophetam quæritur dicens, ipsi regnauerunt, & non ex me Principes exteterunt, & ego ignorau. Ex senamque, & non ex arbitrio summi Rectoris regnant, qui nullis fulti virtutibus nequaquam Diuinitus vocati, sed sua cupidine accensi culmen regiminis rapiunt potiùs, quàm a sequuntur, quos tamen in ternus iudex, & prouehit, & non cognoscit, quia quos permittendo tollerat, profectò per Iudicium reprobationis ignorat. Vnde ad se quibusdam:* Et post miracula venientibus, dicit: *Recedite à me operarij iniquitatis, nescio qui estis vos.* Pastorum imperitia voce veritatis increpatur, cum per Prophetam dicitur, ipsi Pastores, ignorauerunt intelligentiam: quos rursus detestatur Dominus, dicens: *Et tenentes legem nescierunt me, & nesciri se, ergo ab eis veritas quæritur, & nescire se Principatum nescientiā se protestatur; quia profectò hi, qui, ea, quæ sunt Domini, nesciunt, à Domino nesciuntur.* Paul. à testate, qui ait: *Si quis autem ignorat, ignorabitur.* Hæc ille. Sigillatim dilecti perpendite Doctoris tanti verba ad rem nostram accommodatissima. Gregor. in Pastoral. 33. S. Gregor. Luc. 13. Hieron. 2. Paul.

DISCVRSVS DVODECIMVS.

PROSEQVITVR AVTHOR.

TEXTVS.

34. Ne tamen vt extraneum de obsequio videamur interiecisse, ipsum quoque obsequium de patientia trahitur: *Numquam impatiens obsequitur, aut patiens quis obluctatur.* Quam ergo Dominus omnium bonorum, & demonstrator, & acceptor Deus in semetipso circumtulit, quis de bono eius latè retractet? Cui item dubium sit omne bonum, quia ad Deum pertineat, pertinentibus ad Deum tota mente sectandum? Per quæ in expedito, & quasi in præscriptionis compendio, & commendatio, & exhortatio de patientia constituta est. Hæc Author.

EXPLICATVR LITTERA AVTHORIS.

35. CIrca litteram, quæ apperta est nihil inuenio notatione dignum, quia non est absque patientia obsequium; in paciens famulus malè Domini mandata custodit. Numquam enim ille, qui vere paciens, & pacificus est, recusat, & obluctatur efficere mandata, itaque non est extra patientiæ tractatum de vera obedientia, & obsequio famulorum sermonem ingessisse. Vt Tertullianus animaduertit, & vt rectè ad notauit Cyprianus libro de bono patientiæ, hæc tria, luctatio, & reluctor ad patientiam accommodantur, Abel, non reluctatur aduersum fratrem suum occisorem.

Tertul. Cyprian.

36. *Deus patiens ergo, & nos debemus patientes esse*

Illa verba: *Quam ergo Dominus, & demonstrator & acceptor Deus in semetipso circumtulit*, Quasi dicat, si Deus patientiam in semetipso circumtulit, *quippe qui saginatus erat voluptate patientiæ* Quanto diligenter nos debemus hanc virtutem habere imitatores facti ipsius? Non quidem pacientiam tepide, & ad latus, & quasi leuiter, sed toto corde ipsam debemus, & in sequi, & amare. In quo omnes fideles compendium pacientiæ respicere debemus: *In expedito.* In Epilogo, quia Deus est compendium pacientiæ, quippe qui expeditus est, & exercitatus patientia, & ita Deum si respicias patientiæ amatorem. Vides quod solet Christus nuncupari: *Vir dolorum; voca Deum subiectum pacientiæ, speciosum huius pacherimæ virtutis.* Vt quisque Catholicus imitetur. Et legi potest Dominus Deus acceptor omnium bonorum, & pacientiæ, non reicindas, verba *demonstrator, & acceptor Deus*, sed iunge, quia nihil inconuenientis est, ne separes verbum *Deus*, a verbo *acceptor*, vt malè intellexerunt Pamel. & Renanus. Id volentes separare. Ita Cerda.

Rursus, non placet modus legendi Pameli, & Renani, dicentes, *latere retractet*, sed potius legendum puto, *latè retractet.* Quia, si loquimur conformiter ad mentem Authoris, cum eius intentum sit eximie laudare pacientiam, eam in sublime ponit, in Deo scilicet. Multa nunc loquitur, & quasi parua loqueretur de tanta virtute: desiderat sæpius de ea agere; & ita inquit, quis de bono eius, *latè retractet*, id est, tantum bonum est pacientia, quòd non semel, sed iterum, &

37.

iterum

iterum de illa agi, necessum iudicatur.

In expedito; iam dixi quòd Deus ita expertus est patientiam in assumpta carne, quod in subiecto satis expedito exemplum summere possumus. Sicut aiebat Seneca epistol. 94. *In expeditus est ille, qui parum promptus in aliqua actione est.* Est igitur patientia virtus, ita Deifica, quòd ipsum Deum appellare possimus: *Præscriptionis compendium.* Id est, ita compendiata est in ipso Deo patientia, quòd est in loco quasi naturali, tuto, proprio. Ex quo secure poteris, & te munire, & aduersarios opprimere; quia si scuto patientiæ temperias: in dues armaturam Dei: *Quia Deus ipsam in semetipso circum tulit.*

Senec.

38. Et quia in Christo exemplum de patientia summimus, sicut fas est, non parcam verbis D. Cypriani circa Authoris litteram latissimæ, & eleganter discurrentis, ait enim in libro de bono patientiæ. Sic: *Quod si & nos fratres dilectissimi in Christo summus, si ipsum induimus, si ipse est salutis nostræ via, qui Christum vestigijs salutaribus sequimur; per Christi exempla gradiamur.* Sicut Ioan. Apostolus, dicens: *Instruit, qui dicit se in Christo manere debet quomodo, & ille ambulauit, & ipse ambulare.* 1. Ioannis cap. 2. item Petrus, super quem Ecclesia, Domini dignatione fundata est, in epist. sua ponit, & dicit: *Christus passus est pro nobis, nobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius, qui peccatum non fecit, nec dolus in ore eius inuentus est: qui cum male diceretur, non male dicebat; cum pateretur non comminabatur tradebat autem se iudicanti iniustè.* 1. Petri 2. inuenimus denique, & Patriarchas, & Prophetas, & Iustos, omnes, qui figuram Christi, Imagine præeunte portabant, nihil magis custodisse in laude virtutum suarum, quàm quòd patientiam forti, & stabili æquanimitate tenuerunt. Sic *Abel* originem Martyris, & passionem iusti hominis, initians primus; & dedicans aduersus fratrem fratricidam non resistit, nec reluctatur, sed humilis, & mittis patienter occiditur. Sic *Abraham* Deo credens, & radicem, ac fundamentum fidei primus instituens, tentatus in filio, non dubitat, nec cunctatur, sed præceptis Dei tota patientia deuotionis obsequitur. Et *Isaac* ad hostiæ Dominicæ similitudinem præfiguratus: quando à Patre immolandus offertur, patiens inuenitur. Et *Iacob*, fugatus à fratre de domo sua patienter excedit, & maiore patientia post modum suplex, adhuc magis in pium, & per secutorem muneribus pacificis, ad concordiam reuocat. *Ioseph*, venundatus à fratribus, & relegatus: non tantum patienter ignoscit, sed & gratuita frumenta venientibus largiter, & clementer impartit *Moyses*, ab ingrato, & populo per fido contemnitur frequenter, & pene lapidatur: & tamen lenis, & patiens pro eisdem Deum deprecatur. In *Dauid* vero, ex quo secundum carnem Christi Natiuitas oritur, quam magna, & mira, & Christiana patientia: habuisse in manu sæpè, vel Saul Regem persequentem se, & interficere concupiscentem, posset occidere: & tamen subditum sibi, & traditum maluisse seruare, nec rependisse inimico vicem, sed occisum adhuc in super, & vindicasse. Tot denique Prophetæ interfectis: tot Martyres glorioss mortibus honorati: qui omnes ad cælestes Coronas patientiæ laude venerunt. Nec enim potest accipi dolorum, & passionum corona, nisi præcedat in dolore, & passione patientia. Huc vsque Cyprianus. Videte dilecti patientiam; Christi obsequutam à patribus. Et quid mirum, si eam *in se ipso circum tulit*, quòd nos sequamur vestigia eius per patientiam. Sequamur ergo, vt habeamus pro corona patientiæ Christum. Nihil inuenio, quod maiori notatione dignum sit apud Authorem, de qua materia, latius infe-

Cyprian.

Ioan. Apo.

1. Petr. 2.

39.

Abel.

Abraham.

Isaac.

Iacob.

Ioseph.

Moyses.

Dauid.

40.

rius agemus.

CAPVT QVINTVM.

DISCVRSVS DECIMVSTERTIVS.

LITTERA AVTHORIS.

NATALES IMPATIENTIÆ, incrementa, soboles.

TEXTVS.

Verùm tamen procedere disputationem de necessarijs fidei, non est otiosum, quia nec in fructuosum. Loquacitas in ædificatione, nulla turpis, si quando turpis. Itaque fidei aliquo bono sermo est, res postulat contrarium quoque boni recensere. Quid enim sectandum sit, magis illuminabis, si quod vitandum sit, proinde digesseris.

EXPLICATIO LITTERA AVTHORIS.

1. Hic agit longiori sermone de patientia Tertullianus, quasi exiltimans, iã in fastidio esse tanta de patientia loqui. Excusationem adhibet declarans, otiosum non esse pro trahere, & longiorem efficere tractatum de patientia: cum tàm necessaria sit ad salutem. Et subiungit: *Loquacitas in ædificatione, nulla turpis, si quando turpis.* Quasi dicat: elegantia loquutionis, dùm ad bonum incitat, turpis non est? Affluentia sermonis exhortatoris ad virtutem, non est damnabilis; quia Rectores sæpè modis elegantibus loquendi vtuntur; vt suauiter orationem suam prosequantur, vt auditores benevolos reddant: hoc turpe, non est. Igitur modus rectè loquendi iste est, vt oratio fiat per dulci sermone, figuris, & exemplis per polita. Hoc turpe non est, & rectè patet auditoribus, virtutis gratia, & pulcritudo, quando eleganti methodo vitij deformitas, & fœditas proditur. Sic Author intendit in hoc libr. de patientia huius virtutis pulchritudinem explanare; vitij oppositi (impatientiæ, videlicet) damna ad thæatrum educendo; & sicut loquacitas, quæ inducit ad rem turpem, vitiosa est; sic loquacitas, quæ ad virtutem sectandam provocat veneranda. Non quidem loquacitas, hic summitur pro bona loquutione, sed pro facundia, sicut de Vlysse, Aquilis, arma apperentis Obidius inquit 5. lib. methamorphoseorum: *Spectato, quæ resoluit ora sono; nec abest facundis gratia dictis, &c.* In facundia loquutionis gratia esse solet; res enim Diuina rectè elloquentia dilatari potest. Nam vt inquit Hylarius, lib. aduersus Arrian. *Non enim infinitus, & immensus Deus brevibus humani sermonis elloquijs, vel intelligi potest, vel ostendi.* *Vlisses. Obidius.* *Hyl.*

2. Nec deseram locum D. Gregorij Nissæni in lib. de laudibus Virginitatis, hic inquit: *Et quoniam Consilium per se non multam ad persuadendum vim habet, nec qui ad res aliquas vtiles, & salutares adhortatur, facilè quem piam simplici verborum ratione flectit. Nisi illud vnum ante grauiter, & ample exornauerit, ad quod auditorem ipsum impellere studet.* *Greg. Nissen.*

Prop-

Propterea oratio hæc; consilio quæ concluditur, & terminatur, à Virginitatis laudibus exorta est, quæ autem cuique rei laus attribuitur; & quid rerum inter se pugnantium appositione, quasi contentione quadam illustrior fit: non sine causa à nobis molestiarum, ac difficultatum, quibus humana vita afficitur, mentio facta est. Hæc ille. Igitur Tertul. qui in libr. de pătientia pæneticam orationem constituit procul dubio rectè; de patientia loquuturus impatiētiæ mala tacere noluit: quia si de aliquo bono sermo est, res postulat contrarium quoque bono recensere: quia nũquam melius dignoscitur pulchritudo boni, quam fœditate mali cognita.

3. Non laudo loquaces concionatores; quia isti tales pessimi sunt: Cum enim cõcionator aliquis in loquutionibus sua cõsumit temporis spatia, laudatur profectò ab auditoribus! In quo maximum damnũ resultat in auditoribus. Rursus cum Prædicatores ipsi debeant verba Dei semper proferre, & non proferant, nihil boni in audientibus efficiunt, contra verò esset; si sermo dumtaxat Dei esset, & non vani loqus; quia tunc essent auditores exequutores mandatorum Dei, quia verba Dei audientes faciunt maximos in opere, pauperes in sermone.

4. Fugite dilecti pestem hanc in his nostris calamitolis temporibus diffusam: quod iam adulatores, si forte quærant multi, non tamen audientes. Prohodolor! Grauissimum timetor periculum in audientibus, qui vires suas ponunt in laudãdis concionatoribus, potius, quam in procuranda propria salute.

5. *Matth. 8. Luc. 2.* Igitur cum Christus Dominus mirabiliter loqueretur, ita vt in admirationem adducerentur omnes, si quidem: *Mirabãtur de verbis, quæ procedebant de ore eius.* Intendens ipse Dominus auditores suos potius ad laudem Dei inducere, & ad voluntatem Diuinam adimplendam, ait: *Mea doctrina non est mea, sed eius, qui misit me.* Ioan. cap. 7. *Nam qui à semetipso loquitur gloriam propriam quærit; qui autem quærit gloriam eius, qui misit eum, hic verax est.* Quasi dicat, non mea gloria ad prædicandum me induxit, sed gloria Dei: *Non sicut appetitor sed sicut Nuncius venit. Quod Hispanæ sonat, ha de venir el Predicador, no como pretẽdiente sino como Embaxador.* Qui enim appetitores sunt. Vanam gloriam disquirunt, ex amore propriæ excellentiæ moti, non tamen ad curandam Audientium in firmitatem; quàm sæpè inuenies audientes tuos obsequentes in laude tua, nõ tamen, vt sint Domini tui, potius tibi seruientes, quam tu seruiens eis. O diabolicæ fraudis astutia! Docebat Iesus, & mirabantur Iudei, mirantur, sed non meliorantur. Ploranda res! Adhuc ex parte auditorum, tàm futilis admiratio, proh dolor? Quid erit si voluntas, & deuotio prædicantium in admirationem dumtaxat tendit; vt ab hominibus laudentur, quid aliud Diabolus desiderat? Profectò, hoc solum, ex vana loquutione laudem Prædicatoris. Ex ignauia audientis, laus profana Prædicantis ex quo nihil vtile resultat animabus.

Ad prædicandum nõ appetitor dignitatis, sed ambasiator Dei opus est.

Legite Paulum Apostolum 2 Corinthi 6. sic aientem: *Adiubantes exhortamur vos ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.* Officium igitur Prædicantis exhortatio est ad pœnitentiam, ne recipiat in vacuum gratiam Dei Theodoretus, ne ait: *Qui legatione funguntur, eis opem ferunt, quos exhortantur, veri Prædicatores fouent iuuant audientes; loquaces verò potius impediunt.* In Græco, loco illius verbi *adiuuantes*, dicitur, *cooperantes*, quasi dicat, quando Prædicamus nos vobiscum cooperamur, vice Dei, qui nobiscum, vt opperemur, opperatur, non hic Prædicator vani loqus: *Ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.* Itaque munus Prædicatoris in Prædicando est munus Diuinum opperando, & coopperando simul, cum audientibus: vel vt alij legunt, *coopperantes rectè in fine suo, vt vnusquisque à vertatur à via sua mala.* Igitur cum hæc sit mens, & intentio Diuina, Diabolus labores nostros euanescere cupiens Doctrinam vertit in admirationem. Audiunt verba per florida, elegantiam admirantur; mobent capita sua, figuras faciunt: vicinum auditorem eleuatione oculorum ad similem laudationem prouocant. De quo gaudet, vtinam gauderet concionator. De quo Hieronymus elegãter loquitur: *Docente te in Ecclesia non clamor populi, sed gemitus suscitetur, lacrymæ auditorum laudes tuæ sint. Dum ad Nepotianum Hier. scribit: vera laus in lacrymis potius, quam insignis admirationis sit.* Non sint occupati audientes in proprietate loquutionis tuæ, sed in dolore culparum, quas de tua doctrina cognouerunt. Hoc est adiuuantes, & cooperantes exhortãtur vos. Non tacebo illud, quod 2 Reg. c. 12. Dicitur de Nathã, & Samuel; Natan prædicat Dauid audit, irascitur ille culpã proponẽdo irascitur.

6. *Paul. Apost. 2. Cor. 6.*

Theodor.

7. *Hier.*

2. Reg. 12.

Etiam Dauid, & contra quem irascitur? Ignorãdæ proponitur delictum per Nathan Prophetam, Dauid audiens iudicat cognoscit esse suam, confirmat sententiam, dolet peccaui, plorat, & veniam consequitur peccatũ, Dominus quoq; trã stullit peccatum tuum. Quid hoc? Profecto, quia mens audientis prona ad bonum, & mens prædicantis cooperatur cum eo. Accedit enim Samuel, 1. Regum cap. 15. prædicat, Saul, audit, sed non sano corde audit, & cogitat in sua dignitate, non in grauitudine culpæ; sic Saul manet infirmus. Bona mens prædicantis Samuelis: mala vero audientis Saulis.

Samuel 1. Reg. c. 15.

Alia etiam via procedit Diabolus, vt stipendium prædicationis ab summat. Multi ad conciones procedunt, vt interpretentur mentem concionantis; si loquitur contra ministros? Quid de Iudicibus? Quid de Regibus? Quid de Ecclesiasticis dicat? Non vt conuertantur, sed vt murmura oriantur: & sæpius ex hoc scandala oriuntur, quàm edificationes; & sæpè interpretantur mentem prædicantis pro suo libito, de quibus Chrysologus, 1. Regum cap. 15. *Quod enim vult, non quod est audit semper, qui decreuit errare.* Sic intellegit Saul Prophetam Samuelem, vt bellum summeret contra Amalec, 1. Regum, cap. 17. Exod. cap. 17. *Ex voluntate pecuniæ motus occidit viros, relictis fœminis* Vt lib. 1. Regum cap. 15 *Depositus est de Regno suo hac verbi ambiguetate deceptum arbitrantur,* Saul, quando pugnauit contra Amalec, & interfecit omne masculinum eorum, Deo enim præcipiente, vt deleret omnem memoriam Amalec: *Sub cœlo, ille pro memoria non tam errore, quam prædæ seductus cupidine masculos interpretatus est.* Ait Hieronymus, cum igitur sæpius auditores, velint errare, accommodant verba prædicantium suis erroribus: itaque sæpius decipiunt, iam illi falsò declarantes verba Diuina, iam isti floribus vanæ loquutionis applausum quærentes populorum. Recte ergo Tertullianus, inquit: *Loquacitas in ædificatione nulla turpis, si quando turpis.*

Chrysol. 1. Reg. c. 15.

1. Reg. 17.

DISCVRSVS DECIMVS QVARTVS.

PROSEQVITVR AVTHOR.

TEXTVS.

Consideremus igitur de inpacientia, an sicut pacientia in Deo ita aduersaria eius, in aduersario nostro natã, atque comperta sit: vt ex isto appareat, quàm principaliter fidei aduersetur: nam quod ab æmulo Dei conceptũ est; vtique non est amicum Dei rebus. Ea discordia est rerum, quæ & Authorum, porro cum Deus optimus, Diabolus è contrario pessimus, ipsa sui diuersitate testantur neutrum alteri facere; vt nobis non magis à malo aliquid boni, quam â bono aliquid mali editum videri possit. Igitur natales in pacientiæ in Diabolo deprehendo: Iam tum, cum Dominum Deum vniuersa opera, quę fecisset, Imagini suæ, id est, homini subiecisse in patienter tullit: nec enim doluisset, si sustinuisset: nec inuidisset homini, si non doluisset, adeo de cæpit eum, quia inuiderat: inuiderat autem, quia doluerat, doluerat, quia patiẽter vtique non tullerat hæc Author. PO-

10. Tertul.

9.

8.

PONITVR EXPLICATIO LITERÆ.

11. IAm Tertul. ad natales impacientiæ deueniens ait; quod sicut pacientia Deum habet Authorem; etiam impacentia Diabolum habet Authorem, ipse inuenit eam; & sicut Authores interse æmulantur, quid mirum æmulentur, & res. Deus noster ad pacientiam prouocat nos; Diabolus vero aduersarius ad impatientiam. Eadem enim discordia est rerum quæ & Authorum: nã vt optime Chrysologus ser. 12. de exhortatione ad ieiunium: *Diabolus Author malorum est, Deus vero Author bonorum.* Legantur illius verba pulchra, satis, sic: *Et quidem Diabolus per se nequam fit tamen nequior prouocatus.* Audi Apostolorum 1. Petri 5. *Diabolus sicut Leo rugiens circuit quærēs quem deboret. Ieiunantibus nobis Diabolus esurit, qui nostris semper saturatur ex culpis: ille cibum nostrum deducit in crapulam, potum nostrum in ebrietatem diffundit: vt mentem faciat à mente, carnem luteam reddat; corpus animi domicilium, animæ vas, murum spiritus, virtutum scholam, Dei Templum in scænam criminum, inuitiorum pompam, voluptatem reddigat in theatrum; cupit ille satietatem, voluptatem percipit, expletur epulis; quando nos luxus soluit; libido stimulat, pompa rapit, impellit ambitio, vrget ira furor implet, succendit inuidia cupiditas inflamat, curæ solicitant, lites vexant, lucra capiunt, vsuræ vintiunt, Chirographa ligant, præmunt saculi, elidit aurum; quando moriuntur virtutes viuunt vitia, voluptas effluit, honestas, perit, misericordia deficit, abundat abaritia, regnat confusio, succumbit ordo, prosternitur disciplina, ista militant aduersum militantem Christi; istæ sunt Sathanæ choortes, istæ Diaboli legiones, ista sunt, quæ mundum sepulchris obsederũt, deuelauerunt populos, vastarunt gentes, orbẽ totum duxere captiuum: ista sunt, quibus nullus perse potuit obiare mortalis, & ideo aduincenda ista Deus venit ipse; cœli Rex ipse descendit; ipse victor singularis aduenit, ieiunium quadragesimæ statuens in procinctu: vt quaterna decade ieiunij quadraturam mundi totã muro inexpugnabili communiret. Hæc Chrysologus, quibus recte consonat cum verbis Tertuliani dicentis: Nam quod ab æmulo Dei conceptum est vtique non est amicum Dei, rebus eadem discordia est rerum, quæ, & Authorum.* 12.

Ex quo sequitur aperte quod vnus alteri aduersetur: Quia Deus bonus, Diabolus vero malus, & pessimus est, vt nec à bono aliquid mali, nec à malo aliquid boni fit: *Nec potest arbor mala bonos fructus facere, nec bona arbor malos fructus facere.* 13.

Rursus: *Natales impacientiæ in ipso Diabolo deprehendo.* Præsertim quando impatienter tulit: *Quod omnia subiecisset Dominus sub pedibus Imaginis suæ, primi hominis.* Sic Renanus; *Natales impatiẽtiæ.* Cum Pamelio Diabolo initiante ascribunt sic, lib. 1. contra Marcionẽ: *Natales agnitionis dixit.* Et libro de Pallio: *Natales mundi ab ipsius mundi natalibus.* Ideſt, initijs compares fumus.

Doluit Diabolus: quia impatienter tulit, & impatienter tulit: quia inuidit. Recta profectò loquitur Tertulianica, secundum Renanum, & Pamelium: *Quis doluit de bono alterius? Qui impatienter sustinet bona illius, quis impatienter sustinet?* Qui inuidia prosequitur aduersus pulchritudinem illius: *Nam inuidere pulchrum.* Aiebat Philosophus; nunquid inuidia Diabolum de Paradyso eiecit? Legite Chrysologum Sermone 4. sic aientem: *Inuidia malum vetustum, prima labes antiquum virus, seculorum benænum causa funeris, Angelus deiecit de Paradyso.* De qua optime August. dixit, inuidia est odium fœlicitatis alienæ, & secundum Damascenum: *Inuidia est tristitia de alienis bonis.* Dicitur autem: *Inuidia à non videndo.* Quia non potest videre bona aliorum, vnde displicentia boni, quæ est inuidia potest notari perussionem interiorem, & exteriorem, sicut vult Seneca dicens: *Quidquid mente fugimus in gestum oculis vix videmus.* Inuidia habet quinque filias secundum D. Gregorium: *Prima est odium quod est vele malum alicui, & nolle bonum, secunda est exultatio in aduersis proximi. Tertia est afflictio in prosperis proximi. Quarta est susurratio.* 14. Quæ est detratactio latens: *Quinta est detractio.* Hæc autem fit in aperto: quia intendit melior apparere illo cui detrahit, inuidia multa mala facit, de lumine cæcatur: quia proximi bona videre non potest, vnde inuidus comparatur noctuæ,

Chrysol. ser. 12.

1. Petr. 5.

Arist.

Chrysol. ser. 4.

Aug.

Seneca.

D. Greg.

Aug. & uæ, & ves pertilioni, Aug. *Ægris oculis odiosa est lux, quæ pueris est amabilis, ac vita moritur*, Gregor. *Panis vitâ fortium roborat, parvulorũ necat.* Vnde inuidus comparatur febricitanti, cui etiam boni cibi sunt contrarij; Deo contrariatur: quia tam bonus est Deus, vt ait Aug. vt etiam de malis bonum eliciat; sed econtra tam mali sunt isti, vt de bonis malum elicant, item Diuina bonitas omnia sua communicat, isti verò non: *Item Deo placet bonum hominis, ac malum displicet.* Isti autem econtra, bonum gratiæ, & naturæ peruertunt, vnde sicut omnia munda mundis, sic istis omnia sunt inmunda, & sicut bonis mala cooperantur in bonum; ita inuidis bona cooperantur in malum, vnde tales aurum conuertunt in scoriam, gemmas in lutum, granum in paleam, vinũ in aquam, mel infel, diem in noctem, gaudium in mærorem, balsamum in sterquilinum, electuarium in beneum, tales maledicit,

15. Esai. c. 15. Esai cap. 5. *Væ qui dicitis bonum malum, stultum efficit, nimis errat.* Qui id circo vult sibi vnum oculum erui, vt alijs etiam vterus eruatur, sic facit inuidus, & Diabolus, qui per hoc, quòd alijs inuidet, sibi magis nocet, authoré situm

Seneca. torquendo lædit, Seneca: *Vtinam inuidi in omnibus ciuitatibus oculos & aures haberent, vt de omnium profectibus torquerentur, proximum fraudulenter decipit. Vnde inuidus comparatur cani, qui blanditur in facie, & mordet à tergo.* Item Iudæ, qui osculo, Christum tradidit, item homini perfido, qui lædit hominem, qui eum nunquam molestauit, dolet impaciens de bono illius, profecto inuidi ex patre Diabolo sunt, igitur mirum non est, si natales impatientiæ ex Diabolo constituat, Tertulianus; cuius primum peccato fuit inuidia de tanto bono, quãtum fuit communicatum Imagini Dei legatur, S. Thomas 1. part. de peccato Angelorum latissime disputans,

S. Thom. 1. p. q. 63. Zumel. Vazquez. Suar. quem sequuntur doctissimi, vt Reberendissimus Magist. Zumel. Vazquez, Suarius, & alij. igitur ponderanda est sententia, illa Tertuliani: *Natales impacientiæ in ipso Diabolo deprehendo, iam tùm cùm Dominum Deum, vniuersa opera, quæ fecisse Imagini suæ* (id est, homini) *subiecisse, impacienter tulit; nam quod ab æmulo Dei conceptum est, vtique non est amicum Dei rebus, eadem discordia est rerum, quæ, & authorum.*

16. Quibus ponderabo quanta sit Diaboli, cura ad decipiendum hominem, quam liter non desiderat nostram gloriam, & quiescentiam, sed casum nostrum, vt videre est, cum Christum Dominum: *Supra pinaculum Templi, statuens ait illi mittete de orsum.* Non tacebò quod Diabolus, in eo quod videtur facere in fauorem hominis, destructe intendit; quasi ex nostris malis ipse fælicior fiat: *Si Filius Dei es* (inquit) *mittete de orsum.* Locus ille altitudinis, & pinaculi, in quo constituit eum, non fuit, vt sublimaret, sed potius, vt præcipitaret: ruinam nostram quærit Author perditionis econtra Dominus; nam Genesis 26. *De Isaac dicitur; benedixitque ei Dominus, & locupletatus est homo, & ibat proficiens, atque succrescens donec.* Magnus vehementer, vehementer effectus est, recte Dei benedictio dignoscitur vsque dum creuit multum. Sic verbum illud: *Donec*, intelligitur, *& crescat amplius, & amplius.* Diabolus tamen vlterius progreditur: quia nullum eleuat, vt sublimen efficiat, sed vt decipiat, causam Dauid ad inuenit, quando ad Dominũ fuit deprecatus dicens: *Non veniat mihi pes superbiæ, & manus peccatoris nõ moueat me:* Quia timet ne à manu Diaboli, qui super ia est eleuetur, vt cadat: *Quoniã ibi cæciderunt qui operantur iniquitatem, expulsi sunt, nec potuerunt stare.* Quia Diabolus deiectus est dũ aleuaretur, & quia non ascendit vt permaneret; ideo non subleuat, nisi vt decipiat, socios ruinæ quærit, qui cæciderat, quasi tunc felicior esset cum decipit.

Matth. 4. Matt. c. 4. Gen. 26. Psal. 35.

17. Chrysolog. Matth. c. 13. Cum enim Petrus Chrysolog. considerasset verba, Matth. cap. 11. quando seruus ille dixit: *Domine non nè bonum semen seminasti in agro tuo. Vnde ergo habet Cizania?* Respondet ille, *inimicus homo hoc fecit* (inquit Sanctus) *vt quid? Profecto, vt periret Dominica messis, sed hoc ad lucrum quid pertinet inimici inuidiæ spiritus? Hominum damno suum computat lucrum, & quos perierit de hominibus, hos existimat acquisisse, inuidus non est sicut auarus; nam pecuniapro lucro respicit; inuidus vero auarus pro lucro malum proximi, & hoc ipsa inuidus est, inimicus homo inquit sed homo nõ est, sed Diabolus: sed tamen Pater Dominus homo dicitur, quando nuptias celebrare cupit, & tamen homo non est, sed quia affectus quo nos diligit fecit, vt Filium suum vnigenitum daret, non solum vt nasceretur homo, sed vt pateretur, & manducaretur; id circo illi contulit, vt dicatur homo; quia homines amat:*

Dia-

Diabolus vero homo dicitur, non vtrumque homo; sed homo inimicus: quia homines odio prosequitur; quare de illo nihil boni speremus, nec de Deo aliquid mali; nisi sit ad nostrum remedium, malum culpæ à Diabolo procedit afficiente voluntatem nostram. Malum vero pœnæ in remedium, & medicamentum infirmitatis nostræ à Deo, vnum tamen considerare debemus quod si alicit ad peccandum semper culpa in nostra manet potestate; propter quod ait: *Mitte te deorsum.* Inducere ad præcipitium potest, præcipitare non potest: quibus recte consonant verba Tertuliani: *Vt nobis non magis à malo aliquid boni quam à bono aliquid mali æditum videri possit* Nã cũ natales impatientiæ à tali principio sint, & authore; quid boni ab eo sperare possumus? *Qui sic doluit de bono Imaginis Dei, nempe hominis*

18. *Doluit: quia impatienter tulit, doluit: quia inuidit: quia omnia constituit Deus sub pedibus nostris.* Nõ tacebo illud oratij dictum, eximium dolorum inuidia, legite Bernard. Serm. 3. de verbis. Esai. c. 6. *Vidi Dominum sedentem super thronum excelsum, & eleuatũ, Seraphim stabant super illud sexalæ vni, sexalæ alteri.* Seraphim ardentes dicit Spiritus, non solum Angelos ardentes Seraphinos vocat, sed etiam homines, charitate, & igne Spiritus Sancti inflamatos, etiam Seraphinos vocat: quia postquam descendit de cœlis, cum veniller ignem mittere in terram, vt accederẽtur, iam homines, non homines dumtaxat, sed Seraphinos fecit de Trono Dei, vt inuidia raperetur, quasi quodam nouo tormento Diabolus videndo, loco sui, homines, qui supræmus erat Seraphinorum: quia tale tormentum, & talis dolor, sicut est inuidia, non est. Per pulchra sunt Bernardi, verba cum Diabolo alloquentis sic: *Seraphim quidem dilectissimi sicut frequẽter audistis nomen est supernorum spirituum ordinis vnius de nouem summi, atque supræmi, verum hoc loc vt arbitror non in ea ponitur significatione, præsertim cum innumera illa sint agmina. Hic duo tantum Seraphim describantur, & ego quidem fratres scilicet in hac parte vnicuique abundare in suo sensu, induobus Seraphim duplicem arbitror intelligi creaturam rationabilem, Angelicam scilicet, & humanam, nec mireris hominem Seraphim factum, memento: quia creator, & Dominus Seraphim, factus est homo, ad contumeliam tuam. O superue, qui creatus inter Angelos stare non mæruisti; ecce Rex noster nouos in terra Angelos fabricaturus aduenit, id est, homines, atque vt tabescas amplius, & libore proprio torquearis, non quales cunque nec inferior, ex alicuius ordinis Angelos, sed Seraphim; audi enim quid ipse oquatur, ignem inquit) veni mitere in terram, & quid volo nisi vt accendatur, vult ergo Seraphim fabricari, vt ibi stent, vnde tu corruisti.* Hęc Bernard. vbi ponderandum est, verbum illud. *Ad contumeliã tuam.* Et verbum illud: *Vt tabescas, amplius & libore proprio torquearis.* Vt inuidia tua tupereas, & in teipsum insurgas, qui de illa sublimi sede cecidisti Igitur recte Tertullianus in suã sententia dixit: *Quia Diabolus doluit: quia impatienter tulit, & non doluisset, nisi inuidisset* Quia nullus maior dolor, quam ille, qui caulatur de bono alterius, quibus cõsonant verba Gilaberti Abbatis Serm. 19 in Cantica dicẽtis: *In inuidam animam non potest intrare stimatio bona de bonis alienis, non vult enim intelligere, quod alius bene agat, & si pallam non audet, penes se tamen vel dissimulat, vel atenuat alterius merita, vt quid istud: Nisi quòd libor priuatã semper excellentiam cogitat, alienam obscurat. Huc vsque ille.* Vbi ponderandum est, quod Diabolus maxime inuidus de homine, qui est imago Dei eius excellentiam obscurare procurat, ipsumque cadere continuo tentat, & intendit. Hæc sufficiant pro explicatione huius textus Tertuliani.

Oratius. Bernard. Esai. c. 6.

D. Bernar.

Nota.

19.

Gilabert. ser. 19.

PROSEQVITVR AVTHOR.

DISCVRSVS DECIMVS QVINTVS.

TEXTVS.

Quid primum fuerit ille Angelus perditionis, malus an im- 20.

impatiens; contemno quærere: palam cum sit, impatientiam cum malitia, aut malitiam ab impatientia auspicatam: deinde interse conspirasse, & individuas in vno Patris sinu, adoleuisse: at enim quam primus senserat, per quam delinquere intrauerit, de suo experimẽto, qui ad peccandum adiutaret, structus, eandem impingendo in crimen homini aduocauit: *Conuenta statim illi mulier, non temere dixerim, per colloquium ipsum eius aflata est spiritu impatientia in affecto, vsque adeò nunquam omnino peccasset; si Diuino interdicto patientiam præseruasset, quid quod non sustinuit sola conuenta? Sed apud Adam nondum maritum, nondum aures sibi debentem, impaciens etiam tacendi est?* Actra ducem illium eius, quod à malo hausetat, facit: perit igitur, & alios homo per impacientiam alterius, perit mox & ipse per impacientiam suam vtrobique commissam, & circa Dei præmonitionem, & circa Diaboli circunscriptionem, illam seruare, hanc refutare non sustinens.

EXPLICATVR LITERA AVTHORIS.

21. NVnc Author excusat se ab illa quæstione, vtrum Angelus fuerit primo malus, ideſt malitiosus, decipiens hominem, an vero primo, fuerit impaciens, de inde malitiosus: quia siue vna nascatur ex alia, siue sorores sint, certe in sinu vnius patris, hoc est, Diaboli natæ sunt, ibi quasi in fonte scaturiunt, *auspicare*, idem est quòd, *incipere*, apud Pamelium, & cum Diabolus experimentum haberet, quod ab impacientia oriretur sufficienter culpa; sic fecit vt peccatum hominis ab impacientia inciperet, habens se pro exemplari delicti, *adiutaret* Pamelius, ideſt: *Adiuuaret, eam impingendo in crimen homini aduocauit*, ideſt, *eam proposuit*. Imitabilem ab homine peccaturo; per quam primus deliquerat, inquit Renanus: *Reposuimus per quam primus delinquere intrauerit*. Cõsentientibus exemplaribus, Paterniacensi Gorcienſique.

22. *Conuenta statim mulier*. Nihil in auditum, nihil incertum dico, si asseram, quòd ex colloquio Diaboli concepit inuidiam, & impacientiam mulier: quia ibi aflata est spiritum eius, ita quod communicauit Diabolus illi alitum suum, & emisit in coreius semina impaciẽtiæ, ipsaque concepit impacientiam filiam alterius impacientiæ, hoc profecto: quia non seruauit, *interdictum*, ideſt, Diuinũ præceptum; erat enim illi illud præceptum quasi murus ad custodiam Euæ, sed nec ipsa seruauit, nec ab illo ipsa custodita est, vt inimicus non intraret? quia cum illa diligenter nõ custodiuit se, ipse Diabolus muros, & ciuitatis mœnia afflatu suo pestifero rupit, devastareque fecit ciuitatem Dei nempe animam instam.

23. *Quid, quod non sustinuit sola conuenta*. Quasi dicat ex colloquio Diaboli ipsa concepit impacientiam, & ante quam Adamum in maritum recepisset, hoc est, ante quam eum cognouisset, adhuc in Paradyso, vterque virgo: *Ipsa impaciens tacendi est*. Loquitur ad parentem nostrum: pomum pulchrum visu, & adescendum suaue ostendens, & illi benenum propinãs: *Traducem facit originalis culpæ*. Itaque fecit illum traducere ad nos illud: *Quod ipsa à malo, ideſt à Diabolo hauserat, ex ano originem duxit originalis culpa, quæ exiſtit in anima in*

om-

Montesin. & alij. *omnibus descendentibus ab Adam per originem, & seminalem propagationem.* Ita Doctor Montesinos, & alij.

24. *Perit igitur, & alius homo per impatiẽtiam alterius, duplici impatientia perit Adã. Primo per impatientiam, Euæ, quã debebat refutare: quia diabolicã circunscriptionem debebat repellere* Inquit Renanus: *Quia diabolicã circunscriptionẽ deceptionem intelligit:* Quia diabolus Euam circunuenerat, hanc refutare debebat Ada: *Circunscribere; decipere significat,* & Cic *Circunscribere Senatũ est Authoritate Senatũ priuare tracta à fabris.* Aut quirurgis metafora: *Qui, quæ præcisuri sunt, prius circunscribunt.* Et re vera primi parentes nostri a Diabolo sunt circunscripti, cuius astu de Paradyso sunt electi, atque exilio damnati, omni iure possessionis sibi dempto. Rursus: *Non seruauit per impatientiam mandatum Dei,* ideſt, *Diuinam præmonitionem,* ideſt, *monitionem manticipatam,* qua dixit, *de omni ligno, quod est in Paradyso comede, de ligno autem scientiæ boni, & mali ne comedas, in quo die comederis morte morieris,* ex quo igitur, *omnes nascimur filij iræ.* Nos qui per seminalem propagationem ab Adamo sumus; excepta beta Virgine, quæ est Domini mei Mater specialissimo præseruata priuilegio, vt latissimè docuimus in materia de peccato originali, & videbimus, aliquatenus. Hæc de litera.

PONVNTVR SENTENTIÆ SELLECTÆ.

25. Multa sunt animaduersione digna in verbis constitutis à Tertul. præsertim tres sententias ad notabo. Prima illis verbis: *Quid primum fuerit ille Angelus perditionis malus, an impatiens? Contemno quærere palam cum sit impatientiam cum malitia, aut malitiam ab impatientia auspicatam; deinde interse conspirasse, & indiuiduas in vno Patris sinu adolæuisse.*

In his Tertuliani verbis non læuiter insinuatur qualẽ fuerit primum peccatum Angelorum. Altera sententia erit circa peccatum mulieris, *ortum ex colloquio Diaboli.* Tertia tandem sententia Authoris erit de peccato primi parentis, ex inductione fœminæ.

§. I.
Peccatum primi Angeli fuit superbia, vbi eius impatientia.

26. *Tert.* CIrca primam, non erit absre, nec alienum à nostro instituto brebiter in lucem edere quod nam fuerit primum peccatum Angelorũ? Nam videtur Tertulianum sensisse; impatientiam fuisse originem suæ perditionis.

Audiat igitur qui de primo dubitat peccato Angelorum, quod ex Sacris literis modo illi propono, Angelum superbe se habuisse; eumque inuidum extitisse; iuxta verba illa Sapientiæ, cap. 2 *Inuidia Diaboli mors intrauit in orbem terrarum.* Asseratque in super D. Bernard. Serm. 1. de Aduentu: *Angelum ante ruinam, & eiectionem inuidiam concepisse, non solum contra primum hominem, sed etiam contra Dei Filium.* Vnde illa verba Ionæ, cap. 1. *Si propter me orta est tempestas, mittite me in mare.* Ad idem propositum interprætatur, quasi Diuinum Verbum Æternique Patris Filius, dixerit: *Si propter me hæc tempestas orta est, ideſt vehemens illa vindicta, atque Angeli de cœlo expulsio; mittite me in mare.* Hoc est, *per Incarnationis mysterium, immundum inferiorem, in abissum tribulationum, & persecutionum profunditatem, ad redemptionem generis humani, mittite me.* Eunque missum prophetico lumine præ dixit Dauid Psalmo 68. cum dixit: *Veni in altitudinem ma-*

Sapient. 2. *D. Bern. ser. 1.* *Ionæ c. 1.* *Lopez.* *Dauid ps. 68.*

ris, & tempestas demersit me. Ita Lopez 27. quia Angelus ille hominem decepit, Euam tentauit: Sed multis relictis ex consensu Sanctorum Patrum, & fere omnium Doctorum, tanquam certum accipiendum est, primum Angeli peccatum fuisse superbiam; idque colligitur ex illis verbis Ezechielis, cap 28. *Immultitudine sapientiæ tuæ, & innegotiatione tua multiplicasti tibi fortitudinem, & eleuatum est cor tuum in robore tuo, propterea hæc dicit, Dominus Deus, eo quod eleuatum est cor tuum, quasi cor Dei, id circo ecce ego adducã super te alienos.* In quo vero in particulari se superbe in primo peccato habuerit, Non est apud omnes certum; omissis tamen multis dicendi modis Guillelmi Parisiensis, Scoti, Bonabent. Durand. Enrici, & aliorum, qui referuntur à nec ceteris, quorum quilibet peculiarem in sequutus fuit dicendi modum, à Cartusiano præcipue relatum dist. 5. quæst. 1. Inter Thomistas tres inuenio diuersas sententias, prima asserentium Angelum superbe se habuisse circa beatitudinem naturalem: quia in ea sibi nimium complacuerit, ibique finem vltimum posuerat, videtur ita tenuisse Magistrum in 2. dub. 6. desumens, ex Isidoro libro de summo bono cap 12. & Sanctus Thomas, lib. 3. Contragentes, cap. 109. & ibi Ferrariensis. Secunda fuit eorum, qui docuerunt Angelum desiderasse beatitudinem super naturalem virtute propria, & absque Diuino auxilio consequi; videtur ita sensisse Anselmus lib. de Casu Diaboli, cap 4. Damasc. lib. 2. fidei, cap. 3. Hieron. super verba relata Esaiæ, cap. 14 & Ezechielis, cap. 28 nec non, & S. Thom. in 2. dist. 5. quæst. 1. art. 2. Tertia fuit eorũ qui, vtroque modo se superbe habuisse Angelum in primo peccato existimarunt, eo quod dixerit, S. Thom. 1. part. quæst. 63. articulo 3. in idem redire, siue primo, siue secundo modo, quis asserat, Angelũ peccasse; nam sine vno, siue altero se superbe habuisse dicat; semper est verum per propriam virtutem desiderasse finalem consequi beatitudinem. Sed quamuis negari non possit Angelum vtroque modo se superbum habuisse cum eximio apetitu beatitudinis naturalis, ad in moderatum desiderium beatitudinis super naturalis ascenderit, iuxta illud Esai. cap. 14. *In cœlum ascendam, super astra Dei, exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, &c.* Quod intelligi non potest de ascensu materiali, cum fuerit creatus Angelus in supræmo cœlo, sed de ascensu à naturali fœlicitate in supernaturalem beatitudinem; in idemque Rursus quodammodo redeat vtrumque peccatum; in id scilicet, quod est propria virtute desiderare vltimum habere finem: tamen primam culpæ rationem, tanquam radicem, & Originem aliorum fuisse nimiam in beatitudine naturali, & in proprio decore complacentiam; indeque postea consequtum fuisse desiderium beatitudinis super naturalis absque Dei auxilio; quasi non fuisset ei arduum, & difficile, videtur colligi, ex illis verbis Ezechielis, cap. 28. *Immultitudine sapientiæ tuæ, & in negociatione tua multiplicasti tibi fortitudinem, & eleuatum est cor tuum in robore tuo, propter hæc dicit Dominus Deus, eo quod eleuatum est cor tuum in robore tuo, &c.* Igitur primum Angeli peccatũ fuit nimia sui decoris, & naturalis beatitudinis cõplacentia, à quo peccato dimanarunt postea alia superbiæ, & inuidiæ, atque odij delicta; quæ parum nostro seruiunt instituto; sed illud peccatum circa rem bonam, & honestam patratum est; modo tamen indebito, non quidem explicite, & formaliter volito, sed implicite, virtualiter, & interpretatiue: quia cum debuisset Angelus in proprio decore non elauari, sed eum se, à Deo recipisse recognoscere, ab eoque omnie bonum sperare, nec considerauit, nec cognouit; sed propriæ complacens pulchritudini superbe se habuit; vnde iuxta hanc voluntatem interpretatiuam, & virtualem accipienda sunt verba Sacræ Scripturæ, quibus docemur Angelum dixisse: *In cœlum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, similis ero Altissimo, Deus ego sum, in Cathedra Dei sedi.* Pluraque similia, quibus implicitus; & inclusus appetitus innititur, & significatur, non autem expressus, & explicitus, quam obrem cum Angelus suis innixus viribus, suoque nimium adhærens decori sibi complacuerit; seque quasi à nullo accepisset nimium exaltauerit; eum se similem voluisse esse Deo; (cui ideſt proprium) Scriptura testatur, quoniam vero peccatum esse non potest; nisi contra legem sit, & præceptum Durandũs, & alij existimarunt Angelo sicut; & homini, admitio impositum fuisse præceptum affirmatiuum obedientiæ, quo teneretur Deum venerarari, eique, & se, & sua omnia subijcere, sed hoc præceptum sine necessitate admititur, cum quæcumque creatura absque noua im-

pos-

27.

Ezechiel c. 28.

Primum peccatũ Angeli superbia.

Ezech. 28.

30.

Guillelm. Parisiens. Bonab. Durand. Enric. Cartus. dist. 5. q. 1. Thomistæ.

28.

Magister.

S. Thom.

Ansel. Damasc. Hieron.

S. Thom. 1 1. p. q. 63. art. 3.

29.

Esai. c. 14.

Esai. 14.

31.

Durand.

positione præcepti, semper præcepto negatiuo teneatur nõ superbe sapere, nec improprio decore eleuari, sed sapere ad sobrietatem, & humiliari sub potẽti manu Dei.

Ex quibus, & primum Angeli peccatum in secundo instanti commissum, & per oppositum bonorũ Angelorum meritum; naturalem felicitatem, cunctaque alia dona in Deum Authorem referentium; atque ab eodem super naturalem beatitudinem cum Dei auxilio, & gratia se consequturos sperantium, ac denique se, & sua omnia in eum vt in Authorem gratiæ, plena, & perfecta libertate referentium, non obscure colligitur: quia tamen secundum D. Damasc. lib. 2. Fidei Ortodoxæ, cap. 3. *Hominibus mors Angelis est casus.* Ideo sicut homines mox, vt moriuntur, siue in peccato, siue in gratia, extra viam sunt, & incipiunt esse in termino, siue miseriæ, siue gloriæ (aut in via ad illam) ita etiam Angeli mox, vt peccauerunt, è cœlo cæciderunt æternis pœnis cruciandi; qui vero in veritate, steterunt, ac plene libere meruerunt, inceperunt statim clare Deum intueri.

Damasc.

32.

Vtrum tamen hoc referri possit, aut pertinere, ad secundum instans, tam quo ad bonos, quam quo ad malos, ita vt non sit necessarium assignare tertium instans à quo, & Beatitudo bonorum ceperit, & malorum supplitium: (vt principio vidimus) non est indubitatum: cum Cayet. sentiat: *In secundo instanti omnibus id contigere potuisse.* Ferrara id falsũ de malis existimat verum; antiquique Doctores meritum concedunt antecedere præmium, non duratione, sed naturæ prioritate, contra quos illud vltimo loco additur.

Cayet. *Ferrar.*

33.

Statuimus, vt certum, non fuisse possibile Angelum in eodem instanti meruisse, & fuisse beatum; peccasse, & fuisse miseram; sed opportere meritũ, & peccatum duratione præcedere præmium, & statum supplitij; tenet ita S. Thomas 1. part. quæst. 62. art. 3. Durand. in 2. disput. 5. quæst. 3. Scotus quæst. 1. art. 1. Et ratio fundamentalis est: quia impossibile est, Angelum in eodem instanti, fuisse in via, & in termino; quoniam innia semper habuit fidem, in termino autem, cœpit clara visio, in eodem autem instanti implicat eandem operationem compati cum fide, & clara visione respectu eiusdem obiecti, & confirmatur: quia repugnat meritum, & præmium esse in eodem instanti, sicut repugnat in eodem instanti moueri ad terminum, & in illo quiescere, si vero pro Cayetano respondeas nullam ibi esse repugnantiam: quia in termino secundi instantis desinit via, & incipit beatitudo; sicut in eodem instanti desinit forma corrupti, & incipit forma geniti, ratione cuius generatio, & corruptio sunt in eodem instanti; sed qui ita respondet, non animaduertit, idem instans posse esse intrinsecum vnius, & extrinsecum alterius; hoc est posse dici de eo quod generatur, esse in illo instanti; de illo vero, quod desinit non posse concedi illud, sed potius negatiue debere asseri illud non esse; quamuis antea fuisse affirmari possit, igitur cùm in proposito inuestigemus an in eodem instanti fuerint meritum, & præmium, & an conuersio super naturalis mediante fide, & clara Dei visio simul inuẽta fuerint; ea solutio non est ad propositum.

S. Thom. 1 p. q. 62. ar. 5. *Duran.* *Scotus.*

Ex dictis facile erit colligere, quòd nam fuerit primum peccatum Angelorum, & quando illud commiserunt; multa alia, quæ ad hanc difficultatem pertinebant, omitto, sed Consulto prætermitto: quia magis Scholastica sunt; de quibus videndi sunt recentes Theologi, late Vazquez Zumel. & alij. Cum igitur Tertullianus dixerit disquirendo: *Quid primum fuerit ille Angelus perditionis malus, an impatiens?* Subiungit tanquam comites, & indiuiduas, in vno, sinu patris adoleuisse, quasi dicat, malitia eius, & impatientia germanæ in illo fuerunt, existimo ex motiuo superbiæ natas: quia cum talem, ac tantam habuisset superbiam, iam ex proprio decore, & pulchritudine, iamque ex robore, & virtute, quibus inixus Angelus beatitudinem sibi posse comparare præsumens proprijs viribus; ex hac enim superbia orta est inuidia, atque impatientia, qua sustinere non potuit ab alterius auxilio dependentiam habuisse, & ita recte Author ad notauit, tanquam comites, & indiuiduas malitiam, & impatientiam adoleuisse in vno sinu Patris. Hoc est peccari superbiæ.

34.

Vazquez. *Zumel.* *Tertul.*

Existimo tamen inuidiam illam ortum duxisse aduersus hominem, & aduersus Filium Dei incarne futurum; non solum ratione excelentiæ ipsius hominis, quippe qui à summendus erat ad illud esse personale Verbi Diuini, sed ex inuidia contra ipsum Deum.

35.

Rursus existimo quòd si modo Diabolus incitat nos ad peccandum, non tàm est odio aduersus creaturam Dei, quàm ex

ex odio aduersus ipsum Deum conditorem; & ita se habet Deus mitissimè impuniendis hominibus, habens se potius tanquam Medicus dulcis, & mansuetus Pater ad tergenda nostra delicta, potius, quam exactor, & iudex ea respitiens tãquam offensiones suas, mirabilis est locus ille. Lucæ cap. 6. vbi Dominus Iesus ad suos seruos loquens, multoties dicit: *Beati eritis cum vos oderint homines, & exprobrauerint, & eiecerint nomen vestrum, tanquam malum propter filium hominis gaudete, & exultate quoniam merces vestra copiosa est in cœlo.* Luc. c. 6.

36. Cum igitur Deus gratitudine sit abundatissimus circa eos, qui pro ipso patiuntur, cura maxima respicit culpas nostras, tanquam infirmates, & dolores pro eo sublatas in hominibus; adhuc ista gratitudinis ratio maxime viget: considerate Dauidem Regem in occasione illa, qua Abiathar fugit ad eum ex nece Saul in ciuitate Nobæ, in domo Abimelech Summi Sacerdotis: *Quia dedit Regi Dauid panes propositionis.* 1. Reg. c. 22. Et Gladium Goliad, dixit *Dauid, ad Abiatar, ego sum Reus omnium animarum Patris tui.* Historia est, quod Rex Saul occidit in ciuitate Nouæ octuaginta quinque Sacerdotes, omnesque mulieres, infantulos, & viros, & vniuersum animal illius ciuitatis: gladio peremit Saul exodiodum taxat contra Dauid. 1. Reg. c. 22.

37. Tunc igitur cum nunciata esset strages ista ipsi Dauid, doluit anxie inquiés: *Ego sum Reus omnium animarum Patris, ego Sacerdotes, & viros & parvulos, mulieres, & bestias occidi, quia propterme illud factum est.* O mira gratitudinis corona! Vbi non tàm gratitudo, sed debitum videtur, transit gratitudo in delictum. O mirabilis circa Abiatar voluntas, vbi cognoscit delictum, fatetur obligationem satisfactionis, & in confessione obligationis solutionem fundat, & securam facit: quasi diceret ego sum Saul, qui occidi, fateor solutionem satisfactionis debitæ, admito, vt Dauid gratus; super abundantiam præstolor.

Quid hoc, respectu Diuinæ gratitudinis Dei nostri? Videte dilecti, Deus factus est homo, quid huius rei causa fuit? Profecto quia compatiens est nostræ infirmitatis; sed præcipuè quia odio Diuinitatis tentauit hominem Diabolus, incitauit, pronocauit, & quia odio Dei Diabolus tentauit eum, vt recte Chrysostomus hom. super c. 13. Matthæum: *Conatus enim ipsius omnis aduersus nos est causa vero & origo, vt nos impugnet ab odio, quo in Maiestatem Diuinam fertur, profecta est.* Quasi dicat, insidias Diabolo contra nos esse, certum est, causam vero esse odium Diuinitatis; & hæc est ratio, quare Deus se ostentat quasi debitor, & ex parte gratitudinis super abundanter misserator. Sic inquit Paulus ad Romanos cap. 1. *Non sicut delictum, ita & donum, sed vbi abundauit delictum superabundauit, & gratia.* Si enim mala culpæ creuerunt, bona gratiæ, cum excessu creuerunt, & meliorata sunt per Dei benignitatem; nec respicit culpas nostras tanquam offensas, vt puniat, sed potius respicit tanquam infirmitates, vt sanet. 38. Chrysost. Paul. c. 1. Ad Rom.

39. Sic igitur Christus Dominus cum delaboribus istis Sermonem ad Apostolos habuisset, semper causam meriti addit, vt cum dixit: *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam,* & subdit, *& persequti vos fuerint propterme,* & dicit, *ad Reges, & Præsides, ducemini propter me.* Itaque causam meriti insinuat esse illud; *propter me*, vt fateatur obligationem, satisfactionem, & quasi (sic dicam) obligationem miserendi super peccatores; rectè igitur Author in sua sententia protulit dicens: *Palam cum sit impatientiam cum malitia, aut malitiam ab impatientia auspicatam, deinde inter se conspirasse & in vno sinu Patris adoleuisse.* Nascuntur igitur peccata causaliter inductiue, à Diaboli impatientia, & odio habito, contra Diuinam bonitatem: quia eum deiecit de altitudine, & solio, quo fuit conditus.

SECVNDA SENTENTIA.

40. Secunda sententia erat, circa colloquium mulieris cum Diabolo dicit sic. Non tamen dixerim per colloquium ipsum eius afflata est spiritu, impatiẽtia infecto.

PRO-

PRO HAC SENTENTIA SIT.

§ II.
Perditio mulierum à colloquutione cauete ab illis.

OQuam veneranda esset in fœmina taciturnitas! Sed proh. dolor. O detestanda peruersitas! Ait enim Spiritus Diuinus. Geneſis, cap. 3. *Sed, & serpens erat calidior cunctis animantibus, vel vt in Hebræo legitur, serpens erat in multas spiras, & giros complicatus, & inuolutus.* Dicamus breuiter, an fuerit verus serpens? Cay. ait esse Demonem, non serpentem; interna suggestione tentantem, Cyrilus, lib. 3. contra Iulianum, & Eugubinus in cosmopœya, putant Demonem, dicunt enim: *Non verum serpentem, sed serpentis tantum spetiem habuisse.* Sicut Angelidum assumunt corpus humanum; non verum sed aæreum, quod spetrem habeat veri corporis humani assumunt. Sed tamen omnes alij docent, hunc verum fuisse serpentem, dicitur: *Calidior cunctis.* Non Angelis, sed animalibus, in quem natura sua calidum, & Bafrum, Vafer Diabolus, congruæ ingressus in eius ore, quasi in organo, certa ratione moto, collisso, & modulato, vocem humanam, vt potuit emisit. Ita Chrysostom. Præcopius, August. 14. de ciuit. cap. 11. Aliqui putant, inquit, Magister. 2. dist. 6. hunc Diabolum fuisse Luciferum, qui primo Adam tentauit, & vicit; sed à Christo postea victus euasit: hinc Sanctus Aug. lib. 11. de Geneſi ad litteram, cap. 28. docet: *Diabulum multoties vti forma serpentum addecipiendos homines; sic enim decepit Adamum, & Euam, ibique vidit hac fraudem sibi succedere.*

Sed mirandū valde, dilectissimi, quòd Eua, non ex horruerit aspectum serpentis, forsitam causa fuit: quia cum domina esset animalium, certa erat nullum sibi nocere posse: ita Chrysost. hom. 16. *Et si quis dicat, quomodo saltem eum loquentem non exhorruit?* Renat. primo, Iosephus, & Basilius, in Paradyso animantia quælibet, habuisse, vim & facultatem loquendi: & Sanctus Ephremsyrus, apud Barcepha lib. de Paradyso: *Serpenti ad tempus*, non tantum loquēdi; sed etiam intelligendi virtutem, hic à Deo concessam esse; sed hoc non placet; quia Paradoxum est.

Procopius tamen, Cyrilus, & Abul. dicunt Euam, nec dum sciuisse soli homini, naturalem esse vim loquendi, sed hoc repugnat perfectæ scientiæ, quam habuit, tàm Eua, quàm Adam. Dico ergo, quod Eua sciuit serpentem naturaliter non posse loqui; sed admirata est eum loquentem, & suspicata id quod erat, altiori vi, scilicet Diuina, l. Angelica aut diabolica id fieri; metus in ea non erat: quia non dum peccauerat; ita S. Thomas 1. part. quæst. 49. art. 4. dicit: *Sapienti nichil est in opinabile pueri, & insipientes, ad omnia quasi noua stupent.* Hæc ille.

Eugubinus, putat hunc serpētem fuisse Basiliscum qui Regnat super serpentes, Delrio, putat, fuisse viperam, alij scitalem, sontem intergo habentem pulchritudinem; quem Hispani vocant, *Lagarto.* Qui detinet aspicientes. Hæc dixi, vt videatur quam sit nocibum, tàm colloquium serpentis, quàm mulieris: quia benenum semper solent propinare.

Igitur, illius peccatum fuit superbia, sicut peccatum Adam; quod patet Ecclesiastici, cap. 10. idque indicant Hebræi, & sept. dicendo, Euam, & Adam, audientes: *Eritis sicut dij, scientes bonum, & malum.* Inuitatos esse, ad suam excellentiam intuendam; nimisque amādam, augendam, & extollendam; itaque ad se ipsos conuersi intumuerunt; ita vt à Deo recesserit cor eorum, & Diuinitatem appetiuerunt; sicut, & Lucifer de quibus irridens Dominus ait, in Geneſi: *Ecce Adam, quasi vnus ex nobis factus est, sciens bonum, & malum.* Ita Amb. lib. 4. in Lucam, Chrysost. 1. ad Timoth. cap 2.

Curiosè quidem aspexit lignum: *Pulchrum visu, & ad vescendum suaue.* O vana curiositas! Orta ex vænenoso serpentis colloquio. Sed quid non sequitur ex vana loquutione? Quid non ex vana oculorum iniectione? Pulchre de custodia oculorum loquitur Gregorius, lib. 21. moral. cap. 2. & Bernar. de grad humilitatis, qui ita dicit: *Serua, ò Eua, commissum, expecta promissum, cabe prohibitum, ne perdas concessum, quid tuam mortem, tam intente intueris? Quid illo tam crebo, vagantia lumina iacis? Quid spectare libet, quod manducare non licet? Oculos (inquis) tendo non manum; non est*

Geneſ. c. 3.
Cayet.
Cyrilus. Eugub.
41.
Alij.
Chryſoſt. Procop. Auguſt. Magiſter.
Auguſt.
42.
Chryſoſt.
Ioſephus. Baſil. Ephren. Barcepha.
43.
Proc. Cyril. Abul.
S. Thom.
44.
Eugeb. Delrio.
Colloquiū mulieris benenum eſt.
45.
Eccleſ. 10.
c. 3. Gen.
Ambr.
46.
Greg. Bern.

interdictum ne videam, ſed ne comedam; hoc, & ſi culpa non eſt, cupetamen inditium eſt; te enim intenta ad aliud latenter interim, in cor tuum ſerpens illabitur, blande alloquitur; blanditijs rationem, mandatijs timorem compeſcit; nequaquam inquiens, morieris, auget curandum incitat gulam; accuſit curioſitatem, dum ſuggerit cupiditatem offert tandem prohibitum, & aufert conceſſum, porrigit pomum, & ſurripit Paradyſum, aurit virus peritura, & perituros paritura. Hæc ille eleganter quidem hic loquitur Gregorius, nota illud verbum: *Interim in cor tuũ ſerpẽs illabitur.* Quia

Tertul. vt inquit Tertulian. *Per colloquium eius afflata eſt ſpiritu, impatientia infecto.* Diſcant igitur, viri mulieres eſſe periculoſas, & venenoſas cum blanditijs falunt

47. quibus ſe, & viros perdunt, quibus rigide agendum eſt in colloquio: quia mulier, vt inquit Hieronymus: *Eiecit hominem de Paradyſo.* Epiſtola ad Nepotianum tradit.

Hieron.

Rurſus honeſta Sponſa cauere debet in ſcio marito verba, etiam cum Angelo habere, exemplo S. Virginis, quid turbaris O virgo? Dicit, Antipata, oratione de Natiuitate Baptiſtæ: *Non adeſt Ioſeph vocinon aſſentior, cum ſola prima parente locutus eſt, ille qui fuit primus author mali.* Fugiant igitur Sponſæ peregrinas, abſque marito locutiones, quia ſuſpectæ ſunt.

Antipater.

48. Non tacebo, quod dicitur de matre Sanſonis. Iudicum cap. 13. *Quæ omnia ab Angelo ſibi reuelata, marito ſuo nuntiabat.* Quod notauit Ambroſ. epiſtola 60. inſinuauit (inquit) marito viſſum ſibi hominem Dei, præclara ſpetie futuræ ſobolis ferentem obſtaculum, nec paſſa ſine vero ſcire, vel Diuinatis ſecretum. Vbi eleganter Tertullianus lib. de Monogamia, cap. 3. ad verba Pauli ad Rom. c. 7. *Quæ ſub viro eſt mulier viuente viro aligata eſt legi.* Vertit ipſe. *Aligata eſt lege.* Sic enim ſe componere debet vxor, ac ſi viro eſſet, aligata, vt nullibi ſit, nec conuertatur ſine viro: *Huius coniugium laudabile in filijs reddit* Pſalmiſta 125. *Sagittæ potentis acutæ, ita filij excuſſorum.* Chryſoſt. *Ita filij aligatorum.* Quaſi bonorum filiorum mater, illa ſit, quæ viro aligata, nihil ſine viro audiat. Prima mulier, non curans de viro, & ſi non dum marito ſerpenti Aloquitur, in quo venenum extitit. Lypomanus ait: *Tacere debuerat mulier, & indicaſſe protinus marito ſuo.* Periculoſum eſt con fabulari cum ſerpente. Immo cum mulierè. Amplius dicam tam halam eſſe confabulationem illarum quod dubitari poſſit, qualis ſerpens. Eua loquẽns, an Diabolus in forma ſerpẽtis? Fatear ab vtraque venenum hominibus parari, fugiendæ ergo ſunt, de quibus in ſecunda parte, cap. 14. multa Deo dante dicemus.

Iudicum cap. 13. Ambr.

Tertul. Rom. 7.

Pſal. 125.

Chryſoſt.

Lypoman.

Super addendũ exiſtimo, et frequenti illarum commertio, illis adhuc mulieribus decrementum authoritatis accidere, clauſam, & occultam inuenit Angelus Reginam cœli, à conſortio hominum ſeparatam, quam ſolus Angelus reperiret. O quanta reuerentia illi alloquitur. O quantum eius celebrat Maieſtatem S. Pater P. Chryſologus ſer. 141. dicens: *Quantum ſecretum cubiliſit Regalis, quali reuerentia, quo tremore locus habeatur, vbi ipſa Principis requieſcit poteſtas, quam nulli extraneo, immundo nemini, nulli infideli pateat illuc, & permittatur, acceſſus, quam munda, quam caſta, quam fidelia ibidem præſtolentur obſequia, Imperialis aulæ manifeſtis docetur, inſignibus: quis ad ipſas, Palatijs fores vilis; quis propinquat indignus. Certe ad Thalamum ſponſi, niſi ſatis proximus, niſi ſatis intimus, niſi bonæ conſcientiæ, niſi laudabilis famæ, niſi probabilis vitæ nullus admittitur. Intrat halamum vero ipſum Virginem Deus capit ſolam, ſuſcipitur ſola Virginitas illibata.* Hæc ille, vbi nota illud Verbum *intra thalamum vero ipſum Virginis Deus capit ſolam.* Quia quamuis Palatij magnitudo timorem, & venerationem trahat, tamen nihil tantum authoritatis incrementum, quam à conſortio hominum ſeparatio, quam Virginũ clauſura vbi non ab hominibus, ſed ab Angelo, ſed à Deo reperiantur.

Chryſolog.

49.

Legite Irenæum lib. 4. contra gentes, cap. 37. qui de Maieſtate abſcondita Diuinæ naturæ ſic loquitur; *Si non appareret, perirent cuncti, ſi paſſim videretur fieret contemptibilis, quid plura Ideo factus homo eſt, & ita inuiſibilitatem quidem Patris cuſtodit, ne quando homo fieret contemptor Dei; viſibilem autem Rurſus oſtendit Deum, ne in totum deſitiens homo ceſſaret eſſe, vita enim hominis viſio Dei. Vbi ponderanda ſunt verba illa inuiſibilitatem Patris cuſtodit, ne quando fieret, & homo contemptor Dei. Et illa, ſi paſſim videret, fieret cõtemptibilis.*

S. Irineo.

50.

Timeant igitur fœminæ nobiles: in quibus pulchritudo decus, & ornamen-

tum

tum viget; in publico versari: quia quo communiores, eo contemptibiliores sunt: Vnde adhuc Deus nobis cum est, & cum hominibus conuersatur, occultat tamen Diuinitatem sub pallio mortalitatis nostræ: *Habitu inuentus, & homo.* Rursus datur incibum, sub velamine tamen, ne contemptibilis fiat, qui manducandus proponitur, qua propter dilectissimi, emulatores Dei si vellimus esse, ne nimiam communem habeamus conuersationem, & multo minus cum mulieribus à quibus nil boni, desummitur; sed occasiones peccandi ipse sunt, cauete ab illis tanquam à serpentibus.

51. *Exodi 7. Rupertus.* Aloquutus Dominus cum Moyse, Exodi 7. dicit: *Ecce constituite Deum Pharaonis.* Rupertus, ibi: *Subiungit tu Deus Pharaonis constitutus non dignaueris multa loqui, vel orationem protelare, cum Rege Ægypi; vel faciem tuam operire popularibus in eruditis, exemplo mei, qui nec verborum inditijs, ego cum Principe tenebrarum, nec passim visibiliter appareo mortalibus filijs hominum.* Hæc ille pondera singula Ruperti verba, quibus addit Bernardus, Serm. de Beata Virgine: *In proposito erat hominum fugere frequentias, vitare colloquia, ne continentis castitas tentaretur.* Certe virginitas, in fœnestra periculose custoditur, quanto magis in consortio hominum fugiant fœminæ consortia iuuenum, & homines consortia serpentiū; quia ex quo Eua cum serpente alloquta est venenata mansit; recte igitur Tertulianus, dixit: *Non temere dixerim, per colloquiū ipsum eius afflata est spiritu; impatientia infecta.* Hæc de secunda sententia Tertuliani. *Bern.*

TERTIA SENTENTIA.

Tertul. **Tertia sententia erat de peccato primi parentis, ex inductione fœminæ, verba Tertuliani sunt:** *Traducem illum scilicet Adam eius quod à malo hauserat facit, perit igitur, & alius homo, per impatientiam alterius, perit mox; & ipse per impatientiam suam vtrobique commissam.*

PRO HAC TERTIA SENTENTIA SIT.

§. III.

Quale fuerit primum peccatum primi parentis? Et quam grauiter puniendi sunt inductores ad peccandum: si quidem in eandem incidunt malitiam, immo multo magis.

52. IN Hac re ante quam ad moralia descendamus oportet explicare more Theologico, quod nam fuerit primum peccatum Adami, de quo nos late disputauimus à gentes de peccato originali.

In qua re, vt certa ab incertis separemus, notandum est primo, quod quamuis primus parens esset mortalis per naturam, erat tamen immortalis per gratiam, hoc dico, vt intelligamus quod etiam si non comedetet, nec viueret in illo statu non moreretur, nec haberet apetitum calidi, & ficci quatenus dicunt molestiam, bene tamen habere possent apetitum callidi, & ficci. *Vt esse salubre, & sapidum.* Sic habet Montesinos, ex quo facile solui potest dubium, quod solet constitui circa illa verba. Gen. cap. 2. *De omni ligno, quod est in medio Paradysi, comede, de ligno autem scientiæ boni, & mali ne comedas.* Inquiri solet an in hijs verbis sint duo præcepta vnum comedendi de ligno Paradysi, quod est affirmatiuum, alterum non comedendi de ligno scientiæ boni, & mali, per illa verba ne comedas S. Thomas 1. part. q. 97. art. 3. ad 3. dicit: *Quòd sunt duo præcepta, vnum affirmatiuum, & alterum negatiuum* sumpsit. Ex Augustino lib. 14. de Ciuitate Dei, cap. 15. Abulensis etiam citat Augst. eodem loco dicens: *Esse vnum præceptum negatiuum.* Sed recentiores Theologi cum Sapientissimo nostro Zumel. dicunt quòd S. Thom. & Abulensi Conciliari possunt, dicendo quod quando Deus dixit primo parenti, *Montesin.* *Gen c. 2.* *D. Thom. 1. p. q. 97. art. 3.* *August.* *Abulens.*

quod comederet de omni ligno, quod erat in medio Paradysi, illa verba quamuis declaretur per modum præcepti nō fuerunt in rei veritate præceptum, sed solum declaratio præcepti naturalis comedendi, quia intentio principalis ipsius Dei, potius erat intimare præceptum, *de non edendo*, ad transfundendam iustitiam; & ita resoluit hoc dubium dicendo, quod solum præceptum negatiuum de non edendo de ligno vetito, fuit illi sub præcepto; aliud vero fuit declaratio præcepti naturalis comedendi.

53. Secundo supponendum est, quod in integratione illius præcepti de non edendo multa præcesserunt, ex parte viri, & ex parte fœminæ: multa enim narrantur in sententia de muliere, scilicet: *Quod habuisset confabulationem cum serpente, quod aspiceret pomum pulchrum visu, & quod ei promitteretur scientia boni, & mali, & esset sicut Deus quod acciperet pomum, quod comederet, quod dederit viro suo.* Qui etiam comedit, quæ omnia aduertuntur à D. Bonauentura 2. distin. 22. quæst. 1. num. 7. & quæst. 2. num. 11. & à Cayet. 22. quæst. 163 ex quo facile deducitur quale fuerit peccatum Euæ, nam isti Authores; simul cum Scoto 2. dist. 21. quæst. 2 & alij, qui referuntur à Magistro Znmel, & Vazquez, dicunt quod primum peccatum Euæ fuerit superbia, iuxta illud Ecclesiastici, cap. 10. *Initium omnis peccati fuit superbia, & subdit à muliere factum est initium omnis peccati.* Ipsa enim per inordinatum appetitum excellentiæ, & ex appetitu superbiæ peccauit quatenus credidit verbis: *Serpentis dicentis ei eritis sicut dij scientes bonum, & malum.*

Bonauent. *Cayet.* *Scotus.* *Ecclesiastici c. 10.*

54. Tertio supponendum est cum D. Bonauentura, & cum August. in Enchiridi, cap. 45 illud quod bene viderunt interpretes; S. Thom. in peccato Adami plures extitisse malitias; fuit enim malitia superbiæ, quatenus appetebat esse sicut Deus fuit etiam peccatum gulæ, quando appetendo cibum vetitum comedit: *In qua die comederis, &c.* Rursus: *Fuit malitiæ, inobedientiæ* Ita dicitur: *Per inobedientiam vnius peccatores constituti sunt multi.* Fuit etiam malitia, abariciæ, quatenus habuit immoderatum appetitum sufficientiæ, volens scire bonum, & malum, quod non oportebat, Rursus fuit malitia, cuiusdam immoderati amoris circa vxorem; de quo, vt bene notat Montesinos, & Herrera, in controuersijs ad Scotum, talis amor fuit in ordinatus amor amicitiæ circa vxorem; non tamen fuit peccatum luxuriæ: quia vt inquit Medina, quæst. 28. art. 1. tanquam hæriticus damnaretur: tum quia accedere, ad propriam vxorem, etiam appetitu luxuriæ, non est peccatum mortale. Rursus, Adam non cognouit Euam vsque dum comederet, de ligno vetito, & si cognouisset, non peccasset, nisi apponendo aliquam malam circunstantiam; vel accedendo ad eam tanquam ad non suam.

Montesin. *Herrera.* *Medina.*

Hoc igitur statuto, quod inquiritur, est quod nam fuerit primum peccatum primi parentis? In hac re Scotus, in 2. d. 21. quæst. 2. affirmat, quod primum peccatum primi parentis, fuit in ordinatus amor amicitiæ circa vxorem, eandem sententiam amplecti videtur Cayet. 22. quæst. 163. art. 1. quam non reprobat, Montesinos, Herrera aperte eam tenet, in controuersijs ad Scotum, art. 4. conclusione 2. fundatur hæc sent. in verbis Augustini lib. 12. in Gen. cap. vltimo & lib. 14. de ciuitate Dei, cap. 11. vbi, inquit: *Quod Adam amicabili quadam benevolentia, compulsus circa vxorem peccauit, & comedit, ne tristaret sotiam, sed vt complaceret vxori, sotiali quadam necessitate.* Ex quibus verbis, sic conficitur argumentum. Amor circa vxorem in ordinatus, fuit causa comedendi, ne tristaret sotiam, ergo primum peccatum primi parentis fuit talis inordinatus amor circa vxorem, patet hoc: quia causa prior est suo effectu, ergo si amor ille fuit causa comedendi, talis amor etiam fuit primum peccatum illius, maior in qua est difficultas probatur; tum ex verbis Augustini dicentis, quod causa comedendi fuit amor inordinatus circa vxorem, dicit enim August. quod comedit; ne tristaret sotiam. Secundo probatur: quia primus parens tenebatur corrigere vxorem tentantem eum, & tenebatur resistere tentanti; sed nec resistentiam habuit; nec correxit vxorem; non alia ratione, nisi quia eam prosequebatur nimio amore, ergo talis amor inordinatus circa eam fuit prima causa, & prima radix comedendi; quod viro iste amor fuerit causa, quare non correxit vxorem, probatur: quia primus parens non habebat ignorantiam præcepti, & voluntatis Dei Rursus, nec ipse fuerat seductus, sed Eua; Rursus vidit illam comedisse, & non fuisse mortuam;

55. *Scotus.* *Cayet.* *Herrera.* *August.*

Aug. in Enchirid. cap. 45. *Gen. 2.*

tuam; ergo amor ille quem habebat circa vxorem, fuit causa comedendi, & fuit causa quare non crederet, quod etiam si comedisset moreretur, ergo talis amor absolute fuit primum peccatum, in primo parente.

56. Propter quam rationem; sicut grauissimi Theologi mobentur, etiam moberi possumus ad asserendum ad minus esse probabilem hanc opinionem, quam defendit, Bonauentura in 2. distint. 21. quæst. 2. & Scotiste præsertim Herrera citatus supra, ibi; & vnico verbo solbunt argumenta quæ probant potius primum peccatum fuisse superbiam, dicendo quod primum peccatum fuit superbia mulieris, non Adami dicitur enim in Sacra Scriptura: *Quod initium omnis peccati fuit superbia.* Et etiam dicitur: *Quod à muliere factum est initium omnis peccati.* Et ita dicunt quod omnia loca Scripturæ nunquam dicunt, quod primum peccatum Adami fuit superbia; sed solum quod primum peccatum; fuit superbia, & quod hoc intelligunt; de primo peccato Euæ, non vero de primo peccato Adami.

Bonau. *Scotiste.* *Herrera.*

57. His tamen non obstantibus; longè probabilius iudico, primum peccatum Adami fuisse superbiam; ita S. Thom: 2. 2. quæst. 163. artic. 1. cui titulis est; vtrum primum peccatum Adami fuerit Superbia? Et respondet Angelicus Doctor affirmatiue dicit: *Enim quod ex appetitu excelentiæ comedit, primus, parens.* Idem sentit August. 14. de ciuit: cap. 13. vbit dicit in oculto mali esse cœperunt, vt in apertum in obedientiam laberentur, non enim ad malum opus perueniretur nisi præcessisset mala voluntas; porro malæ voluntatis initium quid potuit esse nisi superbia? Quia initium omnis peccati fuit superbia; idem tenet lib. 11. de Genesi, ad litter: cap. 30. & alibi sepæ, legite Greg. lib. 34. Moral. cap. 17. Damasc. lib. 2. fidei; cap. 10. hoc tenent multi alij qui citantur à sapientissimo Zumel 12. quæst. 81: art 2. §. 1. Montesinos, tenet idem, & Vazquez, Suarez, & alij.

S. Thom. *2. 2. q. 161 art. 1.* *August.* *Gregor.* *Damasc.* *Zumel. & alij.*

58. Sed in hac parte non possumus non mirari, Sapientissimum Magistrum; sententiam Doctoris Scoti, sub nota temeritatis innere, eam tamen temeritatem non probando, quam etiam sententiam cum retulisset Montesinos non solum non improbat, immo aliquomodo approbat, quam expresse defendit Herrera, disputatione 22. quæst. 3. conclusione 2. super Scotum; & alij recentiores; qui referunt eam non improbant, nec norunt. Sed quidquid sit de sententia Scoti, quàm tum ad temeritatem (à qua prorsus aliena videtur) pro hac secunda sententia quam defendimus, tanquam communem, & probabiliorem, hanc confitio rationem, quia illud est existimandum primum parentè habuisse pro motiuo, quod in Sacris litteris assignatur pro prima radice, & initio nostræ perditionis; sed in Sacris litteris sepæ reperitur superbiam fuisse primum peccatum. Secundum *illud initium omnis peccati fuit superbia.* Ergo existimandum est fuisse primum peccatum, & primum motiuum comedendi, ipsam superbiam, probo istam consequentiam; quia quando ponuntur duo motiua, vel duo fines propter quos aliquod medium eligitur, si alia ratione non declaretur, tunc intelligendum est, illud motiuum fuisse primum, & principale, quod in se nobilius; & principalius est sed ex his duobus; scilicet motiuum amoris in ordinati; & motiuum excelentiæ, magis principalis est excelentia, & altior finis, quam motiuum amoris, ergo ex appetitu propriæ excelentiæ, tanquam ex fine principaliori, dicendum est comedisse, & ita quod respectu actus comedendi, fuerunt duo, motiua, & duo fines, vterque sufficiens; sed vnus magis principalis, alter minus, vnus finis motiuus, alter impulsiuus finis motiuus superbia, finis impulsiuus amor ille in ordinatus circa vxorem: & hoc modo facile conciliantur opiniones iste: ita quod Scotus dicatur appellare finem impulsiuum amorem, & finem minus principalem. Sanctus vero Thomas intelligat, superbiam esse motiuum; & finem, magis principalem.

Herrera.

59. Sed contra hoc dicet aliquis, etiam in Sacra Scriptura dicitur: *Quod perditio nostra, ortum duxit; ab inobedientia. Secundum illud, per inobedientiam vnius peccatores constituti sunt multi.* Ergo potius inobedientia fuit primum peccatum Adami Respondetur, quod nunquam in Sacris litteris dicitur, quod inobedientia fuerit primum peccatum Adæ; sed quod inobediens fuit Adamus, transgrediendo præceptum de non edendo. Ibi tamen, vt optime docent Theologi, cum S. Thom. 2. 2. quæst. 163. artic. 1. non fuit in illo peccato spetialis inobedientia; sed fuit ipsa inobedientia quædam circunstantia

Roin. 5.

generalis, quæ communis est in omni peccato, non minus quam ingratitudo, iniustitia; quæ non constituit particularem speciem, nisi propter motivum particulare, vt tenet S. Thom. quæst. 72.

60. Colligo primo, ex hoc, quod in peccato Adami, aut fuerunt plures malitiæ, aut plura peccata, vel vnum peccatum habens plures malitias. Ita Doctor *Montesin.* Montesinos in materia de peccato originali. Superbia enim, & gula, habuerunt se, sicut medium, & finis, aut sicut intentio, & electio, ita quod ex intentione superbiæ, accepit medium gulæ existimans, quod per tale medium, ad quireret, esse sicut Deus; vbi ponderandum est, illud quod docuit *Alensis* 2. *Alensis.* part quæst. 122. ex *Augusf.* 16. de ciuit. cap. 27. quod si primus parens non comedisset, quamuis haberet, affectum superbiæ, vel commisisset, quodcunque aliud peccatum: perderet quidem iustitiam sibi, non tamen nobis; quia quantum ad præceptum de non edendo fuit caput in esse moris omnium descendentium ab illo perseminalem propagationem, sic docuit Concilium Tridentinum, sess. 5. Canone 1. quatenus dicitur: *Adamum perdidisse iustitiam sibi, & nobis.* Et assignando causam subdit Concilium; quia transgressus est, præceptum de non edendo. *Trident.*

61. Dixi, non transgrederetur præceptum de non edendo; quia si voluntas efcax, edendi, sufficiens ad peccatum gulæ; quamuis in actu externo, non comedisset, absque dubio, affectus ille efficax comendi, sufficeret ad perdendam iustitiam, sibi, & nobis: tum quia illud non peccatum persona solum, sed peccatum capitis erat: tum etiam quia in actu interno, consumata esset malitia gulæ, de facto tamen vtrunque contingit, vt non solum habuisset affectum comedendi; sed etiam, quod comedit, à qua comestione, speciali quadam prouidentia factum est, vt Eua non sentiret statim erubescentiam, vsque ad peccatum Adami comedentis, ita Montesinos.

62. Colligo secundo, quod alia peccata primi parentis præter peccatum gulæ, non transfunderétur ad nos, nec amitteret iustitiam nobis, sed sibi tantum; quia essent tantum personalia, non tamen essent peccata capitis formaliter in quantum caput erat, sed materialiter, ideſt illius quierat caput. Nec obstat alia peccata posse esse grabiora in sua spetie, vt quit S. Thom. 2. 2. quæst. 163. artic. 2. quia hoc ex parte nocumenti grauissimum fuit, ex quo facile declaratur sententia Scoti, quod in Sacris litteris, prima intentio sit, de peccato primi parentis dicendo esse superbiam, in quibus, dicitur, aliqualiter fuisse peccatum Euæ, non Adami, secundum Scotum, hoc tamen inteligitur; quia in ea fuit prius ordine executionis; quia prima comedit: non tamen prius tudine morali, & ordine nocumenti: vt ita dicam capitalis; & in hoc ordine prius fuit in Adam, ex quo nascimur filij iræ.

63. Quis autem eorum grabius peccauerit, Adam, an Eua? Respondet S. Thom. 2. 2. quæst 163. art. 4. *Quod si peccatum in se spectetur grauius peccauit Eua, tũ: quia prior peccauit: tum etiam quia Adamum ad peccandum induxit.* Itaque se, & ipsum, & nos omnes maculauit, & perdidit, sit tamen circunstantiam personæ spectes, grauius peccauit Adam: tum quiã perfectior erat, & prudentior quam Eua: tum etiam quia Adam immediate à Deo acceperat hoc præceptum, illa vero, mediate, scilicet per Adam: tum etiam quia nocumentum generale, propter illum descendit ad nos, non propter illam, ergo grabius ille peccauit, quam mulier, & hæc sustiant, de hoc puncto secundum quod attinet ad Scolas.

64. Reducendo tamen discursum ad ea quæ concionatoribus sunt magis propria, certissimum est inquit S. Thom. quod Eua grauissime peccauit inducendo Adamum ad comedendum, ex quo constauit grauissime puniendos esse à Deo inductores ad peccandũ, quod erat in secunda parte assumpti propositi in titulo.

Erat igitur Tertuliani sententia, tertia in hunc modum: *Et traducem illum, scilicet Adam, eius quod à malo hauserat facit (scilicet Eua.)*

Non tacebo ad hoc propositum, illud quod legitur 1. lib. Regum cap. 26. vbi dicitur, quod cum Dauid intraret in Tabernaculum Saul, ignorante ipso Saul, & ignorantibus custodibus illius, cum postea cognouisset: *Quod Dauid posset eum occidere si vellet; dixit ad adolescentem suum, tolle hastam, quæ est ad caput eius & Scyphum aquæ & abeamus.* Et subdit Sacer textus: *Tulit igitur Dauid, hastam & Scyphum aquæ, qui erat, ad ca-* 1. *Reg. c.* 26.

put

put Saul, & abierunt. Vbi ponderandum est, quod, Dauid præceperat militi suo, vt hæc acciperet, quare ergo dixit Sacra Scriptura, quod ipse Dauid tulerat hastam, & Scyphum aquæ? Profecto non alia ratione nisi: quia illud cuius aliquis est causa dicatur illud fecisse.

65. *August.* Huc accedit Augustinus super Psal. 63. vbi loquens de peccato Iudæorum sic inquit: *Non dicant Iudæi, non occidimus Christum; & etenim propterea, eum dederunt Iudici Pylato, vt quasi ipsi, à morte eius viderentur immunes machinauerunt ipsi, quod illud fecisset Pylatus, dixitque eis, occidite eum vos, ipsique respondentes dixerint, nobis non licet interficere quemquam. Sed nunquid non occidistis potius vos quam ipse occidistis eum; quando dixistis, Crucifixe, Crucifixe.* Nota verbum illud, *quasi*, quasi dicat Pylatus, nõ occidit illum sed vos, ò Iudæi occidistis, narrauerunt, quidem vt absconderent Laqueos; sed defecerunt scrutantes scrutationes, accute discurrunt, sed damnati sunt; quasi dicerent, tradat eum Discipulus, nos vero non tradamus eum occidat eum Pylatus, nos vero non occidamus, ad hæc eleganter Augustinus, dicunt: *Nos totum faciamus, sed nichil, fecisse videamur.* Sed nunquid, est, clamor vester? Nunquid pretium Discipulo dedistis? Nunquid machinationes vestre sunt? Nũquid dixistis, Crucifixe, Crucifixe? Vos ergo, ò Iudæi, occidistis: quia illud dixistis, nec fugere culpam potestis inuentores, & causatores culpæ, ex quo deducitur, quod sicut fuistis causa culpæ sitis etiam participes in doloribus, & pœnis.

66. 2. *Reg.* 3. & 12. Videte dilecti 2. Regum, cap. 12. qualiter loquatur, Dominus ad Dauid, loquendo de morte Vriæ: *Occidisti eum gladio filiorum, Amon tu, quidem reus mortis eius fuisti: tu confodisti eum.* Sed nunquid Vrias Æthæus, mortuus est in Prælio? Profecto in Prælio mortuus est, sed tamen: quia Rex Dauid, eum in tali periculo posuit, reus dicitur mortis illius, tu quidem occidisti eum gladio, & dolor, in domo tua erit: quia non recedet gladius, de domo tua.

Similiter quid perdiderit Genus humanum? Quid multi? Sed quis causa inductiua Adami ad peccandum? Eua sic, absque dubio, ipsa doloris particeps, fuit cui dictum est, in Genesi: *In dolore paries filios tuos sub viri potestate eris,* Adamo, *vero dictũ est, in sudore vultus tui vescris pane tuo.* Et ambo electi sunt, de Paradyso: quia sicut cõsortes fuerunt in trãsgressione mandati; sic etiã, & participes extiterunt doloris, recte ergo Tertulianus, inducit; Euã traducem culpæ, ipsum fecisse, eum ad peccandum incitando, quando illi pomum præbuit: *Deditque viro suo, qui comedit, & apperti sunt oculi amborum.* *Genes.* 3.

Sed, o Diuinæ Maiestatis inmensitas! 67. Quia sicut in dolore sunt participes Adã & Eua, etiam in lætitia cõmunicant, immo crescit lætitia supra culpæ, magnitudinem legatur Gerson, qui põderat locum Danielis, c. 3. & c. 12. vbi sic, dicit: *Intelligẽtes fulgebunt quasi splendor firmamẽti, & de iustis plurimi quasi stellæ in æternum & vltra.* Quasi dicat, Magistri, atque Doctores splendent, quasi totũ cœlum, sed tamen cæteri iusti, sicut stellæ, itaque iuxta Theodotionem, dicitur; quod Doctores similitudinem cœli habeant, & absque doctrina, seu magisterio, iusti stellarum fulgori comparentur, tantumque sit inter eruditam sanctitatem, & sanctam rusticitatem; quantum cœlum distat, & stellæ. Vbi ponderandum est, quod excessus non est, à scientia quæ naturaliter adquiritur, sed quia illis tribuuntur merita illorum; qui propter Doctores salui facti sunt, quasi ipsi eadem operati essent: *Quæ faciunt operari, & hoc significat illud verbum, intelligentes fulgebunt quasi splendor firmamenti.* *Gerson.* *Theodotion.*

Multo melius idem declaratur apud septuaginta, qui dicunt: *Sapientes erũt, quasi cœlum stellatum; cæteri vero iusti quasi stellæ.* Quasi dicant, quod sapientes, erunt firmamentum: quia ad iustitiam, erudiunt multos, & quasi stellæ in perpetuas æternitates. Sed stellæ firmamenti erunt, cæteri iusti, à Doctoribus eruditi: *Gaudium meum, & Corona mea.* Inquit Paulus. Ad Philip. cap. 4. cum loqueretur ad suos Discipulos, ipsi tamen erunt; Corona gloriæ in capite Doctorum. Videte igitur dilecti. quia sicut in malõ; participe culpæ; etiam sunt participes pœnæ & si inducant, magis, maiorẽ habebunt dolorem, etiã Doctores, abundantes in docendo, & inducendo ad bonum, abundantius participes erunt lætitiæ, fugite ergo consortia Diaboli; ex quibus, peccata nascuntur, fugite consortia mulierum in quibus inductio est ad peccandum. ipse Adamus clamauit ad Dominum dicens: *Ipsa decepit me, & comedi.* Ex quo ad nos deuenit, vt manducremus vbam acetbam. 68. *Nota ex septuag.* *Ad Phil.* 4.

PROSEQVITVR AVTHOR.

DISCVRSVS DECIMVSSEXTVS.

TEXTVS.

69. Hinc prima iudicij, vnde delicti origo, hinc Deus irasci exorsus, vnde offendere homo inductus, inde in Deo prima patientia, vnde indignatio prima, qui tunc maledictione sola contentus, ab animaduersionis impetu in Diabolo temperauit, aut quod crimen ante istud impatientiæ admissum homini imputatur? Innocens erat, & Deo de proximo amicus, & Paradysi colonus vbi semel succidit impatientiæ, desiuit Deo sapere desiuit cælestia sustinere posse, ex inde homo terræ datus, & ab oculis Dei eiectus facile vsurpari ab impatientia cœpit, in omne quod Deum offenderet, nam statim illa semine Diaboli concepta, malitiæ fœcunditatem, iram, filium pro creauit; æditum suis artibus erudijt, quod enim ipsum Adam, & Euam morti inmerserat docuit, & filium ab homicidio incipere. Hæc Author.

EXPLICATIO LITTERÆ AVTHORIS.

70. IN Hoc textu Tertulianus declarat, Deum iudicem agere ab eo punto quo peccauit homo; qui propter culpam relegauit hominem de Paradyso, vbi colonus erat, & expulsus e Paradyso terræ datus est, vt sit cultor illius, & in sudore vultus vescatur pane suo, qui homo, vbi. *Semel succidit impatientiæ, desiuit Deo sapere.* Qui propter peccatum ab oculis Dei eiectus erat, & tunc facile, cœpit vsurpari ab impatientia. Quid durius, inquid Cerda, & bene: *Quam Diuinam faciem non aspicere.* Et hoc illi accidit, quando, *succidit*, impatientiæ, Pamelius, & Rthenanus pro *succidit*, ponunt, succubuit, quamuis succidere, & succumbere idem significet, vt ponitur in lib. de Corona Militis. Pater Cerda, inquit, impertinés esse distinguere, hæc duo, *succidit*, aut, *succubuit*. Quia idem frequenter, sic docuit, Chrysost. hom. 16. ad populum, ait: *Hæc igitur cum sciamus, ne succumbamus aduersis.* Et homilia 12. ad populum eximiæ laudat patientiam Dei, qui non statim, atque homo peccauit, ipsum redarguit; sed alijs vsus est verbis; tantum dicens delictum inæpte commissum.

Cerda.

Tertul.

Chrysost.

71. *Aut quod crimen ante istud impatientiæ admissum homini imputatur?* tã diximus supra, peccatum, superbiæ esse crimen imputatũ Adamo, & hoc commisit per medium gulæ, ex tunc, quando supperbæse, agebat: *Facile vsurpari ab impatiẽtia cœpit.* Renanus, inquit, quod illud fuit in omne quod Deum offenderet, luriste, dicunt quod vsurpare est, auferre ab illo ad quem ius possessionis expectat, & sic impatientia, possidendo hominem facile eum conducit ad quod libet malum *quo Deus offenditur*, Pamelius, & Cerda, de hoc nil agunt spetiale, ego intelligam, ab impatientia hominem vsurpari, vt diuersis tradatur vitijs, nam cum optima proprietate loquitur author

thor, dicens, hominem vsurpari ab impatientia. Quia qui vsurpat alienum surripit. Hoc est, *vsurpare*. Quod alienum est. Vnde homo, qui est Imago Dei: per impatientiam vsurpatur à Diabolo. Iam scitis, quod quando Christo Domino obtulerunt monetam illam, in qua erat Imago Cæsaris interrogauit: *Cuius est Imago hæc, & superscriptio, & responderunt dicentes; Cæsaris. Et Christus dixit, reddite ergo quæ sunt, Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo.* Ita similiter, homo est, Imago Dei Ergo reddenda est Deo, ergo vsurpata est, à Diabolo per impatientiam tanquam res aliena, silicet Dei, non vero Diabolo.

Matth. 5.

71. *Tert.* Statim, *illa (silicet impatientia) semine Diaboli concepta, iram filium procreauit, & erudiuit filium suis artibus, concepta quidem malitiæ fœcunditate.*

Inquit Cerda, quod semper solent filij imitari consuetudinem Patris, & qui semine Diaboli concipitur quales filios, nisi semine Diaboli pro creauit? Et dicit, quod Tertullianus, amat tragicas locutiones assummendo vocabula pro persona dicit, quod Pater impatiens generat filium impatientem, & quod impatientia generat, iram, & alia scelera. Sic dicebat Seneca epistola 101. *Quod, ex indigentia generatur timor.* Et ita ex impatientia nascitur ira, & apud prophanos Authores, hoc passim inuenitur, vnum crimen esse filium alterius. Ita Pindarus, Eutipides, & Sophocles. Hoc certum.

Sic impatientia generauit iram, & ab illa homicidium incepit Tertullianus, *Id docuit, dicendo; quod enim ipsum Adã, & Euam morti, immerserat, docuit, & filium, ab homicidio incipere.* 73.

Remansit quasi Magister impacientiæ Cainus, qui, è doctus ab impatientia Patris generantis filium homicidam, primã lectionem, ab homicidio incipere vidimus.

HÆC DE LITTERA AVTHORIS.

ELIGVNTVR SENTENTIÆ.

74. *Tert.* *In hoc textus inter alias duas inuenio sententias notatione dignas. Prima continetur illis verbis. Hinc prima Iuditij, vnde delicti origo. Hinc Deus irasci exorsus, vnde offendere homo inductus. Inde in Deo prima patientia, vnde indignatio prima.* Vbi declaratur, quod peccata nostra, Deum Iudicem fecerunt, qui Pater erat iam non propter peccata. Solum Pater, sed etiam Iudex vindicans dicitur: & Pater patienter sustinens nostra delicta.

Tert. *Secunda sententia, stat illis verbis. Innocens erat (silicet homo) & Paradysi colonus, at, vbi semel succidit impatientiæ, desinit Deo, sapere, desiuit cælestia sustinere posse. Ex inde homo terræ datus, & ab oculis Dei deiectus, facile vsurpari ab impatientia cæpit, in omne quod Deum offenderet. Et docuit filium ab homicidio incipere.*

PRO PRIMA SENTENTIA, & discursu 16. sit.

§. 1.

§. I.

Qualiter nostra peccata, Iudicem Deum faciunt? qui Pater misericors est. Tamen vltorem reddunt dum, iram prouocant Dei.

75. *Iosua 23.* REm, de qua agimus, declarat locus quidam Iosuæ, cap. 23. vbi iratus Dominus de multitudine peccatorum, in hæc prorumpit verba, ait: *Dominus eo quod præterieritis pactum Domini Dei vestri, quod pepigit vobiscum, & seruieritis dijs alienis consurget in vos furor Domini, & auferemini ab hac terra optima.* Quasi dicat vos ipsi, in citatis Diuinam pietatem, vt in vindicantem iustitiã conuertatur. Igitur fecerunt peccata, nõ solum primorum parentum, sed etiam omnium aliorum, Deum seuerum Iudicem; quamuis Pater sit pronus ad miserendum.

Varia exempla, Diuinæ indignationis propter nostra peccata.

76. Sed præ cæteris, illi Deum pro earum ad iram. Qui maiora ab ipso Domino beneficia, tunc receperant. Quis non videat qualiter amplissimis beneficijs, cumulauerit Populum Iudæorum, & amplioribus cumulandum fuerit pollicitus? Ea conditione, vt in aliorum consuetudinem, & superstitionem non versaretur. Verum tamen Iudæorum animus, ad sacrilegos, & prophanos ritus propensus; & nichilo melior de tanta numinis Diuini benignitate effectus præceps populus ad omne genus vitiorum pro lapsus est. Qua propter offensa Diuina Maiestate ad minas, & ad supplitia cucurrit, contra ingratum, atque rebellem populum armatus Dominus, qui nesciebat irasci, iam iustitia indutus est; & ita inquit, Iosuæ cogitante, iam de suo sepulchro: *Adducet super vos, quidquid malorum comminatus est; eo quod præterieritis pactum Domini Dei vestri, velociter consurget, in vos furor Domini.*

77. Quod ad exercitium redactum videmus; nam in Sacra pagina, satis constat grauissimas clades, & supplitia maxima, Israelitico populo ab irato Deo illata fuisse quoties turbata Religione, ad immania flagitia pro lapsus est. Disquiramus modo vnde originem habuerunt ieiunia illa, quorum meminit Zacharias, cap. 8. S. Hieronymus affirmat ex opinione Hebræorum: *Ieiunium quarti mensis,* fuisse institutum? Quoniam Moyses de Monte descendens; Idololatria offensus tabulas confregit; & longo post tempore muri sanctæ Ciuitatis. Primum eodem mense rupti sunt, Ieiunium vero, quinti. Quod eo mense iusi sunt, Israelitæ; *In solitudine manere annis non minus quadraginta, propter seditionem, ex Nuntio Ortam, quo terræ promissæ exploratores castra conturbarunt: quo etiam mense Regnante Sedechia Templum, Nabuccodonosor, incendit.* Similes adducunt Hebræi causas aliorum ieiuniorum. Quamuis ego, quidquid illi dicant, Iudicem, Zachariam dum capite citato, meminerit, ieiunij, quarti, quinti, septimi, decimi mensis; ad calamitates, non antiquas, sed recentes respexisse, quas ieiuniorum in dictione leuari opportebat. Harum prima, accidit mense decimo, quando Ciuitas obsessa fuit ab exercitu Nabuccodonosor. Secunda mense quarto, quo muri rupti sunt, & Ciuitas capta, fugiente Sedechia Rege. Quinto mense, quo Nabuzardan, non solum Templum. Sed Regiã ipsam, & cæteras præcipuas domos complanatis vrbis mœnibus bastauit: Quanta calamitas hæc! Et hæc quarta fuit. Quam sicut, & reliquas grauissima scelera, atq; peccata populi præcesserunt. Et rursus fuit mors Ismaelis per fraudem Godolię, septimo mense illata.

Zacharias. Hieronym.

78. Hæc & similia Diuinæ vltionis exempla, referens Apostolus. Primæ Chorint. cap. 10. ait: *Ne nos forte propter Dei munificentiam, bonitatem, electionem, & vocationem; & cætera huiusmodi munera, quæ largam numinis in nos præferunt liberalitatem, & gratiam, in cassi; simus, & minus sobrij in cituntes Diuinam iustitiam; & Dei benignitatem in rigorem vertentes. Nos simus (inquit) concupiscentes malorum.* Sicut enim beneficia à Deo Iudæis collata, typice ea bona significarunt, quæ per Christi gratiam, credentium populus accepit, & primi parentes à Deo etiam in Paradyso receperunt. Ita, & illis, ob ingratitudinem inflicta mala ingratitudini nostræ destinata supplitia præmonstrarunt. Illi erant quos præ cæteris gentibus Deus constituit, & præ omnibus animantibus, inquiens: *Dominamini piscibus maris, & volatilibus cæli.* Et Iudæi erat, quos præ cæteris filijs Adam, Deus abinitio dilexit. Et de Ægypto eduxit, atque signis, & virtutibus, admirabili spectaculo liberauit: De mersis eorum hostibus in Mari Rubro. Primis parentibus omne lignum dedit ad vescendum vno dempto: *De ligno autem scientiæ boni, & mali, ne comedas.* Iudæis etiam dedit Mannã de cœ-

1. Corint. cap. 10.

Genes. 3.

Genes. 3.

lo ad manducandum in deserto: & ne in bestiarum, & hostium incurrerent insidias, à quibus se facile expedire non possent; nubis, & ignis columnam dedit, quę itineris ductrix in die, & in nocte, vt itineris incommoda leuaret. Ipsique legem Dei loquentis de nube receperunt. Quibus futuri Messiæ facta est promissio.

79. At enim vero, Iudæi, quo maioribus cumulati sunt donis. Tanto grauioris se reos criminis ob ingratitudinem constituerunt, mox ad tripudium ante Idola cõuersi sunt; ipsis pedibus quibus siccatum mare transierant. Rursus. Eo ipso Ore, quo Paulo ante Diuinas laudes, transito mari Rubro cæcinerant, simulachra sibi fieri poposcerunt. Illis met oculis, quibus in monte Syna præsentis Dei Maiestatem conspexerant, muta venerabundi simulachra intuebantur. Mannà ipsum illis fastidio fuit. Ægyptias dapes recolentibus.

Ingratitudo Iudæorũ describit.

80. Verùm tamen, haud quaquam impunita mansit, tam insignis Iudæorum ingratitudo, circa quod Apostolus Paulus, 1. Corinth. 10. inquit. *Non simus concupiscentes malorum sicut, & illi concupierunt.* Ac si dicat, nos illorum eruditi supplitijs à culpis mentem Euocemus; quibus illi dediti erant, & iram Dei meruerunt. Quid verò illi concupierint? Ex D. Paulo, & varijs scripturæ testimonijs constat, nam Psalm. 105. dicitur de illis: *Concupierunt, concupiscentiam in deserto.* Mannà fastidientes flagitabant. Cæpas. Porrum: *Et Carnium Ollas. Sed quid illis accidit? Petierunt, & venit coturnix, sed adhuc escæ eorum erant in Ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos: & occidit pingues eorum.* Hoc est; concupitæ carnis delitijs, se vt pinguescerent, veluti opime vobes, ob lectantes; vltrix pœna igne inuolutos occidit: vt eo supplitio constaret carnis delitias, & Gullæ, irritamenta, gæenæ incendijs, cõpensandas: quàm rerum commutationé, *Diues ille qui epulabatur quotidie splendidè indutus purpura, & bysso; expertus est.*

1. Cor. 10.

Psal. 105.

81. Alterum Israelitarum delictum, quo concupiscentijs suis morem gerentes; Deum offenderunt, fuit Idololatria. In Exodo cap. 31. dicitur: *Nec Idololatræ effitiamini, sicut quidam ex ipsis; quemadmodum scriptum est. Sedit populus mãducare & bibere, & surrexerunt ludere.* Ad eam insaniam saturati, & vino repleti lapsi sunt, vt choreis, & alijs. Hædis vitulum adorarent conflatilem. Quid ergo disquiro spectant? Quid grauis potus? Quid saturatio nimia? Quid? Audi, nil aliud nisi hinc, illic scaturiræ, & pullulare peccata. Concedita Aron clamori eorum ex petenti Deum dat vitulum grãde malum, sumpsit stylum, & in tabula formauit vitulum; quem adorauerunt, grande malum, quia facile illius ductum sequuntur milites qui præsidet tanquam dux, de quo infra latissimè Agemus, *Moy si enim, huic qui eduxit nos de terra Ægypti, nescimus quid acciderit illi.* Pœna tanti flagitij ea fuit, vt non ante inuagina vltor ensis inclusus fuerit, quam viginti tribus hominum millibus occisis. In puluerem redactum vitulum in aqua viuerint sacrilegi.

Exod. 31.

Exod. 32.

82. Tertium crimen, fornicatio fuit; qua à mulieribus Madianitis ad sacrilega initiati sacrificia legem deuitanda alienigenarum gentium connubijs; & familiaritatibus violarunt. Hoc nefas prophanam commessationem, & Idololatriam consequutum est; nec ante fuit expiatum, quàm viginti quatuor virorum millia, ferro crimen vindicante iussu Dei caderent. Idque præter Principes, quorum interat populum à crimine deterrere: Hi, enim in patibulis suspensi; & strangulati admonere; spectatores videbantur ne similibus vitam pro fluerent supplitijs. Hinc subiungitur vobis illa apud Apostolum exortatio: *Nec fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt vna die viginta tria millia.* Numerorum 25.

Num. 25.

83. Quartum delictum fuit, impia murmuratio, & blasphema. Legimus namque in Exodo, cap. 17. *Filios Israel castramentatos fuisse in Raphidim, vbi non erat aqua, quam ob rem in Moysem, & Deum ipsum iurgia euomuisse dicentes cur fecisti nos exire de Ægypto, vt occideres nos, & liberos nostros, ac iumenta siti? Tedio longi itineris.* Cui accesit aquæ, & carnium penuria, in Moysem, & Deum ipsum multa loquuti sunt, ex in fidelitate, & diffidentia sacrilege: Propheta quibus ad murmurationibus offensum numen pœnis ingratum populum dignis multauit. *Iurauitque fore, vt nullus eorum, qui Deo murmurantes iniurioſi fuerant, terram promissam ingrederetur.* Vnde Apostolus 1. Corint. cap. 10. *Nec murmurauerit is, sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore.* Mirarer ego si tali pœna murmurantes non punirentur.

Exod. c. 17.

1. Cor. c. 10.

84. Quintum delictum populi, fuit impie-

tas:

tas: qua Dei virtutem, & potentiam præ diffidentia tentarunt: id que non semel; sed vt Hæbræi colligunt decies, aut sæpius. *Est autem tentare Deum, de Deo diffidere, & de ipsius ope mente perfida disperare.* Dicitur enim Deum tentare, qui nititur signo aliquo, aut portento de Dei potentia summere experimentū quod fecere; qui Christo Domino dixerunt. Matthæi cap. 12. *Magister volumus à te signum videre*, & qui tentantes signum quærebant, *signa inquiunt nostra non vidimus; iam non est Propheta, & nos non cognoscet amplius.* Huiusmodi tentatores carpit Dominus Matthæi cap. 12. *Generatio mala, & adultera signum quærit: quærit inquit non vt credat*, aut mores prauos in mores pios commutet, sed sola curiositate, aut perfidia ducitur. Vt Hærodes, qui signum aliquod fieri se præsente à vidē cupiebat.

Matth.12.

Matth.12.

In eos, qui Deum tentare ausi sunt in Missit Dominus olim serpentes ignitos, vt illorum morsibus perirent; pabulum serpentum puluis est; *Iuxta illud serpentis puluis panis eius.* Isai c.65 Est autem puluis aridus, sterilis, incompactus, nec suis cohærens partibus, à vento facilè mobilis, in lutum admista aqua, redigitur: est denique res omnino bilissima. Hæc omnia, tùm omnibus prauis hominibus conueniunt, tùm præsertim detractoribus, aridi, enim sunt: quia gratiæ carent humore, steriles, quia nihil boni operis agunt, incompacti, nec sibi bene cohærentes, nec alijs vtiles: quia amore Dei, & proximi vacui sunt: mobiles sunt, & inconstantes, sicut puluis, *quem proijcit ventus à facie terræ*, Psalm. 1. *Ideo non resurgent in iudicio, nec ad iustorum cætum aggregabuntur.* In lutum delitiarū, & luxuriæ sordes diffluunt, ac propterea vbicumque sunt vilescunt. Huiusmodi ergo Diuinæ legis præuaricatores, à serpentibus vniuersi, plagis deformantur, aut occiduntur; quia qui dissipat sepem Diuinæ legis mordebit eum coluber. Audiamus igitur Apostolum dicentem: *Nec tentemus Christum sicut quidam eorum tentauerunt, & à serpentibus perierunt.* In quibus verbis idem est tentare Deum, atque tentare Christum: quippe qui secūdum Diuinitatem Moysis ætate, immò ante Abraham iam erat iuxta illud ad Hebræos cap. 13. *Christus Iesus heri, & hodie, & est ante sæcula.* Illud non prætermitam, quo alij aduertunt: *Tentare Deū*, interdum nihil aliud esse, *quàm Deum ad iram prouocare*; illumque peccati ultris ad malum pœnæ inferendum inducere: quod bene Iansenius, Psal. 77. vers. 21. *Sic enim interpretanda sunt illa verba eiusdem Psalmi, quoties exacerbauerunt eum in deserto in iram concitauerunt eum in in aquoso.* Et Ecclesiastici cap. 18. *Ante orationem præpara animā tuam, & noli esse quasi homo, qui tentat Deum.* Hoc est, ne tibi contingat, vt loco veniæ, quàm à Deo exposcis precibus illius iram pro voces.

1.Cor.10

Hebr.c.13.

Psal. 77. vers. 21.

Iansenius. Eccles. 18.

Sed quis nescit sanctos viros, sæpius signa petijsse? In lib. Iudicum, cap 6. dicitur de Iedeone, quod cum ei apparuisset Dominus, & ad liberandum populum Israel eum mitteret suumque auxilium polliceretur; respondisse: *Si inueni gratiam coram te, da michi signum; quod tu bis, qui loqueris ad me.* In quo non reprehenditur, immò laudatur, à glossa ibidem, & ab Augustino, lib. 2. de consensu Euangelistarum, exponente illa verba, Matth. cap. 22. *Interrogauit, ei vnus ex eis legis Doctor tentans eum.* Inquit enim fieri potuisse, vt illa tentatio, non fuerit reprehensione digna, tanquam volentis experiri amplius ignotum.

§. 5.

Iudic. c. 6.

Aug. Gloss. Matt. 22.

Rursus sancti petebant, miracula, & signa ad excludendum humanam tentationem, & cum certi essent, de Diuina voluntate, signa desiderabant, quibus vel ipsi, magis instruerentur, vel alijs signis permoti, & illustrati Deum agnoscerent, & benerarentur. Sic eligas 3. Regum cap. 18. *Conditionem sacrificij, igne de cœlo Misso absumendi, populo, proposuit*, dicens: *Deus qui ex audierit per ignem, ipse sit Deus.* Quod factum, cum non ex dubitatione, sed ex recta Prophetæ intentione promanauerit, honestissimum fuit.

§. 6.

3.Reg.18.

Abraham, quoque Genesis 15. loquens cum Deo, ait *Vnde hoc sciam?* Velut legit Augustin *Secundum quid sciam?* Quæ verba, videntur esse tentantis, & petentis signum in vsitatum ad explorandam veritatem Oraculi Diuini: & tamen non reprehenditur Abraham, quasi dubius de veritate Oraculi: similitudinem aliquam dumtaxat petijt, qua eius rei quam crediderat modus agnosceretur. *Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam.* Sic Augustin lib. 17. de Ciuit. cap. 24. *qui etiam Beatissimæ Virginis Deiparæ, adducit exemplum*, dicens: *Quomodo fiet istud? Quoniam virum non cognosco.* Subijt Augustin. ita Abraham, rem credidit; modum autem scire optauit. Quod expressit Chrysost. hom. 37. in Ge-

§. 7.

Genes. 15. August.

Luc. c. 1. August.

Chrysost.

ne-

neſim, *explanans verba Abrahæ. Modus ergo huiuſmodi tentandi Deum cum ſub eſt.* Et ſanct. Thom. 2. 2. quæſt. 97. art. 2. inquit iuſtitia neceſsitas, aut pia vtilitas, aut alia, quæ ad huiuſmodi petitionem, ſine poſtulantis in fide hæſitatione, concurrunt, nichil continet vitij, immo Deus ipſe, aliquando ſuadet, & inſpirat, vt talis petitio fiat. Quod annotari ſolet Iſai. c. 7. *Dixit Propheta, ad Achaz, eo quod ſignum à Domino non petierit, pete tibi ſignum à Domino Deo tuo.* Tunc ipſe reſponſum dedit dicens: *Non petam, & non tentabo Dominum.* Tunc reprehenditur Propheta, quia tacuit, & ipſe dixit: *Væ michi quia tacui.*

Iſai. c. 7.

88. Hæc igitur à curatius commemorata ſunt, quia inter grauiora Iudæorum ſcelera; quibus Diuinam contra ſe concitauerunt iram, illa recenſentur, quibus Deũ tentaſſe, *decem vicibus perhibentur.* Numerorum c. 14.

Num. c. 14

Rurſus exillia, & captiuitates, quibus ob flagitia mulctatus eſt populus Iudæorum, memorare eſſet longum tamen late proſequitur Ioſephus de vello Iudaico.

Sed tamen pulcherrimo Dialogiſmo Deus apud Hieremiam cap. 2. cum Iſraele, ex poſtulat, pœnaſque proponit, illis digniſsimas, ait ſic: *Verterunt ad me tergum, & non faciem; & in tempore afflictionis ſuæ dicent: ſurge, & libera nos: vbi ſunt dij tui, quos feciſti, tibi (inquit Deus) ſurgant, & liberent te, in die afflictionis tuæ, ſecundum numerum quippe Ciuitatum tuarũ erant dij tui Iuda.* Vertere tergum, geſtus eſt hominis contemnentis, & nolentis audire; quod illi fecerunt. De quibus Zacharias cap. 7. *Nelluerunt attendere, & auerterunt ſcapulam recedentes.* Vel Idololatriam ſignificat, & receſſum à cultu veri Dei: quod indicant verba illa: *Secundum numerum Ciuitatum, &c.* Pro numero namque Ciuitatum Deos adorabant Iudæi: aut certe pro numero, *viarum*, vt legunt ſeptuaginta. Aiunt ſic. Et ſecundum numerum viarum Hieruſalem immolabant Baal. ſpem ſuam Iudæi modo in Egyptiorum, ope, modo in Aſſyriorum viribus Dei ſui beneficia obliti repoſſuerunt. Id circo Deus gentem hanc à loquens, inquit: *Ab Egypto confunderis, ſicut confuſſa es, ab Aſſur. nam & ab iſta egredieris, & manus tuæ erunt ſuper caput tuum: quoniã, ob triuit Dominus fidem tuam, & nichil habebis proſperum.* Vbi, increpantur Iſraelitæ, quod neglecto præſidio, quod a Deo ſperandum erat; humanis vſi ſunt auxilijs. Sed fruſtrati ſunt. Miſeri, namque Hæbrei, ſicut modo experimur in Hiſpania, qui Catholici ſummus. Videntes Hebræos Quod illi dum ſua machinamenta, & ſcelera aduerſus Chriſtum Dominum ſuſcitant, ipſi ad ignem Miſsi incinerem redduntur. Igitur Hebræi miſeri, vt Egyptiorum declinarent impetum. Ad Aſſyrios fugiebant quorum in vtile fuit auxilium. Nam legimus ab Egytijs victos fuiſſe.

Hiere. c. 2.

Zachar. 7.

Ieremi. 2.

89.

Cremãtur an. 1632. Matriti.

Rurſus, vt iram Aſſyriorum fugerent Egyptiorũ implorauere fauorem. Quos in ea expeditione, ab Aſſyrijs profligatos hiſtoriæ narrant. Tandem, quibus Aſſyriorum gladius pepercit, contra Dei voluntatem, ad Egyptum confugerunt, illuc enim à pulſus Nabucodonoſor. Miſeros Iudæos, partim gladio iugulauit, partim captiuos adduxit, vt conſtat ex c. 43. Ieremiæ, & ex cap. 17. vbi gemens ait: *Maledictus homo, qui confidit in homine. Et ponit carnem brachium ſuum, & à Deo recedit cor eius. Erit enim quaſi myrica in deſerto, & non videbit, cum venerit bonum.*

Ierem. 17.

Porro captiuitas Babilonica, & cætera detrimenta, quibus terra Iuda deformata fuit; & Prophetica Hieremiæ prædictione cap. 25. ſatis conſtat prædictionem. Namque effectus excepit verba Oraculi, grauiſsimis offenſis peccatis. Hæc ſunt: *Ecce ego mittam. Et à ſummam vniuerſas cognationes Aquilonis, ait Dominus. Et Nabucodonoſor Regem Babilonis ſeruum meum; & adducam eos ſuper terram iſtam, & ſuper habitatores eius, & ſuper omnes nationes, quæ in circuitu illius ſunt, & interficiam eos, & ponam eos in ſtuporem, & in ſybilum, & in ſolitudines ſempiternas (& infra) & erit vniuerſa terra hæc in ſolitudinem, & in ſtuporem, & ſeruient omnes gentes iſtæ Regi Babilonis ſeptuaginta annis.*

90.

Hiere. 25.

Videte dilecti illa quæ Iſai. cap. 1. lamentabili voce prædicit. Recolens etiam ingratitudinem Iudæorum, ſic ait: *Terra veſtra deſerta, Ciuitates veſtræ ſuccenſæ igne Regionem veſtram coram vobis alieni deborant, & deſolabitur ſicut in baſilitate hoſtili, & derelinquetur filia Sion, vt vmbraculum in vinea.* Similes ſunt omnium Prophetarum voces, quas modo nõ opus eſt Huc adducere.

Iſai. c. 1.

Legite longam diſputationem Gregẽtij Archiepiſcopi Thefrenſis; cum quodã Iudæo. Quem ad fidem Chriſti, cum aliis multis num. 5000. conuertit extat præterea opus, pulcherrimum in bibliothe-

91.

Gregenti.

ca veterum PP. tom. 4. in quo Hieronymus à sancta fide, & Iudæus iam factus Christianus, contra perfidiam Iudæorum, & Thalmuth disputat. Hic fuit Medicus Benedicti 13. ann. 1412. Iste quidem doctissimus Iudæus, eos comincit, & thalmud omnino reprobat, & ex illo, eorum etiam Imperitiam probat. Et ex doctrina Rabinorum confutat.

92. Hinc colliges; grauia admodum, fuisse peccata, propter quæ Iudæi in numera prope exilia, & captiuitates, perpessi sunt. Quas in sacris, & prophanis historijs legimus. Illud vero longe grauissimum quo Christum Dominum Dei Filium ad salutem humani generis, ex Maria Virgine natum; quem colere, & venerari, debuerunt, Cruci fixere, & quotidie, Crucifixere, nouisque tormentis, & plagis afficere, tentant, sed væ vobis, ò miseri, Iudæi. Quia ex quo Dominum, gloriæ Crucifixistis: dispersi estis per varias mundi partes: nam peccatum vestrum, nimium excitauit fortissimos. Titum, & Bespasianum, vt vos eijceret, & perderet; & estis sine Rege, sine lege, sine Sacerdotio, sine Propheta, ingrati valde estis Deo, & hominibus. Quid mirum, omnibus videamini abominabiles. Vos quidem Deum benefactorem ad iracundiam prouocastis. Vos iudicem armastis, nam quis non armauitur iustitia ingratitudine vestra inspecta. Recte igitur Tertullianus dixit in sua sententia. *Hinc prima iudity; vnde delicti, Origo hinc Deus irasci exhorsus, vnde offendere homo inductus, inde in Deo prima, patientia, vnde indignatio prima.*

Per Titum & Bespas. exilio dati sunt Iudæi.

Tertul.

§. II.

Ponitur qualiter propter culpam eiecit Dominus Adamum de Paradyso, & qualiter fuit Cherubim ad ostium Paradysi.

93. PRo secunda sententia Tertulliani; ponitur quod Deus propter peccatũ eiecit Adamum de Paradyso. Sententia erat in hunc modum: *Qui erat Paradysi colonus desiuit Deo sapere, quippe qui ignorantiam illi culpa induxit, usurpatus ab impatientia, cæpit in omne quod Deum offenderet facile pro labi; & qui sic erat Paradysi colonus exinde terræ datus est. Et ab oculis Dei eiectus, & semine diaboli iram fœtum procreauit, editus suis artibus, & docuit fratrem ad homicidio incipere, quem suis artibus erudijt.*

Tertul.

Inquit, *emisit eum Dominus de Paradyso*, Oleaster, *emisit eum Dominus de orto hedem, ad colendum terram: ex qua sumptus fuerat. Et eiecit Adam, & collocauit ab Oriente horti hedem Cherubim; & flammeum gladium, uersatilem, ad custodiendum viam arboris vitæ.* *Oleaster. Genes. 3.*

Dicit enim Oleaster, quod eiecit Adã, scilicet de horto. Et quod verbum *Garas*, significat, *eijcere, & gueres, eiectionem, & fructum*: qui ex gẽma eijcitur. Deut. 33. *de pomo gueres*; id est, *eiectionis Lunarum*, id est, quod Luna eijcere facit, seu producere.

Et collocauit ab Oriente horti, aut *à parte anteriori horti hedem Cherubim.* Verbum *Sachan*, significat proprie *habitare*: & sensus est, quod fecit habitare, Cherubim, ante hortum: vbi erat ingressus horti statim subditur.

Cherubim. Plurale est nomen: vnde videtur, quod non vnicum, sed multa collocauerit. Est etiam aduertendum, vt dicit Habenesra, quod, *Cherub*, genus est, & vniuersale nomen, ad omnem figuram, nisi, quod ea, quæ sunt in lege humanam habebant effigiem; quo pacto modo depinguntur; quæ vero sunt, in Ezechiele; quatuor animalium; ibi descriptorum, figuram habebant. Putarunt autem Doctores Hebræorum litteram, *Chalp*, non esse radicalem in nomine *Cherub*, sed radicẽ putant *Rabia*. Quod, *Puerum* sonat, & putabant huiusmodi Cherubim, esse ad-modum puerorum: quod non Credo: cũ apud Ezechielem, aliquot illorum non haberent hominis figurã, vt ibidem dicitur, sed vnum quodque quatuor habebat facies. Interpretatur autem Cherub, *Pictus, & Cherubim, Picti.* Hieronymus interpretatur: *Multitudinem* scientiæ à *Nachar*, quod est agnoscere, & *Ramb. Multitudo*. Michi melius videtur, quod dicantur, *Cherubim*, id est, *quasi multi*, id est, *multitudo*. Quod videlicet, sint, ex maxima copia.

Subdit Oleaster, *& flameum gladij*, aut vt Paguinus vertit, *flameum gladiũ*. *Pagnin.* Verbum *Laat* significat, *inflamare*, vt pat Psalm. 104. *Et Ministros suos ignem Lobet*. i. flamantem, aut ardentem; vnde, *Labat*, id est, *acies gladij*, quod *luceat*, quasi flama. Quare, Targun. *hic vertit, & aciem gladij*. Quare illud Exod. c. 7. *Fecerunt sic Magi Egypti. Velathehem*, id est, *in incantationibus suis*; vertendum puto, *inflamationibus*, aut, *splendoribus suis*, faciebãt enim huiusmodi incãtationes, in acie gladij, vt dicit Rabi. Dauid.

Ver-

94. *Versatilis* 1. qui facile verti posset; aut melius, quæ acies erat, versa ad vtramque partem, vel ex vtraque parte aciem habebat: posset namque littera hæc melius, sic verti: *Et acies gladij versa, seu, vertens se, ad custodiendam viam ligni vitarum.* Vnde gladius videtur fuisse vnius acuminis: sed illud erat versum ad viam ligni vitæ; disce etiam hinc; quam, toto cœlo errent, qui dicunt hortum hunc, esse totum Orbem: cum hic legas hominem ibi inclusum prius, postea electum; constat etiam, arborem vitæ, non illico euulsam; nec destructum hortum, immò longo tempore durasse, nam si ibi homo permansisset; perpetuo de illa edere posset. Et mirandum valde, quod locus ille non sit amplius cognitus, aut inuentus. Et potuit fieri, vt aquis diluuij arbores illius sint euersæ, & subdit, in fine annotationum, iste Oleaster: *Aduertendum esse Deum post peccatum hominem extra Paradysum, & ante non longe collocasse: vt quoties ante se, locum videret à mœnissimũ, & se, eo priuatum: in gemisceret, & peccatum suum ante se poneret.* Huc vsque Oleaster. In cuius modo loquendi, & explanandi, multa inuenio notatione dignissima pro Diuina pietate exageranda. Primum, quod Cherubim depingantur pueruli, vt intelligas Deum etiam iratũ, nõ robustum, sed puerum se ostentare, & lenem; vt facile ad pietatem redducatur. Secundum, quod Cherubim, dicit multitudinem scientiæ, vt intelligas, quod per varias vias ad Paradysum reuerti possumus. Tertium, quod ponebatur ad defendendam viam ligni *vitarum*, vt sciamus qualiter opporteat nos attendere ad impletionem mandatorum Dei: ne pullulantes vitas amittamus, nam ex peccato, & vita corporis, & vita animæ à Missa est. Rursus, quia tot vitas perdimus, quot ad peccandum inducimus fratres. Ita colligo ex Oleastro. Quod bene excogitauit Bachiarius, epistola ad Ianuarium, delapsis recipiendis, dum ait: *Ideo primi peccatores temporariè sub typo mœroris, tribulationisque damnati sunt, vt malagmate pœnitentiæ sanarentur: & eo vsque de ligno vitæ, id est, de Christi participatione exules fierent, donec adeum per romphæam flameam, id est, igni tam martyrij passionem, aut per Cherubim Domini, qui interpretatur multitudo scientiæ remearent.* Quasi dicat non vnicum remedium proponitur peccatoribus ad salutem recuperandam, sed multiplex, & est gladius, & ignis, & alia, quæ ab infinita Dei sapientiâ excogitari possunt. Vt etiam sciamus, non fore, tanta peccata, quanta sunt Diuinæ pietatis medicamenta. Quod explicuit Psalm. 50. *Secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam.*

Oleaster.

Bachiarius.

95. Cornelius.

Cornelius, autem, impentathe cũ latius id, & clarius explicat, quærens, qui sint Cherubim? Et quis gladius hic? Et sicut ille tradit, tibi dabo. Primo quidem, quod Tertullianus in Apologetico, & D. Thom. 2.2. quæst. 165. art. vltim. putãt, esse, *Zonam Torridam*; quæ ob æstum, imperuia est; quàm proinde Deus (inquiunt) inter hasce nostras regiones, & Paradysum interposuit. Secundo, quod Lyranus, & Tostatus, volunt hæc esse ignem vndique Paradysum ambientem, quod alios censere putet. Tertio Theodoretus, & Procopius, cẽsent esse spectra quædam terribili forma, qualia terriculamenta, contra aues ponuntur in hortis, vt fugiant timore plene.

Dicit tamen ipse Author, hæc omnia propriæ, vt sonant, accipienda esse. Nimirum, quod Angeli, ex ordine Cherubim positi sint, ante Paradysum, vt eius aditũ prohiberent. Tùm Adam, & homines, tum etiam dæmones ne scilicet ipsi Paradysum ingressi fructum arboris vitæ decerperent, quem hominibus offerrent pollicentes eis immortalitatem, vt hac ratione eos ad sui amorem, & cultum inclinarent. Ita Chrysost. August. Rup. & alij.

96. Sed notandum est, primo Cherubim potius, quam thronis, virtutibus, aut principatibus custodiam Paradysi esse datam; quia Cherubim sunt vigilantissimi, & perspicacissimi, vnde à scientia vocãtur Cherubim, ideoque aptissimi sunt. Vindices omnis scientiæ Dei Quam ambi erat Adam. Hinc patet, Angelos superiores quoque mitti ad terram, vt videmus in Gabriele Misso ad Mysterium Incarnationis annuntiandum, in quo, & pietas, & iustitia Dei illuxit

Notandum est, secundo, quod Cherubim apparebant in humana forma; nam habent, & vibrant flameum gladium, in omnes partes versatilem, vt eo feriant eos, qui Paradysum ingredi volent. Ego Adam, quod gladius, dicitur *versatilis*, quia quamuis ferire insinuet in cor hominis primi, qui peccauit: *Tamẽ illud est, vt terreat solum quia ictus gladij factus est, in pectore Christi pendentis in Cruce. Que aquella punta de la espada que amenaça el coraçon del Adan primero, vino à ser*

Author.

Fer la punta de lança que atrauesò el costado de Christo en la Cruz. Ideò gladius versatilis.

Tertiò, nota quod in Hebræo, *flameũ gladium*, est. Idem quod *labat, bacherb*, id est, *flammam gladij*, vnde in certum est, an gladius hic fuerit flama, habens formam, & speciem gladij, an vero reuera fuerit gladius, sed igne candens fulgurãs, & quasi flamas bomens. Et Paradysus, & gladius cessauit, accedente diluuio. Ita Cornelius, & Oleaster.

Allegorice. Secund. Ambr. Psal. 118. *Retribue seruo tuo, & viuam*, & Rup. lib. 3. cap. 32. hic flameus gladius est ignis purgatorij, quem ante Paradysum cœlestem morientibus, non plene in hac vita purgatis posuit Deus, & ex inde Cherubim, id est Angeli ad cœlestem Patriã educunt. Immò quod igne laboris, & tormenti mirabiliter Euehuntur ad gloriã sancti, & amici Dei.

97. Sed ne fugiamus illud, quod curiosè inuestigari potest disquirendo, quomodo per Angelum emiserit Dominus hominẽ de Paradyso? Nam Raphael Angelus, Tobiam manu rapuit, & Abacuc ex Iudæa in Babilonem deduxit, vt prandium ministraret Danieli, & August. ait: *In Ebron Adamum transtulisse, vbi creatus ante fuerat.* Respondeo: quia Angeli sunt sortij, & custodes hominum, vt amicus nosceretur, qui vltor exigente culpa.

Quo autem die peccauerit, & an statim atque peccauerit fuerit eiectus Adã de Paradyso, diuersimode sentiunt Doctores: nam Abulensis, affirmat fuisse creatum, in die veneris, & sequenti die fuisse expulsum de Paradyso, & sentit, quod peccauit in Sabatho. Alij sentiunt, expulsum fuisse, die quadragesimo à creatione. Alij octauo die: & quod intra Paradysum fuit illo dierum spatio; vt experiretur delitias Paradysi; alij sentiunt, eiectum fuisse ann. 34. à creatione.

Nota,

98. Sed tamen communis patrum sententia est, teste Ireneo. Cyrilo, & Epiphanio, quod eodem die, quo creatus est peccauit Adam, & eodem ipso die fuit eiectus de Paradyso, & totum hoc fuisse in die veneris, hora nona, qua hora postea Christum mori in Cruce tenemus. Itaq; Ephrem Syrus, apud Barcefa, & Iacobus Sarugensis sentiunt Adamum creatum fuisse, die veneris, hora nona Matutina, & in Paradyso per sex horas tantum extitisse. Tanta quidem, fuit malitia illius, quod Deum fecit Iudicem, & vltorem, qui nesciebat irasci, sed totus pius, tot suis erat. Sed tamen peccante illo parente genuit filios iræ, & eruditi sunt, & sicut ipse ex quo peccauit desiuit Deo sapere. etiam facile in omne quod Deum offenderet, pro lapsis est.

Ireneus, Cyrilus, Ephren.

Sed tamen pœnas aduertamus, quibus mulctati fuere parentes nostri Priores. Quas optime enumerat Cornelius, in fin. cap. 3. prout ad moralem sensum applicari possunt nota, quod sex pœnæ inflictæ sunt Adæ, cum Eua, & posteris eius, quæ congruè respondent sex eius peccatis. Primum eius peccatum fuit in obedientia ob hanc senuit, carnis, & sensus rebellionem. Secundum fuit, gulla: ob hanc punitus fuit labore, & fatigatione: *In sudore vultus tui, vesceris pane tuo.* Tertiũ fuit furtum pomi: ob hoc punitus fuit carnis dolore; puta fame, siti, frigore, calore: *Multiplicabo inquit erumnas tuas.* Quartum fuit infidelitas, qua diffidit Deo, & credidit dæmoni: ob hanc punitus fuit morte, qua anima discedit, & separatur à corpore. Quintum fuit ingratitudo: ob hanc priuari meruit sua substantia, quàm à Deo acceperat, & incinerari: *Puluis es, & in puluerem reuerteris.* Sextum fuit superbia: per hanc meruit priuari Paradyso, cœlo, & detrudi in tartara.

99. *Cornelius.*

Seu pœnæ infligũtur pro peccato Adami.

Genes. 3.

Quæ omnia elegãter explicauit sanct. Thom. 2. 2. quæst. 164. art. 2. cuius titulus est: *Vtrum conuenienter particulares pœnæ primorum parentum determinentur in Scriptura?* Et Angelicus Doctor, Respondet sic. *Respondeo dicendum, quod primi parentes; propter suum peccatum priuati sunt beneficio Diuino, quo humanæ naturæ integritas in eis conseruabatur, per cuius subtractionem humana natura in defectus pœnales incidit, & ideo dupliciter puniti fuerunt. Primo quantũ ad hoc quod subtractum fuit eis. Id, quod integritatis statui competebat, scilicet, locus terrestris Paradysi: quod significatur* Genesis 3. *Cum dicitur & emisit eum Deus de Paradyso voluptatis. Et quia ad illum statum primæ innocentiæ per se ipsum reddire non poterat conuenienter apposita sunt impedimenta: ne rediret ad ea, quæ primo statui competebant, scilicet, à cibo, ne summeret de ligno vitæ, & à loco, collocauit enim Deus ante Paradysum Cherubim, & flameum gladium. Secundo autem puniti fuerunt, quantum ad hoc, quod à tributa sunt eis. Ea quæ naturæ conueniunt tali beneficio destitutæ. Et hoc quidem quantum ad corpus, ad quod pertinet differentia sexus, alia pœ-*

100. *S. Thom. 2. 2. q. 164. art. 2.*

Genes. 3.

na

attributa est mulieri, alia vero viro mulieri quidem attributa est pœna, secundum duo, propter, quæ viro coniungitur, quæ sunt, generatio prolis, & communicatio opperum pertinentium, ad domesticam conuersationem, quantum autem ad tedia quæ sustinet portando prolem conceptam. Et hoc significatur cum dicitur; multiplicabo erumnas tuas, & conceptus tuos. Et quantum ad dolorem, quem patitur pariendo, & quantum ad hoc dicitur; in dolore paries. Quantum vero ad domesticam conuersationem punitur secundum hoc, quod subiectatur dominationi viri per hoc quod dicatur: sub viri potestate eris. Sicut autem ad mulierem pertinet, vt subdatur viro in his, quæ ad domesticam conuersationem pertinent: ita ad virum pertinet, quod necessaria vite procuret. Et circa hoc punitur tripliciter. Primo quidem per terræ sterilitatem, cum dicitur, maledicta terra in opere tuo. Secundo per laboris anxietatem, sine qua fructus terræ non percipit. Vnde dicitur, in labore commedes de eà cunctis diebus vitæ tuæ. Tertio quantum ad impedimenta quæ proueniunt terram colentibus Vnde dicitur: spinas, & tribulos germinauit tibi: similiter etiam ex parte animæ, triplex eorum pœna describitur. Primo quidem, quantum ad confusionem, quam passi sunt de reuellione carnis ad Spiritum vnde dicitur: apperti sunt oculi amborum, & cognouerunt se esse nudos. Secundo, quantum ad increpationem propriæ culpæ, per quod dicitur ecce Adam factus est quasi vnus ex nobis. Tertio, quantum ad commemorationem futuræ mortis; secundum quod ei dictum est, puluis es, & in pulucrem reuerteris, ad quod etiam pertinet, quod Deus fecit eis tunicas pelliceas insignum mortalitatis eorum. Hæc S. Thom.

101. *S. Tho. 2. 2. q. 164. art. 2. solut. ad 1. Augustin. Ante peccatum Adæ in partu, dolor non, nec esset subiectio ad virum essent spinæ,*

Sed claritatis gratia, duo notanda sunt primo. Ex sancto Thom. 2. 2. quæst. 164. articul. 2. solutione ad primum, quod in statu innocentiæ, fuisset partus absque dolore, nam dicit Augustin. tom 5. libr. 14. cap 26. *Circa medium de ciuitate Dei. Sic ad pariendum, non doloris gemitus; sed maturitatis impulsus fœminea viscera relaxaret, sicut ad concipiendum non libidinis appetitus, sed voluntarius vsus naturam vtriusque coniungeret.* Subiectio autem mulieris ad virum intelligenda est, in pœnam mulieris esse inducta, non quantum ad regimen, quia etiam ante peccatum vir caput mulieris fuisset, & eius Gubernator extitisset: sed prout mulier contra propriam voluntatem nunc necesse habet viri voluntati parere. Spinas autem, & tribulos terra germinasset, si homo non peccasset; in cibum animalium; non autem in hominis pœnam; quamuis scilicet propter eos nullus labor, aut punitio homini operanti in terra accideret; vt Augustin. dicit lib. 3. cap 18. super Genesim, tom. 3. quamuis Alcuinus dicat, quod ante peccatum terra omnino spinas, & tribulos non germinasset, sed primum est melius.

sed non ex culpa, sed ex conditione naturæ, ita sancti Thom.

Aug. to. 3. lib. 3 c. 18. Alcuinus.

Secundo notandum est, ex Guillelmo Parisiense super cap. 3. Geneseos clausula 4. quod Adam in Paradyso, fuit absconditus à facie Domini, ad auram post meridiem est autem aura, ventus lenis qui plerumque solet flare post meridiem hora autem fuit, secundum glossam ordinariam; hora nona secundum morem Hebræorum, quæ est tertia: *Post meridiem secundum Latinos, verba glossæ hæc sunt, hora nona Christus spiritum emisit, qui sexta Crucifixus fuit: vt eadem hora restitueretur homo, qua de Paradyso est eiectus.* Rursus dicit iste Author, quod locus ex quo processit illa vox Domini dicentis. *Adam vbi es?* Recte dicunt aliqui, fuisse ex illa parte quæ mediat, inter austrum, seu meridiem, & occidentē, aurā autem oritur frequenter ex illa parte, & ideo sic exponunt prędicta verba, & cum audissent Adam, & Eua vocem Domini: *Dei de ambulantis in Paradyso post meridiem: id est procedentem vocem ex illa parte ex qua flat; ventus prædictus, qui aura dicitur.* Et merito ad auram venit, qui ventus dulcis, & lenis est, vt sciatur Dominum mansuetissimum venisse. Rursus explicando lignum illud sub quo se abscondit Adam, dicit quod fuit arbor scientiæ boni, & mali, quod erat in medio Paradysi, sicut, & alia ligna non vetita, & quod dicitur fuisse *ficum.* Et si disquiras quare ibi potius quam alibi se abscondit? respondet Guillelmus, cum Augustin quod hoc fecerit instinctu Dei, vt sic, nimio pudore ambo, nescientes facerent, quo aliquid futurum significarent, in medio enim Paradysi se abscondit, qui auersus, à præcepto sui Creatoris in arbitrij voluntate viuit ita Augustin. Rursus dicit, idem Guillelmus, quod Dominus describitur potius sub forma de ambulantis, quam sedentis, vt per hoc insinuaret se aliquando venturum in hunc mundū,

102. *Guillelm. Parisiensis*

Glossa ordinaria.

& ambulaturum per Iudæam, & Galliæam ad requirendum oues perditas secundum illud Luc. cap. 19. *Venit filius hominis quærere, & saluum facere quod perierat.*

Luc. c. 19.

Dicamus ergo multa euenisse ex primo Adami peccato in commoda: nam ex quo peccauit, & defuit Deo sapere, ad multa mala fuit prolapsus, impatiens in multis genauit filios impatientes, & iram primam genuit, in primo filio Cain, cuius Doctrina incæpit ab homicidio, dum inuidus fratrem suum Abel occidit.

DISCVRSVS DECIMVSSEPTIMVS.

PROSEQVITVR AVTHOR.

TEXTVS.

103. Frustra istud impatientię adscripserim, si Cain ille primus homicida, & primus fratricida, oblationes suas à Domino recusatas, equanimiter, nec impatienter tulit: iratus fratri suo non est si neminem denique interemit. Cum ergo, nec occidere potuerit nisi iratus, nec irasci, nisi impatiens: demonstrat, quod per iram gesit, ad eam referendum; aqua ira fugesta est, per hæc impatientiæ tunc Infantis quodam modo incunabula, cæterum quanta mox incrementa? Nec mirum, nam si prima deliquit, consequens est, vt quia prima, id circo, & sola sit matrix in omne delictum diffundens de suo fonte varias criminum venas. De homicidio quidem dictum est; sed ira editum à primiordio, etiam quascumque posteà causas sibi inuenit, ad impatientiam, vt ad originem sui confert. Siue enim quis inimicitijs, siue prædæ gratia; id scelus cõficit prius est: vt aut odis; aut auaritiæ fiat impatiens. quidquid compellit, sine impatientia sui non est, vt perfici possit. Quis adulterium sine libidinis impatientia subijt? Quod, & si prætio in fœminis cogitur, venditio illa pudicitiæ, vtique impatientia contemnendi lucri ordinatur. Hæc vt principalia penes Dominum delicta. Huc vsque Author.

EXPLICATVR TEXTVS AVTHORIS.

Cum

104. CVm ea quæ ab impatientia proficiscuntur, enumerat Author ponit exemplum, in primis duobus fratribus, quorum vnus, nempe Cain, occidit Abel fratrem suum. Vnde vt inquit Cerda: *Frustraneus est homo, qui absque exemplo rem agit.* Vnde si Cain iratus fratri suo non est, si non impatiens, absque dubio neminem interemit; illudque patrauit malum, *Impatientia, tunc in suis incunabulis.* Renanus, & Pamelius, dicunt incunabula impatientiæ: *Prima exordia sunt.* Et vocat, nomine infantiæ, vt distinguat ab impatientia postmodum roboranda. Tunc enim nata fuit impatientia Caini, ab impatientia sui parentis Adami: quæ origo fuit omnium delictorum. Et vt recte pōderauit Obidius lib. 3 Methamorphos. *Facit ira valentem, & ab impatientia ira nascitur.* Et prudentius in sicomachia, in versiculis iram ponit cum impatientia. Sic.

Cerda.

Obidius, Prudētius.

Ecce modestia graui stauat patiētia vultu
Per medias in mota acies varioſque tumultus.
Vulneraq; & rigidis vitalia per via pilis.
Spectauat de fixa oculos, & lenta manebat.
Hanc procul ira tumens, ſpumanti-feruida rictu.
Sanguinea, intorquēs ſuffuſo lumina fele.
Vt belli exhortem telloq; & voce laceſit.
Impatienſq; more cōto petit, increpat ore.
Hir futas quatiēs galleato vertice Chriſtas.
En tibi Martis, ait, ſpectatrix libera noſtri
Excipe mortiferum ſecura pectore ferrū:
Nec doleas, quia turpe tibi genuiſſe dolorem.

Ex quibus versiculis prudentis, facile notatur qualiter ira, & impatientia sint sorores, & delictorum consortes.

Legite Cyprianum aientem *capitalia*, id est mortalia crimina ab impatientia nasci. Sic ait: *Inſpiciamus denique pauca de multis, vt de paucis intelligamus, & cætera, adulterium fraus, homicidium, mortale crimen eſt. Sit fortis, & ſtabilis in corde patientia; & nec adulterio, ſanctificatum corpus, & Dei Templum polluatur, nec inſtitiæ dicata innocentia cōtagione fraudis inſitiatur, nec poſt guſtatam Euchariſtiam, manus gladio, & cruore maculetur.* Hæc ille, vt inspitias quid patientia opperetur; quidque impatientia. Notat Pamelius, quod Augustinus, & alij, nomine delicti intelligunt: *capitalia delicta.* Hoc iam supra nos etiam diximus; sed tamen Tertullianus, in genere est locutus pro omni culpa, siue sit capitalis, sine non; quod vere apparet, in omni delicto.

105. Cyprianus

Pamelius.

Fœminas proſtitutas ex impatientia contemnendi lucri. Hoc intelligo cum Cerda Renano, & Pamelio, ab impatientia ortum duxisse; sed in illis impatientia contemnendi lucri communissima est. Sunt enim pecuniarum amantes supra modum, in quo experientia Magistra est,

HÆC DE LITTERA AVTHORIS.

Pro discursu 17. Ex illa sententia, quam protulit Author, de Caino occidente fratrem suum. Erit discursus noster.

106. Sententia est in hunc modum: *Frustra istud impatientiæ adscripſerim, ſi, Cain ille primus homicida, & primus fratricida, oblationes ſuas à Domino recuſatas, equanimiter, nec impatienter tullit; iratus fratri ſuo non eſt, ſi neminem denique interemit. Cum ergo nec occidere potuerit, niſi impatiens, & iratus. Nec iraſci niſi impatiens, demonſtrat quod per iram geſsit, ad eam referendum, aqua ira ſuggeſta eſt, per hæc impatientiæ, tunc Infantis quodam modo incunabula.*

PRO HAC SENTENTIA SIT.

§. I.

Qualiter ab Infantia puerorum noscatur ætas robusta; & à conditione, & moribus pueritiæ facile speculentur mores ætatis provectæ, ubi ponitur historia de Cain, & Abel, & illorum sacrificia.

107. SEd ab hoc vltimo incipiendo, inspiciamus oportet, impatientiam Caini, tunc Infantis, & in incunabulis qualis fuerit?

Cum enim post multos dies, offerret Cain de fructibus terræ (qui dicuntur viliores in scriptura, enim viliores sunt) & fructus pingues meliores sibi seruauit; illos tamen viliores Deo obtulit Abel autem primogenita, & optima de adipibus obtulit; quippe, qui fide perfecta, & amore etiam perfecto; Deum prosequebatur, vt inquit Ambros. libr. 1. de Cain, & Abel; & Dominus ad munera Abel respexit, quia illi placuerunt, eius munera, & ipse Abel. Iuxta quod dicitur in Genesis, cap. 4. *Factum est autem post multos dies, vt offerret Cain de fructibus terræ munera Domino. Abel quoque obtulit de primogenitis Gregis sui, & de adipibus eorum. Et respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius, ad Cain autem, & ad munera eius non respexit.* Immo placuerat Abel, & displicuerat Cain.

Ambrosius

Gen. 4.

108. Oleaster, explicando quid significet nomen, *Cain*, inquit, *Cain, est idem quod possessio.* Ita Eua dixit, *possedi hominem per Deum, seu possedi, virum à Domino.* Quasi dicat, dedit Dominus mihi possessionem; filium, scilicet: & forte vocat filium possessionem; quia quondam magna possessio erat multitudo filiorum. Alia lectio habet, *aquisibi virum à Domino.* Subdit Oleaster: *Nec aborreo si uerias; emi virum à Domino.* Quia forte Dominum: *Profilio precata est, & precibus emit, nec improbo eos, qui dicunt, aquisibi, seu possedi virum, & Dominum.* Quoniam iam videbatur Domino reconciliata. Cuius signum fuit, dare prolem masculam illi. Eodem fere modo sentit Cornelius, & addit, ex Goropio Becano, quod, Cain, quamuis in Græco significet possessionem; tamen nomen, Cain lingua Flandrica: *Est idem quod malus finis.* Quidquid tamen sit de hoc vocabulo, certum est Cain fuisse hæreditatem à Domino datam; ita Dia. Chrysostomus; nomine Euæ dicit: *Non natura mihi vendrum dedit, sed Diuina gratia.* Sic Iacob ad Esau: *Paruuli* (inquit) *sunt quos donauit mihi Deus.* Genes. 33. Discere hinc debent parentes qualiter filij sunt dona Dei.

Oleaster.

Cornelius.

Gen. 33.

Isidorus Clarius. Teste eodem Cornelio vertit: *Possedi hominem Deum.* Quasi Eua hæc dixerit prænidens Christum qui Deus est, & homo, ex se nasciturum. Verum; quid hoc ad Cain? Cum ex Cain, non sit natus Christus; sed ex Seth. & quia vox illa, &. Hic non est articulus, sed præpositio, significans; *cum, coram*, vnde Chaldæus vertit. *Coram Domino*, alij, cum Domino. Sed clarius vertitur, per Dominum, vel per Deum.

109. *Isidor. Cla.*

Sed non inuenio quare proijciatur, lectio Isidori, dicentis: *Possedi hominem Deum.* Prænidens Christum futurum, Deum, & hominem, quia, & si non per Cain descenderit, sed per Seth: tamen bene in primo filio potuit pronuntiari, non quia malus, sed quia filius datus à Deo.

110. Cum autem dicitur: *Quod post multos dies obtulit Cain de fructibus terræ.* Intelligendum est, inquiunt Oleaster, & Cornelius, & omnes alij, post multos annos. Et quod hic dies sumuntur pro annis: quia non poterat alter terram colere, & alter pascere oues, nisi in ætate iam prouecta: Sanct. Ambrosius, libr. 1. de Cain, & Abel, cap. 7. inquit: *Quod in Cain fuit duplex culpa vna quod post dies obtulit, altera quod ex fructibus: quia sacrificium, & celeritate commendatur, & gratia; quia præceptum est.* Ecclesiasticor. 5. *Si voueris votum, non facias moram reddere illud; melius est enim non vouere votum; quam vouere, & non reddere.* Hæc Ambros. Si tamen disquiramus de fructibus, quos obtulit Cain. Respondent Oleaster, & alij. Quod textus hoc non explicat, nec dicit, quem fructum adduxerit: quia tamen dictum est, eum fuisse terræ cultorem: *Credendum est, adduxisse de pomis arborum, nam tunc mos iuditio* (inquit) *non erat inuentus modus ferendi frumentum: nisi dicamus alium tunc fuisse colendi modum, aut terram illud sponte genuisse. Sed quia tunc herbæ datæ sunt homini in cibum Priorem interpretandi modum magis approbo, quod videlicet obtulerit poma arborum, quas sua labore collebat.* Hæc ille.

Oleaster, Cornelius.

Ambr.

Oleaster.

Sed

111. Guillelm. Sed modo disquirendum est, cum Guillelmo Parisiense. Quare dicti fratres obtulerunt munera Domino, & de fructibus terræ saltem Cain? Et similiter multi post eum ita fecerunt; vt patet in oblatione primitiuorum in lege veteri? Alter vero obtulit de adipibus gregis sui, videlicet Abell. Respondetur. Quo ad primam partem: hoc factum fuisse, eo quod peccatum primum fuerat commissum per esum fructus vetiti. Et ita vt salubris medicina fieret ex eo fructu, ex quo venenum mortiferum peccati prodierat, conueniens fuit, vt antiquitus oblatio fieret Domino, ex fructibus. Quantum autem ad oblationem Abel, quæ consistebat in animalibus pinguibus, si etiam disquiratur cur talia obtulerit? Dicendum est, quod propter tria. Primo quidem ad remissionem peccati, quod inchoatum fuerat per diabolum in specie animalis, id est serpentis. Secundo vero propter copiam: quia cum esset Pastor Ouium elegit meliora, & pinguia ad offerendum. Et ex multis selecta, & speciosa. Tertio propter figuram, nam sicut in propria persona præ figurauit Christum: Ita, & in oblationibus, & sacrificijs suis.

112. Genesi 4. *Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius; ad Cain autem, & ad munera eius non respexit.* Sed ne ieiuni ab eamus ab huius loci explanatione; cognoscamus etiam, à quo orta fuerit impatientia, & ira Caini, contra fratrem suum disquiramus oportet; quo signo declarauerit Dominus Abelem placuisse, Cainum autem displicuisse? Ad hoc respondet Guillelmus Parisiensis, & Cornelius, atque Oleaster; & Fernandez, & alij: quod communiter tradunt Patres; Deum id igne de cœlo Misso, in sacrificium Abelis, non autem Caini declarasse; & quod ille ignis combusit sacrificium Abel non vero sacrificium Cain: & notanter; dicit, Cornelius, id esse commune apud sanctos Patres. Vt proculpellantur, Luterus, & Calbinus asserentes, esse Iudaicas fabulas, quod dicitur de igne illo emisso de cœlo ipsi tamen irridendi, & procul pellendi sunt: tanquam ignorantes, quæ in sacra Scriptura continentur, vt patet, primo si notemus cum Guillelmo Parisiense, ex D. Hieronymo, quod in translatione Theodocionis, vbi legitur: *Respexit Dominus ad Abel.* Habetur, *inflamauit Dominus.* Et Petrus de Palude, & Petrus Comestor: *Dicunt, quod ignis descendens de cœlo, incendit oblationem Abel,* & similia (inquit) legimus in sacra Scriptura contigisse cum oblatio afferretur Domino, vt patet expresse in oblatione à Aron, Leuitic. 9. vbi dicitur: *Ignis egressus à Domino, deuorauit holocaustum.* Item: idem accidit, in oblatione Iedeonis, Iudit. cap. 6. item in oblatione Habrahæ, Genesis 15. item in oblatione Salomonis 2. Paralip. 7. in oblatione, seu sacrificio Æliæ super Altare, quod construxerat in Carmelo. 3. Reg. 18. Hoc modo dicitur: *Quod respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius.*

Petrus Comestor. Leuitici 9. Iudit. 6. Genes. 15. 2. Paral. 7. 3. Reg. 18.

113. Non autem illo modo respexit ad fratrem suum Cain, & ad munera eius: quia, nec ipse, nec oblatio eius, accepta fuerunt coram Domino. Sed vnde hoc? Profecto, quia non æqualimente vota sua obtulerunt, vt dicit Beda. *Non enim (inquit) arbitror Cain peccasse, quod vel opus exercuit agriculturæ, vel munera Domino de fructibus terræ obtulerit; sed quia minus perfectè ex inutilique, & leuissima deuotione ad offerenda Deo munera accesserit, vel sine deuotione.* Denique, & Noe, vir agricola, exercuit terram, plantauitque vineam, & Melchisedech Sacerdos Dei altissimi, offerebat de fructibus terræ, panem, & vinum. Non ergo Cain ob genus oblationis reprobatus est. Inde enim offerebat Deo, vnde, & ipse viuere consuenerat. Sed mentem impiam offerentis, ipse vna cum muneribus suis ab eo, qui corda inspicit abiectus est. Et hoc idem sequentia verba indicant, cum dicitur: *Ad Cain, & ad munera eius non respexit Dominus.* Ita sentit Guillelmus, cum Beda: & addit. Cornelius, hoc fuisse: quia in lege antiqua, non erant placita sacrificia ex oppere operato, sed ex oppere opperantis. Vnde Cain obtulit sacrificium, absque fide, & amore. Abel autem in genti fide, & amore obtulit, & sic placuit.

Beda. Cornelius.

114. Amb. Sed ex verbis supra relatis, ex Diu. Ambrosij lib. 1. de Cain, & Abel cap. 7. Oritur difficultas. Quia videtur insinuasse, quod Cain peccauerit eo quod post multos dies obtulit sacrificium. Quia ex hoc etiam sequitur peccasse Abel, quia videtur ambo simul obtulisse. Et non dicitur statim obtulisse Abel, sed refertur ad idem tempus? Respondeo, quod

quamuis non peccauerit Abel. Hoc forte fuit, quia minor erat, & ne illi ante fratrem suum maiorem. Videretur attribui posse, ad elationem, aut superbiam: & debuit frater maior, illud exemplum minori præbere. Ego ita intelligo sanctum Ambrosium; Cain enim peccauit, non solum ex praua voluntate. Sed etiamque ad offerendum elegerit peiores fructus terræ. Et ita nec Cain placuit, nec eius munera.

115. *Cornelius, & Athanasio.* A quo tamen didicerint offerre sacrificia. Respondent Athanasius, vt refert Cornelius. Quod à primo parente Adamo illud didicerunt, à quo Religionem, & ritum sacrificandi habuerunt, & sic constat Adamum primum Domino hostias obtulisse.

Quod cum considerasset Cain, ait ad fratrem suum Abel egrediamur foras. Ecce qualiter iratus ab impatientia est in fratrem suum, & cum Cain contra Diuinam prouidentiam male loqueretur, & reprehensus fuisset ab Abel, Cain interfecit eum. Igitur occisus est Abel, anno à mundi Creatione 130. Et hoc eodem anno natus fuit Seth: quem Mater, Eua parere solita, Abelo occisso, mox substituit, vt inquiunt, Pererius, Cayetan. & Augusti. *Nota.* *Pererius. Cay. Aug.*

Sed mirandum valde, quod Cain ille fuisset primus homicida! Cum dixerit, Eua, in eius partu: *Possedi hominem per Deum.* Quasi diceret possessio, Dei est, filius meus Cain. De quo iam supra diximus, cum Isidoro Clario. Id est: *Possedi hominem Deum*, præuidendo Christum futurum Deum, & hominem, vt tamen videamus, eius contumaciam, aduertamus oportet, modum loquendi Tertulliani libro de Baptismo, vbi tetigit hanc Historiam, dicens: *Quod cum Cain occidisset fratrem suum Abel, dixit Iesus ad Cain, Cain vbi est Abel frater tuus? Tunc respondit illi. Nunquid ego sum custos fratris mei. Tunc Iesus peccasti quiesce, vbi est Abel, cum tamen ita respondisset. Tunc dixit Dominus ad Cain sanguinem fratris tui Abel de manu tua requiram.* In his verbis Tertulliani notare oportet duo primum, quod quando disquirit de Cain appellat eum Iesus, dicens: *Dixit Iesus ad Cain, peccasti, quiesce.* Quasi dicat nedes, responsum turbatus, sed quietus; rursus, vide, quod interrogat Iesus, id est Saluator pius, & misericors, & quod si te inspitias, inuenies, apud Iesum misericordiam si doleas. Tamen cum iratus respondisset dicendo: *Nunquid ego sum custos fratris mei?* Tunc, iam non vocatur Iesus, qui pius erat, sed *Dominus*, dicens: *Tunc dixit Dominus ad Cain.* Quasi iudex: *Sanguinem fratris tui de manu tua requiram.* Vt sciamus quod si de peccatis dolemus inueniemus Dominum Iesum pijssimum, & mansuetissimum ad misserendum: si tamen superbe in culpa, stare cupimus, iam Dominus, iudex, & vindex est; seuerus; qui de manu peccatoris requiret sanguinem innocentis Abel. Erat tunc impatientia in Cain, infans; & in incunabulis; & tunc in primis incunabulis genuit homicidam primum: primumque fratricidam: quid quæso faciet, impatientia, cum iam grandis facta fuerit, & adulta? Fugiamus ergo impatientiam paruulam, vt vincamus impatientiam adultam.

116. *Genes. 4. Tertul.* *De Iesu pietate.*

Videamus nunc quantum necesse sit, vt paruuli in prima educatione, recto tramitte procedant, nam ab infantia sepè quid futurum sit præsagiatur. Inspitiamus, Esau paruulum: & in ætate grandeua. Et postea de Ioanne Baptista paruulo, etiam, & adulto dicemus. 117.

De Esau, dicitur Genesis cap. 27. quod pugnauit cum Iacob in vtero Rebecæ, *colli debantur*, dicit textus, & Ambrosius vertit, *insultauant.* Augustin. *gestiebant.* Hieronymus, *calcitrauant.* Achila, *confringebantur.* Simachus, *coluctabantur.* Si sic pueri in vicem agebant, quis eorum prior nasceretur. Quod certamen, & lucta fratrum; non vi; naturæ, sed Dei nutu facta est ad significandum, quod Iacob, & Esau, nati inter se postmodum colluctarentur: & quod, certarent pro primogenitura, & primatu: *Vnde Iacob, tenuit plantam Esau; quasi eum supplantare volens, ne prior ex vtero egrederetur.* Ita Rupertus, qui, addit, Allegorice: *Hac lucta Iacob, & Esau, significare, luctam Christianorum, cum Iudæis.* *Genes. 25. Ambros. Augustin. Hieron.* *Rupertus.*

In Historia Scolastica dicitur. Hanc collisionem duorum istorum fratrum, esse exultationem, & esse similem exultationi Baptistæ in vtero Matris; ac proinde, tam, Iacob quam Ioannem Baptistam, in vtero Matris fuisse sanctificatum, confirmari solet, ex eo quod Apostolus, ad Roman. cap. 9. dicit: 118. *Genes 25. Cornelius. Roman. 9.*

An.

Antequam quidquam boni, vel mali egisset Iacob, dilexit Esau autem odio habuit. Sed si hoc admittendum esset, videtur, quod pari modo dici posset de Esau, esse sanctificatum, in vtero Matris, aut ad minus, aliquid illi saltem daretur; quare ne ad hoc, quod incertum est, in Iacob deueniamus: dicere oportet, quod valde diuersa fuit pugna duorum fratrum, in vtero Matris, ab exultatione Baptistæ, & mens Apostoli, non est quam putant, qui referunt hanc historiam, vt videre est apud Dionisium Cartusianum. Et reputari posset assertum illud sine fundamento, & voluntariæ dictum, & forsitam temerarium: *Quia in sacris litteris inuenimus sanctificationem Baptistæ, qui cum esset repletus Spiritu Sancto repleuit, & Matrem.* Lucæ cap. 1. tamen de Iacob fuisse sanctificatum in vtero Matris non legimus, solum inueni in Guillelmo Parisiensi super cap. 25. Geneseos clausula 4. in fine declarationis Historiæ, vbi dicit, quod Deus aliquando ostendit futura verbis: sicut quando loquitur per hora Prophetarum: aliquando autem factis, vt in ista collisione. Hanc ergo collisionem filiorum præsentiens Rebeca, in vtero suo ait: *Si sic michi futurum erat, quid necesse fuit concipere?* Timebat enim de ab ortu paruulorum, & per consequens, de propria morte. Item timebat ne huiusmodi collisio, esset præsagium futuri velli, & discordiæ mirabilis interdictos filios, vnde apud se dicebat: *Quid facient nati, si sic luctantur innati?* Subdit Guillelmus. Dicit autem Petrus Comestor: *Quod creditur in hoc motu Iacob sanctificatus.*

Lucæ c. 1.

Guillelm. Parisiens.

119.

Gen. 4.

Pet. Com. cap. 65. in Genesim.

Et consulto adduxi Authorem, qui referebat Petrum Comestor, nempe Guillelmus Parisiensis loco citato: quia quamuis Cornelius, citet Historiam Scolasticam; nec locum, nec librum, nec caput refert, nec aliquem certum Authorem Guillelmus tamen citat Comestorem, pro ea sententia, quæ affirmat, aut credit, Iacob illa exultatione in vtero, aut collisione fuisse sanctificatum, quam sententiam, notat Cornelius, aut temeritatis, aut improbabilitatis, quia tamen eam refert sine signato Authore, non omnino approbo censuram. Sed alijs indicandum remitto; nam eam refert Guillelmus Parisiensis, vir eximiæ authoritatis, & non improbat; refert tamen cum suo Authore. Ego tibi refero, & si non dicam eam temerariam, dicam tamen sufficiens fundamentum non habere. Et si quod est; illud est leue, & non firmum, sed apparens solum, & ita falsa est, aut voluntaria.

Parisiensis

Non dubito, sanctorum virorum facinora ab infantia dignosci. Videmus enim Matrem sancti Dominici, grauidam sibi inquiete, quasi vissam continere in vtero Catulum hore præferentem facem, qua editus in lucem, Orbem terrarum incenderet, quo somnio significabatur fore, vt sanctus Dominicus, splendore sanctitatis, ac doctrinæ homines toto Orbe inflamaret, quod videmus impletum mille modis. Sanct. Thomas ad hut Infans cartam versans, immò commedens, significabat, quam studiosus foret in vita. De hore sancti Ephrem, vitis exibat, significans, eius Doctrinam grandem fructum emittere postmodum in Ecclesia sanctis Patr. Petrus Nolasco, insignis Redemptorum Pastor, & eleemosynarius, examen apum in manibus puerulus habuit, significans, quàm accerrimus futurus erat pauperum defensor, quam liberalis in distribuendis suis facultatibus inter pauperes. Ita pugna Iacob, cum Esau, in vtero Matris fuit signum futuri belli inter fratres, dum adulti essent. Ita Cain pugnauit cum Abel; immò cum occidit, inuidia tamen motus ab impatientia. Et si tales fructus habuit impatientia Infans, & in suis incunabulis. Optime timet Tertullianus, quid erit, iam adulta? Et hoc de explicatione sententiæ sufficiant, quantum ad litteram; pro ea tamen fit. De sancto Ioanne Baptista, quod sequitur.

120. *S. Dominici Mater catulũ sentit in vtero.*

(?)

§. II.

Quantus, & qualis futurus sit S. Ioannes Baptista cuius natali, tot prodigia videntur; ita vt admirantes disquirant.

Quis putas puer iste erit. *Nam si talis in incunabulis: qualis iam adultus factus?*

121. Origen. Luc. 1. AD hoc propositum aduertenda sunt verba Origenis, homil. 9. tom. 3. qui explicans illa verba Lucæ cap. 1. *Mansit autem Maria cum Elisabeth, quasi mensibus tribus* Subiungit: *Si enim eo quod tantum venit Maria ad Elisabeth, & salutauit eam exultauit infans in gaudio, & Spiritu Sancto plena Elisabeth prophetauit, & in vna hora tantos profectus habuit, nostræ coniecturæ relinquitur, quid in tribus mensibus Ioannes profecerit assistente Maria Elisabeth? Valde quippe indignum est in puncto horæ atque momento, exultare Infantem, per tres vero menses Ioannem ex vicinio Matris Domini, & ipsius Saluatoris præsentia nichil profeciisse. Exercebatur ergo, & quodam modo in athletico sancta Matre, per tres menses vrgebatur Ioannes, & præparabatur in Matris vtero; vt mirabiliter, natus, mirabilius nutriretur* Orig. Hæc ille. Et idem Origenes homil 12. in Lucam, in illa verba de Ioanne, *puer autē crescebat, & confortabatur spiritu*, inquit, *puer crescebat in spiritu, nec in eadem permanebat mensura quā cœperat: sed semper crescebat in eo spiritus, & per singulas horas, atque momenta spiritu crescente, anima quoque sua incrementa capiebat.* Hæc ille.

122. Ioann. 1. Matt. c. 11. Quid mirum si Dominus obstipendium laudationis, qua prosecutus: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Mutui amoris ostentationem faciens, dicat Ioann. cap. 5. *Hic est de quo scriptum est, ecce ego mitto Angelum meum.* Vbi Ioannes vocat Iesum agnum, Iesus autem Ioannem vocat Angelum. Quod ponderans D. Chrysostom homil. 27. in Matthæi, ait: *Ioannes quidem testificatus erat de Christo, ecce agnus Dei Sed amplius recepit à Christo, quam præstitit; Ioannes enim Christum glorificans, humanam illi contulit laudem; Christus autem Ioanni Diuinam contulit gloriam: nam iste illum agnum ostendit, ille autem istum Angelum prædicauit: iste minus laudabit in Christo, quam erat; nam non solum peccata mundi abstulit, sed etiam vitam æternam mundo donauit;* Chrysost. *ille autem istum supra quam videbatur erexit; vt qui homo erat, Angelus diceretur.* Hæc ille. Hinc colligamus qualiter à nemine Christus patitur vinci, in retributione honoris, sed maiora semper confert beneficia.

123. Bernard. de S. Ioan. Non tacebo, quod de Baptista, loquitur D. Bernardus, sermon. 8. de Natiuitat. eiusdem Baptistæ, vbi sic canit; *Hodie dilectissimi dies nobis illuxit insignis, & tanto diebus cæteris sanctior, quanto sanctiorem hominem terris infudit. In hac siquidem die, natus est, Sanctorum splendor iustorum gloria, lætitia Angelorum, excellentissimus homo consanguineus Christi, amicus, Sponsi, Sponsæ præparator vnus est, & similem non habet, qui choris insertus Angelorum sublimioris Coronæ titulis Vniuersitatis humanæ transcendit ascensum. Denique inter natos mulierum, non surrexit maior, Ioanne Baptista fælix homo, qui fæliciter cœlorum per ambulans officinas, cursu fæliciissimo sequitur, Redemptorem nec alicuius præcluditur fastigio dignitatis, quem summæ fælicitatis immensitas largius irrorauit lætantur Angeli, & vtriusque naturæ numerositas admiratur hominem, sic ingressum, abysum luminis, & intra interna Diuinitatis absortum, vt ipsam reuerueret aciem Angelicæ puritatis.*

124. Annuntiatus ab Angelo Bapt. Et post pauca dicit: *Sic enim ab ortu vitæ suæ vsque ad occasum conuersatus est cum hominibus, vt forma vitæ morum informatio habeatur.* Et post pauca: *Primus enim honor, est gloria in annuntiatione, non est dissimulenti silentio transeundum; quam solemni glorificatione pueri huius nuntiatur ingressus. Adest Angelus Gabriel, & à superiorum cœlorum cardine, Domini fortitudo descendens, stat à dextris Altaris incensi. Nec quilibet Angelus, sed ille sublimior; qui Beatæ Virgini nuntium attulit singulare; etiam electus est, vt annuntiaret militem, qui Regem nuntiare debeuat. Astat Sacerdotalibus indutus, & multiplici vestimentorum varietate cœlestium Sacramentorum, præfigurans Imaginem, purgationem peccatorum; mistici sanguinis asperficiæ designat. Consistit coram arca fœderis, ante testamenti tabulas, & vrnam auream habentem manna, Virgam à Aron, Cherubim, & propitiatorium, solemniter infulatus vultui Dei gloriæ Maiestatis, rerum omnium Domino vota, per celebrat.* Et Paulo post subiungit Bernardus.

In-

Inter quæ sacra consistens Archangelus; ne timeas, inquit, Zacharias; quia nascetur tibi Filius: parentum gaudium nobilitas generis, Orbis exemplum, finis legis, Euangelij principium, mortis expulsio, ianua vitæ, decus hominum, conuersationis splendor, omnis iustitiæ principatus. Et infra. *Considera, nuntiantis sublimitatem, loci dignitatem diei reuerentiam*; ex tunc intelliget poterit, quã super excelenti gloria Ioannis Baptistæ genitura prædicetur *Salua igitur Redẽptoris reuerentia (quia non derogamus Regi, si Regis Militem honoramus; cum ille Creator, hic creatura) dignior præmostratione Ioannes nuntiatur, quam Christus fortasis in talamo Ioannis in Templo; & non solum in Templo, sed etiã ante Sancta Sanctorum, & insigni die solemnitatis eorũ.* Et post pauca subdit.

125. *Sanctificatus in vtero.*

Secundus honor est, sanctificatio in vtero Matris, & neminem vnquã mortalium, intra materna viscera sanctificatum legimus, præter Ieremiã, & Ioãnem Baptistam: quamquam & de singulari Virgine nulla sit ambiguitas, quim ipsa Mater, maternis circunsepta visceribus sublimiori sanctificationis genere mundata sit, vt pote Sanctuarium illud, in quo Deus, & Dei Filius carnem fuerat susceperus. Hæc ille.

Vbi, in gratiam D. Bernardi, notare debemus, quod quamuis, dicat, Virginem sanctificatam in vtero, non sensisse culpam originalem contraxisse, sed eius in instanti conceptionis præseruationẽ à culpa; vocat, sublimiorem sanctificationis modum, *mundatam*, ideſt præseruatam à culpa, quam contraheret, si legibus subderetur communibus: quia tamẽ spetialissimo preuilegio seruata fuit id circo factum est, vt illa anticipata præuentione, in nullis euaderet, à culpa: quam incurreret, quia ab Adamo descẽdens per seminalem propagationem, cuius, in conceptionis instanti præseruationem; canit Sacrosancta Mater Ecclesia: sancti Patres prædicant: venerantur fideles, & nostra Redemptoria, obseruantissima familia; spetialibus concelebrat solemnitatibus, votis, & ordinationibus.

Declaratur Bernardus.

126. Subdit Bernardus: *Ille quidem (scilicet) Ieremias, in vtero Matris sanctificatus; hic (nempe) Ioannes Spiritu Sancto repletus fuisse cognoscitur, multo quippe excelentius est, Spiritu Sancto repleri, quam sanctificari: ibi enim sanctificatio, emundationem, hic repletio innundationem significat. Denique Apostoli, qui manibus suis tractauerunt de verbo vitæ; cum Spiritum Sanctum accepissent de Saluatoris afflatu, vix quin quagesimo à resurrectionis die ad illum gradum potuerunt peruenire, vt dicatur de eis, repleti sunt omnes Spiritu Sancto, & licet Spiritus Sanctus largiori tunc munere, credentium corda repleuerit; hoc tamen Ioannes legitur, in vtero à sequtus, quod Apostolica celsitudo, tandem longiori promissione, meruit obtinere.*

127. Tertius honor est: *Excelentia in exultatione, à seculo non est auditum, quod quis exultarit in vtero Matris; cum hic in gaudio exultasse legatur. Infra ascendit cum festinatione Virgo in domum Zachariæ ad salutandam Elisabeth portans in vtero Filium Dei, Regem gloriæ, Dominum Maiestatis. Occurrit Elisabeth, & antiquæ sterilitatis carens opprobrijs, amicum Sponsi, Præconem Verbi fœlicissimo ventre deportat; iunguntur amplexus, venitur ad oscula, & copulantur fœlices vteri Regem, & militem, non nisi duo tenerrimi parietes abiungunt, quid mirum, si miratur puer? Quid si exultat à tactu, tam proximæ Diuinitatis, & afflatu.* Hùc vsque Bernardus, in quibus verbis eximias ostentat laudes Baptistæ, & quilibet, longum, facere de eis discursum, poterit.

128. *Genes. 28.*

Quibus inspectis; non tacebo quod accidit Iacob post locutionem cum Domino, quam habuit vissa scala, Geneſis 28. ibi enim videmus Iacob fugitiuum ab ira Esau fratris sui, iacet in loco illo, scalam videt: *Angelos quoque Dei, ascendentes, & descendentes per eam, & Dominum inixum scalæ.* Et postea Angelus occurrit, & luctatur cũ eo; sed ille Angelus quis nisi Iesus quis erat? Erat quippe Verbum futurum hominem, luctatur cum eo vsque mane; sed nunquid certamen illud erat pium: Nunquid amoris inditium? Aut enim pugnat Angelus cum Iacob, vt ipsum fortiorem faciat adpugnandum cum Esau fratre suo, aut illud est, quia amoris signa demonstrat, nam qui viderit eos nexu illo brachiorum ligatos, existimauit esse bellum rigidum, & tunc falletur, aut existimauit, esse nimium amoris incendium, & tunc verum iudicauit, certe inquit Theodoretus tunc cum Angelus luctatur, cum Iacob: *Pio certamine prouocat.* Quod est amicitiæ signum, puer igitur paruulus Iesus in vtero Virginis, ex vna parte, ex

Theodoret.

alia

alia etiam parvulus puer Baptista, in vtero Sanctæ Elisabeth, ex indi amplexantur ad inuicem, sed hoc insigne quodam mirabile dilectionis est, nam cum Filius esset repletus Spiritu Sancto repleuit, & Matrem, ita quod sicut Angelus sub velamine pugnæ dat Iacob amplexus suos, ita etiam Iesus, sub velamine visitationis Maternæ, dat Baptistæ signa dilectionis.

129. *Hieroglificũ amoris.*

Pro imagine amoris, & typo dilectionis, possunt quidã in Hieroglificis suis, duas palmas pulcherrimas, aurea Cathena, ligatas, & littera pro coronide hæc erat: *Fœnix in vtroq;* Tunc sic palmæ amãtes sunt, fœnix tamẽ in vtroque erat affectus amoris, ita ad rem, palmæ sunt, Maria, & Elisabeth, ipsa de se ait Maria: *Quasi palma exaltata sum in cadis.* Eccles. 24. Elisabeth de genere iustorum, iusta: *Iustus, vt palma floreuit.* Psalm. 91. vtraque tamen amplectitur cum alia ligantur brachia illarum quarum flamantia corda vnita sunt: *Et in vtràque fœnix.* De fœnice, ait Tertullianus, lib. de Resurrectione carnis, circa medium: *De singularitate famosum, de posteritate monstruosum.* Quis primo fœnix, nisi Dominus Iesus, cuius æterna generatio inenarrabilis, cuius temporalis conceptio indicibilis, cuius in Cruce generatio, admirabilis, secundum quod Esai. cap 53. *Generationem eius quis enarrauit? quia abscissus est de terra viuentium:* Rursus fœnix, secundo quis, vt Ioannes inter puros homines (excipio Beatissimam Matrẽ Domini mei) sed ex hominibus; qui puri homines sunt, nati: per seminalem propagationem, & concepti sub iugo Adami, quis in quam sicut Ioannes Baptista de quo Saluator ait: *Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista.* Lucæ cap. 1. quod expendit August. sermone 20. de Sanctis dicens: *Quod autem nondum natus de secreto Materni vteri prophetauit, & expers, lucis iam testis est veritatis. Hoc est intelligendum quod latens sub velamine, & carne litteræ, & Redemptorem mundo spiritu prædicauit, & nobis Dominum Deum nostrum* de quodam legis vtero pro clamauit. *Hæc ille.* Vere igitur fœnix vnicus, verbi præco; tuba intonans, aduentum Filij Dei in carne. Vnde recte Bernardus, aiebat: *Quid mirum si miratur puer, & exultat, à tactu, tam proximæ Diuinitatis, & afflatu.*

Ecclesi. 24. *Psal.* 91. *Tertul.* *Esai.* 53. *August.*

130. *S. Bernardus.*

Rursus idem: *Bernardus prosequitur inquiens quantus honor est. Gaudium in Natiuitate. Ecce genus armaturæ quod tibi constituerat ad victoriam, hoc Ioanni nascitur ad coronam, apprehende arma, & toto malignitatis tuæ spiritu debachare, nec tamen poteris Ioannis irrumpere prærogatiuum quod benigna Scribentis manus proprio charactare consignauit, multum deceptus, multũ delusus es, an ignoras quod tibi vir vellator, ab adolescentia, & etiam à Matris ventre consurgit, à diebus istius Regnum cœlorum vim patitur; & violenti rapiunt illud? An oblitus es, quod iste mittitur, parare Domino plebem perfectam? Intuere ordinem rerum, & ab ipsis conceptionis suæ initijs inuenies hunc validiori conamine, tuam fortitudinem irripuisse tu fecisti, quod fratricida Cain, qui primus natus est, vt pollutus, & ob pollutus exiret; & originalis peccati respergeretur infamia.*

Quintus honor, est singularitas in cõuersatione intra teneritudem annorum, beatus iste puer adhæremum spiritu ducenda deductus est, nec obstitit ætatis infirmitas, quam Maiestas Domini fecundabat: Spiritus enim Sanctus non attendit sensum differentia à fragilitatẽ corporum, temporum ãnositatem; sed quẽcunque, & quandocunque, & quomodo vult, dignantissima replet benignitate, relinquit Ioannes mundum, homines fugit, Patriam nescit, parentes aspernatur, & in solius Diuinitatis apicem defigit obtutus. O mira rerum conuersio Hominem vix mundum ingressum, mundũ fugere, gloriã, & seculi cupiditates, non solum obliuisci, sed nescire, perpetuũque tum Diuinitate, habere consortium. Hic vsque Bernardus in quibus verbis, facile cognoscitur, qualiter Baptista datus Deo fuerit in ætate tenera, & qualiter mirabilia fecerit, quamque Deo placens sit, ab incunabulis Deo dicari, & offerri.

131.

§. III.

Prosequitur eadem materia de honoribus, S. Ioannis Baptistæ, & quam grata sit Deo, dicari ab infantia ipsi Deo.

NOn tacebo, illud, quod sæpius auditum est. Genesis, cap. 4. *Vbi dum munera oblata Domino à Cayno, & Abel, dicitur, respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius, ad Cain autem, & ad munera eius non respexit.* Loco illius particulæ: *Respexit ad Abel.* Dicit Tertulianus, lib 2. contr. Marc. *Placuit Domino Abel,* Et Symachus vertit: *Delectus est,*

132. *Gen. c. 4.* *Tertul.*

est. Quasi dicat: *Vtrumque Dominus respexit.* in vtroque complacuit, non solum de persona, sed etiam de Dono. Sic etiam cum Beatissima virgo oblata fuit, in Templo grata Virginis oblatio gratissimum donum. Sed disquiro in quonam sit doni gratuitas? R. in eo profecto, quod intemeritudine donatum est donum non tarde. Sed veloci accelerationē audiamus Senecam, lib. 2. de benefic., vbi ait: *Ingratū est beneficium, quod diu inter manus dantis hæsit.* Quasi dicat, qui donum detinet, non donum dat, sed pœnam. Sed quid faciendum est, in collatione doni? R. Seneca, libenter, cito, voluntate prompta, & liberali donari debet. Omne quidem tempus Dei est, & omnis ætas: legamus locum Iosuæ cap. 6. vbi dum sermo fieret de ordine rerum assumptarum in ciuitate Herico, quæ Anathema erat, sic dicit Scriptura Diuina: *Quidquid autem, auri, & argenti fuerit, & basorum æneorum, ac ferri, Domino consecretur.* Vbi præcipitur omnia Domino donari: *In metalis de ciuitate Domino consecrandis*: ætates hominis, & omne tempus vitæ eius. Sub intelligendum est.

Gratissimū Deo donūdum Iesus adducitur in Templum.
Et cum virgo Deo dicatur.
Seneca.
Iosuæ c. 6. n. 19.

133.

Ouidius.

1. ætas aurea.
2. ætas argentea.
3. ætas Enea.
4. ætas ex ferro.

Ætates mundi depingit Ouidius, lib. 1. Metamorphoseorum, facta similitudine metalorum de prima ætate sic ait: *Aurea prima, sata est ætas.* Etiam aurum inuenies in loco Iosue. In secundo loco ponitur argentum, & subdit Ouidius: *Subditque argentea proles, auro deterior.* Tertio loco ponuntur basa, Ænea, Hispane bronce, & Ouidius: *Tertia post illam successit Ænea proles.*

Vltima ætas ex ferro, & quarto loco designatur vnde Ouidius: *De duro est vltima ferro.* Vt significetur, qualiter mundus currit indeterius. Sic habetur Lucæ, cap. 11. *Fiunt nouissima illius peiora prioribus.* Censorinus lib. de natali, dom. & Gregor. hom. 13. in Euang. reducunt metala ad ætates hominis, qui mundus minor est Censorinus ait: *Alij diem quadripartitum sed, & noctem similitudo testatur militaris, vbi dicitur, vigilia prima, & secunda, & tertia, & quarta.* Et constat ex Vegetio, lib. 3. de re militari, cap. 8. & Matth. 14. *Quarta vigilia noctis venit.* Et Gregorius inquit: *Prima vigilia primæ ætatis, custodia est.* Vbi vigiliæ noctis ad ætates, hominis applicatur, *aurum*, primæ, *S. Puritiæ*, *argentum*, secundæ, *est adolescentia*, *Eneum*, tertiæ, ætati, *S. Virilita*, *ferrum senectuti.* Hæc omnia Domino consecrentur.

Lucæ 11. Cēsorinus. Gregor.
Vegetius. Matth. 14 Gregor.

O dilecti, si omnem ætatem nostram Domino daremus crescentes de virtute in virtutem! Ex ordine metallorum ex auro primæ ætatis, in qua est integritas mentis, & vita innocens. Sed prob dolor, decrescit aurea virtus, & ad argentum properat, & transit, ad eius, & ad ferrum currit, qua propter charissimi non relinquamus tempus nostrum currere ad ætatem ferri, frigidi senectutis; vide Ambrosium super Psal. 118. *Quid (inquit) potest habere laudis si; effectum corpus, voluptatibus, & iam senectutis gelu frigidum, ad sera deuotionis officia depositio iam segnior vigore conuertat?* Quasi dicat vt ait Seneca, lib. 1. de ben. cap. 1. *Qui tarde fecit, diu noluit.* Deficit voluntas offerentis, vbi ad est, tarditas oblationis. Sed valde: *Est miranda, & admiranda Diuina pietas* (ait Greg.) *saltem in senectute resipiscant.*

134.

Ambr.
Seneca.
Gregor.

Sed nunquid, inquit Chrysost. Psal. 14. *Si nullus vestrum possidere vult seruum suum senem, quanto magis Deus, vult adolescentiam?* Omnis ergo ætas Domino consecranda est; Domino quidem omnis ætas placet; etiam senescentis ferri, sed quanto magis ætas auri Domino placebit? Præsertim quæ venit, parare Domino plebem perfectam. Egregie quidem de Baptista notat Bernardus, quod ad consecrandam ætatem auri, puerulus ad hæremum confugit, igitur ad instar Ioannis ab infantia consecrari debemus Domino; quod omnibus spretis vt Religiosi faciunt esse debet, Psal. 118. aiebat Dauid: *Tuus sum ego.* Idest non sum meus, non carnis non peccati, non mundi sed tuus tibi offero sensus, & cogitationes, & me totū in holocaustū. Ad hanc abdicationē hortatur Hieron. epistola ad Iulianū, dicendo: *Si vis, perfectus esse mundum relinque pristina vestimenta contemne, sæculi palium de relinque; vt alter Ioseph, & Helias ad cœlorū Regna festinans non potest introire cum Palio.* Contemne aurum, nam ex Philosophis, vnus, pretium multarum rerum: *Et possessionum proiecit in mare; abite inquit in profundum, mare cupiditates; ego vos mergam, nec ipse mergar.* Et Bernardus, dicit: *Quid facimus, o Christiani? Nobis infugam sæculi ob pericula quotidiana domus ardet, ignis instat, atergo, & fugienti prohibetur egredi, & hoc ab his, qui in ipso incendio positi sunt, & fugere periculum nollunt.* Et Paulo infra: *O dirum Patrem! O Sæuam Matrem, ò parentes crudeles, & impios, immo*

Chrysost. ad Psal. 14
Bernard.
Hieron.
Bernard.

immo non parentes; sed peremptores; quorum dolor salus est pignoris. Hæc ille.

135. Iudæis quidem latis fuit, abdicasse, à se, Spolia Herico; & Deo consecrasse, vt victores euaderent; nobis non externa solum bona, sed nos ipsos abdicandos esse præcipitur. Vnde Bernardus lib. de contemptu mundi, sic ait: *Qui relinquere omnia disponis; te quoque primum inter reliqua numerare memento, si deliberas sequi eum, qui exinaniuit semetipsum propterte* Et D. Isidorus, lib. 11. *De summo bono*, inquit, *si quis renuntiat omnibus, & suis non renuntiat omnibus quæ possidet, & suis non renuntiat, moribus, nō est Christi Discipulus.* Eusebius Emisenus ad Monachos, hom. 5. dicit: *Exultat, aduersarius noster, quando nos videt maxima contempsisse, & minimis postea deformius vinci.* Vnde postquam Apostoli dixerunt: *Ecce nos reliquimus omnia.* Matth. 19. ideſt, etiam nos ipsos, tunc facti sunt, instar nubeculæ, quasi vestigium hominis, quæ ascendit de mare, orante Hælia, 3. Reg. 18. *Et post tres annos, & sex menses siccitatis, & nubecula facta est grandis, & pluit super terram.* Et vberrima facta est, Petrus, nubecula erat, & Andreas, & qui eos sequuntur, & ascendunt, dum non præmuntur onere diuitiarum, sed fœcundant suā Sacra doctrina terram sterilē. Esai. cap. 6. *Qui sunt isti qui vt nubes volant, & quasi columbæ adfenestras suas?*

136. Recte enim Sponsa totam se dans Diuino Sponso, timet omnem euagationem ad res externas, Cantic. 1. *Indica michi, quem diligit anima mea, vbi pascas vbi cubes in meridie; ne vagari incipiam post greges, sodalium tuorum.* Vbi Nyssenus oratione 2 in Cant. ait: *O tu, quem diligit anima mea! Totam se ab Sponso pēdere profitetur dicens: O tu quē diligit anima mea! Qui Rex es, & Pastor, dic vbi te inueniam in meridie, ne à te discedam.* In Crucem meridionatur; illuc ibit anima Sancta. Vnde Ignatius Martyr, vt refert Dionisius, 4. cap. de Diuinis nominibus, dicebat: *Amor meus Crucifixus est.* Et August. ser. 50. de Verbis Domini, ait: *Videte quo affectu, hic exigatur amor spiritualis: qui amat Christum quasi fœdum, & solum formosum, vt vidimus eum.* Esai. 53. *non habebat speciem, nec decorem.* Talis in Cruce apparuit, talis se spinis coronatus exhibuit, quasi amissa potentia; quasi non Filius Dei, quid est quod amat ista quæ dicit: *Indica michi quem diligit anima mea?* Quid esset, vnde amaretur, nisi formosus esset? Ne vagari incipiam in Hebræo legitur, *ne errare*, siue ne: *Pallio tegi, incipiam.* Non vult qui totus est, Dei vagari. Cant. 1.

Rebæca, Genesis 24. Vellamine texit caput, videns Isaac Sponsum procul, vt indicaret illi soli seruari totam pulchritudinem. *At illa tollens, cito pallium suum operuit se.* Tertulianus, *de Virginibus velandis, vellata ibidem.* Ab negemus ergo, quidquid est in Herico, ideſt immundo, & nos ipsos, vt victoriam reportemus, Diuino placentes Sponso, non ne imitatores sint Achan. qui linguam auream de anathemate sibi vsurpauit? Qui argentum, anteponunt Christo? Miseri tamen qui sic fecerint turbabuntur, & consumentur cum delitijs, & diuitijs suis. 137. Genes. 24. 65. Tertul.

Cum se Sara, dixerit, esse sororem Abrahæ (cum esset illius vxor) Gen. 20. Abimelech, dixit ad illā: *Hoc erit tibi in vellamen oculorum.* Ideſt, hic casus, quo castigata es (ita Hebræi) efficient: *Vt deinceps, non voses Abraham fratrem, sed maritum, qui sit tibi velamen oculorum, ad omnes.* Ne oculos ad te ad ijciant, & concupiscant. Velamen oculorum habet anima, quæ Christum habet Sponsum, felix igitur Baptista, qui ante quam de ventre exiret materno, viscera pro velamine, habuit; & post natiuitatem folia, arborum deserti; antraque, & cauernosa, delegit: *Ne leui saltem, macrulare vitam, famine posset.* Cuius ad instar, Virgines Christi; ad Sponsum recipiēdum, debent præparari, & exire, cū lampadibus accensis habentibus oleum, & similiter parbuli, tradere debent ætatem auream, statui Religioso, si possint, virtutibusque, & bonis moribus disquirentes pro viribus, vbi is Sponsus Iesus: *In quo corrigit adolescentior viam suā.* Psal. 118. 138. Genes. 20. Psal. 118.

AD IDEM.

PRosequitur Bernardus honores Baptistæ, sic dicens: *Sextus honor est, nouitas in prædicatione, hic volo, vt intendat, attentio vestra; quia paulo subtilius ad audiendā materiæ præcipit magnitudo, post peccatum Adæ, ac illius, diluuio baptizationem solemnem, electa est iustorum infinita prope pluralitas, cum quibus Deus, facie, ad faciem locutus fuisse dignoscitur, transfertur. Enoch, eligitur* 139. Totus sermo S. Bernardi. expenditur pro Baptista.

gitur Noe, vocatur Abraham, Isaac dilegitur Iacob, Deum facie, ad faciem cõtemplatur, Ioseph, Saluator mundi vocatur: nec tamen in sermone Dei, ad illos, vel illorum ad homines, fit aliqua mentio de Regni cœlestis perpetua mansione. Moyses adducitur inducem populo Iudæorum, Pharaoni in Deum constituitur: facit Deus per ipsum in Egypto Mirabilia, mirabilia in terra Cham, terribilia in mari Rubro: ascendit Moyses in caliginem in qua erat Dominus, & datur ei monte multiplex præceptorum authoritas: loquitur eum Deo, quasi homo, ad vicinum suum: non occultatum à Moyse, quod fecit Deus in occulto, & Religiosum nomen Adonay, quod omnibus fuerat ob vellatum ei reuelatur; sed in his omnibus, Regni cœlorum, memoria, nec nominatur, nec auditur, astat, Aaron Summus Sacerdos, potentis virgæ gestarius, vnctus, & delibutus cœlestium Sacrariorum vnctione: succedit Iosue, & omnis illa iudicum multitudo: nec est vel vlla tenuis mentio, Regni cœlestis, inuenit Dominus Dauid virum Sanctum secundum cor suum; Salomonem filium eius sapientia cumulat singulari, & omnem illum Prophetalem chorum Spiritus Sanctus ordinat, & infundit; & nichil de cœlesti gloria Prophetatur. Claudit Helias cœlum ministribus, & mensibus sex. Eliseus etiam, mortuus, mortuum vitæ restitui; & ab his, nec vlla scintilla, Regni cœlestis, elucet: quid plura? A principio mundi vsque ad Ioannem Vniuersitatis humanæ electionem recolige, nec in sermone, vel opere illius Sanctuarij poteris reperire dulcedinem: veni ergo ad Ioannem, & audi vocem exultationis, vocem, nouitatis, vocem lætitiæ, verbum misericordiæ, sermonem gloriæ, largitatem gratiæ quod celebrat Deus; tacuerat Angelus; latuerat, Patriarchis Prophetæ nescierunt, pœnitentiã inquit agite præpinquauit enim Regnum cœlorum, verbum pœnitentiæ dulce, & glorioſum, verbum Regni cœlorum lætum, & lætum; & adorandum illi soli primario conuenit, qui primus noui testamenti fundamenta posuit. Huc vsque Bernardus, cuius singula verba notari debent, noter curiosus cui omnia optuli, quæ Bernardus ibi, deuotissime tradit.

Psal. 105.

140. Notabilis profecto, præcursoris gratia, quod præ exteris Patribus Regni cœlorum notitiam dederit. Sic igitur Christus Dominus. Matth. cap. 11. aiebat: *Amen dico vobis non surrexit inter natos mulierum, maior Ioanne Baptista, qui autem minor est in Regno cœlorum, maior est illo, à diebus autem Ioannis Baptistæ vsque nunc, Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Primas liquidem omnium tulit, aiebat Sponsa Cant. 5. *Labia eius stillantia mirram primam.* Vt pote primus deas peritate locutus; si ad hominis statum vertas animum, virgo inter agni, comitis agit: ita Apocal. c. 14. *Primitiæ Deo, & agno.* In omnibus nescit esse secundus. Legite Cyrilum Alexandrinũ lib. 2. in Ioan. c. 34. Ruper. sic *Quis maior Beato Ioanne Baptista? Qui ad Apicem virtutis peruenit, qui nulli fuit pietate secundus; ab aliys, degustatos cibos fastis duit; nichil non primum sibi prærripuit.* Lucæ 1. dicitur de parentibus eius. *Et non erat tetis filius eò quòd esset Elisabet esterilis.* Cur necesse fuit, quod Elisabeth fuisset esterilis: *Cur non potius, vt Dauidis mater fecundissima.* Multos ante filios pareret, vt minimus natus. Ioannes electus videretur emillibus fratribus? Ab ut à tanti viri matre fecunditas, quæ faceret, vt alius primas præriperet Ioanni.

Matth. 11.

Cant. 5.

Apoc. 14.

Cyrilus.

Lucæ 1.

141. D. Petrus Chrysolog. Serm. 89. ait: *Sterilitas ista non erat maledicta, sed mistica, in qua partus nõ ablatus est, sed dilatatus, nec erat pignori clausa, sed tempori colebatur tempore, virtute seruabatur, maturabatur, ætate senectute crescebat; vt in filio singulari, tota fecunditas penseretur, quando in vno nascebatur vniuersitas congesta virtutum, beata sterilitas, quæ vnum seruauatur ad partum, & expectauat Ioannem, cui quia prima omnia debeuantur primogeniti dignitas non periret. Hæc ille.* Vbi vides qualiter, nichil primum potuit deficere Ioanni, vt qui primus index extitit sapientiæ incarnatæ, de Ioanne loquitur Spiritus Sanctus. Prober. cap. 3. dicens: *Beatus homo qui inuenit sapientiam, & qui affluit prudentia; melior est acquisitio eius, negotiatione auri, & argenti primi, & purissimi fructus eius.* Quidquid nobilis hæc arbor fructificat, primum, & præstantissimum, inter fructus vitæ, primi, & purissimi fructus eius; de quibus agit eleganter Petrus Damianus, sic dicens: *Verbum pœnitentiæ dulce, & glorioſum, verbum Regni cœlorum lætum, & adorandũ, illi soli primario cõuenit. quis sic puer hereditatem concupiuit? Quis ita legiter sublimiter conuersatus? Quis pœnitentiam, & Regnum cœlorum primus ostendit?*

S. P. Chry.

Prob. c. 3.

P. Dam.

Quis

Quis Baptizauit Regem gloriæ? Cui se primum Trinitas reuelauit? Cui tale testimonium perhibuit Deus? Vni Ioanni, omnia prima viduis collata; quidquid in hoc vides primum est, & primi, & purissimi, fructus eius. Hæc ille, cuius verba ponderatione digna sunt.

142. Primus enim, virorum, cœlestem ciuitatem præsentit Ioannes; primus cauauit aquarum fluenta insinuare, quo factum est, vt ciuitas capienda ostenderetur, & solum requireretur ille fortissimus Rex, qui fortior Ioanne posset Diuina sua virtute murorum impedimenta tolere, & vltimas victrices manus imponere certamini. Legite 2. Regum, cap. 12. vbi dicitur, sic: *Itur pugnabat Ioab, contra Rabath filiorum Amon, & expugnabat vrbem Regiam; misitque Ioab nuntios ad Dauid, dicens, dimicaui aduersus Rabath, & capienda est vrbs, aquarum; nunc igitur congrega reliquam partem populi, & obside ciuitatē, & cape eam, ne cum a me hausta fuerit vrbs nomine meo asscribatur victoria.* Superbiebat Rabath, & inexpugnabilis videbatur, propter profundissimos aquarum gurgites, ratione cuius dicebatur ciuitas aquarum, oblatus tamen, & Ioab maximus, interduces Israel; ciuitatem sumpsit, aquas superauit, sed Dauid, Regem vocat, ad imponendas primas certamini manus; contentus Ioab quod ipse vnus post Regem ciuitatem caperet, non est dissimilis Ioannis Baptistæ pugna, vrbem aquarum, nempe ciuitatem cœlestem, alias in expugnabilem aquis Baptismi superatis, etiam obtinuit, victoriam post Filium Dei reportauit: quia post Filium Dei, inter natos mulierum, ex hominibus non surrexit maior, qui sic Regni palatia aperiret; de quo Theodoretus, oratione de Baptismo, aiebat: *Nunquid ergo Ioannes, super terram ascendisti, ad cœlestia proiectus, es Angelicos, & primo operantes ornatus ascendisti? Et quod eis est à seculo obscurum, & quod minime didicerūt; statim tanquam post Deum traiecisti, & nobis anuntiasti.* Hæc ille, vbi nota verbum illud: *Tanquam post Deum.* Quasi, sit ille qui solus primus fuit anuntiator Regni, & qui primus edocuit aquas fluētis, seu torrentis tras vadari, quid inde? subiungit Bernardus.

Theodoret.

143. Septimus honor est, dignitas in Baptismate, singularis prorsus humilitas: *Verbum caro factum est, & imperfectum virum egrediens, relicta hominum vniuersitate Ioannem currit, Ioannem desiderat, ad Ioannem venit, terribili in consilijs Deus super filios hominum; portansque omnia verbo virtutis suæ purgationem peccatorū faciens venit, à Galilea in* 43. *Iordanē ad Ioannem, vt Baptizaretur ab eo, stupet Ioannes, & timore concutitur, at Patriarcham infinitus orror insiliit. Ego (inquit) à te debeo Baptizari, & tu venis ad me? Dicit ei Saluator, sine, modo sic enim decet nos implere omnem iustitiam, aquiescunt vtrique? Salutaribus monitis, & accingit se Ioannes ad Baptizandum; ad suscipiendum Dominum Regem Angelorum, exuitur vestimentis suis Rex gloriæ splendor luminis, & figura substātiæ Dei, Ioannis manibus attrectatur caro illa assumpta de Virgine, candidiorique derivata materia, nudatur in flumine; felicis Baptistæ manibus infundenda, descendunt Angeli, & cœlorum agmina, tota reuerentia currūt ad Creatorē Baptizantē, & Baptizantū numina dominantia circumcingunt, infundit aquam Capiti Creatoris, creatura nobilior, & Dei verticem, mortalis dexteram contrectat, & contigit, pauet cœlū, stupet terra, Iordanis arridet, mirantur Angeli Dominum Sabaoth, inter manus Baptizantis conclusi; quid est Ioannes? Quem Cherubim & Seraphim, vix audēt aspicere, tu nudum tenere præsumis? Hic est, quem Angeli desiderant prospicere; cui Sanctus, Sanctus, Sanctus, sublimi, melodiarum organo Beatæ ciuitatis conuentus ingeminat, qui solus inhabitat lucem inaccessibilem, Dominus virtutum, Deus scientiarum, misericordiarum Pater, & tu non metuis? Totus obstupesco, Baptizantem hominēmque Deū reuereor Magistrum dignantem admiror, vereor dignationem, & hominem video, violētiam ipsis cœlis inferre.* Huc vsque Bernardus.

Matth. 14

§. IIII.

Prosequitur eadem materia de laudibus Baptistæ, & agitur de Baptismo Christi, vbi ad historiam recurrit Author aliquatenus.

144. NON Tacebo in laudem Baptistæ, aliqua attingere de Baptismo Christi Domini, ad quod melius intelligendum oppere pretium duxi, facta Christi Domini; ætatisque eiusdem recensere, secundum modum quo traditur à Calixto Placentino, Canonico Lateranense; qui in tota Italia fuit concionator Gene-

Calixto Placentino

neralis, & pro repellendis hæreticis acerrimus iudex, ille quidē doctissimus vir ætates Christi, ex grauissimis Patribus deduxit, vt pote ex Orosio, Beda, Hieronymo, Augustini rerum mens exordium à Christi Natiuitate. Sic enim ait: *Dico Dominus Iesus Nazarenum, Dei Filium, ex Virgine Maria natum fuisse anno mundi, qui cum millesimo ducentesimo, mense vndecimo, die vigesima quinta Decembris, quem Hebræi, Thebeth, nominant, ab vrbe vero condita, anno septingentesimo quinquagesimo primo; centesima nona quarta olimpiada, & vt Dionisio, & Bedæ placet in dictione q. arta, Imperij Augusti, anno quadragesimosecundo; Regni autem Herodis Ascalonitæ anno trigesimo; Consulibus Romanis, Lentulo Gelio, & Marco Masalino, anno vero sequenti.*

Oroſius. Beda. Hieron. Auguſt.

2. ætas.

145. *Anno vero sequenti, prima die anni, hoc est* Kalendis Ianuarij, *quem Iudæi, Sabath, dicunt, circumcisus fuit, & vocatus Iesus, die ætatis eius octauo.*

2. ætas.

3 ætas. *Die autem sexta eiusdem anni, & mensis, ab Orientis Regibus adoratur, & muneribus, mysticis, donatur; vitæ eius die tertiadecima.*

4. ætas. *Die vero secunda mensis Februarij, Adar, ab Hebræis nominati, in Hierusalem defertur, & in Templo præsentatur, & à Simeone sene Propheta in vlnis, in enarrabili lætitia suscipitur; ætatis suæ mense vno, diebus octo.*

5. ætas. *Die quarta, eiusdem mensis, Angelica admonitione suscipitur, vt in Egyptum deferatur, mense vno, diebus decem.*

6. ætas. *Post sex annos, defuncto iam Herode, & Archelao, suffecto, Angelo similiter admonente, defertur in Nazareth, Galileæ; Regnauit enim Herodes Ascalonita annis triginta sex, ex trigesimo anno, natus est Dominus Iesus.*

7. ætas. *Anno mundi, qui cum millesimo ducentesimo duodecimo, die decima Aprilis, ab Hebræis, Iar. appellati, inuentus, fuit in Templo, in cœtu Doctorum, eos interrogans, & audiens, Luna itaque quinta decima Martij, Nyssen. vocati Pascha erat, qui dies eo anno fuit vltima mensis Martij, septem diebus acymorum, in morati sunt in Hierusalem, quibus consummatis cū illis non animaduertentibus puer in Hierusalē remansisset, redierunt, & existimantes, illum esse in commitatu, venerunt, iter diei, sequenti die, cum illum inter cognatos non inuenissent, reuersi sunt in Hierusalem, tertia vero die affecti, consumatione inuenerunt eum, qui fuit dies vigesimus sextus Lunæ Martij, & decimus dies mensis Aprilis, ætatis Iesu, annus duodecimus, mensis tertij dies vero, decimus Textus.* Hæc ille.

8. ætas. *Anno mundi qui cum millesimo ducentesimo vigesimo nono, Imperij Tiberij, Cæsaris quintodecimo, ætatis Domini vigesimonono, Procurationis Pylati anno quarto* (qui vt Iosepho, & Eusebio placet) anno Tiberij vndecimo, ex Ponto insula, quam regebat missus fuit ad procurandam Iudæam; factum est verbum Domini super Ioannem Filium Zachariæ, & venit in desertum Iudeæ circa Iordanem, prope Bethabara; qui locus est vltra Iordanem, è Regione Iericho, declinans aliquantulum ad Septentrionem. Vbi vt pluribus videtur, populus sub Iosuæ traiecit Iordanem, ibique pœnitentiam prædicabat Ioannes, & venientes ad se in Iordani Baptizabat, confluebantque ad eum, quam plurimi ex Iudæa, & ex Hierosolima, Pharisæi, & Saducei, nec non, & milites.

Ioſephus.

146. Crebrescente quoque eius fama, miserunt à Deum summi Sacerdotes, & Principes populi, honorabilem legationem, Sacerdotum, Leuitarum, & Pharisæorum, vt disquirerent ab eo, An esset Christus? Cum vero omnia hæc ante facta fuissent, quam Christus Baptizaretur illum autem Baptizatum fuisse, sexta die mensis Ianuarij, *Sabat*; appellati, Sancta canit Ecclesia in festo Epiphaniæ, fieri non potest, vt eo ipso anno, quo, Ioannes cœpit prædicare, sit Baptizatus Christus, alio qui sed diebus acta fuissent omnia hæc.

Dicimus ergo Dominum Iesum Baptizatum fuisse anno mundi, qui cum millesimo, ducentesimo tricesimo, die sexta Ianuarij, ætatis vero Domini, anno trigesimo, die vero tertiodecimo; nam trigesimum annum octauo Kalendas Ianuaris expleuerat, vt Lucæ cap. 3. habetur: *Iesus erat incipiens.* Hoc est operari, docere, & Ecclesiam congregare, quasi annorū trigintā. Hæc sentque traduntur ab illo doctissimo Authore, quæ ponderatione digna sunt.

Luca 3.

147. Placet tamen locum, & tempus, quando, hæc facta sunt explanare, nam vt Cyrilus, lib. 1. in Ioan. cap. 26. aduertit: *Diligentiæ Euangelistæ, magnitudinisque rerum ad historiæ veritatem commendandam, signum est.* Solent enim homines, loca singula vbi, res magnæ ge-

Cyrilus.

ste

Chrysost. ste sunt, memoria retinere, & Chrysost. hom. 16. in Ioan. sic ait: *Cum non antiqua, sed quæ Paulo ante contigerant narrarent; à loco etiam testimonium acciperent, vt meminerint, qui ad erant, & certè narrare confirmet.* Tum etiam loquitur apposuit in quem propter Iordanis transitum; multitudo copiosa hominum concurrebat, vt Ioannis testimonium magis commendetur, quod non in obscuro, aut solitario loco, sed in publico; & hominum frequentia copioso perhibuit.

Nota. Sed non facilis statim nascitur difficultas, an isto loco legendum sit in *Bethania*, an in *Bethabara*? Et ratio dubitandi consurgit ex eo quod Latini codices legunt, in *Bethania*. Et multi etiam *Origenes.* ex Græcis, eodem modo legunt, & Origenes, tom. 2. in Ioan. fatetur omnia antiqua exemplaria habere in *Bethania*, & *Cyrilus.* ita etiam fatetur Cyrilus. Sed si ita legamus, non videntur quæ sequuntur in textu, conuenire: primo, quia Bethania! Non est sita trans Iordanem; cum sit in Tribu Venjamin quindecim stadijs distans ad Hierusalem: tum etiam, quia Ioannes non potuit in Bethania Baptizare, cum Ioannes ad fluenta Iordanis Baptizaret, & Bethania distaret circiter centum octuaginta stadijs, à Iordane. Quare Græci codices habent in *Bethabara*. Et ita legit Origin. loco allegato, *Origen. Epiph. Hieron.* Epiph. Hæres. 51. & Hieronymus, lib. de Locis Hæbraicis, habet, *Bethabara*; esse sitam trans Iordanem, vbi Ioannes Baptizabat, & Christus ab eo Baptizatus est, & moderni sequuntur hanc sententiam, cum quibus Chrysost. Theophil. & Euthimius. *Chrysost. Theoph. Euthimius.*

Sed difficultatem habet; quia dicunt *Bethabara*. Sitam esse in Tribu Benjamin, quod colligunt ex cap. 18. Iosuæ; vbi inter ciuitates illius Tribus ponitur, *Bethabara*, quæ eadem videtur, cum *Bethabara*, at termini, Tribus Benjamin, non transeunt trans Iordanem, quomodo ergo *Bethabara*, potest esse in Tribu Benjamin? Et dicitur trans Iordanem, quo Sors filiorum Benjamin non pertingit. *148. Iosuæ.*

Certe si fides adhibenda est grauissimis Doctoribus qualiter est, Magalanius in cap. 18. Iosuæ cum facit descriptionem de Tribu Benjamin, nichil de Iordane aloquitur, nec de eo in toto illo discursu mentionem aliquam facit, etiam memorando pro sorte filiorum Benjamin, inter memorabiles ciuitates, hanc scilicet, *Bethabaram*. Sic igitur inquit Magallaneus: *Tribus Benjamin ab Austro eosdem suæ sortis agnouit terminos quos à Septentrione Iuda, vsque ad Tamna, quæ ciuitas vltra montem Saronæ sita fuit. Ptanamque parte terminabatur limes Meridionalis Benjamin, & in occasum angulum coibat cum Septemtrionali termino, vt Iosuæ cap. 18 vrbes, & celebriora loca fuere versus Meridiē Betharaba, & con vallis Ennon, & pars Hierusalem, & Ensemmes, & Eleph, & Enrogel, & vallis, Innoa, & Nobe, & Beheroth, ad Septemptrionem vero versus ortum per gentibus occurrit ba, à Moth, & Ierephel, Recem, Amossa Bethaben, Bethel, atque Anathoth, Ieremiæ natale solum, & Maspha, iuxta Amnem Cherith, in interiore tractu vrbes recēseri solent, Herico, Betagla & Hay, Chasis, non longe à Combale Ynnoba, Gabba Saulis fuit, & altera Gabba, Benjamin toti fere Tribu aliquando funestæ cladis occasio, obstrupatam humana fœditate vxorem læuitæ.* *Magallan. in Iosuæ. In textu ta mē indicare videtur, sed sumitur ibi pro extremo terri si iorū Benjamin.*

Sunt duæ rupes in hac Tribu memorabiles in agro, Gibgad, quarum alteri nomen est, *Boses*, alteri, ab acumine, ac nonulla, dentis similitudine, *Sennath*, quas arduo ascensu subiens Ionathas, hostes, feliciter in fugam compulit est, & Rimon lapis inter Hierusalem, & Iericō, & Baal, & Thamar, quo loco Israelitæ in Tribum Benjamin, vt vlcis cerentur vitiatæ vxoris læuitæ facinus castra posuerunt, Sors hæc assignatæ sibi terræ finibus cæteris fere fuit angustior, soli tamen, aut situ, fœcunditate animum contradictionem compensauit, iuxta Iacobi vaticinium. Genesis 49. *Benjamin lupus rapax, mane comedet prædam, vespere autem diuidet spolia.* Nihil hanc prædictionem; vellis ad gabaitarum facinus referre, pars huius Tribus quæ Hierosolymam attingebat ad Iebusæos antea spectauit. Hæc ille, vbi de Iordane nichil actū est, nec de Bethania; profecto: quia ad Tribū Benjamin nichil de Iordane pertinere videretur, & Bethania, inter ciuitates, nec memorabiles, enumeretur. *149.* *Genes. 49.*

Hac difficultate multi præsi, inter quos est, Nicolaus de Lyra, dicunt duplicem esse Bethaniam, vnam prope Hierusalem, in qua habitauant Martha, & Maria, & in qua Dominus Lazarum suscitauit, quæ prope Hierusalem erat; cuius frequens in Euangelio mentio fit, alteram quæ sita est, trans Iordanem in qua Ioannes dicitur Baptizasse. Sed iste modus dicendi, nullum fundamentum habet *150.*

bet in Scriptura; ideo merito reijcitur.

Vt ergo quod nobis videtur in hac difficultate apperiamus, Supono primo; Nota. vt certum, quod siue, *Bethania*, siue, *Bethabara*, dicatur locus in quo Ioannes Baptizabat. Ioannes Baptizabit prope fluenta Iordanis; eo loco populus Israel ascendens de Ægypto Iordanem transmisit, sub Iosuæ; hinc inde, aquis consistentibus, ibique, Christus voluit Baptizari; vt ibi consecraretur Baptismus noster, quo loco siccis pedibus, Hebræi mirabiliter transierunt; ad quem locum Ioannes Baptizaturus accesit: quia eo loco frequens erat concursus populi, & transitus Iordanis, facilior nauicula ibi existente, vbi commodius Christum poterat annuntiare. Sed quod difficultatem habet, est nomen loci, in quo hoc etiam certum est, quod locus vbi Ioannes Baptizabat, erat trans Iordanem, vt constat ex Euangelio.

151. Vnde apperte colligitur; quod locus ille non poterat pertinere, ad sortem, & Tribum Benjamin vt patet, ex illius sorte relata, nec placet illud quod Maldonatus dixit, qui vt saluet, *Bethabara*, ad Tribum Benjamin pertinere, dicit, in Scriptura vsitatum esse, trans Iordanem; & vltra Iordanem dicere; non respectu habitantium in terra Chanaam, sed respectu venientium de terra Ægypti; respectu quorũ Tribus Benjamin erat trans Iordanem: quia hoc nimis durum, & coactum videtur; & maximam inducit equiuocationem: cùm non facile constet respectu quorum, *trans*, & *vltra*, in singulis locis, accipi debeant; & minus placet? Quod secundo dicit, quod, *citra*, & *vltra*, confunduntur, & vna particula pro altera ponitur in Scriptura: quia hoc est, ad diuinationes recurrere. Secundo colligitur quod; *Betharaba*, quæ Iosuæ, c. 15. ponitur nõ potest esse locus vbi Ioanes Baptizauit: quia nõ erat trãs Iordanem, præterea constat, trans Iordanem in eo loco, quo Ioannes Baptizabat, sitam esse ciuitatem, & opidum, quod *Bethabara*, vocatur, vt tenet Hieronymus. & significatio nominis, id explicat: quia *Bethabara*, interpretatur, *domus transitus*, & ad sortem Tribus Rubem pertinere videtur: cuius mentio fit, iudicum, cap. 7. mutato nomine in *Bethera*, quamuis non affirmemus; an sit, idem nomen an, non.

152. Tandem dico, quod locus iste, qui *Bethabara*, dicebatur, nominabatur etiã *Bethania*; & nec in loco nec in nomine apud Hebræos cum *Bethania*, quæ prope Hierusalem erat conueniebat, quoniam *Bethania*, quæ erat prope Hierusalem, scribeuatur, *Ferain*, hæc autem, *Bethania*, scriuitur per, *Aleph*. & significat idem quod, *domus nabis*, ideſt locus, vbi nauicula erat, ad transitum fluminis, vnde idem quod *Bethabara*, significat, cõfusio autem orta, est ex Græco, & Latino sermone, qui non semper eadem litterarum distinctionem habent; quæ apud Hebræos reperitur, nec nouum est, hanc litterarum similitudinem, facere difficultatem; & sit difficultas apperitur, & loca non multiplicantur, itaque duas ponimus Bethabaras; alteram in Tribu Benjamin; altera circa Iordanẽ; quæ idem est, quod *Bethania*, siue domus nabis, vbi Baptizabat Ioannes.

153. Sed non tacebo illud quod Ioannes dixit Phariseis, querentibus, & calumniantibus illum Baptizantem, ante quam Christus Baptizaret, disquirunt ab eo? *Quid ergo Baptizas si tu non es Christus, nec Elias?* Ioannis 1. & ipse respondit, Ioan. 1. dicens: *Ego Baptizo in aqua, medium autem vestrum est, quem vos nescitis.* Quibus verbis, ostendit differentiam sui baptismi, à Baptismo Christi, declarando sui Baptismi insufficientiam; qui solam corpus attingit, & abluit, & sufficientia, atque necessitate Baptismi Christi, ad animarum ablutionẽ, vt declarat S. Thom. 3. p. q. 83. art. 6. Nam Sanctus Matth. c. 3. ait: *Ego Baptizo vos in aqua in pœnitentiam, qui autem post me venturus est; ipse vos Baptizabit, in Spiritu Sancto, & igne.* Similia refert Lucas, cap. 3. Vnde multas differentias assignant Doctores, inter Baptismum Ioannis, & Christi, ex quibus aliquas referre placuit, ne abscola fugiamus Theologorum.

S. Thom. 3. p. q. 83. art. 6. Matth. 3. Lucæ c. 3.

154. Prima est, quod Baptismus Ioannis, erat solum in aqua non in Spiritu Sancto; Baptismus autem Christi, simul in aqua, & Spiritu Sancto, vt dicit Ioan. cap. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto.* Pro quo nota, quod ad Baptismum verum, & abluentem peccata; tria sunt necessaria, iuxta illud 1. Ioan. 5. *Tres sunt, qui testimonium dant, in terra spiritus aqua, & sanguis.* Et his tribus, quod infimum est, est aqua in Baptismo Ioannis solum reperiebatur. Sed spiritus non aderat, qui non dum datus erat: *Quia Iesus non dum erat glorificatus.* Vt dicit Ioan. cap. 7. Sanguis de erat: quia non dum agnus occisus, & Christus immolatus fuerat; in Baptismo

Ioan. 3. 1. Ioan. 5. Ioan. 7.

autem Christi; omnia hæc reperiuntur, ideo dicitur: *In Spiritu Sancto, & igni.* vt visum fuit, quando Christus fuit Baptizatus.

155. Secunda differentia est, quia Baptismus Ioannis, erat tantum dispositio, & præparatio ad Baptismum Christi, vnde Baptismus Ioannis, non regenerabat homines, nec efficiebat Filios Dei; sed erat signum quodam, quò se profitebantur homines peccatores, & Christi Redemptione indigere, Baptismus autem Christi, hominem regenerat, & Filium Dei facit, & quod renascatur ex aqua, & Spiritu Sancto.

156. Tertia differentia est; quod Baptismus Ioannis, non tollebat peccata, nec conferebat gratiam (quod est de fide) teste Hieronymo, lib. contra Luciferianos, & Augustin. in Enchirid. & refertur, *de consecratione*, dist. 4. cap non regenerabantur, Greg. hom. 7. in Euangelica, & Amb. Psal. 37. Baptismus vero Christi vtrumque præstat, & peccata tollens, & gratiam tribuens.

Hieron. August. Greg. Amb.

157. Hinc sequitur quod Baptismus Ioannis non sufficiebat ad salutem; sed necessario, illi qui Ioannis Baptisma susceperant, iterum erant Baptizandi Baptismo Christi, vt fierent Filij Dei, & hæredes Regni, quod fecisse legimus Apostolum Paulum in actibus, c. 19. Ephesios: qui Baptismo Ioannis Baptizati erant Christi Baptismate abluendo, de quo vide S. Thom. loco citato.

Acta. 19.

Sed nonemo dubitare poterit, vtrum Ioannes in hoc suo Baptismo vsus fuerit aliqua determinata forma verborũ? Ad quod dici potest, quod in nomine venturi, Baptizabat, & hac forma verborum vtebatur, quod colligi videtur, ex actibus Apost. cap. 19. vbi dicitur: *Ioannes Baptizauit Baptismo pœnitentiæ populum dicens, in eum qui venturus esset potest ipsum, vt crederent: hoc est in Iesum.* Sic affirmant grauissimi Patres. Amb. lib. 1. de Spiritu Sancto, cap. 3. Hieronymus ad c. 2. Ioel. epistola *de viro vnius vxoris.* Magr. 4. d. 2. ibi S. Thom. & 3. part. quæst. 66. art 6. ad 5. art. 5. & per totum. Sed placuit Magistri sententiarum verba referre, ait enim, dicto loco; de forma Baptismi Ioannis, & de Baptizatis ab eo, hæc: *Hic considerandum est, si Baptizati à Ioanne, iterum Baptizati sunt Baptismo Christi; & qua forma verborum vsus sit Ioannes, illi qui Baptizati sunt à Ioanne nescientes Spiritum Sanctum esse, ac spem ponentes in illius Baptismo, postea Baptizati sunt Baptismo Christi, Baptismus autem Ioannis in nomine venturi tradebatur: vnde Hieronymus super Ioel, qui dicit se in Christum credere, & non credit in Spiritum Sanctum, non dum habet claros oculos: vnde Baptizati à Ioanne in nomine venturi, ideſt, Domini Iesu, quia dixerunt, sed neque si Spiritus Sanctus est audiuimus, iterum Baptizabantur, immo verum Baptisma accipiebant, illi vero qui spem non posuerunt, in Baptismo Ioannis, & Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum credebant; non post Baptizati fuerunt: sed impositione manuum ab Apostolis super eos facta, Spiritum Sanctum receperunt. Alij vero qui non ita credebant, Baptizati sunt, Baptismo Christi, vt prædictum est Vnde Hieronymus, qui Spiritum Sanctum nesciebant, cum Baptismum à Ioanne acceperunt. Iterũ Baptizanti sunt Baptismo Christi: vt dicit, est, ne quis ex Iudæis, vel gentibus putaret, aquam sine Spiritu Sancto ad salutem posse sufficere: de hoc etiam Amb. in 1. lib. de Spiritu Sancto, tom. 2. cap. 3. Quidam negauerunt se scire Spiritũ Sanctum; cum Baptizatos se dicerent Baptismo Ioannis, qui in aduenientis Iesu, non in sue Bautizabit nomine, isti ergo quia nec in Christi nomine, neque cum fide Spiritus Sancti Baptizati fuerant, non potuerunt accipere Baptismi Sacramentum Baptizati sunt ergo in nomine Christi, nec iteratum est in his Baptisma, sed innouatum: hucvsque Magister sententiarum.*

Amb. Hieron. Mag. S. Thom. 3. p. q. 66.

158.

159. Sed quamuis hæc probabilia sint, tamen etiam est probabile, quod Ioannes, nulla verborum forma vsus fuerit; sed quod tantum homines abluebat, & dum Baptizabantur, exhortabatur illos, vt crederent in eum qui venturus erat; vt optime Chrysost. hom. 4. operis imperfecti, super 19. cap. actuum Apost. quod hoc vnico argumento, meo videri, efficaciter conuincitur: quia Ioannes Christum Baptizauit, eo modo quo, & reliquos, non autem videtur credibile, quod Christum Baptizauerit in nomine venturi, cum ipse esset, quem Baptizabat, Rursus non constat, alio modo Christum Baptizasse ergo vsus non fuit aliqua determinata forma verborum, sed verba illa proferebat alijs, illos instruendo, de Christo futuro.

Chrysost.

§. V.

§. V.

Institutio Baptismi à Christo Domino, & declaratur tempus institutionis illius; prout à Ioannis Baptismo distinguitur; & essentia Baptismi expenditur.

160. IGitur Baptismus, ex Sacramentis, nouæ legis vnum est, & de fide tenendum, vt inuenietis apud Doctores, agentes de Sacramentis in genere, constat enim esse in vsu Ecclesiæ, quandam sensibilem ceremoniam, quæ ut, per ablutionem aquæ, & inuocationem Trinitatis, per quam initiantur fideles, vt fiant Ecclesiæ membra.

Rursus constat hanc ceremoniam habere promissionem gratiæ, immo, & esse necessariam ad iustitiam, & vitam æternam consequendam, secundum illud Ioan. cap. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto non potest introire in Regnum Dei.* Et illud Matth. c. vlt. *Baptizantes eos, in nomine Patris, & Filij & Spiritus Sancti, qui crediderit, & Baptizatus fuerit saluus erit.* Et ad Ephesios, cap. 5. *Mundans eos lauacro aquæ in verbo vitæ.* Est ergo hæc ceremonia, verum Sacramentum nouæ legis; nam est sensibilis, & vim habet Sanctificandi, & consequenter, significandi gratiam quam præstat, hanc autem ceremoniam, seu hoc Sacramentum nomine Baptismi significamus, nã licet in veteri lege, essent variæ ablutiones ceremoniales; quæ Baptismata appellantur, ad Hebræos, cap 9 tamen in noua lege, vnum tantum est Baptisma; quod est vnum, ex Sacramentis eius, vt habetur, in Concilio Florentino, Tridentino, & alijs.

Ioan. 3. *Ephes. 5.* *Flor. Trid.*

161. Secundum certum est quod Sacramentum Baptismi, fuit à Christo Domino institutum, sicut, & cætera Sacramenta nouæ legis, de quo late in materia de Sacramentis in genere.

De tempore autem, quo Christus Dominus hoc Sacramentum instituit, est maior difficultas, nam quidam aiunt instítutum esse à Christo Domino formaliter post Resurrectionem, quando dixit, Discipulis: *Baptizantes eos in nomine, P. Filij, & Spiritu Sancti.* Materialiter vero institutum fuisse in Iordane; quando Baptizatus fuit à Ioanne, tenet Alexander. 4. part. quæst. 12. m. 3. art. 1. indicat, S. Thom. 3. part. quæst. 73. art. 5. ad 4. qui refert, verba Matth. cap. vlt. licet oppositum videatur, cum soluit arg 4.

Matt. vlt. S. Thom.

Rursus, quia de forma huius Sacramenti, nulla mentio facta est ante Christi Resurrectionem, & S. Leo. PP. epistola 4. cap. 3. dicit: *Christum non dedisse Apostolis, ritum Baptizandi, vsque ad Resurrectionem.* Clarius Ruper. lib. 3. in Ioan. qui ait: *Sentio, Baptismũ quo Baptizabant Apostoli ante Passionem; non fuisse Baptismum nouæ legis; nec tunc habuisse efficatiam gratiæ ante Passionem; quia antea, non dabatur spiritus, eo quod Christus non dum erat glorificatus.* Itaque aiunt, non fuisse tunc Baptismum in spiritu; sed in aqua tantum. Idẽ tenet Tertullianus, lib. *de Baptismo.* Affirmans Apostolos, non Baptizasse, Baptismo Christi, ante Passionem, sed Baptismo Ioannis, cuius hæc sunt verba: *Itaque tingebant Discipuli eius vt Ministri, vt Ioannes ante Præcursor, eodem Baptismo Ioannis, nequi alio putet: quia nec extat alius nisi postea Christi, qui tunc vtique à discentibus dari non poterat, vt pote, non dum adimpleta gloria Domini, nec instructa efficatia lauacri, per Passionem & Resurrectionem: quia nec mors nostra dissolui posset, nisi Domini Passione, nec vita restitui, sine Resurrectione ipsius.* Hæc ille.

Leon. *Ruper.* *Tertull.*

162. Sed certum iudico Christum Dominum instituisse Baptismum suum, antã suam Passionem. Dixi certum iudico: quia non desunt aliqui affirmantes, esse de fide, sed ab Ecclesiã hoc non est definitum; tamen est longe probabilior, hæc secunda sententia, quam apperte tenet Sapientissimus, & Pijssimus Pater Fráciscus Suarez de Sotietate Iesu (quæ sapientiam coronat. Sanctitatem, & modestiam commisatur) 3. part. quæst. 66. art. 1. disp 19. sect. 1. conclus. 1. Magister 4 dist. 1. apperte Angelicus Doctor 3. part. quæst. 66. art 1. cui titulus: *Vtrũ Baptismus fuerit institutus, post Christi Passionem.* Et in argumento sed cõtra est, inquit: *Respondeo dicendum, quod sicut.* Dictum est supra quæst. 62. art. 1. *Sacramenta, ex sua institutione habent quod conferant gratiam, vnde tunc videtur, aliquod Sacramentum institui, quando accipit virtutem producendi suũ effectum. Hanc autem virtutem, accepit Baptismus quando Christus est Baptizatus. Vnde tunc vere Baptismus institutus fuit quantum ad ipsum Sacramentum.* Et solutione ad primum sic inquit S. Thom. *Quod etia n ante Passionem Christi, Baptismus habebat efficatiam à Christi Passione, in quantum eam*

Sapientissimus Suarez. *Magr.* *S. Thom.*

præfigurabat, aliter tamen quam Sacramenta veteris legis; nam illa erant figuræ tantum, Baptismus autem ab ipso Christo virtutem habebat iustificãdi; per cuius virtutẽ ipsa etiam passio salutifera fuit Et idem S. Thom. in eodem corpore articuli, explicans illius promulgationem, dicit: *Sed necessitas vtendi hoc Sacramento, inducta fuit hominibus post Passionẽ, & Resurrectionẽ: tum quia in Passione Christi terminata sunt figuralia Sacramenta quibus succedit Baptismus, & alia Sacramenta nouæ legis; tum etiam: quia per Baptismũ, configuratur homo Passioni, & Resurrectioni Christi, in quantũ moritur peccato, & incipit nouam iustitiæ vitã, & ideo opportuit, Christum prius pati, & resurgere, quã hominibus indicaretur necessitas se configurãdi morti, & Resurrectioni eius.* Hæc ille.

S. Thom.

163. Rursus Ioannis, c. 3. dicitur: *Post hæc venit Iesus, & Discipuli eius in Iudeam terram, & ibi demorabatur cum eis, & Baptizabat.* Signum ergo est, iam tunc fuisse institutum hoc Sacramentum.

Ioan. 3.

Sed ponderandum est illud quod inquit Suarez, nempe quod Christus: *Suis manibus aquam non infundebat, sed, quia ipse est, Author Baptismi, & omnes qui Baptizant id faciunt, vt Ministri eius, & in virtute illius.* Ita etiam Tertullianus loco ait: *Præcurrerat enim Baptista, hic est, qui Baptizat in Spiritu.* Ioan. 1. & Matth. 3. *Ego Baptizo vos in aqua, qui post me venturus est fortior est mẽ, ipse vos Baptizabit in Spiritu Sancto.* Ioannes Baptizat, Christus Baptizat; quia in eius nomine est.

Suarez. Tertul. Ioan. 1. Matth. 3.

Rursus D. Augustin. tit. 5. 13. & 15. in Ioan. docuit Baptistam fuisse Baptizatũ, illo Baptismate, quo tunc Apostoli Baptizabat, quæ potest esse vna ex congruentijs, ob quam Christus instituisse tunc dicamus hoc Sacramentum, ante mortem suam vt illo tingeret suum Baptistam.

August.

Secunda congruentia esse potest, quod Apostoli ante mortem Domini Baptizati fuerunt vero Sacramento Baptismi, vt docet Aug. lib. de origine animæ, c. 9. & epistola 108 declarans verba Ioannis, c. 13. *Qui lotus est nõ indiget nisi vt pedes labet* Existimat enim hoc dixisse Christum: quia Petrus iam erat lotus per Baptismũ; quod confirmat epistola 163. quia non est credibile Christum dedisse, Eucharistiã, Apostolis non dum Baptizatis.

August. Ioan. 13.

Tertia congruentia est: quia eodem modo dicere possumus nõ esse verisimili ordinasse illos Sacerdotes, dedisse illis potestatem conficiendi corpus suum; quia in nocte Cœnæ dedit (vt habetur in Tridentino) nisi iã essent Baptizati, et eadem coniectura, summi potest, ex eo, quod post Resurrectionẽ ipsamet Dei Dominica, dedit eis Spiritũ Sanctum: & potestatẽ, remitendi peccata, cũ tamen non sit probabile, nec historiæ Euãgelicæ cõsentaneũ, quod illo die, eos Baptizauerit, erant ergo antea Baptizati; quia hæc Sacramenta, & character Sacerdotalis, supponunt characterem Baptismalem, in cuius confirmationem, refert Nicephorus, lib. 2. hist. c. 3. ex Euodio, Christum manibus suis Baptizasse Petrum, & hunc, filios Cebedei, eosque cum Petro, cæteros Apostolos, illosque alios Discipulos.

Nicephor.

Rursus, piũ, & credibile est, quod inquit Euthimius, Ioan. 3. Christum ante Apostolos, Baptizasse Virginẽ manibus suis, quæ omnia non possunt cõmode intelligi, de tempore post Resurrectionem præsertim cũ Christus nũ dixerit illa verba: *Quæ Matth. refert, Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sãcti* Vsque ad vltimũ diem, quando iam erat, in cœlum ascensurus, alias manibus suis nullum Baptizãsse dici posset

164. Matt. vlt.

Quarta, quia Circuncisio correspõdet ad Baptismũ; ergo sicut erat initium Sacramentorum veteris legis; & erat ante manducationem Agni; sic etiam Baptismus, est initium Sacramentorum nouæ legis, & supponi debet ante æsum Agni immaculata in Eucharistia; præsertim, quia, ad, administrationem Baptismi, non requiritur de necessitate, consecratus minister; sed quilibet rectam habens intentionem ministrari potest.

165.

Secundo dico Christum instituisse Baptismum, non solum quo ad materiam, sed etiam quo ad formam, & totam suam efficaciam, ante mortem; & certum est tradidisse formam perpetuo duraturam ante mortem, cuius oppositum docuit Soto, sed sine fundamento: quia iam Apostolos edocuerat fidem Trinitatis; & in ipso Baptismo Christi; Pater de Filio testimonium dederat, & Spiritus Sãctus in specie columbæ apparuerat, & tã Ioannes, quam ipse Christus, docuerant Baptismum Christi futurum in Spiritu Sancto, si ergo à principio tradit Christus plenam institutionem Baptismi, quo ad materiam, & formam; credendum potius est, eodem modo, tunc fuisse in vsu atque Apostolos, tunc Baptizasse, sub expressa inuocatione Trinitatis.

166. Soto.

Nec refert, quod post Resurrectionẽ, di-

Nota. Matt. vlt. dixerit Christus Apostolis: *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* Quia non ideo id fecit: Quia Apostoli tũc ignorassent, sub qua forma esset Baptismus tribuendus: id enim non est credibile, cum de cæteris Sacramẽtis, iam tunc essent Apostoli plene instructi; id ergo fecit Christus, vt præceptũ Baptismi solemniter promulgaret, ac publice omnibus proponeret ianuat per quã in Ecclesiam suam erant ingressuri quam opportebat omnibus esse notissimam.

167. Rursus, erat Sacramentum Baptismi in Spiritu Sancto, sicut est nostrum, & quamuis dicatur, non dum esse datũ Spiritum Sãctum, intelligitur sub forma visibili, habuit enim tunc Baptismus efficatiam à Passione Christi futura præuisa, & à Passione Christi inchoata: quia tota vita Christi in choata Passio est, cõsummata tamen in morte eius; & dabat gratiam, quæ suo tempore perduceret ad Regnum; scilicet, quando consummata esset Passio, & satisfactio eius, non quidem dabat gratiam; magis vno tempore quam alio, erat enim Baptismus significatio in completa mysteriorum Dei; cõplenda tamen; per Passionem, & mortem Christi; itaque post mortem, data est potestas illud plene prædicandi, & præceptum hominibus illud suscipiendi, & ita conciliantur opiniones, dicendo, esse in cõplete constitutum ante Passionem; cõplendũ tamen post mortẽ, dum nos ponamus pro externo illius cõpleméto præceptũ suscipiendi, & facultatẽ promulgãdi.

168. Vltimo, notemus, materiam, & formã Sacramenti Baptismi, indicatã esse, quando Christus fuit à Ioanne Baptizatus: materia, quia aqua super caput eius fuit emissa. Forma quia ibi vox Patris intonuit: *Filius: Quia ibi Christus. Et Spiritus Sanctus,* quia ibi sub specie columbæ: *Super quem videris Spiritũ Sanctũ descendere.* *Ioan. 1.* De certitudine autẽ, quantum ad diem, & horam, huius institutionis, cum rigore methaphisico; dicit Scotus certo, nõ sciri: sed teneri potest, post paucos dies, id Christum fecisse ante inchoatam prædicationem. Legatur Scotus 4. d. 3. q. 4. *Scotus.* Gabriel. ibid. q. 1. art. vlt. *Gabriel.* & solum hoc indicant SS. PP. qui asserunt, tunc tẽporis instituisse Baptismũ, quando fuit Christus Baptizatus ita Aug. Amb. Greg. Hier. *Augustin. Ambr. Greg. Hieron.* varijs in locis citatis à Suario, loco supra relato, & hæc sufficiant quantum ad ea, quæ ad scolas pertinent, sed tamen prout à concionatoribus tractatur moralem iã expendamus contionem, pro quo sit.

§ VI.

Qualiter Sacramentum Baptismi facit Angelos, vbi prosequitur materia de laudibus Baptistæ, prout D. Bernardus de illo loquitur.

169. BReuiter aliqua notemus pro excellentia huius Sacramẽti: quia homines Angelos facit, legite Aug. ser. 15. de verbis Domini, qui constituendo ordinem quem seruat S. Lucas, diuersum esse ab eo quem seruat Matth. in generatione Christi ait: *Postquam Christus Baptizatus est à Ioanne, ascensiones eius posuit, Matthæus, vero enarrans. Descensiones verbi, ante Baptismum, sic inquit, Matthæus generationem Christi, memorabat, qua descendit ad nos; ideo quando natus est Christus cœpit numerare descendendo, Lucas autem: quia tunc cœpit numerare, quando iã Baptizatus est Christus, ibi est, initiũ ascensionis.* Hæc Aug. *Augustin.* quasi dicat, talis est aqua Baptismi, quod homines ad cœlestia perducit, quod Spiritus Diuinus indicarat. Gen. cap. 1. inquiens; *Producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile super terram, sub firmamento cœli.* Ecce tibi in aquis prius reptile, deinde volatile vsque ad cœlum, vt terrenis repens mens humana, vbi aquam Baptismi attigit volucris fiat, quæ ascendat obuiam Christo in æra. Quod eleganter tetigit Sinayta, lib. 5. examer. dicens: *Collocat pisces ante volucres, dicens nobis Deus, quod reptilia, & quæ humi, & in terra versantur, animæ fiunt, volucres cœli volantes super terram secundum firmamentum cœli, & ad imitationem omnium spiritualem Angelorum offendunt vitam, cuiusmodi est, illa volucris, quæ volauit vsque ad tertium cœlum, & dixit nostra conuersatio in cœlis est:* Redit quidem aqua Baptismi, Angelos, ante homines. *Genesis 1.* *Anastas.*

Clarius, Zenon Beronensis serm. 2. ad Neophitum, dicit: *Nostra aqua suscipit mortuos, & euomit viuos, ex animalibus veros homines factos, ex hominibus Angelos transituros.* Hæc ille, quasi dicat, cum ad vndam Baptismi accediris, non estis Angeli, sed homines, vos tamen Baptismus Angelos facit, sic Matth. Christi Natiuitatem dicturus, ab Abrahamo, per Patriarchas, & Reges, & Duces, descendens, eo vsque peruenit, dicens: *Iacob autem genuit Ioseph, virum Mariæ de qua natus est Iesus.* Ratio iam assignata, & differentia inter Euangelistas: quia vnus descensum ante *Zenon.* *Matth. 1.*

Baptismum, pronuntiat, alius ascensum per Baptismum exprimit.

170. Cant. 1. Cartu. Quod sine dubio attigit Sponsa inquiens, c. 1. Cant. *Botrus Cypri dilectus meus michi in vineis engadi.* Vbi engadi teste Carthusiano, significat: *Fontem hædi.* Quia Baptismus cum sit Sacramentum mortuorum, qui in hædis significantur talem, tãtamque virtutem habet, quod Angelos facit, & iam, non hædi, remanent; sed Agni generantur, ex illis, legatur Aponius, lib. 3. in Cant. qui ait: *Vineæ sunt, multarum gentium nationes, quæ vineæ agnito Christo, habent in medio fontem hædi; qui est Sacrosancti Baptismatis fons vbi hædi descendunt, qui erant deputati à sinistris, ante Tribunal Iudicis æterno igni tradendi, & ascendunt Agni, immaculati, qui à dextris Iudicis congregentur, æterno Regno donandi.* Hæc ille, & aqua, vt esset vnde quaque perfecta non dicitur quando fuit creata.

Apon.

171. Tertul. Quod eleganter tetigit Tertullianus, lib. de Baptismo dicens: *Felix Sacramentum aquæ nostræ: quia ablutis delictis pristinæ cæcitatis, in vitam æternam liberamur, & infra ait, terra autem erat inuisibilis, & incomposita, & tænebræ erant super Abyssum, & Spiritus Domini super aquas ferebatur, habes homo, in primis, ætatem venerari aquarum, quod antiqua substãtia, de hinc dignationem, quod Diuini Spiritus fœdes gratior, scilicet, cæteris tunc elementis; nam, & tænebræ totæ adhuc sine cultu siderum informes, & tristis Abyssus, & terra imparata, & cœlum rude; solus liquor semper materia perfecta, læta, simplex, de suo pura, dignum vectaculum Deo subiectiebat, quid quod exinde dispositio mundi, modulatricibus quodam modo aquis Deo constitit, nam vt firmamentum cœleste suspenderet, immedietate distinctis aquis fecit, & vt terram aridam suspenderet segregatis expedijt ordinato de hinc, per elementa mundo, cum incolæ, darentur primis aquis præceptum est animas profferre. Primus licor, quod viueret edidit; ne mirum sic in Baptismo, si aqua animare nouerat; nam ipsius quoque, hominis figurandi opus sotiantibus aquis absolutum est; de terra materia; non tamen habili nisi humecta, & succida, quam scilicet, ante quartum diem, se gregatæ aquæ, inflationem suam superstite humore, limo temperant. Sic ex inde; vniuersa, vel plura prosequar; quæ de elemẽti ipsius, authoritate cõmemorẽ; quanta vis eius! Aut gratia! Quot ingenia! Quot officia! Quantum instrumentum mundo ferat! Vereor, ne laudes aquæ potium quam Baptismi rationes videar congregasse.* Hucusque Tertullianus.

Notabile Encomium Aquarum ex Tertul. lege.

172. Vbi vides quanta sit facultas aquæ, quantaque perfectio illius, vt non solum Angelos faciat, sed Dei formes, sed etiam viuentes, & cum libertate captiuos, quia: *Vbi Spiritus Domini ibi libertas.* Hoc vides in Beatissima Virgine, quæ Mare Magnum est, super quod nulla maledictio: *Immo Spiritus Domini ferebatur super aquas, & vbi Spiritus Domini ibi libertas.* Non quia ipsa captiua, sed nũquam captiua semper libera, in qua semper Spiritus Domini. Rursus cum Tertullianus facit mentionem de Angelo, qui descendebat, & mouebat aquas piscinæ, in Bethsaida, ipsum cum Baptista componit, dum ait: *Hic quoque figura præcessit. Sic enim Ioannes, ante Præcursor Domini fuit, præparans vias eius; ita, & Angelus Baptismi arbiter super venturo Spiritu Sãcto, vias dirigit, abiutione delictorum; quam fides impetrat, obsignata, in Patre, & Filio, & Spiritu Sancto:* Hæc ille, vbi pondera Baptistam in sua prædicatione Ianuam cœli apperuisse; ostenso Diuini Bautismi hostio, & labacro delictorum.

Tertul.

173. Bernardus de pœnit. Sed procedamus vlterius ad octauum Baptistæ honorem, secundum quod, D. Bernardus eum laudat.

Octauus honor est. Prima reuelatio de Trinitate à creatione cœli, & terræ, vsque adhunc locum, nunquam Trinitas manifeste, hominibus apparuit: *Sed rerum ac vocum, in voluchris in voluta fuit, tantæ claritatis æternitas, denique creationem hominis, Creator rerum summa dignitate commendans faciamus inquit hominem, ad imaginem, & similitudinem nostram.* Reuerendum reuera præuilegium, ne vlli traditum creaturæ: *Creatur illa sublimior numerositas Angelorum, & elementorum omnium ordinatur variata conexio, sed omnipotentis præsentia tantũ opus taciturnitate alta prospectat, vt vero venitur ad hominem, & nobilis creatura creari disponitur, accingit se Trinitas, ad creandum, & consilium accipit sapientia; vt creaturæ dignitas creatoris præuilegio, clara esse mõstretur.*

174. *Abraham tres vidit, & vnum adorauit; sed ibi Scripturæ Sacræ, reuerentia, nunc mixtim, nunc separatim claudit eloquium; vt modo Dominum: modo vi-*

ros placeat appellare. Veni ergo, & intuere Filium, Zachariæ, Deum, & hominem propriis manibus contingentem, & vide, quia cœli apperiuntur ibi, & descendit Spiritus Sanctus, corporali specie sicut columba in Christum, & vox, Patris audita est, hic est Filius meus dilectus. Vides, quia ad Sacratissimorum nominum nouitatem cœlorum Palatia reserantur, Pater auditur in voce, Filius Baptizatur in flumine, Spiritus Sanctus demonstratur in columbæ specie. Adest Ioannes, totius medius Trinitatis, Gloriosumque Baptistam signant, indiuisæ substantiæ apperta vocabula, nomenque Trinitatis, prioribus seculis obtenebratum absque totius velaminis obumbratione relucet. Domine quis est, iste quia innotuisti ei?

Ber. Aug. Et post pauca: *Quid vis amplius? dicit Augustinus de nullo dici potuit, quod dictum est, de Ioanne, non opponas mihi Euangelistam cæteris Discipulis magis dilectum: non Apostolorum Principem, omnibus, Apostolis ante latum: non vas electionis ad cœli terti, secreta translatum, nec Apostolicus, splendor audeat occurrere Præcursori: quia iam omnes isti, ad adolescentiæ ætatis excesserant, cum à veritate prolatum est, inter natos mulierum, non surrexit maior Ioanne Baptista.*

Bernar. Et post pauca prosequitur idem Bernardus: *Hinc enim, Mater & Magistra omnium Ecclesiarum, Ecclesia Romana, cui dictum est, ego prote rogaui, vt non deficiat fides tua in honore Ioannis Baptistæ, post Saluatoris nomen consecrata est & signata. Dignum namque erat, vt sententiam Sponsi, Sponsæ, sequeretur authoritas, & singularem amicum eius, illuc promoueret, vbi Principatum ipsa conscendit: electio proculdubio hæc singularis est, in illa ipsa vrbe Ioannem, vendicari Primatum Ecclesiæ, quam duo cœli luminaria, morte clarissima consecrarunt, Crucifixitur Petrus, gladiatur Paulus, & dignitas remanet Præcursori: purpuratur Roma, multitudine Martyrum, totaque sublimitas, beato refunditur Patriarchæ. Ioannes vbique maior; in omnibus singularis, mirabilis super omnes.* Profecto singula Bernardi verba ponderatione digna sunt.

175. *Bernar.* Prosequitur tandem idem: *Quis sic glorioſe annunciatus est? Quis ita spetialiter in vtero Matris legitur fuisse repletus. Quem legistis in vtero Matris exultasse? Cuius natiuitatem vidistis celebrari in Ecclesia Dei? Quis sic Eremum concupiuit? Quis ita sublimiter legitur conuersatus? Quis pœnitentiam, & Regnum cœlorum primus ostendit? Quis Baptizabit Regem gloriæ? Cui se primum, Trinitas reuelauit? Cui testimonium tale perhibuit veritas? Quem sic honorauit Ecclesia? Vide si non omnia hæc ita singulariter sint, vt nullus mortalium, prædictis audeat inuiare.* Hæc ille.

Multa alia adducere possem ex D. Bernardo in laudem Baptistæ, sed quæ relata sunt, ita mirabilia sunt, vt omnino continere videantur laudes illius, & si magnalia Baptistæ dici possunt, Bernardus prout potuit dixit, excedit quidem Patriarchas, Angelos, & assistentes in Choro Dei; dempta Beatissima Maria Angelorum, & Sanctorum Regina. Recte igitur Tertullianus impatientiam ab inchoatibus laudat, vt de Baptista optimo vire quisque possit disquirere: *Quis putas puer iste erit.*

Sed quia fere omnia quæ de illo tradita sunt potius ad historiam, pertinere videntur vt tamen contionatoribus occurramus oppere pretium duxi, aliquid de eius Natiuitatis festiuitate huc afferre. Pro quo sit.

§. VII.

De Natiuitate Baptistæ, ad illa verba. Esaiæ 49. *Audite insulæ, & attendite populi de longe, Dominus ab vtero vocauit me; de Ventre, Matris meæ, recordatus, est nominis mei.*

176. *Cant. 3.* SPonsus Canticorũ 3. filias vocat Sion, ad celebrandam victoriam, & coronationem Sponsæ, quam triplici, decorauit corona: *Egredimini (inquit) filiæ Sion, & videte Reginam in diademate, quo coronauit eam Filius suus.* Similiter Sponsa, dilecti tui gloriam celebrando ab eius ortu, vsque ad occasum, coronas apud filias Hierusalem laudat, inquiens: *Et videte Regem Salomonem in diademate quo coronauit eum Mater sua.* Coronam Natiuitatis eius eximie laudat, vbi Angeli, & homines exultant: *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus.* *Luc. 2.* Canunt Angeli, & coronam vitæ, eiusdem Sponsi, cum omnia illius mirabilia filiæ Hierusalem laudibus, extollebant dicentes: *O sana filio Dauid benedictus qui venit in nomine Domini.* *Matth. 21.* Coronam tandem mortis eius, celebrat vniuersa Ecclesia, de qua Rupertus, videmus: *Filium*

Rupertus

lium hominis, gloria, & honore coronatum, cum Dominus regnauit à ligno. Sic etiam, tres Sacrolancta Mater, Ecclesia merito concelebrat Baptistæ coronas prima quidem; qua in Natiuitate honoratur, triumphans de originali macula Sancti: ecatus in vtero, vbi: *Cum Filius esset repletus Spiritu Sancto replenit & Matrem.* Secunda in decursu vitæ, dum eum videmus coronatū diademate Christi, & quidem Christus illi pro corona datur in Iordane dum Baptizatur à Christo. Tertia, tandem corona celebratur, pro Baptistæ, dum in suo martyrio caput præbuit in disco carnifici instrumento, vt intelligamus, quod ab ortu eius, immo ante ortum ex vtero, corona illa Sanctificationis, alias felicissime prænuntiabat coronas, nam si patientiæ tunc infantis, & existens in suis in cunabulis caput, ita coronatur, quid mirum dum iam grandis, glorioſissimis coroñetur venerationibus? Ipsa etiam patientia.

177. Iob 10. Referat Iob, cap. 10. Domino modum formationis in vtero; inquiens: *Manus tuæ Domine fecerunt me, & plasmoverunt me totum in circuitu. Memento quæso, quod sicut lutum feceris me. Nonne sicut lac mulsisti me, & sicut Caseum, ne coagulasti? Pelle, & carnibus vestisti me, ossibus, & nervis compegisti me vitam, & misericordiam tribuisti mihi, & visitatio tua custodiuit spiritum meum.* Mirifica profecto verba, in quibus, præter ea quæ à Sanctis Patribus adnotantur, vt videre est, apud Greg. Hieronymus, Rupert. solum aduerto, quod cum suam formationem exagerat, dicit, pelle, & carnibus esse vestitū. Rursus quod sicut lutum fecerit eum, & sicut lac, & caseum compactum, & coagulatum, & concludit vitam, & misericordiam accepisse, & quod visitatio Dei custodierit spiritum eius; vbi nil de cœlo, quod ad gratiam pertineat enumerate videtur; sed potius, materialia, ex terra, S. *pelle, & carnibus.* Vitam, etiam caducam, quam vocat misericordiam illi datam, & Spiritum; alitumque viuentis, hæc numerauit Iob, quasi se formare vidisset in vtero Matris, tamen S. Ioannes quod enumerare potest. Omnia ad gratiam, pertinere videntur, nichilque terrenum, in eo apparere ait, quidem: *Dominus ab vtero vocauit me, de ventre Matris meæ recordatus est nominis mei.* Quasi dicat inquit Hieronymus: *Dum de Ioanne agit Dominus, alius non recordatus, sed solum, nominis eius, & nomen eius est gratia.*

Esai 45.

Quod est dicere cum de Ioanne agitur, de gratia fit sermo, non quidem de eo quod pertinet ad naturam, & ad naturalem vitam, sed de eo quod pertinet ad vitam gratiæ, sic dicit: *Recordatus est nominis mei.* Sed nunquid aliquid aliud erat, de quo posset Dominus recordari? Fateor Genesis 9. *Recordabor fœderis mei, & ponam arcum meum in nubibus.* Non quidem recordabor culparum mearum, sed fœderis mei, & ponam arcum pacis. Sic quamvis in Ioanne multa essent, de quibus recordari posset Dominus: vt quod de luto fecerit eum, quod pelle, & carnibus vestierit eum, tamen illorum, non videtur recordatus Dominus, sed solum *Nominis mei.* Quasi dicat in Ioanne obliuiscar quod est naturæ, & recordabor solum quod est gratiæ: *Recordatus est nominis mei.* Ita dixit eius Mater. *Ioannes est nomen eius* Luc. 1. *& Zacharias pater eius postulans pugillarem scripsit dicens Ioannes est nomen eius.* Vt intelligant vniuersi, quod Ioan. in ortu suo, in vita sua, & in morte sua, totus est, gratia: quia semper de præsenti legent nomen, quod est gratia: *Ioannes est nomen eius.* Quia ipse, & præparat, vias Domini, & testis fidelissimus est veritatis, itaque Ioannes, habet prærrogtiuas gratiæ. Primo in ortu, quia totus à Deo, deinde in progressu, quia cõseruatur à Deo tandem in interitu, quia sicut gratia moritur aduiente culpa mortali: quia est vita animæ, & anima, per culpam amittat, ita etiam Ioannes moritur, in manu culpæ: vbi Tyranus amputauit caput illius, itaque triplici, Ioannes coronatur corona. Prima intra vterum vbi Innocent. III. ait: *Quod ibi patitur, crudele martyrium Ioannes, dum appetit, Saluatori assistere, & eius præsentiam intueri corporalibus oculis* Secūda dum se priuat ijla corona quam illi offerebãt. Si haberetur pro Messia, & ipse indignū se reputauit, dicens: *Cuius non sunt dignus corrigiã calciamenti soluere.* Tertia tandē corona, quãdo, vt iam diximus caput obtulit, Tyrano, & cœlo, vt gloria coronaretur æterna. Merito ergo mirãtur gẽtes, & de remotis montanis, ciſquirũt in illius natiuitate gaudẽtes: *Multi in natiuitate eius gaudebũt, quis putas puer iste erit?* Si tãtus in incunabulis, tantus quando infans, quid quando grãdis factus fuit? Talis quidem ac tantus, erit qualiter indicat glorioſum illius nomen. *Ioannes est, nomen eius.* Quod nomen gratiæ est. Vocauitme, & recordatus est nominis mei.

Innocentius 3.

Luc. 1.

Luc. 2.

Om-

178. Omnis excelens pulchritudo, esse debet vnica, & singularis, ad Diuinam enim Maiestatem pertinere videtur, quod creata vna entitate excelentissima, aliam etiã producat equalis perfectionis, vt testis sit Diuinæ potentiæ, cum vidisset Dominus animæ pulchritudinem Canticorum cap. 4. inquit: *Quam pulchra es amica mea, quam pulchra es.* Vbi Rupertus. *Sic admiratur, & collaudat pulcherrimus ipse Author pulchritudinis.* O eximia pulchritudo sponsæ, quàm admiratur factor illius! Sed notandum valde est. Quod eam solam non laudat, sed comparat alteri: *Sicut Græges tonsarum, quæ ascenderunt de labacro. Omnes gemellis fœtibus.* Sed numeremus modo pulchritudinem, & excellentiam animæ, non quidem vnius animæ. Sed duarum, quarum pulchritudo gratia est, quæ participatio est, naturæ Diuinæ. Sed hoc, vt vna sit quasi frænum alterius, & vtraque simul enarret, gloriam Dei.

Cant. 4.

Cant. 4.

179. In creatione hominis, & Angeli: differentiam inuenit D. Bernardus; vt supra vidimus, §. 6. num. 173. sermon. de sancto Ioanne, quia in creatione Angeli sub silentio potuit productionis modum in creatione tamen hominis nichil, sub silentio ponitur. Sed minima etiam, quæ acciderunt declarantur, sed quid hoc? S. Bernardus: *Creatur illa numerositas sublimior Angelorum variata conexio.* Sed omnipotentis præscientia, tantum opus taciturnitate prospectat: *Vt vero venit ad hominem, accingit se Trinitas ad creandum.* Ego sic, explicabo Bernardi ingenium. Si, in Deo esse posset dolor aliquis (quod absit) si tamen esse posset profecto ortũ ducere potuit. Ex eo quod Angelum creauisset, tam excellentis naturæ. Tàm supperioris intellectus. Et, quod solus esset Angelus in spetiæ suæ: quia, vt inquit Sanct. Thom. enanuit Angelus, solam, & propriam contemplans pulchritudinem. Hoc tamen, quasi corrigendo (melius dicam) non corrigendo, sed moderando creationem, iam cum accedit ad creandum hominem, duo facit Deus, vt hominis arrogantiam frænaret. Primo de limo terræ format. Secundo dat illi sotiam S. Euam *de costa eius*, vt quando superbiret cineribus obcæcaretur cognoscendo primum: *Vnde fuit memento* (dicens il i) *homo, quia puluis est, & in puluerem reuerteris.* Sotiam dedit illi, vt de solitudine pulchritudinis non superbiret, sed sotietas illi frænum esset: quia, vt inquit Tertullianus, lib. 2. contra Martionem: *Quasi Deus inuidisset Diuinitatem*, forsitam existimaret homo esse obiectum inuidiæ ad hoc Dei proprerea, vt humilietur de terra eum producit. Et sotiam illi dat: *Hæc ratio Regni cœlestis*, inquit Tertul. *Ne superbiant creaturæ, quæ aliquando appetere possent Diuinitatem.*

D. Bern.

Gene. 2.

Tertul.

Tertul.

Creauit Deus terram pulcherrimam valde. Aquis rigatur floribus, & plantis ornatur animalious sotiatur. O quam pulchra terra est! Quàm formosa! Sed formosam non dicas terram: est quidem inanis, & vacua informis, quidem incomposita: quia cœlum etiam creauit Deus, sed pulcriorem: quia sideribus, & luminaribus ornatum. Sed in quiro quare terra, informis, & incomposita dicitur inhanis, & vacua, de cœlo tamen nil deforme numeratur? Respondebo tibi, cum Theodoreto *Ideò inanis, & vacua nuncupatur terra, quia futura est mater viuentiũ.* Sed hoc quod est esse Matrem viuentiũ, solius Dei esse videtur, qui Author est vitæ. Ecce ibi emulatio terræ, cum creatore. Tunc sic, detur illi frænum, quod sit incomposita, quod sit inanis, & vacua; quia hæc est ratio Regni cœlestis: *Razon de estado del cielo.*

180.

Theod.

Sic etiam, quia quandoque homo futurus erat emulus Diuinitatis. Voluit Deus eum de limo terræ formare, vt ob oculos illi proponeret principia, ex quibus formatus est, & si superbiret humiliaretur.

Sed dabo tibi (forsitam inferius) modum formandi hominem, provt à Tertulliano traditur, libr. 2. contra Martionem, inquit enim limum accepisse, & in ipsa hominis formatione insinuasse hominem affectum, quodammodo superbiendi, & affectandi Diuinitatem: *Quando limus exprimebatur Christus cogitabatur homo futurus.* O quali amore: *Quali affectu, id faciebat Deus, considera totum Deum ibi occupatum, manu, oppere, consilio, & quod magis est affectione.*

Tertul.

Sed; ò magna hominis ingratitudo, quæ ad hoc in ipso formationis modo apperitur. Tunc: *Quando limus exprimebatur.* Tunc homo ostentatur fugitiuus emanu Dei. Hoc dicit verbum illud exprimere: *Es lição se el barro de las manos al exprimirse, y formarse.* Itaque quando lineamenta ponuntur de manu Dei. Tunc exprimebatur, & expressione ipsa fugam à Deo exprimebat. Sed, ò pietas Diuina, quia tunc, quando homo in vmbra

bra adhuc fugit, adhuc infirmatur. Tunc: *Christus cogitabatur homo futurus. Quãdo haze amago la enfermedad de la calda dei bombre, ya le, preuienen el Medico futuro. Christus cogitabatur homo futurus.* Vt hic intelligatur, quod si homo superbiebat, eo quòd de manu Domini formabatur. Vtlio casu illius, nec vlterius procedat, sed, vt humilietur, datur illi secundus Adam, vt frenet illius superbiam, qui superbiendo deliquit.

181. Sed procedit Tertullianus declarans, quod creauit Deus hominem, cum libertate arbitrij, sed nunquid, inquit Marcion Deus nouerat hominem libere posse peccare. Immò & peccaturum. Cur ergo creauit, quem cognouit peccaturũ? Huic respondet Tertullianus. Et nouisse, & creasse hominem liberum, quia etsi posset peccare si deficeret, posset tamen mereri si gratia Dei adiuuaretur. Ex quo grande bonum illi sed quale bonum illi ex eo quod posset mereri? Audi, & attende. Subdit Tertullianus: *Duplex bonitas, & bonitas à natura, & bonitas participata & poterit homo efficere, vt bonitas illa participata sit illi proprietas veluti naturalis per quam consequatur esse Diuinum.* Ex discursu Tertulliani hæc colliguntur verba, quasi dicat, bonitas à natura est proprietas naturæ Diuinæ; bonitas participata est, argumentum naturæ creatæ. Ergo si per libertatem arbitrij Opperatur meritoriæ homo mediante gratia Dei. Iam bonitas illa participata erit illi veluti proprietas naturalis, & si bonitas naturalis est argumentum Diuinitatis, homo esse poterit quodam modo Diuinus, & appetere tentabit Diuinitatem. Tunc Dominus, cum viderit in homine hanc Diuinitatis excellentiam, quasi inuidus: *Quasi Deus inuidisset Diuinitatem.* Coarctat illum, & in solitudine pulchritudinis. Currit homo ad superbiendum, ne superbiret, inquit: *Non est bonum hominem esse solum faciamus ei adiutorium simile sibi videte lineas, Dei vsque ad virtutem Diuinitatis, & vsque ad vim separabilitatis à delicto.* Esse poterit homo Diuinus non quidem per naturam, sed per gratiam, rursus esse poterit impeccabilis non per naturam, sed per gratiam, & ne intelligat homo, nec existimet totam illam Deitatem illi esse natiuam, limum de terra vocat, quasi dicens memento, quia cinis es. Rursus, nec solum, & singularem creat. Sed sortiatum primo, quidem dum creatur Adam, primus adumbratur secundus. Adam Christus cogitauatur homo futurus, vt illi frenum esset. Deinde ne solus inueniretur pulchre, pulcherrimam sortiam, dat illi, vt, vel quia, etiam participans pulcherrimam bonitatem frenet damnum, aut quia mulier erat, vel vmbra Mariæ.

Genes. 2.

Tertul.

Igitur reparat Deus in creatione hominis, quod vidit turbatum in Angeli creatione, quia cum se homo vidisset, cũ Dei similitudine: *Faciamus ad similitudinẽ.* Ex qua Deifica similitudine forsan superbiendo appetiuit Diuinitatem, & hoc si se vidisset solus, tamen Deus mulierem etiam illi similem creat, vt homini primo sit frænum, qua propter, inquit Chrysostomus. Ad illa verba Geneseos 3. *Eritis sicut dij primus ptæco multitudinis Deorum, diabolus, sed qui multos dicit vnum negat.* Quam dicat duos fecit Dominus: nempe Adam, & Euam, non ergo dij esse possunt, quia Deus vnus est. Hinc intelliget is causam quare Dominus miserit, binos ad prædicandum Discipulos suos: *Misit illos binos* Luc. 9. Vt testes essent suæ Diuinitatis Gregorius, ait: *Quia præcepta legis ad duo reducuntur.* In amore Dei, & proximi. Chrysologus: *Vt omnem exularet singularitatem.* Et hoc ortum (ait) dux ille, ex eo quod Petrus dum solus erat negauit Christum, aut ne fugerent, vt Ioannes, aut ne negaret, vt Iudas. Eleganter Chrysologus, hanc mouendo quæstionem sermone 170. circa medium, dicit: *Et vocauit duodecim, & capit eos mittere binos & binos* Marc 6 & Matthæi cap. 14 notat, & duodenarium numerum, & binarium. De duodenario inquit: *Duodenarius numerus iste, per quaternarium, tripartitam nobis monstrat, & format quadrigam: per quam Trinitas tota, toto Orbe. Apostolicis vehitur, & fertur ex cursibus, vt diabolum mitis bellator expugnet, vt mundi superbiam, mansuetus victor inclinet, vt discordias gentium pacificus auferat præliator, vt destructo inferno, hoc est peccati, foueas diuturno carcere animarum humani generis captiuitatem liberam triumphi sui perducat ad gloriam. Hunc Trinitatis currum, beatus Psalmista audit, Propheta Spiritu cum diceret ascendisti in altum captiuam duxisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus. Hunc currum sibi suo Patri, & Spiritu Sancto, Dominus cum diceret præparat.* Matth. 11. *Tollite iugum meum super vos, quia iugum meum suaue est, & onus meum leue est. Nescit lassescere baiulus miser cordiæ, pietatis auctor. Duodecim Patriarchas, duodecim distinctos*

182.

Chrysost. Genes. 3.

183.

Luc. c. 9. Ioann. 10. Gregor.

Chrysol. serm. 170.

Mar. 6. Matt. 14.

Cur duodecim?

Psalm. 67.

Matt. 11.

ctos in tribulus, duodecim fontes eremi, duodecim lapides eleuatos ex à lueo in figuram, formamque Apostolici numeri fuisse descriptos scrutatori legis relinquamus altius ad probandum. De primo hæc.

Cur binos mittit? De numero autem binario dicit Chrysologus. *Quia nobis, cur binos ad prædicandum Discipulos miserit, propositæ lectionis series conatur apperire.* Matth. 14. *Et cæpit eos mittere binos, & binos. Binos mittebat, ne destituta singularitas, aut negaret, vt Petrus: aut fugeret, vt Ioannes. Cito cadit fragilitas humana, quæ de se superbe confissa sotios despicit: non vult habere collegam, dicente Scriptura.* Eccleſiasticor. 4. *Et væ vni, cum ceciderit, & non est secundus qui erigat eum.* *Eccles. 4.* Huc vsque Chrisologus, vbi duo notabis. Primum quod duodecim eligat, vt numerum in Trinitate componat. Secundum, quod binos mittit ad prædicandum. Eo quod singularitas periculosa est, & facile euanescit, vbi nec fugit solitarius à suspitione cadendi, fœlix multoties sotietas sanctorum Religiosorũ sub vnius gubernaculo, vbi ad inuicem, & frenantur à culpa, & inuitantur à virtute vnus sufficit bonus pro freno multorum, nec adant. Et pro luminari, vt dirigatur. Vnde, & confusio detinet, & exemplum ad opperandum recte prouocat.

184. Sed addiderim ego; *misisse illos binos*, & binos ad prædicandum per vniuersum Orbem, vt quia mundus forsitam illos tanquam Diuinos habuisset, visis illorũ miraculis, & portentis. Sed tamen vnus illorum temperare posset oppinionem alterius, ne à gentilibus quilibet haberetur tanquam Deus. Huc spectat, quod à quibusdam refertur de S. Ambrosio, libr. de Noe, & Arca, sed verba ad vnguem non inueni: *Dicit enim, bina Missa sunt animalia in Arcam, immunda per numerũ, sed mundata Ecclesiæ Sacramento.* *Ambros.* Hæc citantur. Sed ita ego non inueni, fateor tamen, numerum certificasse, quod loci celebritas apponebat, Arca quidẽ Ecclesiã dicit, sed ne Diuinitas argueretur in illis duos, seu binos mittit, vt mortificatione numeri de Diuinitate non superbiant: quia intra Ecclesiam, sicut Deus vnus est, Ecclesiæ Sponsus, ita expellit Deorum multitudinem, duos mittit, & binos, & binos, vt vnus frænet alterius superbiendi occasionem, & forsitam propter hoc etiam docuit Theodoretus, *Theodor. Genes. 9.* quæst. 55. *Dominum præcepisse, in* cap. 9. Geneſis: *Quod omneque mobetur, & vixit esset vobis in cibum.* Dit textus, & rationem reddens. Theodoretus dicit: *Præuidens prodijs habituros permisit illorũ essum.* Deleuerat enim Deus in diluuio multitudinem animalium, ne creſceret carnis delectamentum dispensauit tamen cum quibusdam, & licentiam, seu præceptum dedit commedendi ex illis, in quibus occasio esse posset Idolatrandi. Hæc est ratio quare misit illos binos: vt si forsitam eorum facta, & mirabilia, Diuinitatem præsagiare videantur: quia tã perfecti, emanu Domini euasserunt, postquã Spiritus Sanctus descendit super eos in die sancto Pentheeostes. Quod si cognitis eorum actibus, & prodigijs, ab hominibus haberi possint prodijs: quia eorum facta, Diuina, atque Deifica sunt; tamen vnus sotius, frænum sit; quod neget Diuinitatem. Quam homines si parem non haberet concederent. Ideo binos, & binos mittit.

Ad rem ergo nostram, de sancto Ioanne accedentes. Dico ita Deum, liberalem, atque magnificum extitisse in illustratione Baptistæ: quod ipsum præ cæteris, & altiorem, & excellentiorem fecerit, etenim: *Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista.* *Matt. 11.* Quod ex hominibus puris intelligo (demptoq; Christo, & Beatissima Virgin.) quia Christus Deus, & homo est: *De Spiritu Sancto conceptus.* Beatissima autem Virgo Mater Dei, & Sanctorum Regina superior omnibus. Fecit enim Deus Ioannem Propheram, & plusquam Prophetam: *Tu puer Propheta altissimi vocaueris.* Rursus fecit precursorem: *Præibis enim ante faciem Domini parare vias eius. Vocem verbi, ego vox clamantis in deserto.* Et fuit factus admiratio: *Et miracula sanctitatis, mirabantur omnes disquirentes, quis putas puer iste erit?* Existimauerunt Iudæi esse Christum. *Origen.* Origenes. Dixit Angelum esse in natura humana, tom. 5. in Ioann. & hoc, aut ex magnitudine sanctitatis eius, aut quia Malach. cap. 3. Angelum appellauit: *Ecce ego mitto Angelum meum.* *Malach. 3* Sed Ioannes in Apocalipsi, bene cognouit, nomen Angeli, sed ibi, & cap. 1. *Hominem vocat, fuit homo Missus à Deo:* Quia nomen Angeli, nomen est officij, non naturæ, vt inquit Cyrilus, cap. 7. lib. 1. in Ioan. qui, ait: *Iustissime adiecit, homo, temeritatem, nonnullorum aduertens, ne in sæculis futuris haberetur Ioannes, pro Deo, hominem vocat. & ne, natura Angelus putaretur, & non gratia.* *Ioann c. 1.* *Cyrilus.* Dicis subiungens: *Iam enim*

185.

ru-

rumores fuerunt, non natura hominem; sed de numero sanctorum Angelorum Baptistam fuisse; ac humano corpore, vsum, præiecisse. Sed ne quis putaret, auferri à Baptista esse Angelum officio, adiecit, non esse Deum, dicens: *Non erat ille lux.* Quod excusaretur, si diceret, non esse tã excelentis naturæ, licut est Angelus, quia si Angelus non est, multo minus est Deus ipse Baptista: sed solum voluit ostentare tantum hominem, tamique excelsum fuisse, vt emulus videretur Diuinitatis, & Angelicæ naturæ; si quidem rumor, erat futurus, an, esset Angelus, an esset, Deus; & vt hoc euitaret periculum existimandi; ipsum vocat hominem, dicendo: *Fuit homo Missus adeo.* Quasi diceret, si Angelus vocatur Baptista: quasi offensa illi hic: cũ à multis, etiam habeatur tanquam Deus: nam si homo purus erat, tamen talis homo, quod illud, quod minus, in eo est, fuit, vt Angelus appareret. Videri potuit Deus, & existimari Deus; cui errori, occurrens Euangelista, dicit non est Deus:: *Non erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine.* Sed hoc videtur aliqualem in Deo attigisse inuidendi modum: *Quasi Deus inuidisset Diuinitatem Baptistæ.* Quia in hac materia, error aliquis sub oriri posset, propterea dixit: *Non erat ille lux.* Quia illud verbum, *erat*: Dicit *Æternitatem verbi.* De quo in principio dixerat: *In principio erat verbum.* Vbi vna particula, *erat*, quæ verbo competit, contra ponitur illi: *Non erat*: Quę competit Baptistæ, & ita subdit Cyrilus: *Idonea, secura, tutaque sententia; quasi Ioanni deficit, illud erat, quod dicit æternitatem verbi deficiente æternitate, deficit illi esse Deũ: & ita dicit, non erat ille lux; id est Ioannes non est Deus, sed homo, fuit homo Missus à Deo. Quia in verbo, vt æternitatem eius ostenderet accommodata sententia, dicit, in principio erat verbum. De Beato vero Baptista cõgrue nimirum, vt de mortali homine, atque creato, fuit, exclamat: quia verbum, est subsistantiuum, & dicens æternitatem, fuit tamen homo Baptista, temporalem hominis conditionem significans. Et in hac diligentia, quam adhibet Spiritus Sanctus declarans, non esse Deum, sed esse hominem, eximiè magnificat Baptistam significans tantum, ac tam excelsum esse, quod quasi speciali cura Spiritus Sanctus solicitat, vt non habeatur tãquam Deus, qua propter ponit Baptistam, Euangelista inter generationem temporalem verbi & æternam. Hanc, qua Deus est: illam qua homo aptius videretur dicere, Deus erat verbum, & statim, & Verbum caro factum est.* Sed tamen ad quid disquiro ponitur Baptista, inter Diuinitatem, & humanitatem verbi, quasi interrupta locutione? R. quod fortitam Ioannes vidit res eodem ordine quo scripsit, primo quidem Verbum esse Deum. Deinde Baptistam, ac tãdem humanitatem verbi: quod coniectari possumus, ex modo accedendi, quo Angelus ad Mariam loquitur dicens: *Aue Maria, concipies in vtero. Tunc turbata est in sermone eius.* Dicens: *Quomodo fiet istud, quam virum, nõ cognosco?* Lucæ cap. 1. cui Angelus inquit: *Ne timeas Maria.* Et vt hoc tibi planum, & possibile fiat: *Quia non erit impossibile apud Deum omne Verbum.* Adiecit. *Ecce Elisabeth, cognata tua: Et ipse concepit filium in senectute sua.* Qua si dicat: ne fugias, ne ex pauescas, quia sicut possibile fuit Deo. De sterili, partus; ita etiam possibile erit de Virgine Filius hoc si ponderetur, maximè cædit, in elogium baptistæ, vt & ipse Verbo de cœlo descensus ad terram suauis appareret. Proponi posset, non esse illi incommodã naturam humanam, quam etiam habebat tantus homo; sicut erat Baptista: vnde sicut statim; atque Beatissima Virgo audiit Elisabeth sterilem concepisse filium in senectute sua; dixit: *Fiat mihi secundum Verbum tuum.* Sic etiam statim, atque Euangelista posuit Baptistam, dicens: *Fuit homo Missus à Deo.* Subiungit: *Et Verbum caro factum est*: Quia videns Deus Ioannem hominem futurum, licet, ab eo; à culpa liberaturum, seu sanctificaturum in vtero, etiam voluit hominem fieri. Tùm: vt redimeret; tùm, vt sanctificaret. O magna Baptistæ dignitas! Vbi Diuino Cõsilio factum est, vt non Deus dicaris, sed homo. Quasi Deus inuidus apparens Diuinitatis tuæ, quæ ab hominibus existimari nouerat!

Ioann. 1. 186. Cyrilus. Luc. 1. Luc. 1. Ioan. 1.

Tanta igitur fuit, in Deo diligentia, conficiendi Baptistam, ipsumque sublimandi: quod postquam illum magnum fecit: *Non surrexit maior inter natos mulierum.* Tamen ex tunc cæpit, ipsum minuere: & ipse, se minorem confiteri, dicens: *Illum oportet crescere me autem minui, qui post me venit ante me factus est, cuius non sum dignus corrigiam calciamenti soluere.* Sed quid tunc? Tam singularis fuit Ioannis pulchritudo, & excellentia, quod humano iudicio mirabilem Diuinitatem sibi arrogasse videretur, nisi Deus preuentione facta dixisset;

187. Ioan. 1.

Quod

Quod erat homo, purus, *quod non erat ille lux*. Sed ne consortem daret illi, equalem: quia si alius equalis, illi esset creatus homo, non bene vt apparet verificaretur dictum illius: *Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista*. Ideò nõ alium creat hominem, illi equalem, qui frænet: quid tamen facit Deus? Quid? Audi. Solus Ioannes est sibi ipsi equalis, & tantus, & tam Diuinus, & super excelens, videtur: quod ipse à se ipso diuisus alium, & alium formare videatur Ioannem. Et quia alius Ioannes in persona esse non potest à se ipso distinctus distinguamus, in Ioanne personam Ioannis à nomine ipsius Et sic inueniemus, ipsum nomen, æmulum personæ, & duas in eodem quasi Diuinitates prædicauimus; prima ex persona: quia miraculosè de sterili conceptus est; in quo miraculum grãde. Et in nomine *Ioannis*, aliam Diuinitatem, quia Ioannes: *Gratiam significat*. Quæ est participatio formalis naturæ Diuinæ. *Teste Curicle Salmanticensis in opusculis*. Et sic facile multiplicata Diuinitate negauit Diuinitatem: *Quia qui Diuinitatem multiplicat Diuinitatem negat*. Vt sic, & cesset inuidia, quæ tribueretur si forsani Deo, nã si Diuinus Ioannes est, in ortu suo, & in Conceptione, & Diuinus in nominæ: Diuinitas nominis frænat Diuinitatem personæ. Et, iam Diuina cessauit solicitudo: & Baptistæ magnitudo, & excelentia, prædicabitur Merito ergo Martyr miraculosus dicitur, & quasi Diuinus, in vtero Matris Baptista; De quo Chrysostomus; teste Surio, vbi dicit: *Tanquam iniustam custodiam quærebat matricem; in claustra naturæ insultabat, calcibus, & clausis labijs voci ferabatur figuris; talia dicens, iniquè facis. O Mater, quæ tardas; Prophetam gestans in vtero præcursorem Christi Regis Martyrem stringis, vbi Carnifex, & Thyranus, mater est, quæ baiulat ipsum*. Vbi aliquid Diuinitus, in persona apparet, ad huc inergistulo tibi Martyr: tibi Prophetæ, ibi præcursor. Ecce vna fere Diuinitas nascitur: *Et Ioannes, est nomen eius; ecce alia*. Et totus ille homo magnus, sed purus homo, & vere necessarium, vt homo dicatur, ne existimaretur, quod esset Deus coronatur itaque in vtero, & extra nam Dominus ab vtero eum vocauit, ipse ait: *De ventre matris meæ recordatus est nominis mei*. Vt sic distinctio fieret de persona illius atque de nomine: quia vtrumque mirabile, & quasi Diuinum fuit.

Cum sit illi S Ioanni alter equalis purus homo ipse duplicatur, vt solus sibi equalis sit.

Curiel.

Surio. Chrysost. Surius examinatus est in expurgatorio, ann. 1640.

188. Cum natus est Christus Dominus, apparuerunt tres Soles, forsitam, vt Solis pulchritudinem frænarent: quia vnicus, & pulcherrimus est, & posset à quibusdã adorari forsitam, tanquam si Deus esset. Hinc intelligetis, inquit Basilius. libr. 6. in Exameron. Rationem quare Deus produxerit quarto die Splendidissimum Solem, & die tertia cum plantas terram, quæ germinasse diceret, inquiens: *Germinet terra herbam virentem*. Sed quare Sol, in die quarto, liquidem nobilior in natura nobilior esse debuit in Ordine? Ratione dat Basilius: *Ne eorũ, quæ nascuntur de terra creatorem censerent esse*. Quasi dicat, cum ante creationem Solis, iam terram germinasse dicatur, facile cognosceretur Deum, Solem non esse; sic quidem ante illum, iam alia multa condita, atque creata sunt. Etsi forte persentante vnitate, singularitate, & formositate solis; ob eximiam eius singularitatem, sibi Deitatem arrogare vellit: iam Sol, non vnus, sed tres apparent, dum nascitur Christus, vt, vnus alterius frænet, quam si posset appetiuisset, excellentiam Diuinitatis, vt multiplicatione Diuinitatis, negetur Diuinitas. Quia eo ipso, quod Diuinitas multiplicata est, Diuinitas non est. Ita etiam, siquis existimat Ioannem esse Deum, ob eximiam eius singularitatem; credat falli. Quia iam Ioannes non vnus est, nec singularis, sed multiplex: quia illius nomen diuersam habere videtur excellentiam, atque Diuinitatem, ab excellentia personæ, & frænat, vt iam dixi, Diuinitatem illius. Vnde si nomen magnum est: etiam persona Ioannis magna est: *Iste puer magnus coram Domino*.

Basilius.

Genes. 1.

189. In morte Christi Domini, turbata sunt elementa, nam Sol conuersus est in tenebras, Luna in sanguinem, & petræ scisse sunt, & monumenta apperta sunt, & vellum Templi scissum est in duas partes à summo, vsque deorsum, sed dilquiro, ad quid tot signa creatdræ fecerunt? Vt quid ita tristantur, in morte conditoris sui? Nam omne caput languidum, & omne Cormerens. R. hoc profecto esse, vt cognoscatur omnes creaturas vitam, & consolationem habere dependenter á suo conditore. Ex hoc etiam colligere possumus, quantus, & quam grandis sit Baptista, siquidem in suo natali, omnes gaudent: *In Natiuitate eius multi gaudebunt*. Vt intelligatur omnes gaudentes, etiam à sanctitate Ioannis, & quodammodo Diuinitate, multa recipere bona, & incrementa. Et ita sicut, in morte Chri-

Luc. 2.

sti turbatio illa signum fuit, quo insinuabant mortem potentis Dei. Ita suo modo in Natiuitate Ioannis illa lætitia præcorerat quæ quasi Diuinitatis. Sed, quid hoc? Numquid Ioannes Deus illorum est? Absit, quia Ioannes Deus non est. Sed purus homo, sed tamen ad minus denotat lætitia illa, & gaudium; quod si Ioannes Deus non est, tamen nomen illius, quod est gratia, est aliquid Diuinum. Et non solum nomen Ioannes frænat Diuinitatem personæ eius, sed etiam eius excellentiam exagerat; in tantum, quod, ne habeatur tanquam Deus, est necessarium, quod Euangelista ad moderandum Ioannem dicat, cap. 1 *Non erat ille lux, sed, vt testimonium perhiberet de lumine.* Ita etiam in eius morte, dum nomen Ioannis obscurare cupit Tyranus imputando caput illius, & in disco pre ponêdo illud, iam Ioannem diuidit. Et duos facit, distinguendo, & separando caput illius à corpore: *Et confirmauit testamentum suum super caput illius.* Vt nec in ortu suo, deniciat illi corona, nec in decursu vitæ, nec in morte, vt videamus eum triplici corona coronatum.

190. Disquiramus modo, quare lætantur in sulæ, in Natiuitate Ioannis celebrando eius ortum, & non celebrant eius Conceptionem? Huic dubitationculæ. Respondet Innocentius Tertius, dicendo: *Quod cum Angelus nuntiauit, Zachariæ, & Elisabeth ortum Baptistæ, dicens Elisabeth pariet tibi filium.* Luc. 1. *Idem ipse Angelus locutus est, Mariæ dicens, ecce concipies, & paries filium.* Vbi notat, quod Mariæ, annuntiat conceptum, & partum, verbi in carne nituri, Zachariæ autem, & Elisabethæ, non annuntiat Cõceptionem Ioannes, sed ortum. Ratio hæc: *Quia Ioannes fuit conceptus in culpa, Christus, vero sine culpa conceptus, vterque vero natus in gratia.* Et ita, si conceptus, & partus Christi fuit in gratia, iuit iisimum erat, vt eius conceptio, & Natiuitas annuntiaretur ab Angelo: cum vero conceptus Ioannis fuerit in peccato, Natiuitas tamen eius in gratia, equum etiam erat, vt si eius conceptio, quia in culpa erat, non annuntiaretur ab Angelo, eius tamen Natiuitas, quia in gratia fuit, ab Angelo merito debuit annuntiari. Conditio enim malorum solet esse tacendo quod bonum est, annuntiare quod malum est. Conditio tamen bonorum hominum est, tacendo quod imperfectum est, annuntiare quod bonum est. Sic etiam Angelus Dei, qui videt in Baptista, cognoscitque Conceptionem in culpa esse. Et tacens, quia bonus Angelus est, dicit tamen, & annuntiat, quod bonum est, nempè, Natiuitatem in gratia, & ideo annuntiat, dicendo: *Elisabeth pariet tibi filium.* Sic etiam, qui boni Discipuli Baptistæ sunt, cum illius celebrant, magnitudinem, taceant cum delectantur Conceptionem illius: quia in culpa fuit, & gaudentes prorumpant in laudes Baptistæ, enarrando eius sanctificationem in vtero, eius nomen quod est gratia, eiusque Natiuitatem, quod est mirificum, eius vitam, quod est quid miraculosum; ac tandem eius mortem, quod est rarum. Immò tacendo personæ Originem, & Conceptionem recolendum nominis eius, in quo gratia: *Recordatus est nominis mei.* Ita quod si ratione nominis, & ratione vitæ in se videtur aliquid Diuinitatis habere, vt intelligatur Baptistam non esse Deum. Sit illi frænum imperfectio Conceptionis eius, quæ fuit in culpa, vt dicamus singularem pulchritudinem, & excellentiam illius, ne Diuinitatẽ affectasset, aut moderari multiplicatione, aut etiam moderari, imperfectione conceptus sui.

Luc. 1. Innocenti' III. B. causam quare non celebratur Cõceptio Ioãnis etiam si celebretur eius Natiuitas, quia nascitur in gratia, & concipitur in culpa.

Nota.

Etsi ad summam reducamus Baptistæ excellentiam, dicemus, ipsum esse, quidquid bonum est, quod non est Deus. Nam disquirentes Iudæi Lucæ 3. *Quis putas puer iste erit? Tu quis es?* Et Christus dat responsum dicendo: *Omnes Prophetæ, & lex vsque ad Ioannem.* Etsi vultis recipere ipse est Elias: quasi dicat, cumulus virtutum sanctorum Ioannis est. 191. Luc. 3.

In Exodo cap. 16 dicitur; quod recipientes Manna de cœlo dicebant Israelitæ *Manna quid est hoc*; sic etiam accipiẽtes Baptistam disquirunt: *Quis putas puer iste erit?* Sed numquid Manna Sacramentum sacratissimum Eucharistiæ figurabat? Fateor. Sed numquid Ioannes figurat Sacramentum? R. quod Ioannes est, sicut Manna de cœlo, annuntians Sacramentum Natiuitatis Christi. Est quidem Manna; & pabulum cœlestis doctrinæ per omnia montana Iudeæ, est vox, cuius sonitu apperiuntur muri Hierusalẽ cœlestis: *Ego vox.* Fœcundat matrem, & linguam soluit Zachariæ. Si eum vocas Eliam fatear ignem prædicationis de cœlo afferentem. Si Apostolum vocas fateat etiam, Martyrem, Doctorem, Virginem, quia Ioannis Apostolus, Doctor, Martyr, & Virgo est. Quibus addiderim verba, Eusebij Emissẽi homil. 4. aduentus, vbi dicit: *Hanc Ioannis vocem significabant* Exod. 16. Eusebius.

omnia illa musicorum genera, quibus Dauid cantare consueuerat: hanc significabant illæ tubæ, quibus canentibus, cadebant muri Iericho; omnia ista illam vocem significant; quæ dicit ego vox clamantis in deserto. Fuit enim ratio Regni cœlestis: *Fue razon de estado del cielo.* Quod non dicatur. Dominum recordatum fuisse personæ Ioannis; sed nominis eius. *Recordatus est nominis mei.* Vt intelligatur, quod si tanta est excellentia Ioannis, quod posset ab aliquibus existimari tanquam Deus. Tacendo personam recordatur nominis sui, vt sit frænum illius existimatæ Diuinitatis. Sed hoc tantum est, & tam grande illius elogium, quod necessarium sit, dicere: *Non erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet, de lumine.*

192. *Augusti.* Et in summa, vt inquit Augustin. de sancto Epiphanio, totus Baptista miraculum est: *Miraculorum vita: gressus virtutum; liber laudum.* Tota quidem eius vita sanctificatio, ortus natiuas miraculum fuit, tota eius vita miraculum t. *Gressus virtutum.* Nam in omnibus exercebatur virtutibus: *Liber laudum.* Liber quidem clausus, liber candidus, vt quisque scribat, quod virtutis, quod sanctitatis. Quod laudis scribere vellit de Baptista. Cum moderamine tamen, & reuerentia, Christo, & Beatæ Virgini. Etsi dicas non feciſſe miracula. Hoc maius miraculum, quod sine miraculis, tot homines, totque nationes crediderint de Baptista, ea quæ sensibus repugnare videntur. Vnde si tantus fuit, ad huc Infans, quid futurus non esset iam adultus? *Luc. 2.* Sed sufficit de illo dicere: *Quod Ioannes est nomen eius.* Vnde si Ioannes gratia est. Quid mirum Ioannes sit. Semen gloriæ eo modo quo gratia.

§. VIII.

Pro laudibus Baptistæ historia de causa de collationis eius, vbi, multa notatu digna inuenies: vt videas quod si magnus fuit ad huc Infans: quod magnificus fuerit, iam adultus.

193. *Lucas. Matth. Marcus.* EX Euangelista Luca, cap. 3. colligi videtur, factum illud, quando Ioannes Martyrium passus est, accidisse, ante ieiunium, & tentationem. Matth. vero cap. 14. & Marcus, cap. 6. per recapitulationé describunt, cuius iam essent enarratari Baptistæ Martyrium. Lucas, per præoccupationem locutus: ante ieiunium dixit. Itaque cum iam Ioannis fama vulgaretur, & ad illum confluëret omnis populus, ille vero, cum homines cuiuscumque conditionis essent, ad salutem hortaretur æternam, & nulli vitio parcens esset, sed omnia argueret, sicut in Iudæorum primates, Scribas, & Pharisæos inuectus fuerat, vt terrore saltem concussos ad mentem reduceret: ita, & Hærodem audacter, & intrepide increpauit. Hærodes autem Thetrarcha, cum corriperetur ab eo, de hærodia de vxore fratris sui, & de omnibus malis, quæ fecit: misit, ac tenuit Ioannem, erat iste Hærodes Antipas, filius Hærodis Ascalonitæ, cuius tempore natus est Christus. Qui, & Infantes occidit, nam hærode, illius patre defuncto, diuisum est Regnum eius in quatuor partes: quarum duæ datæ sunt, Archelao Philippo Thetrarcha Iturææ, & Traconitidis Regionis, & quarta, quæ est Galileæ, Hærodi, Gesserat, Iosephus libr. 18. antiquitatum, cap. 9. Philippum commendat ab æquitate, rectitudine moderatione, & mansuetudine; quod ideò narrat, vt econtrario Hærodem eius fratrē: notet, vt qui non modo nomen, sed, & feroce missum animum, Patris Hærodis, sequeretur is (inquit) *Moderatum, & mansuetum se, cunctis, quibus Imperabat, exhibuit nullas oppressiones, aliquibus importans, nam eius ad subiectos cōuersatio, talis erat. Procedebat in itinere cum paucis, electis, sibique gratissimis. In causis iusta iuditia proferebat. Occurrantibus, vel, opis, egentibus, auxiliabatur, in pigre: ac si forte oppressionem senserat alicuius, statim in solio considens, causam audiebat. Iustè parti, adiutor, iniustæ autem, punitor existens.* *Ioseph. de Philippo.*

Narrat etiam idem Iosephus, quæ fuerit *Hærodias*, & qua occasione, illam sibi cōiugem Hærodes, assumpsit sunt enim, qui ex antiquo volumine colligi scribant, quod hæc fuerit filia Arethæ Regis Arabum. Verum melior est Iosephi sententia: quod filia fuerit Aristoboli Soror auteni, Agrippæ maioris. Id quod nomen, quoque ipsum, dicit est enim, quasi Patroni micum; *ab Hærode.* Nichilque proinde aliud significat, quam filiam, vel neptem, vel aliquam ex posteris Hærodis. Nec hic audiendi sunt, qui Eusebij, traductionis Rufinæ (quam hac in parte Rufinus vitio fam fecit) iunituntur, quæ sic habet, libr. 1. Historiæ Ecclesiasticæ, cap. 1. Concordi vero, testimonio, etiam Iosephus de hoc scripsit nominatim, etiā *de Hærodia de* 194. *Iosephus.* *Rufinus.*

de commemorans, velut de coniugio fratris Philippi, viuentis violenter abstracta, & suis, ab Hærode in cœtis nuptijs sotiata propria, & legitima vxore depulsa, quam Herodiadem, filiam fuisse dicit, Aretæ Regis Arabiæ, hactenus translatio latina Eusebij, *per Rufinum.* E quibus verbis, si tollas nomen, *Hærodiadis*, posteriori loco positum; Quod nec Eusebius habet, nec Iosephus Vera lectio erit, atque germana, Eusebij, Græci in Latinum, conuerbio; nam relatiuum, *quam*, non ad Hærodiadem; quod Rufinus falso intellexit, sed ad propriam, & legitimam Hærodis vxorem, quam ille depulit referendum est: quod, & ipse, mutculus in sua translatione obseruauit. Porro, occasio huius incestus, etiam à Iosepho narratur; audi eius verba.

195. *Accidit enim, vt Hærodes Romam Euocatus ad Philippum fratrem, ex itinere diuertit apud quem, aliquos dies commoratus, Hærodiadem deperire cœpit: quæ illi de nuptijs, ipsam compellanti, ea conditione assensit, si vxorem quam habebat, Aretæ Regis filiam repudiaret, qui are Roma reuersus, ipsam secum adductam, vxoris loco habuit:* Interim vero vxor eius fideliter cuncta cognoscens (inquit Iosephus) quæ inter eum hærodiademque fuerant composita; antequam eam ille cuncta cognouisse sentiret: rogat virum, vt in Macherunta, vbi limes erat Aretæ Hærodisque Regionis, ab eo mitteretur, nihil suæ voluntatis apperiens. Hoc Hærodes lubenter accipiens, misit vxorem, nihil eam sensisse pœnitus arbitratus: illa vero (præmiserat enim ante multum temporis ad Patrem, vt ei apud Macherunta omnia pararentur, quæ itineris vsus exposceret) adductoribus Aretæ suscipitur, confestimque intrat, Arabiam, atque ibi, ab illis ductoribus, ad, alios, ab illisq; rursus ad alios transmissa, cum summa celeritate, Patri perducitur, cui omnem Hærodis apperit voluntatem, ille vero ex hoc, inimicitiarum sumpsit exordium: atque ab vtroque exercitu congregato, in Regione Gamalica, vello confligitur: non quidem ipsis præsentibus, sed ductoribus, ab vtraque parte transmissis.

196. Docebat tunc temporis Ioannis, & pœnitentiæ prædicatione, homines ad Regnum Dei præparabat: qui inter alia facinus hoc Hærodis indignissimum, tum in ratione repudij legitimæ vxoris, tum incestus cum Herodiade, libere, & grauiter accusauit. Et in Hærode quidem, Tyrannorum mores, & ingenium videre est, qui veritus, ne rei indignitas, & ipsius Ioannis magna apud omnes Authoritas populum commoueret; Ioannem captum, in Macheruntæ seruare curauit, est quidem exemplar Tyranorum: qui cum sibi omnia licere putent, pro sua libidine omnia instituunt; siquidem aliquid, vel lucri, vel voluptatis sperare possunt. Quod si quis ipsos reprehendat: id demum facinus indignissimum esse putant; & aduersus monitorem hostiliter insurgunt: & ne id ipsum, impietatis fouendæ gratia facere videantur, publicam pacem prætextunt, & scelerum Priorum correptores, pro seditionum authoritatibus habent. *Hærodes exemplar Tyranorũ est.*

Talis Pharao in Moysem, Achab, in Micheam Sedechias, in Hæremiam, Ioas Rex, in Azariam filium Ioiadæ, non tulerunt illi, correptores: sed inuitam eorũ attentarunt. Ita fiunt per multi Principes, Religionem, Deum, animam suam, & salutem, à Deo Bullis vanitatum suarum inflantur, vt nec Dei iudicium timeant: sed præsentia tantum attendentes, Diuina quæque eludere se posse, arbitrantur: cum interim omnis potentatus breuis vita est. Rex est hodie, & cras morietur. Quibus, & ipse Rex Dauid, inquit: *Vos autem sicut homines moriemini, & sicut vnus de principibus cadetis.* *Psalm. 72.* Corripiebatur Hærodes à Ioanne, de Herodiade; & de omnibus malis, non enim hoc solum Hærodis scelus putandum est, quod de Hærodiade narratur; etsi per multa immixta habeat; violatum hospitium, iniquum suæ vxoris repudium; erant, & alia, quæ maluerunt Euangelistæ tacere; nec quidem dubium est, Hærodem istum signiter impium esse: cum, & ipse, Christus, illum vulpi comparet, Lucæ cap. 13. *Dicite* (inquit) *vulpi illi, quia dæmonia eijcio, & sanitates perfitio, hodie, & cras, & tertia die cõsummor.* Vetli pellis enim Iudaicę legis, se sectatorem profitebatur, non Religionis gratia, sed, vt hac occasione, sibi plebis animos conciliaret. Tales nimirum vulpes per multos vides, qui clabum Rex publicæ tenentes tantum sibi Religionem curæ esse debere censent quantum ab huius opinione, commodi, & quietis sibi accessurum arbitrantur. Quod etiam manifestum est in eorum, & moribus, & factis; & dictis: vbi enim vident aliquid sibi accrescere posse cum detrimento pietatis, & Diuini Ministerij, tunc Religionem suis commodis postponunt: Eo vsque fideles, donec lucrum, aut commodum cesset. *Luc. 13.* *Nota.* *Pro Præl.*

Hoc

198. Hoc etiam in Hærode. Quo enim animo, Iudæorum legem amplectatur, ostendit, statim eum quando nouæ libidini depulit: tàm legem auersari, & sua authoritate voluptatis gratia, illam violare cepit. De his, & alijs per multis arguebatur à Ioanne.

Hinc scieris dilecti, quam improbum sit gubernatores, amoribus, fœminarum inhiciari semel enim Hærodi fœmina placuit. Et quid inde nisi grande malum? Statim carceres vincula decernuntur pro Ioanne propone tibi Iudicem Hærodem pro Tribunali sedentem, in cuius præsentia Ioannis accusatio; & causa agitur, petitioque exhibetur coram tanto iudice deperdendo, & occidendo Ioanne, sic enim ait Hærodias, Marci cap. 6 *Volo, vt protinus desmichi in disco caput Ioannis Baptistæ* Vbi pulchræ satis, Petr. Chrysolog. serm. 174. ait: *Ecce quo præcipitatur caro cum ad luxuriæ facinus voluptatis inflamatur incendijs. Rogo quid tãtis cuneis arctatur? Sufficit in fœlix caro oppressa crapulis, ebrietate captiua, quæ titilante luxuria, & non tam ludente; quàm illudẽte lasciuia, promitteret, quid quid turpitudo, peteret se daturam. Pete à me quod vis. Quid peteret luxuria, nisi castitatis interitum? Pudicitiæ necem? Mortem sibi semper contrariæ Sanctitatis? Volo, vt desmichi in disco caput Ioannis: si caput viri est Christus, iam tunc nõ bello ore, antiquissimus serpens Christi Domini, tendebat ad montem. Volo, vt desmichi in disco, caput Ioannis. Iam tunc hauidus Draco in serui capite Domini degustauat sitiens passionem. Volo, vt desmichi in disco. Cur in disco? Cur prætiose gestas, quem viriliter occidis? Nisi, quia prætiosa inconspectu Domini, mors, Sanctorum eius.* Hucvsque Chrysolog.

Marci 6.

S. P. Chrysolog.

199. Vbi ponderа qualiter iam petit Christi Domini mortem, quæ Ioannis caput poscebat in disco. Et idem sanctus serm. 173. dicit ad hoc propositum: *Iste Rex sapiens, egregius Iudex, censor morum, disciplinæ cæstos, vindex Innocentiæ, criminum pœna dicit quòd decollauit Ioannem, sed quare decollauerit tacet, ne potestatem Regiam tanti facti confunderet turpitudo. Sed Euangelista prodit, vt interfectoris dedecus, interfecti producat ad gloriam: nam ipse Herodes (inquit) misssid, ac tenuit Ioannem, & vinxit eum in carcerem propter Herodiadem vxorem Philippi fratris sui; quia duxerat eam vxorem: dicebat enim Ioannes Herodi, non licet tibi habere vxorem fratris tui. Hucvsque ille,* vbi notanda est amentia ritus iudicis, & impietas nata à turpitudine.

Chrysolog. 173.

Petitioni nefariæ, iudex annuit. Quid miror dominante lascibia videte dilecti. Diu. Chrysostom. homil. 49. in Matth. hæc dicentem: *Diaboli illa fœmina patrocinio petitionem per egit. Ille comparari petitiones eius egit: illa mentem Hærodis eripuit. Sane diabolus in iustitia agit ad vocatum, & oratorem, petitionis ordinat, & vincit in causa, alias, in iniusta sententia turpissime fallitur, qui in animo lascibiæ dedito, credit posse iustum residere iuditium.* Hæc ille, quem locum, vt ponderemus. Videndum est, quod legitur Danielis 13 de illis nequissimis iudicibus lascibo deditis affectu: *Videbant eam senes quotidie ingredientem, & deambulantem, & euerterunt sensum suum, & declinauerunt oculos, vt non viderent cœlum, nec recordarentur iuditiorum suorum iustorum.* Ecce vbi concupiscentia ad cor iudicum intrauit, omne ius ab oculis eorum euolauit. Quod bene euitare cupiebat Diuinus Spiritus quando ad Reges à loquens dicit. In Deuteronom. cap. 17. *Cum fueris Rex constitutus, non habebis vxores plurimas, quæ alliciant animum Regis.* Intellige ait Augustin. de mulieribus, iniuste receptis. Videte etiam; quod 3. Regum cap. 11. Dicitur mulieres, duxerunt ad peccatum Regem Salomõnem depranatum est cor eius. Et erant alienigenæ: *Et certe ingentibus multis non erat Rex similis ei.* Et notat Nazianzen. 3. Reg cap. 3. *Quod statim atque solium Regni Salomon ascendit militantes meretrices ad eum accesserunt.* Quasi prima tentatio à meretricibus facta fit.

200. Chrysost. hom. 49.

Dan. 13.

Deut. 17.

August. 3. Reg. 11.

Nazianz. 3. Reg. 3.

Crudelitas in lascibia semper apparet. Basilius Oration. 18. inquit. Diabolus Hærodianis affectibus pro armis vsus viam apperit ad Baptistæ mortem primum fraterni cubilis perfossorem fecit, vt ex adulterij fœdè ad Baptistæ cædem transilire faciat. Quando nescivit esse crudelis lascibia? Ricardus Victorinus, super Dan. cap. inquit: *Pes statuæ ex parte ferreus; quia delicata mens, nunc in eorum odium obdurabitur, per quos forte; à suis desiderijs restringitur: fuge aureum, os pulchritudinis, si non vides cecidisse ex isto cæcitatis, & lascibiæ*

201. Basil.

Ricardus.

202. O impia crudelitas lasciuientis iudicis! Pro nichilo æstimat saltatrix illa dimidium Regni. Sed caput expoſcit in diſco; vbi Diu. Fulgentius, ait: *Culmine Regni contempto; caput Ioannis petiuit indiſco, plus odiens eum, qui interdixit in cæſtum; quam diligens eum, qui promiſſerat Regnum: faltat, ſi eſt fera peſſima.* Crudelior laſciuia. *Fulg.*

Verum quid proficit? Ligatur homo, non ligatur veritas. Ipſa enim ſemper eſt liberrima: neſcit adulari, neſcit corrumpi: Sed inxarceratus Martyr Chriſti adhuc liber eſt. Tertullianus ad Martyres, occurrens obiectionibus, quæ ab incarceratis Chriſtianis fieri poſſent; ſic inquit: *Nec vos conſternat, quod ſegregati eſtis à mundo. Sienim recogiceimus ipſum, magis mundum, carcerem eſſe, exiſſe vos è carcere, quam in carcerem introiſſe intelligemus. Maiores tenebras habet mundus, quæ hominum præcordia excecant graviores catænas; quæ ipſas animas, conſtringunt: peiores immunditias, libidines hominum. Plures reos vniuerſum hominum genus; habet tenebras, ſed lumen eſtis: vincula, ſed vos ſoluti eſtis Deo. Triſte illic ſpirat; ſed vos, odor eſtis ſuauitatis. Iudex expectatur, ſed vos eſtis de iudicibus iudicaturi. Conſtriſtetur illic, qui fructum ſæculi ſuſpirat. Chriſtianus, extra carcerem ſæculo renuntiauit.* Hucvſque Tertullianus. Cuius quot verba Tot ſententiæ, nota ſingula, & attente lege. *Tertul.* *Notatu digna illius verba de martirib.*

203. Itaque quid Herodes in Ioannem moliatur, vides. Quod non ille æquo animo ferat. Immo quod non cupiat? Etenim pro Chriſto, non modo ligari, ſed, & mori glorioſum eſt. Ioſeph quamtumuis iuſtus eſſet, in lacum demiſſus eſt. Geneſis 39. *Et tandem addictus carceri, ipſa enim ſapientia, deſcendit cum illo in foueam, vt conſolaretur eum.* Sapient 10. Ezechiel. ductus eſt captiuus, in Chaldeam cap. 1. Hieremias, in Iudea incarceratus cap. 20. Et Diſcipuli Chriſti, cæſi incarcerati Actorum 5. Immò, & Petro dictum eſt. Ioann. 21. *Cum eſſes iunior cingebas te, & ibas quo volebas, cum autem ſenueris, alius cinget te, & ducet, quo tu non vis.* Verum, cum Martyrem non poena, ſed cauſa faciat. Cauſam animaduertere licet. Audi. Petrum Chryſolog. *Quia dixit, non licet tibi, ducere vxorem Philippi fratris tui. Non legiſti, quid Pharaoni contigerit, attentanti, contra Saram vxorem Abrahæ? Non audiſti, quot plagis afflictus eſt Dauid,* Quia Berſabeam, non fratris ſui, ſed ſubditi vxorem furtiuis amoribus deperierit? Quid ergo hoc tibi licere putas, quod nemini, à Diuino numine impunem eſſet? Rex quidem es, ſed ea propter tanto magis te ipſum diuinarum, & humanarum legum, obſeruatorem exhibere debes. Pſalm. 2. dicitur: *Et nunc Reges intelligite, eruditimini qui iudicatis terram. Seruite Domino in timore, ne quando iraſcatur Dominus, & pereatis de via iuſta.* Non enim ſine cauſa, quando fecit Dominus Abraham Patrem multarum gentium ſuper addidit, *Litteram illam* (*h.*) quæ teſte Hieronymo in Hebræo ſignificat: *Impletionem legis.* Tanto igitur ab eſt, vt iſtud arguas in alijs, qui id ipſum tibi licere arbitraris: *Etenim potentes, potenter, tormenta patientur.* Sapient. cap. 6. Quia ſua poteſtate, in pernitiem animarum ſuarum, & ſubditorum ſcandalum abvtuntur. Qua propter voluit Dominus, cum de ſua paſſione mentionem faceret: *Secreto dicere Diſcipulis. Ecce aſcendimus Hieroſolimam, & filius hominis tradetur principibus Sacerdotum, & Crucifixetur.* Lucæ cap. 7. Sed diſquiro quare ſecreto? Reſpondet Gilabertus. Quare? *Niſi propter Reges, Principes, & Sacerdotes ne peccatum ſuum in alios tranſiliret.* Bene quidem. Nam propter eandem cauſam, cum in tranſitu maris Rubri, deſcendente Moyſe de monte, & locutione Domini, poſuit velamen ſuper faciem ſuam. Hoc quare? Niſi quia, Sacerdos ſummus Aaron dederat vitulum adorandum à filijs Iſrael. Et ne tantum peccatum Sacerdotis inſpiceretur, & appareret micante: *Facie Moyſis, vt occultaret culpam illam ne à filijs Iſrael videretur.* Velamen poſuiſſe exiſtimandum puto in gratiam Sacerdotum, & Principum: *Quod etiam Ioſeph feciſſe videtur dum pallium in manibus Dominæ ſuæ reliquit non ſolum, vt fugeret, ſed etiam, vt ignominiam maritalem opperiret.* Ita Rupertus: quia dominandi amiſiſſet facultatem efficacitate laſciniæ victa putipharis mulieris. *Ezech c. 1.* *Hier c. 20.* *Actor. 5.* *Ioann 21.* *Martir ex cauſa eſt.* *Chryſolog. in feſto.* *Pſalm. 2.* *Hieron.* *Sap. 6.* *Luc. 7.* *Gilabertus* *Rupert.*

204. Gratulor quidem, & libere Ioannes Herodem reprehendit; ſed cum reuerentia maxima: Quia Regem honorabat non,

non, vitium Regis; non enim potuit adulari Regem à quo nichil spectabat; quippe qui, omnia contempserat, & plus de illius salute; quam de illius fauore, erat solicitus. Profecto pessimus Achab: sed altiori modo pessimus Hærodes. Ille quidem, mancipium factus est mulieris; quia tunc habebat Iesabel Magistram, cultus multorum Deorum; sicut nunc iste Hærodiadem, libidinis, & intemperantiæ. Ille quidem, cum audisset ab Elia, tesbite, iram, quæ accendebatur in eum à Domino, & mala, quæ ei, & suis, erant apperte, ventura; non succensuit, non se insolenter gessit; non probrum duxit, aut contumeliam, Propheræ reprehensionem; sed vt Dei Prophetam, & Diuina loquentem illum in honore habuit. Hic vero tanquam Dei præcepta, prosequutus est, cum reuerentia; à sermone enim eius, compunctus est. 3. Regum 21. dicitur: *Et egressus est flens, & scidit tunicam suam, & ieiunauit, & sacco indutus est.* At vero iste Hærodes, non mulcetur verbis Prophetæ! Quia iam furore; muliebris libidinis, inebriatus erat. Hinc factum est, vt Ioannem teneret, & carceri traderet, & caput eius in disco, poneret.

3. Reg 21.

2061

O malum summum venenosumque; diaboli tellum mulier! Per mulierem, hominem in Paradyso postrauit; per mulierem fortissimum Sansonem, illustrum, rasumque cæcauit, vt & virtute crinili, & decoris, occulis, expoliatus, ludibrio foret hostibus; quibus fuerat ante terrori; & cum is captiuus moleret; quibus, dominabatur inuictus. Iudic. cap. 16. Per mulierem, castissimum illum Ioseph vinculis aligatum; detrusit in carcerem Genes. 39. Per mulier impudens, nemini parcit, non lænitam, honorat; non Sacerdotem reuereatur; non Prophetæ defert honoreni. O malum, omni malo peius, mulierem malam. Etenim propter Hærodiadem, Ioannem ligauit Hærodes, necauit; de muliere multa, infra 2. p. habes cap. 14.

Iudic. 16.

Genes. 39. Mulier pessima benenum est.

Ex quo duo colligimus, vnum est, quãtum corrumpant bonos mores, consortia praua mulierum non solus Adam à muliere seductus est, sed & omnis Israel à mulieribus Madianitis, ad sacrificia suorum Deorum pellectus est, & prouocatus, vt legitur in libris Numerum: *Vinũ, & mulieres, apposatare faciunt sapientes. Hærodes, & Hærodias, communes, nomine; socios in malitia.* Vides inquit Chrysolog. vbi supra. Quod malum non perpetrabunt? In consilium earum non intret anima mea. Secundum, quod hic obseruare licet; est Tyranis vitiosorum Principum; qui pro nichilo faciunt, virtutem mortemque iustorum; timent tamen plebem: quia vulgus bestia est multorum capitum, nec parcens Regibus. Multa de istius ad lethæ Natiuitate, & Martyrio, inuenies apud Bernard. Aug. Drogonæ, & in modernis, apud Mendoçam, Baezam, Lorinum, Tolerum, Maldonatum, Rupertum, & alios grauissimos, quorum dicta acutissima consulto prætermito.

Consortia mulierum corrumpãt bonos mores.

Num. 16.

Chrysol.

Concludamus ergo dicendo, quod Baptista antequam natus esset, adhuc Matris vtero fuit sanctificatus, quod exultauit, ad præsentiam Domini Saluatoris. Quod multi, in eius Natiuitate gauisi sunt; quod mirabantur; omnes disquirentes: *Quis putas puer iste erit?* Quod tantus fuit in Infantia, quod magnus, & magnificus in ætate grandeua. Quod prædicauit pœnitentiæ Baptismum. Quod ostendit Regnum cœlorum; quod excedit Prophetas; quod super grædiur Patriarchas, quod superat Angelos, quod Baptizauit Dominum, quod Trinitatem Deificam agnouit, quod fœcundauit deserta, quod honorauit ieiunium, quod docuit prædicationem, quod non pepercit Regibus, quod coronauit Martyrium; dux Martyrum, ducis sui Præcursor existens, qui testamentum vtrumque confirmauit super caput Baptistæ, qui non gustauit æternam mortem. Quid igitur mirum, si tantus in incunabulis fuit Ioannes, quod tantus fuerit grandeuus? Recte ergo Tertullianus, cum de impatientia in suis incunabulis loqueretur dixerit tot effectus causasse impatientiam, in suis incunabulis; & adhuc Infantem, quod, dum iam grandis, eadem impatientia maiores effectus efficeret? Quod non solum in vitijs, sed etiam in virtutibus, verificatum agnouimus. Et hæc de hoc discursu 5.

Legatur Bazqu & longissimè 3 p. q. 38. disput. 25. Cum eo Suar. ibid. debita Christi.

DISCVRSVS DECIMVSOCTAVVS.

PROSEQVITVR AVTHOR.

TEXTVS.

207. Nam, vt compendio dictum sit; omne peccatum impatientiæ adscriuendum. Malum, impatientia est boni. Nemo impudicus, non impatiens pudicitiæ; & improbus probitatis: & impius, pietatis: & inquietus. Vt malus vnusquisque fiat; bonus perseuerare non poterit. Talis igitur ex cetra delictorum: cur non Dominum offendat, improbatorem malorum? An non ipsum quoque Israel, per impatientiam semper in Deum deliquisse, manifestum est? Exinde cum oblitus brachij cœlestis, quo Ægyptijs afflictationibus fuerat extractus. De Aaron sibi Deos duces postulat, cum in Idolum auri sui collationes defundit: càm necessarias enim Moysi, cum Domino congredientis impatienter exceperat moras. Post Mannæ scatilem plubiam; post petræ aquatilem sequelam, desperant de Domino tridui, sitim non sustinendo. Nam Hæc quoque illis impatientia, à Domino exprobratur. Ac ne singula pervagemur, numquam non per impatientiam delinquendo, perierunt; quomodo autem. Prophetis manus intullerunt, nisi per impatientiam, etiam audiendi? Domino autem ipsi, per impatientiam etiam videndi. Quod si patientiam in hi sent. liberarentur. Hucvsque Author, in cap. 5.

EXPLICATVR LITTERA AVTHORIS.

208. IN littera Authoris, nichil est notatione dignum, nisi quod intentum illius sit, impatientiam facere Magistram omnium delictorum; descendendo ad particularia crimina, inquit: *Malum impatientia est boni.* Id est omne malum, impa-

patientia est totius boni. Ex impatientia pudicitiæ, nascitur impudicitia. Impietas, nascitur ab impatientia pietatis: & sic de reliquis peccatis. Ita Rhenanus, Pamelius, & Cerda. Illud tamen ad notabis, quod impatientiam, vocat Tertullianus: *Excetram delictorum* Id est, Hydram illam Herculeam, ex qua plura capita pullulabant. Ita declarat Cerda, ex Pamelio, & Titolibius: *Sic habet, Scetra.* Id est: *Animal venenosum, omni plenum turpedine.* Rhenanus, vocat *ex Hædram.* Quod accipit ex translatione Lucdunensi. Et idem significat, atque, *sedem delictorum.* Quam expositionem improbat Pamelius. Dicens, melius esse vocari impatientiam, *Excetram*, id est, *Hydram*, vt sic intelligatur, impatientiam non solum esse Sedem, delictorum; sed esse *hydram*, id est, *Matricem omnium iniquitatum.* Et sanct. Hieronymus epistola 37. hunc modum loquendi amplectitur: *Fuit enim quodam monstruum, Hydra appellatum; ex quo plura monstra pullulabant beneno plena, & fœtorem fumantia; quod monstruum, ab Herculæ dicitur, fuisse supperatum.* Sic impatientia, monstruum est; beneno plenum: Ex quo plura peccata, nascuntur; & non solum ab impatientia profiscuntur; sed in ea sedem habet. Et sic recte vtraque lectio sustineri potest; siue dicatur *ex cetra*, siue *ex hædra*, vtrumque apud se, impatientia sustinet, & sustentat, nam non solum est nutrix, & matrix vitiorum, sed etiam, est sedes in qua requiescunt vitia.

Ex cetra, est hydra vestia pessima.

Titolibio, lib. 38.

Hieron.

Nota.

Post hæc descendit Author, ad ingratitudinem Iudæorum. Qui postquam, per manum Dei excelsam, liberati sunt ab oppressione Ægyptiaca; post transitum maris Rubri, post Mannæ Scatilem pluuiam; & post petræ, aquatilem sequelam. Moyse apud Dominum, moram faciente: postulauerunt Deos quos in sequi concupiscunt, & adorare prætendunt. Et fabricantes vitulum, adorauerunt; obliti tantorum bonorum, & Domini, creatoris sui. Hanc ingratitudinem; valde improbat Author, & ab impatientia ortum duxisse affirmat, verè *ex cetra*, seu *hydra*, ex qua tot mala nata sunt. Hoc est, ex impatientia; qua matrice iactati Iudæi Prophetas: *Occiderunt, & Dominum gloriæ persecuti sunt; vsque ad diuisionem animæ ac Spiritus, vt inquit Paulus.* Ad Galat 3. Si tamen patientiam habuissent absque dubio Domino Ministrantes liberarentur.

209.

Ad Gal. 3.

HÆC DE LITTERA AVTHORIS.

ELIGITVR SENTENTIA EX *textu.*

Quamuis multæ possint sententiæ ex textu Authoris recipi; tamen in vnam omnes conspirare videntur: quæ conditionem Iudæorum declarat. Etenim cum impatientia sit *hydra, ex cetra, seu mater, & sedes*, omnium delictorum, Regnauit in Iudæis præsertim ab ægressu de Ægypto, cum transacto, iam sicopede mari Rubro: *Et post Mannæ scatilem pluuiam.* Prorumpunt ingrati, ad exigendum Deos: vitulum formant, vitulum adorant. Hæc ingratitudo, illis verbis Authoris continetur, vbi dicit:

210. *Talis igitur ex cetra delictorum : cur non Dominum offendat improuatorem malorum ? An non ipsum quoque Israel, per impatientiam semper in Deum deliquisse manifestum est ? Oblitus brachij cœlestis de Aaron sibi Deos duces postulat ; cum in Idolum auri sui collationes defundit. Post Mannæ scatilem pluuiam post petræ aquatilem sequelam, desperant de Domino.* Ex quibus verbis apparet clare Iudæorum ingratitudo.

PRO QVA SIT.

§. I.

Qualiter ingrati semper se ostentauerint Iudæi aduersus Christum Dominum, adhuc in numeris receptis à Domino beneficijs.

211. IGitur, Iudæorum malitia, & ingratitudo, quæ nec beneficijs, nec supplicijs, vnquam satis domita est eo peruenit, vt Deo fuerit iniuriosa : vnde Moyses, Deuteronom. 32. postquam terræ promissiæ vbertatem, & rerum copiam retulit, id quod futurum erat præuidens, & præterita ingratitudine, ad cõsequentem faciens coniecturam, sic ait: *Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit, incrassatus, impinguatus, dilatatus, & recalcitrauit, inquit. Hoc est ingratus fuit : quia dereliquit Deum, factorem suum, & recessit à Deo salutari suo.* Nocet animis cupiditatibus seruiliter obnoxijs, nimius fauor. Egentque fræno, sine fræno peccantes : ob quam causam variis pœnis afflicti fuerunt, Diuinis beneficijs ab vtentes Iudæi ; nichil tamen hic Palestinam nobilitauit ; vt præsentia Filij Dei hominis facti, & mundum Euangelij prædicatione illustrantis. Deut. 32.

212. *Commendatur Palestina à fertilitate agrorum.* Hinc constat propterea in sacris literis commendari Palestinam ; quo ad fertilitatem agrorum, & vrbium frequentiam, ceteraſque laudes ; illa accesserit : vt patria esset Patriarcharum, & Prophetarum : ex quibus Christus erat nasciturus. Adhucque hunc scopum spectabant Angeli, toties ibidem visi. Oracula, toties audita ; desideria Iacobi, & Ioseph ; cupientium habere sepulturam, in terra quam Filius Dei, homo factus, sua præsentia, & sanguine, mele, & lacte, à Iudæis decantato, longe prætiosiore, erat sanctificaturus. Quare licet fuerit Palestina, hominum multitudine, frugum copia, Regum natalibus, nobilitata : non hinc eam commendamus : sed quod Dei populum aluerit à quo tempore, à Deo præfinito prodijt tandem Messias, *Lumen ad reuelationem gentium*, Lucæ cap. 2. Luc. 2.

Hinc intelliges ingratitudinem Iudæorum. Audi modo, innanem illius populi, aduersus Christum, & Sanctos eius coniurationem, impatientiam illam voco, seu ex cetram, hydram, matrem malorum tot venena propinantem, & parturientem : *Post Mannæ scatilem pluuiam, & post petræ aquatilem sequelam de Domino desperando.* Tertull.

TVRPIS CONIVRATIO Iudæorum.

213. TVrpis quidem, quia coniurati sunt Iudæi aduersus Imaginem, & typum Christi, silicet contra Iosue. Sed qui, qui aduersus illum ? Profecto, Reges Chanaam. In significationem contradictionis Iudæorum in Christum, & Sanctos eius ; circa quod recte, Origenes homil. 9 in Iosue, historiam Allegorice, explanat, sic ait : *Historia rerum gestarum, manifesta est, nec explanatione in-* Origen.

indiget: quod euidenter expletum est. Ex his tamen, quæ gesta sunt, visibilibus nostri Domini Iesu Saluatoris vella, ac triumphos quos eggerit contemplemur: quamuis etiam hæc visibiliter, in ipso videamus expleta. Conuenerunt enim Reges terræ, Senatus, Populusque, & Principes Romani, vt expugnarent nomen Iesu, & Israel simul. Decreuerunt enim legibus suis, vt non sint Christiani. Omnis Ciuitas, omnis Ordo Christianorum nomen impugnat: Sed sicut tunc omnes illi Reges, conuenientes contra Iesum, nichil facere potuerunt ita, vel Principes, vel Potestates iste contrariæ, vt non Christianorum genus latius, ac fusius propagetur, obtinere, non valebunt; scriptum namque est; quia quanto magis vos humiliabant; tanto magis plures fiebant, & in valescebant valde. Confidimus autem, quia non solum non, nos poterunt opprimere visibiles inimici, & aduersarij nostri, verum etiam velociter Iesu Domino nostro vincente conteretur Sathanas. Sub pedibus seruorum eius: illo etenim duce, semper vincent milites sui; ita, vt nos dicamus, sicut in Esdra scriptum est; quia à te Domino est victoria, & abste est sapientia, & claritas.

Esdræ lib. 3. c. 4.

Videant nunc Iudæi Christum blasphemantes; qui; si, suo tempore ipsum Corpus Christi dilacerauerunt; & plagis impositis irrisserunt, & nudum, super Crucem aspexerunt, ignominiosè tractantes: Originale corpus Iesu, & nunc eorum successores, & filij filiorum, ipsorum parentum imitantes malitiam aduersus Dominum Iesum Christum, & Imaginē eius quotidie insurgētes. Quid inde colligunt ipsi? Quod incrementum illis aduenit: Ex hac ignominia Christi, dum iterum verberant, quid boni illis? Quid vtilitas. Et ipsi Christo. Quid afferunt? Profecto maiorem apud Catholicos de Christi Imagine experiuntur honorem: sic vocauit Tertullianus libr. *de palio prætium appretiati vertit prætium honorati.* Id enim quod apud vos. O Iudæi blasphemia est, apud nos, est, honoris causa, nam irrisiones vestræ semina sunt, & fructus seminis honores Christi Domini. De quo infra aggendum nobis est, cum sermonem fecerimus de honoribus Christi Domini offensi.

Irrisiones Iudæorum seminant honores Christi.

Tertul.

Secundo: Glossa, per illos Reges Congregatos, intelligit Principes Iudæorū, & Gentilium: qui nomen Christi, & sanctorum delere cupiebant. Quod distertis verbis exprimitur Psalm. 2. vbi, Regius vates, præcinit frustra homines præsertim Reges, & Principes, se se Christi Regno opponere, cum ipse sit à Patre, vniuersorum Rex constitutus? Et cui ab his, qui salui esse volunt, parendum sit. Hinc illa vox: *Quare fremuerunt gentes, & populi, meditati sunt inania admiratur?* Hac interrogatione, stultitiam hominum contra Christum conspirantium. Cum ipsorum conatus irriti sint, futuri, & inanes. Subdit: *Astiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum, aduersus Dominum, & aduersus Christum eius.* Hoc est, concilia fecerunt, & deliberauerunt, contra Deum, & eius filium videlicet, contra Christum Iesum. Quem intelligunt omnes vetustiores Rabbini, vt fatetur Rabbi Salomon. Et ex recentioribus Eueneſtra. Vtitur deinde quadam Antropopatia, dicens: *Qui habitat in cœlis irrideuit eos.* Nam, hi humani affectus in Deo nō sunt, nisi secundum effectus, & actiones, & humanorum indicant: *Molimiuum dispationem.* Hæbrei habent pro verbo illo: *Qui habitat, qui sedet.* Id est, *qui præsidet pro Tribunali.* Iuxta, quam iudex, dicturus est.

Psalm. 2.

Rabbi Sal. Eueneſtra.

214. Glossa.

Tertio Lyranus, dicit: *Astiterunt Reges terræ* Id est Hærodes, qui vocatur Rex Galileæ. Mat. c. 6. & 4. Pilatus qui tunc tenebat locum Imperij, & Centurio, sub eo, dicebatur regulus Ioan. cap. 11. *Principes Iudæorum, & Sacerdotum, conuenerunt in vnum.* Ad tractandum de morte Christi, vt expresse dicunt quatuor Euangelistæ: *Aduersus Christum eius.* Absolute apparet, quod non de Dauid sit sermo, sed de Christo, in lege, & Prophetis promisso: *Qui per excellentiā dicitur Christus.* Et subditur: *Tunc loquetur ad eos in ira sua.* Origenes. Hæc refert ad obstinatos in perfidia sua, quibus Diuine ad monitiones, non profuerunt: *sermone (inquit) sine supplitijs, reprehenditur, quisquis ad huc exorationis gerit, qui vero nichil reprehensione, iuuatur castigatione, quæ fit Virgis, ac flagris oppius habet.* Sentit ergo Origenes, Deum vel ipsos Reges, & populos, persequutores suos, & inuitorum, ad tam cōsilia vocasse sermone iræ indice; sed quia resipiscere noluerunt: tunc (id est) cum iudex pro Tribunali sedebit, irrideuit, & sub sanauit eos, nec id solum, sed in furore etiam suo conturbauit eos. Thessalonicensibus cap. 2. in quid Paulus de Iudæis, qui Dominum Crucifixerunt:

215. Lyra. Mar. c. 6. Ioann. 11. Concilium contra Iesum.

Origin.

Ad Thes. 2.

Peruenit super illos ira vsque in perpetuum.

216. Quarto denelatam esse à Christo, inanem gentium, contra fidem conspirationem, docet elegantèr Tertullianus lib. 2. Iudæos ad Psal. 44. sic dicens: *Licuit, & Christo Dei, in Psalmis sine bellicis rebus, Ensem sermonis Dei præcingi figurato; cui prædicta tempestiuitas congruat cum gratia labiorum, quem tunc cingebatur super fœmur apud Dauid, quando venturus in terras, ex Dei Patris decreto nuntiabatur, deducit inquit te magnitudo dexteræ tuæ, virtus scilicet gratiæ spiritualis, de qua Christi agnitio deducitur, sagitte tuæ inquit, acute per volantia, vbique Dei præcepta minantes traductionem vnius cuiusque cordis, & compangentes, & transfigentes conscientiam, namque populi sub te cadent adorantes: sic bellipotens, & armiger Christus, accipiet spolia non solius Samariæ, verum & omnium gentium.* Hæc ille.

Tertul.

Deinde Iosuæ qui Israelitas introduxit in terram Promissionis, figuram fuisse (ait) Christi, qui debellatis Chananeis Regibus; idest mundo, Diabolo, & carne, nos introducturus erat in terram Promissionis, melle, & lactæ manantem; idest in vitæ æternæ possessionem, qua nichil dulcius: ideo (inquit) ille vir, qui in huiusmodi Sacramenti Imagines parabatur, etiam nominis Dominici, in auguratus est figura, vt Iesus nominaretur; nã qui in Moysem loquebatur, ipse erat Dei Filius, qui, & semper videbatur. *Ioan. 1.* *Deum enim Patrem, nemo vidit vnquã, & vixit.* Et idem confirmat ipsum Dei Filium Moysi esse loquutum; & dixisse ad populum: *Mal. 3.* *Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam.* Idest populo, qui te custodiat in itinere, & introducat, in terram, quàm præparaui tibi, & paulo infra, dici Iosuæ Angelum, qui Gubernaturus sit populum, & sedes in terra Promissa, assignaturus, affirmat, quare sicut contra Iosuæ, & Israelitas omnes Reges Chanaam coniurarunt, irritique fuerunt; coniurantium connatus; ita Regum & Principum, tàm Iudæorum, quã gentium, in Iesum Christum, & illius Apostolos, cæterosque Apostolorũ successores, facta conspiratio, in nichil recidisse compertum est.

217. Quintò, non solum irritos fore, impiorum connatus, & innanes declarat ba tricinium Dauid; sed etiam supplitium graue proponit; quo puniendi sunt, qui *Psal. 2.* contra Christum obstinato animo vixerint: *Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos.* Hebreus habet *conteres eos in iurga ferrea.* Chaldeus legit: *Aspereris, & durus aduersarijs, qui si reuellare voluerint sceptro tuæ iustitiæ inflexibili, ac seueritatis, perinde illos conteres atque solet à figulo, vas coctum contineri, conterique.* Eiusmodi fere similitudine, vsus est Hieremias, qui con fracta laguncula coram senioribus Dei nomine dixit: *Hier. 19.* *Populum istum, & vrbem istam confringam: sicut hoc vas confringitur, quod reparari non potest.* Fere similia, vt in textu sunt verba.

218. Certè, nulla similitudine, magis ex primi potuit, quàm seuero iudicio tradendi sunt impij, crudelesque Iudæi, quàm illa de vase con fracto; quis vnquam sparsas particulas vitrij, iterum componendas collegit? Quis eas ad pristinam vasis integritatem restituit? Quis ad perfectam illius compositionem reuocauit? Videte Iudæos, qui per vniuersam terram, ab eo puncto quo sunt diuisi, & distracti, nunquam tamen ad pristinam vnitatem, & concordiam atque dominium sunt reuocati: & merito, quia dominus in pœnam tantæ ingratitudinis dissipauit eos.

Eleganter Clemens, lib. 3. Pedagogi, cap. 8. inquit: *Inutilis est populus, qui Christum, non sequitur.* Et Amb. Psal. 35. introducit Christum, ita loquentem ad Iudæos, dicens: *Ego propter vos, pauper ego propter vos aolens; & vos mihi manus intulistis dicentes, tollamus in lignum, quia inutilis est nobis, mittamus lignum, in panem eius. Sapient. cap. 2.* Bene panem dixit, pro carne eius; ille alimentum detulit; isti pro beneficio, retulere supplicium, non mirum ergo; si æsuriunt, qui sibi vitæ æternæ alimoniam denegarunt, nesciebant quid loquerentur Iudæo: & mysterium loquebantur: Paradysum nobis Crux reddit Christi: *Iudæo, primum, & Græco, inquit Paulus.* Primo enumerans Iudæos, vt qui primi fuerunt, in honore, primi futuri sint in supplitio. Recte igitur conqueritur Christus de Iudæis, nomen eius sanctissimum blasphemantibus: & de tanta ingratitudine post tot, tanta beneficia;

Clemens. Alex. lib. 3. c. 8.

Ambr.

Sapient. 2.

Paulus.

Post Mannæ, scatilem pluuiam,
& post, petræ aquatilem
sequelam.

§. II.

Quomodo Deus, pro Israele pugnauerit; & qualiter illi populo; nempe Iudæorum: Opem dederit aduincendum.

219. MVlta beneficia videbis à Domino facta Hebræis, vt vincerent, ex quibus colliges dilecte, quam grandis fuerit illorum ingratitudo. Pugnauit enim Dominus, pro Iudæis, tribus modis. Primus modus fuit, quod quiescentibus Iudæis; Deus pugnabat in eorum defensionem, quod accidit in transitu maris Rubri, secundum illud. Exodi c. 14 vbi dicitur: *Respexit Dominus Castra Ægyptiorum, per columnam ignis, & nubis; interfecitque exercitum eorum, & subuertit rotas curruum, ferebanturque in profundum.* Hoc ita futurum, prædixerat Moyses: *Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis; ideſt non mouemini delittore, de quo videbitis inimicos vestros fluctibus inuolui.* Sic etiam in torrentibus Arnon Deus ingressuros Israelitas, e Moabitarum, vbi de super, ab occultatis Amorreis in cauernosis scopulis erant ad vnum sagittis configendi, defendit; illorum hostibus interfectis: nam Deus scopulos, qui latibulum præbebant Amorreis impulit in torrentem: qua ruina omnes suffocati sunt. Rursusque eosdem erexit scopulos, vt sine impedimento in terram duorum Regum deuenire possent Israelitæ.

Tribus modis pugnauit Deus pro Iudæis

Exod. 14.

220. Comparauit Scriptura ista facta, nempe transitum maris Rubri, & transitum torrentis Arnon; quia vtrobique Iudæis nihil agentibus, Deus ipsis victoriam attulit vnde dicitur in lib. vellorum Domini: *Sicut fecit in mari Rubro, ita faciet in torrentibus Arnon. Scopuli torrentium inclinati sunt, vt requiescerent in Arnon, & recumberent in finibus Moabitarum.*

Numeros c. 21. n. 14.

Simile est quod euenit regnante Ezechia, cum Angelus Dei, denocte in castris Assyriorum occidit: *Centum octoginta quinque milia* 4. Regum, cap. 19. Similis victoria Deo Iudæorum hostes profligante, contigit in diebus Iosaphad Regis Iuda, de qua agitur 2. Paralip. cap. 20.

4. Reg. 19.

2. Paral. c. 20.

221. Secundus modus est, cum Deus suis manum præstitit auxiliarem, ipsis aliquid agentibus: sic in oppugnatione Hiericho; postquam septem dies Israelitæ illustrarunt ciuitatem; septimo die Diuina virtute muri corruerunt à fundamento. Rursus cursum Solis; Deus infrenauit; vt lucem impertiret mundo; donec Iosuæ ad exitum perduceret vellum, contra quinque Reges ad Gabaonem pugnantes; immisit quoque de cœlo lapides grandes, grandinis; in descensu horum, quibus plures quam quos gladius iugulauerat occisi sunt, & Iudith. c. 7. scriptum est, à Iedeone: *Cum trecentis millibus totidemque lagœnis fractis.* Impetum datum in exercitum hostium innumerabilium, in quos Deus tantam iniecit turbationem, vt dum contra Iudæos se, de certare arbitrarentur, se inuicem perimerent; quo facto, infinita prope modum Barbarorum multitudo corruit.

Iudit. c. 7.

222. Tertius modum est, cum Deus hostium vires infregit, aut Iudæis alioquin in vellicis, & ignabis animos abdidit ad rem strenuæ gerendam; infracturum se vires hostium terrore iniecto pollicetur Deus, Exodi. cap. 23. & Deut 7 *Terrorem meum mittam in præcursum tuum, occidamque omnem populũ ad quẽ ingredieris; cunctorumque inimicorum tuorũ, coram te tergã, vertam.* Se quoque suppeditaturum populo vires ad velum affirmat oraculum, Deut. cap 8. *Ne dicas in corde tuo, fortitudo mea, & robur manus meæ; hæc michi omnia præstiterunt; sed recorderis Domini Dei tui, quod ipse tibi vires præbuerit; vt impleret pactum suum.* Pugnasse igitur, Deum pro Israelitis, & deinceps, pugnaturum, si pietatem coluerint: de secundo, & tertio modo intelligendum est.

Exodi 23. Deut. 7.

Deut. 8.

Videte dilecti; qualia Dominus pro inuãdis Iudæis fecerit; etiam videte qualem ipsi ingratitudinem haberint seqẽtes Deos alienos, videatis oportet modo flagitia quæ illis euenerunt pro tanta ingratitudine à Deo offenso.

223. Hinc ille quatuor quadrige: *Quæ egrediebantur, de medio duorum montium.* In quibus æqui varij coloris erant Zachariæ; cap. 6. Quid enim aliud significant, quatuor curruum; & tot equorum tam multiplices paratus, quam quatuor Imperia; quæ ob fortitudinem, & robur inuictum, Montes Ærei, dicuntur; & in Iudæos, eo quod à Deo per impietatẽ recesserint in missa sunt? Nonne Chaldæi Hierusalẽ vastarunt? Perse etiã regnante Asuero, Iudæos in vniuerso Regno vbi essent, vno die interficere sunt machinati; quod fecissent, nisi prudens Hester alio depulisse Asueri animum. Græci, licet Iudæis minus noxij fuerint; ita do-

Zachar. 6.

mi-

mitos habuere, vt nichil, contra eorum scita, moliri auderent Romanum Imperium quod in quadriga quarta, significatum est; ita Hæbreos attriuit, vt vsque ad hæc tempora caput ad cœlum attollere vix possint sine Rege, sine Propheta, sine Templo, toto erant Orbe Deo, & hominibus Exosi; quod supplitiũ, & cætera quæ vnquam perpessi sunt; si grauitatem, & durationem, consideres longe superet; iure Rabi Samuel, Marrochianus ad Rabi Isaac scribens ait: *Israeliticum populum antiquis peccatis vnum omnium grauissimum, & maximum accumulasse; vnde tam insignis pœna profecta est, nempe Christi Domini, qui verus est Messias, in lege promissus cædem, quem enim colere, & venerari debuissent vt Deum, hunc multis probrijs prius affectum; tandem vt Discipulis, orrori esset tanquam facinorosum hominem, in Crucem egerunt.* Hæc ille, non tacebo, quod quatuor quadrigas, apud Zachariam imperia mundi significantes, Daniel cap 7. appellat: *Quatuor ventos.* Quia mysterio non vacat, quod ventos appellat Maiestatem Imperij; vt intelligamus honores, diuitijs, & cætera mundi paramenta, quibus per aera leuamur, in nichilum recidere, quid est, imperia, aut diuitias, magni facere. Nil vētos manutenere? Ecclesiastic. 5. dicitur: *Miserabilis prorsus infirmitas, quomodo venit, sic reuertetur: quid ergo prodest, ei quod laborauit inuentum?* Quid nobis profuit superbia aut diuitiarum iactantia, cæterum orbis terratum, imperia; siue dicantur quadrigæ, siue ventos appelles Hæbreos ad Idola relicto Deo labentes, & turpissima scelera patrantes; ita atriberunt, vt veluti puluerem ad diuersas mundi partes, vsque ad finem proiecerint; quo exemplo monemur, ne ingratitudinis mæram prosequamur, sed persequamur.

Rabi Samuel. Rabi Isaac

224. *Dan. 7.*

Ecclesiast. 5. n. 15.

Sapient. 5.

§. III.

Qualiter gratiarum actio, sit Deo gratissima.

225. REuocemus ad memoriam, qualiter Ionas, in ventre cæti, tanquam in carcere inclusus, memor fuit, Diuinorum beneficiorum, quibus fugiens à facie Domini in Tharsis, ingratus se præbuerat Ionæ 2. hinc ille voces: *Cum angustiaretur in me anima mea, Domini recordatus sum, qui custodiunt vanitates, frustra misericordiam suam de relinquunt; ego autem in voce laudis immolabo tibi; quæ cumque vouj, reddam pro salute Domino.* Quasi dicat, ego qui si uero fruens cœlo Dei mandatum neglexi, in vtero cæti, tanquam in tenebroso Hipogæo, occlusus Dei sum recordatus, vitæ præteritæ pœnitens; illorumque detestans, perfidiam, qui idola colunt, & peccata quæ foris bona videbantur nichil solidi gaudij in se habent; id circo frustra custodiunt illa, *custodiunt*, dixit Hieronymus id est: *Multum diligunt, & quasi rem prætiosam seruant, hi miseri cordiam suam derelinquūt, id est voluntro sibi mortem asciscunt relicto Deo, qui paratus est, omnium misereri sicut mei misertus est, non ego huius ero consilij sectator, sed se Deum mihi fauentem, & propitium colaudabo & voti, quod pro salute mea vobi, reus non ero.*

Ionæ 2. n. 8.

Hieron.

Audiuit Dominus Ionæ præces, & grati animi significationem, nouo cumulauit beneficio, dixit: *Dominus piscj, & euomuit Ionam in aridam.* Hoc est, ad Pontum Euginum teste Iosepho, lib. 9 antiquit. cap. 11. vel ad eundem iopem portum; ex quo fuerat profectus, quod est longe melius.

226. *Ioseph.*

Extant in sacris litteris multa loca, ex quibus facile constat, exigi à nobis quodam quasi debito honestatis, cum Diuinis augemur beneficijs, celeré, & officiosam; gratiarum actionem; ne liberaliter effundenti in sinum nostrum numini eximij amoris pignora; ingrati videamur, exempla præterea nobis plurima suppetunt, quibus declaratur, quam seuere Deus eos puniat, qui acceptis Diuinis beneficijs, indormiunt, & beneficij numinis obliti, in scelera omnia cæco impetu ruunt.

Habes etiam apud prophanos huius rei, non exempla solũ, sed dicta etiam, & Apothecmata non vulgaria; præsertim apud Valerium Maximũ, lib. 5. c. 3. vbi in Athenarũ vrbem inuehitur, quod honestos viros, & de Republica optime benemeritos; non solum præmijs non affecerit; sed multis modis probro, & supplicijs in nocentes animaduertit; quod cum vbique tum præcipue Athenis intolerabile videre debuit, in qua vrbe aduersus ingratos, actio constituta est, idque merito: quia dandi, & accipiendi beneficij commertium; sine quo vix hominum vita extat perdit, tollit, quisquis, benemerito parem referre gratiam negligit.

Valerius.

Quanta ergo merentur reprehensionem; qui cũ equissima iura, sed iniquissima

227.

ma haberent ingenia moribus suis quam legibus vti maluerunt de quibus, intrepide blasphemat maximus Valerius, loco citato: *Sic luceat Marathon persicus trophæis Salaminis, & Artemisium Xergis naufragia numerantur prævalidis manibus exustra mœnia pulchribus opibus consurgunt, harum rerum victores, vbi vixerunt. Vbi iacent? Responde nempe, thessa particulo, in scopulo sepeliri, & Melchiadem in carcere mori, & Cimonem Patèrnas inducere Cathenas, & Themistoclem victorem victi, hostis genua complecti? Solenemque cum Aristide, & Pholione penates suos ingrata fugere coegisti? Cum interim cineribus nostris fœde, ac miserabiliter dispersis, œdipodis ossa, cœde Patris, nuptijs Matris, contaminata inter ipsum Areopagũ Diuini, atque humani certaminis, venerabile domicilium, & excelsis præsidijs minervæ arcem honore Aræ decoratos, Sacro Sanctiores colis, à Deo tibi aliena mala, tuis bonis gratiora sunt.* Hæc ille, vbi vides, si tam fœda res est ingratitudo, cum de humanis beneficijs sermo est; qua poterit pœna torqueri ingrati erga Deũ pectoris vesania?

Valer.

240. Conqueritur Deus per Micheam, cap. 6. de populo Hæbreorum dicens: *Populè meus, quid feci tibi, aut quid molestus fui responde mihi. Nonne ego te eduxi de terra Ægypti, & de domo seruientium liberaui te?* Vbi notanda sunt verba, illa *de domo seruientium*. Quid in honorabilius quam seruituti datis mancipijs? *Domus enim Ægypti, domus seruientium erat; quia Ægyptij sunt descendentes ab Chã, cuidata est paterna maledictio. Maledictus Cham, sub continua seruitute constituit te; ergo vos gloriosè Edaxi de domo seruitutis.* Et super hoc addenda sunt bona: *Misi ante faciem tuam Moysem, Aaron, & Mariam; vt de Ægypto educeret misi Moysem, vt tamen legem doceret misi Aaron, vt exemplum præueret obsequendi, Mariam misi.* Et hoc grande beneficium; & vt inquit Philo Iudæus lib. de Antiquitati Bibliæ: *Propter hos tres, dedit Dominus populo illi tria bona eximia Manna, propter Moysem dedit; quia quasi pater familias à lere debuit filios suos, & sic panem Angelorum præbuit illis Dominus, panẽ Angelorum, manducauit homo, & cibaria misit eis in abundantia.* Ciuauit eos, ex adipe frumenti, &c.

Mich. c. 6.

Philon.

Nota.

Psal. 80.

Propter semper Mã

Propter Aaron dedit Dominus columnam ignis; quia erat Sacerdos, de cuius munere est lucere, & exemplum recte viuendi dare, sed propter Mariam Sororem suam. Dedit illis Dominus aquam de petra; vt sicut aqua domos purificat; sic per mulierem domus purificata, & pulchra fit: nam dicuntur fœminæ pulchritudo domus. Et si petra est Christus de cuius latere sanguis, & aqua manauit, & septem Sacramenta ortum duxerunt de latere Christi, hoc per Mariam semper Virginem, cuius typum illa gessit factum est. Videte ergo qualia, & quanta bona Dominus Iudæis contulerit.

na; quia pastor. Propter Aaron columã lucis; quia Sacerdos, & Magister. Propter Mariã aquam, vt purificet domum.

Sed post Mannæ scatilem pluuiam & post petræ aquatilem sequelam, ingratissimi Deo extiterunt; ad Aaron dicentes: *Da nobis Deos qui nos præcedant*. Exod. 32. ignorantes Deum benefactorem suũ, vbi notandum venit verbum illud *ignorantes Dominum*. Nam qui ignorat, illud bonum quod recepit, quasi nũquam tale bonum recipisse iudicat, non sicut qui obliuiscitur: nam qui oblitus est aliquãdo in memoria beneficium retinuit, qui verò ignorat, nunquam recepisse putat: ita exaggeranda malitia est, itaque põderanda bonitas Dei: *Congregata sunt inquit super me flagella, & ignoraui.* Deus ita pronus ad misserendum quod quasi nunquam esset offensus putatur, apud se. Sed talis ac tanta malitia Iudæorum, quod Deum benefactorem ingratissimi ignorauerunt, quasi nunquam ali quod bonum ab eo recepissent, & merito Tertulianus dixit supra: *Bonorum sicuti, & malorum intollerabilis magnitudo, cap. 3.*

Exod. 32.

Psal. 43.

Sed notandum valde quod in pœnam tam eximiæ ingratitudinis Iudæorum, accedente morte Moysis famuli Dei, defecit Manna; & mortuo Aaron Summo Sacerdote, defecit illis columna ignis: & mortua Maria Sorore eorum defecit, aqua; vt sic etiã Hæbrei intelligant, omnia illis deficere beneficia, ex quo ingrati animi sunt. Hinc odia, hinc opiniones, hinc iurgia, hinc etiam ab Ecclesijs, nobilissimis illorum deuenit ignominiosa repulsa; sed quia hoc in Hispania specialissimum est. Strenueque obseruatum; placuit, aliqua ad nostrum intentum cõcernentia, de statuto Tolerane Ecclesiæ; huc adferre, audi animo grato, quæ ingratis parantur Iudæis ludibria. Pro quo sit.

229.

(.?.)

§. IIII.

Qualiter in Toletana Ecclesia ingratissimi Iudæi, & qui ab illis descendunt repellantur, & odio habeantur, vbi quinque causæ assignantur de rectitudine statuti Toletani, super hoc.

230. *D. Velazq. Legatur Sapientissimus Pater Cruz. tomo illo celeberrimo de statuto Toletano, est Ordinis Sancti Hieronymi, miræ eruditionis.*

NOn tacebo illud quod à curata lucubratione tradit Doctor, quidam Velazquea nuncupatus, in vtroque iure, Laureatus, de statuto Toletano contra Iudæos ann. 1547. sub Ioanne Silicco Archiepiscopo Toletano, vbi affirmat recipiendos non esse illos, qui sunt ex circuncisione Iudæi, sed expellendos ab illa Magistrali pompa, & merito tam insigni beneficio priuandos.

Causa quidem in ipso Authore in promptu est: quia innumerabiles Iudæi partim: quia expelleuantur ab Hispania, partim ne bona in mobilia perderet, partim vt magis nocerent Christianis, nexerunt se esse Christianos, & postea detecti sunt esse Iudæi, & vsque in hodiernum diem, deteguntur, & puniuntur nepotes eorum.

Sed quis non mirabitur, homines Iudæos in Hispania natos, adhuc spectare Messiam quorum multi iustissime à senioribus puniti sunt, & per Tribunalia Sancta Inquisitionis per vagantes, inueniuntur; sine Sinagogis, Catholicam Religionem, & legem Euangelicam improperantes modo legem veterem, quæ iam mortua est, custodiunt, quam dum salutaris erat non seruauant, immo tales sunt isti perfidi Iudæi, quod sustinendo tormenta propterea quod talem legem defendunt ipsam legem negant interrogati, quare legem illam amplectuntur, pro qua mori non audent? Respondent; ipsos mori non audere pro lege illa, quæ data illis fuit vt viuerent, non vt moriantur, hinc videtis dilecti mei Catholici, qualiter Iudæi timidissimi, in occulto colunt, quod in publico diffitentur.

231. *Iudæi non admittuntur in Ecclesia Toleti. Euseb. Nicephor.*

Igitur priuantur beneficio Ecclesiastico in Hispania, sed specialissime in Toletana Ecclesia celeberrima. quia in alijs Regnis, non ita est cognita distinctio, nobilium, & ignobilium Christianorum, legite Eusebium, lib. 4. cap. 5. & Nicephorum, lib. 3. cap. 25. nam filij, & nepotes eorum, sepius suorum maiorum Iudæorum vestigia sectantur; & ne fotiarentur cum nobilibus Catholicis, & fermentum hoc totam massam corrumperet; merito reijciuntur; & vt bene Lyrānus. danus, in Apologet. tom. 2. dicit: *Pietas Christianorum, hoc fecit, vt in muris ab hac labe permaneret Chatolicæ veritatis Senatus. Ita Chrysost. dit. Paulum, per Hispaniam peregrinasse: quia in ea nouerat feruorem, cœlumque altissime charitatis.* Chrysost.

Et quamuis multi existimassent, dicum Paulum per Hispaniam non prædicasse, tamen Isidorus lib. de ortu, & interitu Sanctorum illud affirmat, & Hieronymus, lib. de viris illustribus id indicat: *Sic dicens, Paulum ab Herode dimissum per Hispaniam prædicasse.* Et Sophronius Areopiscopus Hierosolimitanus, idem sentit, Dionisius, Gerardus, Masilius, dicunt habuisse Paulum; traasitum ad Hispaniam, Galiam, & Italiam, vbi scribunt super epistolam ad Rom. cap. 15. & à Iudæis persecutus est, & à filijs eorum: Isidorus. Hieron. Sophronius. Dionisius. Gerardus. Masilius.

232. Dico ergo statuta hæc, esse recte data, & cõfirmata. Ratio est: quia cum sint de rebus meræ pontinis, dubitandum non est, quin possint à Sede Apostolica confirmari, nam dignitates (excipio Episcopatum) & beneficia omnia, è Ecclesiastica, ex iure positiuo sunt; non ex iure Diuino; & quemadmodum beneficia instituuntur, diuiduntur, & vniuntur, & extinguntur; Summi Pontificis Authoritate; multo magis ab eodem fonte, manare potest ordo, & modus conferendi eadem beneficia, his, vel illis, personis; quod Catholicis omnibus cõpertum est.

Sed inquiunt Iudæi confirmationes istas, falsa relatione, fuisse impetratas: quia sunt statuta contra ius Diuinum: In quo asserto; nõ solum temerarij sunt, & mendaces; sed etiam hæretici, manifesti; nam temere, & falso aiunt, propter falsas relationes, statuta fuisse confirmata, & asserere, tot Summos Pontifices confirmantes, errasse in his quæ sunt iuris Diuini; hæresis est euidentissima; alias ruerent, Imperia Pontificia; nam etiam dicere possent, ex falsa relatione, errasse circa diffinitiones, ad fidem pertinentes; vt rectè notauit Turrecremata, quare isti puniendi sunt, & concremandi. Turrecremata.

233. Et si quis dicat, esse contra ius naturæ: quia innocens sine causa damnatur. Respondeo: Innocens non damnatur sine causa: quia isti successores insequuntur, ex exempla maiorum, & imitantur actiones illorum, & sæpius deteriores fiunt, & in promptu est, totam inficere communitatem, & Senarum Christi deformare.

Rur-

Rursus, dicet aliquis, ergo ista, exceptio personarum est acceptare personas. Paulo contradicente, & dicente: *Non est distinctio Iudæi, & Græci.* R. Quod non est distinctio, vt vocentur ad fidem, & in ea recipiantur; est tamen maxima distinctio illorum, qui iam recepti sunt, & intra Ecclesiam ad quasdam Ecclesiasticas dignitates habendas, propter causas congruentissimas quas dabimus, sed nunquid, ò Iudæi potestis esse Catholici, si non æstis Canonici Toletani? Nunquid scindetur tunica in consutilis Ecclesiæ propter vos, qui odio habetis vnitatem Ecclesiæ, & Seniorum inquisitorum diligentias? Vos, o Iudæi, Scismata introducitis, cizaniam seminantes cum tritico; quod ab sit à consortio, nobilium, & bonorum Christianorum; vos ipsi scitis, ita esse quæ dixi, non negabitis.

Paulus. Rom. 2.

Audiatis modo rationes quasdam peculiares ob quas æquissimum, & iustissimum iudicauitur statutum Toletanæ Ecclesiæ, quod lubenti animo veneranatur nobiles, & bene sentientes.

CAVSA PRIMA.

234. MVltis de causis propositum statutum factum fuisse constat, quarum prima in eodem, & in eius confirmationibus posita illa est, nimirum vt honori, ac Ecclesiæ decori, consulatur; & vt illustretur personis nobilibus, claritate generis, ac dignitate pollentibus, qua ratione, statutum hoc magis fauorabile, quam odiosum est, non enim tam, in odium conuersorum, quam in fauorem Ecclesiæ, confirmatum esse videtur; fere enim in Ecclesijs Germaniæ, Mogunti-na, & Colonienſi; id factum est, vt non ingrediantur, nisi nobiles, non tamen illi, qui ex circumcisione sunt, quid ergo mirum, quod etiam hoc priuilegium datum sit Toletanæ Ecclesiæ, quæ inter cæteras Hispaniæ (paucis exceptis) primatum tenet? Et quid, quod quibusdam specialiter concedatur, quod alijs, non conceditur?

CAVSA SECVNDA.

235. CAusa secunda, de qua ante memini, est nobilium fauor: *Nam vt Cicero pro Sextio (inquit) omnes boni, semper nobilitati fauemus, & quia, vtile est Rei publicæ, nobiles esse homines, dignos maioribus suis: & quia viget apud nos clariorum hominum, & suorum de Republica, meritorum memoria, etiam mortuorum, atque equidem gentibus, quoque eadem placuisse, perspitias, Romulus enim postquam discreuit potiores ab inferioribus; mox legibus latis præscripsit, quid vtriusque faciendum, vt Patricij, Sacra curarent; Magistratus gererent; secumque Rempublicam administrarent, plebei: vero, ab his negotijs inmunes essent.* Hæc Dionisius Alicarnaseus, notauit lib. 2. Romanarum antiquitatum. Theseus etiam: *Nobilibus tractandi rem Diuinam Magistratus ex suo ordine creandi, administrandique leges, tum pia, Religiosaque interpretandi, diffiniendique potestatem fecit.* Author Plutarchus in eodem Theseo.

Cicero. *Dionisius Alicar.* *Plutarch.*

Antiquitus quoque hi, qui nobiles, & claro loco nati erant, in ciuitatum aluum referebantur; eosque vrbs, quælibet, in Curijs, Senatorum loco habeuat, atque constituebat, vt habet Nicephorus, lib. 16. historiæ Ecclesiasticæ, cap 44. Huc accedit, quod in Episcopo deligendo, & in Ecclesiasticis beneficijs distribuendis, magni refert, nobilis, quis sit, an ignobilis; proponens electoribus Episcopi cuiusdam, Sidonius Apolinaris, nobilem quendam eligendum, lib 7. epistolarum inquit: *Sinat alibus seruanda reuerentia est: quia, & bos, non omnitendos Euangelista monstrauit; nam Lucas laudationem Ioannis agressus, præstantissimum computauit; quod Sacerdotali, de stirpe veniebat: & nobilitatem vitæ prædicaturus, prius tamen extulit, familiæ dignitatem.* Hæc ille.

Nicephor. *Sidonius Apollinar.* *Nota hoc.*

Beneficia vero Ecclesiastica, potius nobilibus esse conferenda, quam ignobilibus, ex iure patet, quod docuit Tiraquelus, agens, *de nobilitate*, cap. 10. Sed poterit quis piam insurgere contra nos dicendo, Apostolum Paulum docuisse sublatam esse in omnibus distinctionē Iudæi, & Græci: *Itaque iam omnes, in omnibus æquales esse debent, atque inde fieri, vt excludi nequeant, ipsi à beneficijs Ecclesiæ Toletanæ: dicit enim Paulus, ad Rom. 2. tribulatio, & angustia, in omnem animam, hominis, operantis malum, Iudæi primum, & Græci; gloria autem, & honor, & pax, omni operanti bonum; Iudæo primum, & Græco, non enim est acceptio personarum apud Deum.* Et in epistola 1 ad Chorint. c. 12 inquit: *Etenim in vno spiritu omnes nos in vnum Baptizati sumus, siue Iudæi, siue Gentiles,*

Tiraquel. *Paul. ad Rom.* *1. ad Chor. 12. n. 13.*

Ad Gal. c. 3. n. 26.

les, siue serui, siue liberi; & omnes in vno spiritu potati sumus. Et ad Galat cap. 3. *Omnes Filij Dei estis per fidem in Christo Iesu, quicunque enim in Christo Baptizati estis, Christum induistis: non enim est Iudæus, nec Græcus, non est seruus, nec liber, non est masculus, nec fœmina; omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu;* Rursus ad Colossenses, cap. 3. dicit: *Non est Gentilis, & Iudæus, circuncisio, & præputium, Barbarus, & Scyta, seruus, & liber, sed omnia in omnibus; Christus.*

Ad Colos. 3 In margine masculus, & fœmina.

Sed tamen respondeo, quod ex epistolarum lectione clare patet Apostolum non loqui, de dignitatibus, aut honoribus huius mundi, sed de his quæ pertinent, ad fidem, & Baptismum, & ad induendum nouum hominem: & in eam sententiam, Diui Pauli verba, interpræ-

236. *Respondetur quæstioni.*

tantur, omnes Sancti, & Catholici Doctores: quorum aliqui adijciunt, non esse distinctionem Iudæi, & Græci, apud Deum, nec in his quæ attinent ad qualitatem gratiæ, ad salutem, & misericordiam consequendam, ad Spiritus Sancti dona, ad gratias gratis datas, ad Sacramenta necessaria, ad animam, & spiritualia omia; sed nullus eorum confundit, status hominum; nec aplicat verba Pauli, ad euersionem politicæ nobilitatis, nec ad æqualitatem hominum in æqualem.

Chrysost. ses. 23.

Diuus in Chrysost. epistolam ad Rom. cap. 2. ses. 23. colligit ex Apostolo, Christum, leges suas, non ad hoc induxisse, vt euertat policias, sed, vt ad melius instituat: igitur D. Paul. nihil docet, aut scribit, quod sit contra statutum propositũ; sed altercationem illam componit: modo confutando Iudæos modo Gentiles, & vtrosque ad concordiam adducendo, ostendens omnes peccasse, & omnibus venisse gratis gratiam fidei, & Euangelij Christi, & non suis meritis: itaque quidquid ex Paulo colligunt cõtra statutum, bene, & inepte colligunt, vt constat.

CAVSA TERTIA.

237. ALia causa confirmationis, statuti Tolerani fuit; quia non nulli, ex Hæbræis conuersi; beneficia Ecclesiastica possidentes intra eandem Ecclesiam, tãquam de hæresi suspecti, mandato seniorum Inquisitorum, comprehensi fuerũt, & eorum multi combusti, alij pœnitentiati, fuerunt: eorum meritis id exigentibus non in paruum de decus ipsius Ecclesiæ; & aliarum, quod quidem, non solum Toleti, sed Hispali, & alijs quoque Ecclesijs Hispaniæ sæpe contigisse constat; & in ea Ecclesia Cordubensi. Thesaurarius quidam, de solemni Processione coram populo fuit captus, & propter Hæresim, combustus: qua ratione confirmatum fuit tale decretum à Paulo Tertio PP. M. quare, cum causa ista in memoria sit; & non dum oblita vsque in hodiernum diem, iustissime seruatur tale decretum; nam eorum parentes multos viderũt igni datos, quod nõ paruum adduxit infamiæ ipsis Ecclesijs.

Cordubæ quidã Thesaurus.

CAVSA QVARTA.

238. IVdæi perfidi, ex quibus noui Christiani nati sunt; per mille sexcẽtos annos, & inde: Christum Dominum quotidie Crucifixentes sunt; consentientes maleficio, & sacrilegio patrum suorum, & eũ eum occidere millies (vt vólunt) non possent sæpe Christianos pueros, Cruci affixisse deprehensi sunt, ac sæpius Sanctam Imaginem Christi flagellasse, fregisse, & conculcasse; hoc quis ignorat? Quod factum fuit his nostris temporibus in Regia Sede Regis Hispaniarum Catholicissimi nostri Philippi Quarti, cognomẽto Magni, anno 1630. vbi perfidi Iudæi: *Quorum patriam consulto prætermitto.* Vbi quidam perfidi Iudæi: *In occursu, quod vocant, la calle de las Infantas.* Imaginem Christi Crucifixi, sæuissimis flagellis cederunt, & conculcauerunt quibus. O Diuina pietas! O miraculũ grande! Imago ipsa Christi, Idiomate Hispano locuta est, sic dicens: *Pues soy vuestro Dios como me tratais tã mal?* Et sanguis de toto Imaginis corpore exiuit, & gutte sanguinis decurrebant super terram, illis hoc insipientibus, & habentibus corda duriora saxis, quod totum factum, ipsi Hæretici, seu Iudæi corã senioribus Inquisitoribus cõfessi sunt, & causa bene inspecta publice cum signis suæ perfidie corã omni populo sunt combusti. Ego aderam tanquam Minister Sanctæ Inquisitionis de Suppræmo Senatu Calificator; Præsidente, Eminentissimo Cardinali Zapata, & ex omnibus Religionibus, Doctissimi, & Vigilantissimi Doctores; pro defendendis rebus fidei. Præsentes quidem fuerunt, etiam tanquam Ministri, supremi Senatus, de nostra familia multi; inter quos aderat Reuerendissimus P. M. Fr. Mar-

cus

eus Salmeron Generalis P. M. Franciscus Boil', celeberrimus concionator. P. Magister Maldonatus, Magister Toletus, Magister Cantañazor, Magister Pinedo, Magister Sancta Gadea, quorum minimus ego, sotius eram, ac Qualificator.

239. *HæreiLusitani erãt.*

Sed nunquid, æquum esset, vt isti perfidi Iudæi (qui Castelliani non erant) aut eorum filij, & nepotes ad Canonicorum Dignitatem in Toletana Ecclesia ascenderent? Aut in futurum ascendant? Quis tale commentum somniumque non irridebit? O bone Deus, qui talia crimina permisisti! Recte quidem dixerant patres eorum ad Christum Dominum, dum eum Crucem ferentem inspexissent: *Sãguis eius super nos, & super filios nostros.* Super priores illos Iudæos, sanguis ille Domini Iesu, & super filios eorum, etiã & sanguis iste; & quidem in eorum ignominiam, & in Domini Iesu maiorem gloriam, nouamque venerationem, vt vidimus in tota Curia Regia, vbi festa magnifica, & concliones celebres, totam Christi familiam ad nouum Saluatoris honorem, pia deuotione induxerunt. Sic Tertullianus dixit, lib. de Palio circa principium: *Pretium apretiati.* Ipse transtulit: *Pretium honorati.* Quia nouus honor, nouaque veneratio illi data est; sed pro plausu Hispanorum nouoque & præcedentissimo fauore ponderabo, quod cum Christus Dominus in eius Imagine à perfidis Iudæis conculcata loqueretur, vsus sit lingua Hispanica, & idiomate Toletanæ Diocœsis, vt intelligamus vestiri habitu dilectorum, & dilectam Sponsam nouo fauore prosequere? vt colligas Hispaniam toto cordis affectu Sponsum Iesum defensuram semper: Toletique Regnum, Regem atque nostrum Philippum sanguine suo, & opibus id in æternum, præse ferre; quia vis amoris sui offensas non sustinet dilecti Iesu Dei nostri. Qua in re solum Iuda Scariote peiores sunt isti Iudæi, qui semel Christum Dominum vendidit, & quidem peiores dico, primo; quia ille se peccasse confessus est, deinde quia ipse dixit se sanguinem iustum tradidisse, postremo, quia scelus suum, acerbissime puniuit, quamuis male desperans laqueo se suspenderit.

Tert. lib. de Pal. De quo late infra, habes contionem integras.

Isti vero Iudæi nil horum faciunt, sed exultant in rebus pessimis Christum Dominum quotidie blasphemantes, vt ait Hieronymus in Esai. cap. 49. propter quod, & quia Beatissimam semper Virginem Mariam Dei Matrẽ quotidie execrantur; id circo, irridentur ab omnibus, ita Petrus Galatinus, lib. 9. de Arcanis, c. 10. ita inquiens: *Et quis dicet iusto iusto iudicio filios Iudæ admittendos?* Dicã mihi do, quis etiam dicere audeuit, filios filiorum suorum qui peiores facti sunt ad Toletanas dignitates promouendos esse? Absit. Et quis ignorat ab his perfidis Iudæis, prope Toletum in Villula, quæ vulgo dicitur, *la Guardia*, puerum innocentem Crucifixum ab eis fuisse, & flagellatum; quãsi in eo Christum Dominum crucifixissent iterum, absit ergo vt ascendant ad tam altam dignitatem, iustum ergo est statutum.

Hieron.

Galatinus.

CAVSA QVINTA.

240. SI Diuus Paulus prohibet, Neophitum eligi in Episcopum; ne in superbiam elatus in iudicium incidat Diaboli, pari ratione possunt, noui Christiani arceri à nonullis beneficijs Ecclesiasticis! quia fieri; dum egent, humiles admodum, se esse fingunt, sic in dignitatibus, & honoribus cõstituti superbissimi esse solent; maxime aduersus nobiles, veteresque Christianos.

Cui accedit illud Apostoli Pauli, ad Titum, cap. 1. *Sunt multi inobedientes, vani loqui, & seductores, maximè qui de circumcisione sunt.* Vbi Theophilactus, adiungit: *His quidem, & Dominus Præsidendi exprobrat cupiditatem; qui vel post fidem susceptam id morbi, nil omisserunt.* Et D. Thomas, ad verba illa: *Maxime qui de circumcisione sunt, inquit, qui cogebant homines Iudaicare.* Ergo non iniustum, nec nouum vt isti circumcisi Iudæi sint, ambitiosi, inobedientes, vani loqui, & seductores, legite Concilium Toletanum 4 lib. decretorum, const. 17. quæ l. 4. vbi determinat quod Iudæi, officia publica non appetant, eo quod sæpius vitij sunt, Iudaizare, & blasphemare Christum, & Iudaicos ritus sæpius perpetrãsse, & abominandas circumcisiõdes exercuisse.

Ad Titum.

Theophil.

Tolet. Cõc.

CAVSA SEXTA.

241. RVrsus, hi, qui ex circumcisione sunt, habent maiori ex parte vitia quædam peculiaria, & frequentissima, qua ratione non solũ ab Ecclesijs quibusdam Catredalibus expulsi sunt; sed etiam

Sæpe vigẽt vitys Iudæi.

ab omnibus Collegijs scolarium, & ab aliquibus Monasterijs, etiam reijciuntur in Hispania, vt patet in Collegijs Salmanticensis scollæ, præsertim in celebri illo Collegio D. Bartolomæi, & alijs, & in cõplutensi Collegio celeberrimo Sancti Ildefonsi, vbi lacte, totus sapientiæ fuit educatus Pater ille pauperum S. Thomas de Villanueua, & alij, quam plures celeberrimi Doctores; quibus nouilitas, & sapientia aderat, magistra decoris.

Reijciuntur à Collegijs quarãdam Religionũ.

Extant etiam Collegia Religionum, præsertim Sancti Dominici in Vniuersitate Vallisoletana, nempe Sanctæ Crucis, Sancti Gregorij, & incomplutensi Scola Collegium Sancti Thomæ, vbi omni litterarum fulgore claret virtus, & de nostra Sacratissima Redemptorum Familia extant Collegia Salmanticæ, & compluti ibi Collegium vere Cruciis, sub protectione Sancti Ioannis Gilaberti; qui oppe Diuina, rore Crucis madente, & fecundante felicissimum illud spatium fundauit eum, vbi floret virtus, sapientia viget doctissimorũ patrum nostri Ordinis scolla gloriatur, ibi quidem erat Sinagoga Iudæorum, & locus ille factus est Templum fidei Scolla Sanctitatis, & ciuitas refugij, ibi monimenta doctrinæ Sanctæ ibi officina omnis litteraturæ, vbi, nunc, nunc, Sacræ Theologiæ professores quatuor celeberrimi, inueniuntur, ibi speciale, PP. decreto solum nobiles, & vetusti Christiani admittuntur, ab eoque pro culpeluntur Iudæi, aut qui de circũcisione sunt, quod idẽ obseruatur in complutensi Collegio nostræ Religionis: vbi ego omnium Minimus collega fui, similiter in multis alijs, harum, & aliarum Vniuersitatum obseruatur acerrime, æquibus cuta notabili Iudæi expelluntur, & execrantur, quod cedit in confirmationẽ, Toletani decreti, & statuti merito laudabilis.

242.

Mementote, ò Iudæi, quod Dominus noster Iesus Christus, de parentibus vestris, scribis, & Pharisæis aiebat, Matth. 23. *Quod amant primos accubitus in cœnis, & primas Cathedras in Sinagogis, & salutationes in foro, & vocari ab hominus rabbi, & alibi, cauete ab scribis, qui volũt in stolis ambulare, & salutari in foro, & in primis Cathredis sedere in Sinagogis, quod habet Lucas*, cap. 11. Sunt etiam inquieti, excitatores vitiorum, & sunt lupi rapaces sub ouina pelle merito ergo in Hispania nostra odio habentur, & à beneficijs huiusmodi reiiciuntur, & si forte apud alias nationes boni sunt Iudæi, ibi quiescant, ibi beneficia habeant, ibi glorientur, hoc bonum illis nostra tamen cementeria illos non appetunt, sed execrantur.

Matth. 23 n. 6.

Luæ 11.

Quis ignorat, quod temporibus Regis Ioannis secundi: Marrani quidam cõiurati fuerunt contra præfectum Tolleti (Marrani sunt Iudæi, qui ad fidẽ cõuersi sunt, & iterum de Christianismo ad Iudaismum redierunt) & temporibus Ferdinandi, & Elisabetæ Chatholicis dictis; ob nimium charitatis affectũ erga Christum Dominum, Iudæi ab Hispania, acriter, & iustissime electi sunt: quia sæpius inuenti sunt Iudaizantes, & nomen Christi Domini blasphemantes; ore sacrilego, & corde peruerso.

Rursus apud Iudæos scriptum est: *Si Iudæus, & Christianus venerint coram, te litigantes pro iure suo; respice, si per legem Iudaicum potes pro Iudæo offerre sententiam, & vbi nullam inueniás, si per leges gentium inueneris secundum eas in Iudæi fauorum iudicato, dicens Christiano, ita fieri mandat lex tua; quod si neaueris eorum, legibus: poteris Iudæo fauere cautellis, & fallacijs, ne sententiam pro Christiano feras: quia Iudæis licitum est pecunias extorquere, hæc retulit Finus Adrianus in flagello, contra Iudæos*, lib. 3. cap. 7.

243.

Iudæorum prætextus.

Finus Adrianus.

In summa ergo si in Collegijs fere omnibus Scholarium Hispaniæ, & etiam in Collegio Hispanorum, Bononiæ, non admittuntur, hi qui sunt ex circuncisione, nec in Monasterijs Sancti Hieronymi, nec Sancti Francisci de Padua, nec in nostra Religione Sanctæ Mariæ de Mercede, & in alijs erit similiter; nec in successione multorũ primogenitorum, siue maioratuum, nec in officijs Sanctæ Inquisitionis, nec in Religione Militari Sancti Iacobi, Sancti Ioannis, & alijs multis Religionibus; vt ex constitutionibus earum constat, sic vidi, in nostris immo in aliquibus Cõgregationibus secularium, non admittuntur Iudæi, quare disquiro, admitti debent, in tam celebri Senatu qualiter, Congregatio nobilissimorum virorum, vbi præsidere multoties contigit de stirpe Regali Princeps, vt nunc extat Infans noster Ferdinandus de Austria Romanę Ecclesię Cardinalis, frater Cesaris nostri inuictissimi Philippi Quarti Hispaniarum Regis Chatolici, qui Toletanæ Ecclesiæ est Corona, & ornamentum super eminés: ipsa quidem primatum tenet Ecclesiarum, ergo

sine

sine aliarum præiudicio id fieri non posset, reijciantur ergo opportet Iudæi qui ex circunciſsione sunt, à tanta dignitate, quippe qui euaserunt infames in futurum, eo quod morte turpissima afferunt Redemptorem mundi, Christum Iesum, & in hoc illis lucet prima illa ingratitudo, nam quale bonum illis accidere, & euenire poterat, ex illa tam infami malitia, & ingratudine qui post: *Mannæ scalitem pluuiam, & post petræ Aquatilem sequalem.* Et post mare Rubrum qui ficco pede transierunt, eiecto improfundo Pharaone, & post egressum de captiuitate Ægypti, tam ingrati fuerunt; quod loco gratiarum actionis ad Aaronē vociferantes, dixerūt: *Facnobis Deos?* Nūquid erat Deus in Israel, vt cōsulerent Deum Acharon? Vt alter, ille Rex? Merito ergo talia patiuntur Iudæi, qui de circunciſsione sunt; & filij eorū, & nepotes eorū, nam disquiro, quem dabit pastū, pastor ouibus suis, si pastor est infectus, & maculatus atque leprosus? Profecto qualis pastor talis, & pastus erit, taceant isti leprosi pastores; vt habetur in Leuitico, cap. 13. vbi dicitur: *Caput nudum os veste contectum.* Quid si pastores essent Episcopi, & Prælati? Quid si Prædicatores? Quid si Canonici Toletani fierent, væ vobis, & væ, multoties græbus illorum.

Exod. 32.

Leuit. 13.

Multa alia inuenies in libello illo paruulo, vbi agitur de statūto Toletano; ex quo promptuario, quæ tibi obtuli libentissime desumpsi; vt huc transcriuerem, vt omnibus innosceret, tantæ Ecclesiæ dignitas, pulchritudo, & nobilitas virtutibus, & sapientia decorata, illuc refero Lectorem Doctissimum, sufficiat modo hæc pro elucidatione sententiæ Tertuliani, quam pro ingratitudine, & supplitio Iudæorum declarandam suscepimus.

Remito lectorem ad liber. nuper editum de statuto Toletano per Reuerendissimum Pat. Fr. Ioannē de la Cruz. S. Hieron.

CAPVT SEXTVM.

PROSEQVITVR AVTHOR.

TEXTVS.

344. Ipsa à Deo est quæ fidem, & subsequitur, & antecedit, denique Abraham Deo credidit, & iustitiæ deputatus ab illo est; sed fidem eius patientia probauit, cum filium immolare iussus est, ad fidei non tentationem dixerim; sed Typicam contestationem: cæterum Deus quem iustitiæ deputasset, sciebat: tam graue præceptum, quod nec Domino perfici placuit; patienter, & audiuit, & si Deus voluisset impleſſet. Merito ergo benedictus: quia, & fidelis; merito fidelis: quia, & patiens, ita fides patientia illuminata, quum in nationes seminaretur per semen Abrahæ, quod est Christus, & gratiam, legi super duceret, ampliandæ, ad implendæque legi, ad iutricem suam patientiam præfecit; quod ea sola ad iustitiæ doctrinam retro defuisset, nam olim, & oculum pro oculo, & dentem, prodente repetebant; & malum, malo fenerabant, non dum enim patientia in terris: quia nec fides, scilicet, interim impatientia ocasionibus læ-

Genes. 22.

gis fruebatur facile erat, absente Domino patientiæ Magistro, qui postquam supervenit, & gratiam fidei, patientia composuit; iam nec verbo quidem lacesere, nec factue quidem dicere, sine iudicij periculo licet prohibita ira restricta animi, compressa petulãtia manus: *Exemptum linguæ venænum, plus lex quam amisit invenit; dicente Christo, diligite inimicos vestros, & male dicentibus benedicite, & orate pro persecutoribus vestris, vt filij sitis, patris vestri cœlestis.* Vides quem nobis Patrem patientia aqquirat? Hoc principali præcepto, vniuersa patientiæ disciplina, succincta est; quando, nec linguæ quidem male facere concessum est. Huc vsque in cap. 6.

EXPLICATVR LITTERA AVTHORIS.

245. *Interpretes.*

CIrca hanc litteram Tertuliani, Beatus Renanus, nichil dicit Pamelius autem, & Cerda, aliquid tetigerunt. Igitur patientiam laudat Tertullianus dicens: *Ipsa est quæ fidem, & sub sequitur, & antecedit.* Vt intelligas, tam radicale fundamentum esse virtutis fidei; quod videatur absente patientia, fidem deficere, & aponendo exemplum in Abrahamo inquit: *Quod Deo credidit, & illi deputatum est ad iustitiam.* Ideſt iustus inuentus est: *Nam fidem eius patientia prouauit* Quasi patientia sit argumentum fidei, in illo; fuit enim tentatus à Deo; vt Filium suum immolaret, & illa quamus nohine tentationis exprimatur, non tentatio sed contestatio Typica est: quia Isaac, significat Christum immolandum super struem Crucis. Bene, hic legit Tertulianus: *Iustitia deputatus est ab illo* Sic etiam legunt Pamel. & Cerda, quasi dicat, iustus habitus est, Abraham Deo, ideſt: *Deputatus est iustus.* In alijs locis Tertulliani, vt habetur in lib. de Bapt. cap. 13. & ex Ireneo contra Valentinianos, cap. etiam 13. dicitur: *Abraham Deo credidit, & deputatum est illi ad iustitiam.* Et simili locutione procedit, D. Cyprianus, epist. 63. sed non contra dicit: quia ibi: *Deputatum.* Sumitur pro facto ipso, ex intentione, & oppere, & hic, *deputatus*, sumitur pro ipso Abrahamo, qui fuit approbatus à Domino, & inuentus iustus, hic dicit Author *deputatus*, ab illo est.

Tertul.

Tertul. Pam. Cerd.

Ireneus.

Cyprianus

246. *Merito fidelis: quia, & patiens, & merito benedictus: quia fidelis, & fidelis: quia patiens; Abraham Domino placuit præcepto tam graui imposito illius obedietia, sed nolleuat perfici opus, vsque ad extremũ, gladius iam erat libratus, ligatus puer, resolutus Pater, sed Dominopla cuit sacrificium, quod si Dominus voluisset impleset.*

Tertul.

Rursus, fides, ambitur patientia; fidem Abrahæ antecesit patientia, & ad ipsius fidem, etiam patientia subsequuta est: & ista patientia quæ sub sequuta est, antecedit fidem nouæ legis, eamque illuminat: *Sic dicit Tertullianus, ita fides patientia illuminata cum in nationes, seminaretur.* Per semen Abrahæ quod est Christus, & gratiam legi super ducerat ampliandæ, ad implendæque legi: *Ad iutricẽ suam patientiã præfecit.* Quasi dicat, fecit Deus patientiam ad iutricem fidei, & quasi dicem, & fundamentũ adhibendam fidem: *Sic legit Cyprianus, dicens, ipsa est, quæ fidei nostræ fundamẽta firmiter munit. Præfecta est, & quasi magistra virtutũ* Itaque patientia est dux fidei, & illi quasi præsidet, est quidem dux ad iuuans ad fidem; & simul ad intrix cum illa, ad patranda multa, quæ sine patientia non herent, & etiam dicitur. *Esse præfectam, & quasi prælatam fidei.* Quia nisi patientia adfuisset, quæ duritiem, & asperitatem aliquarum rerum non dulçorasset, forsitam fides locum non inueniret, sic dicitur ad intrix fidei, i. sique quodammodo præfecta.

Cypr. de bono pat.

Nam olim oculum pro oculo dentem pro-

257.

Text. *prodente repetebant, & malum, malo fœnerabãt.* In hac parte assignat Author distinctionem quam ponit Euangelistã dicens: *Audistis: quia dictum est antiquis, diliges amicum tuum, & hodio habebis inimicum tuum; ego autem dico vobis diligite inimicos vestros; benefacite bis qui oderunt vos.*

Matth. 5. n. 21.

Exod. 21. Leuit. 24.

Antiquitus vt habetur in Exodo, cap. 21. & Leuitici 24. *Oculum, pro oculo, & dentem, pro dente.* Repetebãt, vsque dum venit Christus, qui dixit, diligite inimicos vestros, vt recte ponderauit Balerianus Episcopus sapiens epist. 13. cuius verba referuntur à recentioribus: *Et sunt hæc non dubito esse aliquos, dilectissimi, qui sub hac sententia perfectam putent stare iustitiam, quæ dicit oculum pro oculo, dentem prodente, dominabatur quidem ista, dudum apud sæculi homines; sed ideo: quia nec dum autor venerat bonitatis, qualem autem putatis fuisse iustitiam quæ olim mortis operabatur in iuriam? Et nullus profecto adhuc finis esset pœnæ, nisi Christus noster cruentis legibus oleum misericordiæ miscuisset, hoc est vere sine dolo implesset iustitiam, bonitatis exhibuisset doctrinam, his ergo dilectissimi, eruditionibus instituti, anti quæ legis amaritudinem dilectionis studio temperemus; ne videatur ille perfectæ modum excessisse iustitiæ qui in latæ vicem reportat iniuriæ. Hæc ille, apud Cerdam hum. 5.*

Balerianus hom. 13.

Cerda.

Sed notandum est verbum illud, *repetebant*, ideſt vnum pro alio, mutuabant, malum scilicet, pro malo, & fœnerabant malum, qui mala contra proximum faciebant, hoc est *fœnerare*, mutuo reportare, & frequenter Cyprianus, cap. de oratione, inquit: *Deum fenerat quando quis pauperis miseretur.* Idem Nyssenus, & Hieronymus

Cyprian. Nyssenus. Hieron.

Et cum patientia in terris non dum esset, quia Dominus patientiæ non dum venerat; ipsa impatientia, occasionibus legis fruebatur. Quasi occasio impatiendi fruitionis esset ad vindictam malefactorum; & sicut adnotauit Anonimus: *Innocens inter tormenta fruitur securitate conscientiæ.*

Anonimus

Facile erat absente Domino patientiæ Magistro, qui postquam superuenit, & gratiam fidei, patientia composuit. Recta quidem locutio est illa qua dicit Author: *Absente Domino.* Quia Dominus pacientiæ Christus, ipse super illam Imperium habet: *Et Magister est.* Bene quidem Discipuli dixerunt, eum esse Dominum, & Magistrum; quia vtrumque circa patientiam, labores; & tormenta sustinendo exercercebat, & sicut Dominus: *Et sicut Magister.* Vt Dominus mãdans: *Ego autem dico vobis diligite inimicos vestros.* Et sicut Magister; quia ipse orauit pro persecutoribus suis dicẽs: *Pater dimitte illis.* Vt Pater exortat Filios: vt frater alicit: *Vt sitis Filij Patris vestri celestis.* Videte inquit Tertullianus: *Qualem nobis Patrem patientia acquirat.* Vt nec lingua, nec manus aduersus proximum eleuentur, quod sine iudicij periculo, nõ licet. Sic legitur Matth. 5. *Omnis qui irascitur reus erit iudicio.* Vnde Hieronymus ad Marcellãm. Sic dicit: *Qui irascitur non se esse iudicat Christianum.* Itaque prohibetur in lege Euãgelica, linguæ benenum: *Quia patientiã linguam temperat, mentem gubernat, pãcem custodit.* Ità Cyprianus *de bono patientiæ.* Et Socrates apud Themistium: vulgarem illam antiquorum sententiam de odio habendo inimico, in melius conuersam amando, valde laudat. Vt dicat bene Tertullianus: *Quod plus lex quam amisit inuenit.* Et Hylarius Can. 19. in Matth. dicit *Æquum esse, legem illã fœnici cõmertio mutare.* Multa alia inueniens apud Cerdã, recte applicata, quæ Cõsulto prætermitto. Et hęc de littera Authoris.

284.

Mar. 5.

Matth. 5. n. 21.

Hieron.

Cyprian. Socrates.

Tertul. Hylarius.

ELIGVNTVR SENTENTIÆ.

Duas sententias notatione dignas inter alia inuenio in textu Tertulliani, prima, continetur illis verbis, loquendo de Abrahamo: *Fidem eius patientia prouauit.* Circa quam agendum erit, late, de patientia, fide, & obedientia istius Patriarchæ: *Secunda sententia stat illis verbis, nam olim oculum pro oculo dentem pro dente, repetebant: quia*

Tertul.

Tertul.

facile est, absente Domino patientiæ, & Magistro; qui postquã superuenit, gratiam fidei patientia composuit, inquiens diligite inimicos vestros, orate pro persecutoribus vestris, vt sitis Filij Patris vestri, videtis qualem Patrem patientia donauit.

Circa primam sententiam sit. Discursus 19.

§. I.

Historia de fide Abrahami, de patientia, & obedientia illius, apperitur.

1. Genes. 22. TAnti Patriarchæ, vt obedientiam, fidem, & patientiam, tam magni præcepti executione comprouemus; notanda sunt verba Sacri Textus. Genesis 22. vbi sic dicitur: *Tentauit Dominus Abraham.* D. Chrysost. tom. 1. hom. 47 inquit: *Quid est tentauit? Non quod ipse ignorasset tentationem, illum probauit; sed vt hi qui tunc erant, & qui ab eo tempore vsque ad præsens istud ipsum Patriarchæ desiderium, & obedientiam, in præceptis Dominicis præse ferre discant.* Hæc ille, vbi dicemus quod Deus aliter tentat, quam tentat caro, mundus, & Diabolus; nam Deus tentat homines, vt probet, vt coronet, vt alios edificet: tentat inquã, vt probet, non vt ediscat? Quia omnia nuda, & apperta sunt oculis eius; sed tentat, vt ille qui tẽtatur à Deo, probatus, & iustus, & coronatus appareat. Diabolus tentat, vt fallat, vt inducat ad peccandum; qualiter tentauit Euã? inquiens nequaquam moriemini: *Sed eritis sicut dij, scientes bonum, & malũ.* Caro tentat à litiendo ad peccandũ, & materialiter tentat; quia dũ anima immersa est in corpore quasi quodam pondere, ad ea quæ sunt carnis trahit, secundũ quod dicit solet: *Trahit sua quemque voluptas.*

S. Chrysost. to. 1. hom. 47.

Genes. 3.

Tentauit igitur Deus, vt probationẽ fidei efficeret eiusque obedientiã, & patientiam coronasset, in nocte tẽtauit; siue insomnia nocturna, siue in vigilia, & per Angelicã apparitionem locutus est.

2. Gen. 22. Origen. *Abrahã Abrahã, nomen repetit illius: O magnã amoris inditiũ!* Vbi Origines, inquit. *Repetito nomine vocatur? ad excitandam in eo attentionẽ res erat magni momenti, & sic nomen à Deo ipsi donari debuit. Hæc ille.* Sed etiã Chrysost. inquit, esse signum magnæ veneuolẽtiæ erga Patriarcham; quemadmodũ primo Regũ habetur in Samuele; qui Deo vocãte eum, atque dicente: *Samuel, Samuel* 1. Reg. 1. *surrexit de somno, & cucurrit ad Heli.* 1. Reg. 1. Chrysost. Videte dilecti, quoties vos vocauerit Dominus, iã in internis cogitationibus, iã externa vocatione; quæ aut fieri solet; consilio, & persuasione confessarij: voce Prædicatoris clamãtis; infirmitate, erumna, persecutione; morte amici, tempestate, amissione bonorũ, tunc existimate quod his omnibus vocat Dominus ad pœnitẽtiam: iam etiã scitis qualiter dilectã Spõsam vocauit, dum clamando ad hostium cordis, sæpius repetebat verba dulcissima Cant. 5 *Aperi mihi Soror mea, Spõsa aperi mihi.* Et non solũ loquendo, & dicendo: *Aperi mihi.* Sed etiã manibus operãdo, & pulsando, ipsa fatetur, dicens: *Vox dilecti mei pulsantis.* Pulsat in corde ad aures, Sol, ipse vocitat. O si Prædicatores qui luminaria sunt, luce vocarent, & operibus ad armã; & admenia ciuitatis Diuinæ. Gratiosus quidẽ Sponsus est dũ verbis, vocat & operibus. *Ne dicta factis desistentibus erubescant.* Vbi supra Tert. Tert. c. 1.

Cant. 5.

Sic igitur, Deus vocauit Abraham, repetito eius nomine; quia inditiũ magnæ dilectionis est, si Dominus, iterũ, & iterũ te vocat. Quare igitur nondas illi respondisti: *Toties Dei.* dit Tertul. lib. de carne Christi, nota, verbum hoc: *Toties Dei.* Idest toties, à Deo, Et toties tangens Deum in Eucharistia. Tertul.

3. Gen. 22. Igitur Abrahã responsum dedit dicẽs: *Ecce ego, & dixit illi Dominus, accipe Filium tuum dilectum, quem dilexisti, Isaac, & vade in terrã excelsam, & offer illũ in holocaustum, super vnũ montium, quẽ dixero tibi.* O magnũ præcepti pondus, & res, humanã transcendens naturã! *Tolle Filiũ tuum.* Inquit Dominus, verba sunt acriter verberantis: *Filiã tuum.* Hæ brea lectio habet. Sic, *magis pungit animum Prophetæ Tolle nunc Filium tuum, unicum tuum, quem dilexisti Isaac. Et septuaginta legunt. Tolle Filiã tuum, illum dilectum tuum, quẽ dilexisti, illum Isaac.* Vbi dico, quot sunt verba tot sunt verbera, tot stimuli, tot tentationes Primo, quia dicit: *Tolle,* non quidem voues nõ famulos, sed vt inquit Chrysost. ser. 10 *Filiũ, Aries quidẽ Abrahã ma-* Hebræ. Sept. Chrysost. & Chrysol.

tu-

turus ad innocentiã, grandeuus ad fidem, perfectus ad hostiã, paratus ad holocaustũ; affereuat Filiũ suum, Filium arietis; non tamen vitulos; quia Psal. 49. Dominus dicit: Non accipiã de domo tua vitulos; nec de gregibus tuis hircos: quoniam meæ sunt omnes feræ siluarũ, iumenta in montibus, & boues, cognoui omnia volatilia cœli, & species agri mecũ est. Si esuriero, non dicã tibi meus est enim orbis terræ, & plenitudo eius. Etsi ista repullit, quos arietũ Filios sibi deposcit afferri? Ad Abrahã loquitur, accipe Filiũ tuum dilectũ, Filium arietis, Filium quem præter omnẽ spectationẽ genuisti, & id in ipsa senectute, habere potuisti, ita Chrysost.

Psal. 49. num. 6.

Chrysost. & Chrys.

Secundo, *Vnicum*, hoc addit ad difficultatẽ obedientiæ; quia quando plures sunt Filij, ab aliquo seiungitur Pater eumque mihi immolari deposco: *Vnicum Filium tuum*. Tertio, *quẽ diligis, Hæbraicæ, quẽ dilexisti*. Sic legit Chrysost. & in Hebræo est, quasi dicat. *Cõtinuo, huc vsque si necessatione dilexisti, & diligis nunc.* Et iusta ratione dilectus, tum quia Isaac erat suauissimus moribus, Patris, reuerẽtissimus, & obediẽtissimus, recte ergo filius obediẽs, & bonis moribus instructus, præ cęteris amandus est, & diligendus: tũ etiam quia erat illi datus in senectute, & per miraculũ; tum etiam quia per Isaac promissa erat Abrahæ maxima posteritas, omnisque benedictio, & Christus ipse, per quem vitam æternã sperauat; quare filiũ suum offerendo, simul etiam omnes, spes suas, omniaque bona sibi promissa Deo offereuat.

Chrysost.

4.

Quarto ipsum vocat, *Isaac*, quasi dicat; dã michi tuum, Isaac idest lætitiam tuam. & gaudium tuum, iam futurus non risus, non lætitia, sed dolor, & tristitia; iam occisus non Benjamin, sed Benoni non risus, sed luctus.

Quinto, *offeres*, non ait, dabis eum offerendũ; sed tu tuis manibus, eũ trucidabis, cremauis, immolabis. Sexto, *michi*, hoc enim sic intelligitur; sciebat Abrahã Deũ humanas victimas detestari; sciebat, in Isaac semen, omniaque bona esse promissa; non ne ergo; dicere poterat, quomodo ergo Domine horum omniũ quasi oblitus, aut pœnitens, meum, tuumque Isaac occidi, tibique immolare iubes?

Septimo, *In holocaustum*. Vt nec corpus, nec pars vlla corporis relinquatur, sed totus Isaac; incineres redigatur, & quasi anichiletur. Octauo: *Tolle nunc*, nõ cras, non mane: *Sed nunc hac nocte, hac hora*. Et tanta fuit Prophetæ celeritas, quod eadem ipsa nocte obediuit, exiuit, vt immolaret Isaac, displicet enim Deo tarda conuersio. Licet tardam accipiat, 5.

cõuersionem, vocationem eius, de quo postea nonulla dicemus. Adit, *Vnigenitum*, quia, Isaac solus erat Filius repromissionis, vnice dilectus à Patre, & legitimus hæres suæ familiæ, & quamuis Ismael esset filius Abrahæ, tamen filius eius non reputabatur: quia ancilla eiecta iam erat, de domo illius, & potius alij vocabantur filij concubinarum, ad distinctionem Isaac, quem vocauat filium suũ, insignum eximiæ dilectionis, de quo late loquitur Iosephus, lib. 1. antiquitatum cap. 11. & cap. 13. legite Chrysost. serm. 47 elegantẽ fantem de tanto Propheta, ait enim sic: *Admiror ego, quomodo hæc iustus ferre potuerit, illum enim ipsum, inquit, tam desiderabilem tibi, offer michi in holocaustum, super vnum montiũ, quid igitur iustus Si non turbatus est animo, non confussus est mente; non consilio destitutus est: In tam graui præcepto, non cogitauat, non ratiocinabatur secum; cur hoc: Qui michi præter omnem expectationem beneficium exhibuit, qui per misericordiam suam emortuam suæ vulnam generationi idoneam fecit; nunc post quam ablactatus est, & creuit, & in flore ætatis est, occidere, & in holocaustũ offeri præcipit, qui Paulo ante dixit, in ipso vocauitur tibi semen; nunc diuersa præcipit, & quomodo implebuntur quæ ab eo præcepta? Quo pãcto enim fieri potest, vt radice execta rami pullullent, vel succissa arbore fructus proueniant, vel fonte arefacto flubij redantur? Iuxta hominis rationem talia fieri non est possibile; Deo autem volente fieri possunt omnia. Cæterum horum nichil cogitauit secum iustus ille, sed sicut gratus animus famuli, omni, ratione humana vnã tentã rem curauat, vt imperata, oppere impleret, & quasi factus ab humana natura alienus, & post ponendam ducens Diuinis præceptis omnẽ affectionem, & dilectionem ad implenda bona festinauit* Huc vsque ille, cuius verba singula ponderatione digna sunt, præsertim ad ostentationẽ obediẽtiæ, illa verba, *vt imperata opere impleret nichil turauat, quæsitando, & disquirẽdo*: quia præcepta Dei obseruanda sunt non disquirenda: *Vade* (inquit) *historia, in terram visionis*. In Hebræo habetur. *Vade in terra Moria*. Quæ dicta est Moria, mons Moria est mons Sion, in quo Salomon ædificauit Templum; ab Holeastro, dicitur mons Moria, *radix*, seu, *mirrha*.

Ioseph. Chrysost.

Mira Abrahæ obediẽtia sine relectatione & inquisitione sic debent imperata Diuina.

6.

Moria est Monsion. Oleaster.

Vbi Aloes, & Cinamomum versantur: quia Mons ille fuit amarus, tam Abrahamo immolanti, quam filio eius Isaac immolando, vnde Pagninus intelligit, idem quod, *Mori*, ideſt, *mirrha mea*, vel Deus, *mortuus*, quaſi dicat, *mirrha mea Deus*. *Pagni.*

Secundo Moria, deduci poteſt, à *radice*, idem in Hebræo, quod *Iare*, ideſt, *docuit*, eò quod lex ab eo fuerit data: vel *Moria*, dicitur, *timuit*: quia ibi voluit Dominus timeri. Simacus vertit, *Iara*, ideſt, *vidit*, ratione cuius, dicitur mons viſsionis, ita Villalpandus, lib. 3. de Templo, cap. 5. quia in Sion, & Moria, Prophetæ habuerunt ſuas viſsiones, ibique Chriſtus Dominus, viſsibilis apparuit: quia Deus hunc montem Abrahæ oſtendit, vbi voluit immolari eius filium, quãdo eum vidit filium offerre, eiuſque obedientiam coronauit. Barradas, vertit: *Moria*, ideſt, *pluuia Dei*. Vbi pluit Dominus, gratiam, & miſericordia ſuper eum. *Simacus.* *Villap.* *Barra.*

Diodorus Tarſenſis, dicit, quod mõs Moria, implures montes, & montiuinculos, diuiſſus eſt, nam in Orientali parte montis Moria fuit Sion, in qua erat, Arx Dauid; iuxta quam: *In area ornam, Iebuſæi*. Valide coempta, Salomon extruxit Templum vt patet 2. Paralip. cap. 3. alia pars Moria, extra vrbem Hieruſalẽ manſit, poſteaque dicta eſt Mons, Calbariæ, in quotam Iſaac, quam Chriſtus per eum ſignificatus, immolatum eſſe dicit Hier. lib. 16. de ciuit. cap. 32. vbi ſic: *Hieronymus præsbyter ſcripſit ſe certiſsime, à ſenioribus Iudæorum cognouiſſe, quod ibi immolatus fuit Iſaac, & Adam ſepultus, vbi poſtea Chriſtus eſt Crucifixus.* Sic docet Brocardus, in deſcriptione terræ Sãcte, & Genebrardus, lib. 1. Cronographiæ, qui dicunt quod in eodem montis tractu, treſſunt colles, siue montes, qui aliquãdo vna appellatione tunc, *Sion*, dicuntur, & aliquando peculiaria ſortiuntur nomina. *Diodorus.* *Paralip. 2. c. 3.* *Hieron. & Aug. quod ibi Chriſtus Crucifixus vbi Adam ſepultus, & Iſaac immolatus.* *Brocardus & Geneb.*

7. Primus eſt, *Sion*, qui propter celſitudinẽ, hoc nomine appellatur nam, *Sion*, ſignificat, *ſpeculam*. Secundus *Moria*. Tertius, *Calbariæ*, Mons in Sione, ciuitas Dauid, & Arx in Moria, Tẽplum, in Mõte Calbariæ, Chriſtus Crucifixus addunt nonulli Hebræi, in Moria ſacrificaſſe Abraham, & Catmum; item, Noæ, mox à diluuio ſed ſine fundamento ſuffitienti hoc dicitur.

Abraham ergo. Illo ſuo ſacrifficio quaſi initiauit, & conſecrauit montem Moria in Templum poſterorum, & Chriſti, itẽque monte Calbariæ, in Arã Chriſti,

Tertio nota, quod Aquila, per *Moria*, intelligit, *Lucidũ*, quia in Moria erat Templum, in quo erat, *debir*, ideſt oraculum Dei; & lex atque Chriſtus Sanctus, docens homines veritatẽ illuminans Prophetas, eiſque oracula inſpirans; ita Hier. *Aquila.* *Hieron.*

Dicit autẽ Rabi Paulus, quod in mõte hoc, celebrata eſt Paſsio Chriſti, & quod in eo Chriſtus ſe obtulit Patri, quod non eſt dictum cum fundamento; quia in mõte Calbariæ paſſus fuit Chriſtus, tamen in monte illo, aut prope, fuit, Cenaculũ, in quo Saluator cum Apoſtolis Agnum comedit, & Paſcha celebrauit, & Altaris inſtituit Sacramentum. *Rabi Pau.*

8. Sed alegoricæ loquendo, per montem Calbarię vbi Chriſtus fuit Crucifixus; intelligi poteſt mons Moria. Primo ob Crucis amorem. Secundo, ob holocauſtum, quod ibi obtulit Chriſtus. Tertio, quia ibidem legẽ Euãgelicã ſua morte ſanxit. Quarto, quia fuit terra viſsionis; quia in eo Chriſtus Crucifixus, mirandum terręq; cœloque ſpectaculum exhibuit. Quinto, quia ibi Deus docuit nos de Cathreda Crucis viã cœli; nam vt ait. Aug. tit. 9 in Ioannem: *Lignum illud vbi fixa erant membra morientis, Cathreda fuit Magiſtri docentis.* Rurſus Calbariæ mons, fuit Moria, ideſt, *pluuia Dei*, quia ſanguis Dei pluuia in eo effuſa eſt, denique fuit Moria, ideſt, *lucidus, & illuminans*, quia omnes homines Chriſtus ſuis radijs de Cruce illuſtrauit, quo circa, cum Sol, alium Solem in Cruce orbem illuminãtẽ cerneret; merito radios retraxit ſuos. *S. Aug.*

9. Secundo Moria, eſt Eccleſia: quia ipſa docet Crucẽ Chriſti ferre, & Sanctis ſacramẽtis, quaſi mirrha quadam, à peccati putredine, nos preſeruat; ibique Chriſtus in Sacramẽto, quotidie patitur, quotidie moritur: quia vt inquit S. Thomas: *Cõſecratio eſt myſtica mactatio.* Secũdo, quia in ea eſt timor Dei, veruſq; eius cultus. Tertio, quia ipſa docet legẽ, & Verbum Chriſti. Quarto eſt terra viſionis, quia ex illa ſola, peruerã fidem, videntur in viſi lilia, & ea quæ ſunt in cœlo, eſtque mõs inuertice montiũ Eſai 2. & habet videntes, ideſt Prophetas. Quinto, habet Doctorem Chriſtum, & Spiritum Sanctum: *Qui docẽt omnem veritatem*. Sexto, quia rore Diuinæ prædicationis irrigat corda hominum arentia. Vltimo eſt illuminis: *Quia ſicut Sol illuminat cœlum, et iã Chriſtus illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*, Ioan. 1. *S. Thom.* *Eſai. 2.* *Ioan. 1.*

10. Tertio Moria eſt, Beata Virgo, in cuius vtero Tẽplum ideſt, humanitas Chriſti,

sti, est edificata. Primo, quia Virgo, in Passione Christi, fuit mare amaritudinis: *Ideſt mons Mirræ.* Secundo, quia tam Christus se obtulit in holocaustū, quam etiam in pretium. Tertio, quia ipsa fuit Arca Testamenti, continens legem Dei. Quarto fuit terra visionis, quid enim vitiū dignius quā Deipara virgo tunc filiū intuendo suspensum? De quo vidēdus Reuerendissimus noiter Pater Magister Salmeron Generalis nūc totius Ordinis.

Reuerēdiſſimus P. M. Salm. Generalis totius Ordinis.

Rursus pro Maria, Septuaginta vertunt, *terra excelsa;* quia nichil excelsius Maria infra Deum. Quinto, quia fuit doctrix Apostolorum, post mortem Christi. Sexto, quia fuit ros cœli velusque Gedeonis, roratus gratiæ dona, tandem: quia fuit illuminans, Stella maris, & amicta Sole. Apoc. 12.

Apoc. 12.

Auguſt.

Sanctus Aug. lib. de Sancta Virginit. cap. 55. dit ad animam Sanctam: *Vtinam cor tuum esset mons, in quo immoletur Virginis Filius, in quo sit adimpletio legis, in quo, refundatur pluuia gratiæ, in quo, luceſcat Sol iustitiæ, ponemē vt signaculum, supercor tuū Can. 8. vt ibi sola sit meditatio, contēplatio, & prædicatio, Passionis Christi Spōsi, ita Cartusianus:*

Gant. 8.

11. *Igitur Abraham, de nocte consurgens.* In hoc patet feruida promptitudo illius ad obediendum: quia non expectauit vsque ad auroram: quidam aiunt, quod Sara quæ multum diligebat Isaac ignorauat hoc, & à Aug. Serm. 73. ait: *Nō ignorasse sed sciuisse, & consensum dedisse ad necem Filij obediens etiam nutui Diuino.* Iosephus autem refertur dicere quod ignorauit, ita Guillelmus.

11.

Auguſt.

Ioſeph. Guillelmus

AD IDEM.

Chryſoſt. Geneſ. 22.

D*Ie tertio.* Diuus Chrysost. ait: *Vide misericordiam Domini quomodo, & interuallo loci iusti prouauit virtutem, cogita autem quid probabile fuerit triduo illo sustinuisse iustum; reputauat enim secum, sibi præceptum esse, quod suis manibus, tam dilectum filium occidere deueuat. & nec rem illam communicare, & detegere audeat, & obstupescere piū, Religiosumque & prudentem animum: quia enim sciebat magnitudinem præcepti; prorsus hoc significauit, nec pueris, nec ipsi Isaac, sed solus secum agonem illum decertabat, & quasi adamas manebat inuictus, robur cogitationū tantū declarans, & non multa causatus ob tēperabat magno cum desiderio nutui Diuino.* Hæc ille.

12. Ponderate dilecti, verba ista, quam plena dulcedine sunt, & præsertim ad exagerandum dolorē paternum, notate verbum illud: *Sed solus agonem illum decertabat.* Quia cum erumnæ, & labores, communicatione amicorum aleuientur, dū lingua tacet, cor, in tormento est: *Die tertio.* D. Hieronymus ait, quod Isaac noe fuit natus ad quercum Mambre, siue in, Aulone, Mambre, vt in Hebræo habetur, sed in Ieraris; vbi, & Bersabe vsque hodie opidum est, quæ prouincia ante non grande tempus, ex diuisione præsidum Palestinæ Saluatoris, est dicta; huius rei Scriptura testis est, quæ ait: *Et hauitauit Abraham in terra Palestinorum, & dixit ei Deus tolle Filium tuum vnigenitum, quem diligis Isaac.* Et post pauca inquit idem Heronymus. *Notandum quod de Ieraris, vsque ad montem Moria, ideſt, sedem Templi, iter dierum trium sit, & consequenter illuc die tertio peruenisse dicatur male igitur quidam, Abraham putant, illo tempore ad quercum hauitasse Mambre; cum inde vsque ad montem Moria, vix vnius diei iter, plenum sit.* Huc vsque ille, vbi secundum eius sententiam colligo, quod de Bersabe sit profectus Abraham, ad montem Moria iter dierum trium; & forsitam propter hoc aliqui senserunt, quod de Bersabe, ad montem Moria, fuerit spatium viginti Leucarum, ita Dionisius Cartusianus. Sed tamen si aduertamus, quod Ieraris, non erat ciuitas aliqua, sed Regio, in qua erat illa ciuitas, quæ dicitur Bersabe, ex qua egressus est Abraham ad sacrificiū, & ad quam rediit post immolationem, vt Author, & Abulensis: colligo probabilius, quod de Bersabe, ad motem Moria, tantum sit iter vnius diei. Sed tamē, quia Abraham, erat senex, & onustus, & portauat necessaria ad sacrificiū propter hoc comsumpsit tres dies in itinere illo, alias iter vnius diei, & sic cōciliari potest sententia Hieronymi, cum alijs relatis.

Hieron.

Geneſ. 22.

Hieron.

Cartuſianus.

Abul.

13. Audiamus modo Origenem optime loquentem: *Per triduum ambulat Abraham, vt per totam viam, cogitationibus discerpatur, hinc vrgente præcepto, illic nec filij affectu reluctante; vt per omnia hæc spatium certaminis accipiant, hinc affectus inde fides, hinc amor Dei, inde amor carnis; hinc præsentium gratia; inde futurorum spectatio, iubetur quoque Abraham montem, ideſt cœlestia conscendere; vt loci altitudo, fidei, & obedientiæ, in operando significaret.* Hæc ille, mirifica profecto sunt verba, & notatione dignissima, vbi tempestas cogitationum irruit super Patriarcham.

13. *Originem.*

Vidit locum à longe, inquit textus Sacer. Cartusianus affirmat, speciali quadã reuelatione locum cognouisse, habuisseq; gratiam discretionis spirituum, & sic cognouisse esse reuelationem Diuinam, etsi præceptum grauissimum, atque difficilimum, & quasi à natura alienum. Sed Rabini affirmant cognouisse locum, ex aliquo signo quod erat in monte Moria; quo à longe facile cognosci posset; & aiunt esse, columnam ignis. Et forsitam propter hoc à sancto Hieronymo, vocatus est mons Moria, *Lucidus.* Circa locũ Caluariæ. D. autem Chrysostom. dicit: *Sed postquam ad locum illum peruenit, vt respexit Abraham oculis suis, vidit locum à longe, & dixit, seruis suis, sedete hic cum asyna. Vide, & hic iusti magnam prudentiam, & pueris vult esse occultum: per omnia declarans quod cum feruenti, & lacritate, & intento desiderio, implere vellet, quod Deo promittebatur. Nam, quia sciebat, quod nouum, & inauditum esset, nec ab vllo vnquam tale quidam factum erat antea, facit, vt lateat pueros, & ait spectate, & cum adorauerimus, reuertemur ad vos, fortasis ignorans futurum, sed tamen Prophetans dixit; ne eos sequerentur.* Hæc ille, vbi Prophetans videtur locutum esse secundum Chrisostomi sententiam. Aliqui affirmant, esse mẽtiosum, quando dixit: *Reuertemur ad vos.* Sic refert Melchior Cano per Cornelium. Alij vt Cay. quod si Deus voluerit reuertemur; non secundum Ordinem causarum naturalium. Sed Deo aliter disponente.

Cartusian. Rabini. Hieron. Cano, Cornelius; Cayetan.

14. Sed tamen Cartusianus, Origenes, & August. lib. 16. de ciuitat. cap. 32. aiunt, quod Abraham, indubitanter credebat filium suum à Domino suscitandum, si immolaretur. Sicque tam se, quam filium suum credebat redditurum ad pueros, siue simul, & statim; siue seorsum, ac successiue. Ait enim Paulus ad Hebræos, cap. 11. *Fide, Abraham obtulit;* id est, *offerre proposuit Isaac, quia à mortuis suscitare potẽs est Deus. Hinc loquitur Aug. cum Abraham immolaturus fuisset filiũ, laudatur credidisse cõfestim suscitandum eumdem, nec hæsit aut. Quod sibi reddi poterat immolatus, qui dari potuit, non speratus.*

Ad Hebr. 12. August.

Alcuinus. Alcuinus ait: *Indubitanti animo mactare filium Abraham voluit, laudabilis in constantia offerendi, & in fide suscitandi.* Hæc ille, ex quibus omnibus apperte videmus tanti Patriarchæ fidem obedientiam, & patientiam, secundum historiæ mentem. Videamus modo pro cõcionatoribus, illius excellentiam in sustinendo. Pro quo sit.

§. II.

Ponitur excellens patientia, & fides Abrahæ, tanquam exemplar nostrum, & historia prosequitur illius.

15. NOn tacebo, hinc, educere aliquid, contra patientiam Prophetæ. Ex hijs enim, quæ dicta sunt in parrafo præcedenti: præ cæteris notatu digna sunt, verba textus, vbi inquit Author loquendo de Abrahamo: *Fidem eius patientia probauit.* Sed si cognouit filium immolandum, statim suscitaturum, aut per donum Propheticum, etsi impropriæ hic fuerit Prophetia, vt (inquit) Chrysost. siue fuerit specialis reuelatio, de resurrectione, & certitudo ratione promissionis Diuinæ de Christo futuro, de semine illo videtur obstare ad meritum patientiæ, & doloris paterni: quia spectatio futuræ resurrectionis, auferre videretur incrementum, & granditatem doloris: & potius anticipatam adducere consolationem. Et idem in Christo Domino dum pareretur vnusquisque diceret; quippe: *Qui dixit post tres dies resurgam.*

Tertul. Chrysost. Matthæ. Marc. Lucas. Ioannes.

16. Sed tamen nullus audeat dicere, amorem Christi erga suos diminutum fuisse, nec dolorem in Abrahamo, ex certitudine resurrectionis filij. Quod enim Christus Dominus, ita gaudens ad mortem properet, non ex eo est; quia post mortẽ se resurrecturum sciebat, vt hinc colligamus lætitiam illam non esse amoris efficatiam, & excellentiam, sed esse leuamen datum à cognitione futuræ resurrectionis: quia efficatia amoris erga suos ad moriendum induxit: *Etenim oblatus est, quia ipse voluit.* Non ergo ad minuẽdum dolorem mentionem fecit de resurrectione: sed ad confirmandam fidem, & spem Discipulorum: *Sic quando Abraham dixit ad pueros spectate hic, ego, & puer, cum sacrificauerimus; reuertemur ad vos.* O Propheta, inquit Origenes: *verum, ne dicis, an fallis? Quia si habes impropositio reddire, ergo non occidere puerum: Etsi animus est paratus, ad occidendum eum; ergo non debes affirmare reuersum ad pueros? Sed tamen occidere voleuat, ex animo, & sciebat eumdem suscitaturum.* Sed difficultas crescit; quia si Abraham, nouerat filium suscitãdum; videtur quod minuatur dolor, cordis,

Origen.

dis, & meritum operis; & patientiæ. Ipse enim secum considerauit sic. Si moritur filius; quo modo impleuitur Diuina promissio de propagatione. Etiamsi non resurgat filium offeram ad Deum. Sed ad ipsum pertinet suum adimplere promissum; cum ad me pertineat obedire Deo. Ecce fluctuatio, quæ ad mentem poterat venire Prophetæ. Ecce qualiter affectus paternus augere potuit vim doloris. Ecce qualiter affectus credendi, ostentat securitatem, & certitudinem promissionis Diuinæ. Et ita fides resurrectionis, non minorauit doloris rigorem; & patientiæ altitudinem. Sed stante affectu paterno digladiante cor illius, staruat simul eximia excellentia virtutis fidei, quæ ad credendum inducebat in Diuinam promissionem de futura successione filiorum Abrahæ. Et ita ad Hebræos cap. 11. dicitur: *Hebr. 11.* *Fide obtulit Abraham Isaac arbitrans, quia, & à mortuis suscitare potens est Deus.* Non dicitur; *quia sperans, sed quia arbitrans.* Id est credens; quod Deus eum posset à mortuis suscitare. Quia ad obediendum; non expectauit: sed expectauit, quia à credebat; & sic nichil minuit dolorem certitudo illa fidei, quæ respicit promissionem; & dolor respicit affectum paternum, circa filium occidendum, ab ipso Patre. Sic Christus Dominus ita promptus erat, ad implendam voluntatem Patris, vt pateretur; Quod dolorem moriendi, & sustinendi tormenta; non temperauit futura suscitatio etiam cognita abipso. Sed amor erga suos, temperasset dolorem si abipso permitteretur. Itaque in Christo non minuit dolorem cognitio resurgendi die tertia: siquidem ad moriendum deposuit gloriam corporis, postea habituram, resurgendo. O magna amoris Christi erga nos efficacia! O indicibilis paternalis affectus! Qui deposita gloria corporis, pro nobis, vt pateretur resumpsit pœnam, atque dolorem crebrit dolor; in signum maioris dilectionis, *Ioan. 13.* gaudet dum patitur: quia cum diligat suos, *in finem dilexit eos.*

Sed secundo, in quires. Quare solus Abraham ad sacrificandum properat? R. primo, quod nolluit in eorum præsentia, filium immollare, ne illi ex compassione remitterentur, aut vllullarent (pueri isti Abraham, fuerunt duo serui illius. Ita Glossa intimat) secundo, quia quoquis certius cælestem induit figuram, Deique Imaginem in se portat, eo; cautior, ab omnium oculis, se sub moueat, hominumque fugere debet conspectum. Eo enim Imaginem virtutis Dei, certius nostris animis inhærere confidimus, quo magis eius splendores, & prosilientes radios ab oculis mortalium arcemus. Reuocat indubium, Cænon Veronensis, apud Lypomanum: *Quod hominis in principio indita sit Imago, & figura Dei, & disquirit in qua parte est? Quis illam vnquam cernere potuit? An quia illam numquam vidimus non habemus? Absit, Habemus plane, & quidem manifestam, ex ipso quod non est portantibus nota. Incomprehensibilis Dei Imago, inuisibilis sit necesse est. Denique oculis non est subiecta mortalibus.* Hæc ille. *Cænon. Lypo.*

Vbi ponderandum; nunquam nos melius Imaginem Dei portare, quam cum actiones virtutum ab oculis mortaliu elongamus. Ego non credam esse iustum, eum qui Imaginem Dei, in actibus virtutis fulgentem, & in publico curiosse portat, nam si est Imago Dei inuisibilis, etiã inuisibilibus debet esse. Hinc colligamus; quod quando Abraham erat, mactaturus filium Isaac, nil magis cauit, quam tantę virtutis opus, ab oculis adhuc suorum famulorum arcere, & celare: *Et ideo illos iubens manere ait. Sedete vos hic ego vero, & puer pertransiuimus vsque illuc; & cum adorauerimus; reuertemur ad vos* O firmissima virtus: quia ignota, quia est facile inobilis, quę sit incospectu aliorum, de hoc multa inferius dicemus, Deo dante, à gentes de hipochritis. Erat quidem Abraham, Imago Patris sacrificantis filium suum Iesum erat Abrahã, & Isaac, Imago Christi; recte igitur ad portandam gloriosæ Imaginem Christi, in solitudinem montis secessit Patriarcha tantus. Tam iustus, tamque obediens. *Genes. 22.* 17.

AD IDEM.

CVmque concidisset ligna in holocaustum, imposuit, super Isaac. Prosper. 1. part. prædict c. 17. & 18. ait: *Hoc fuisse, vt esset typus Christi Crucem vaiulantis.* *Prosper.* 18.

De ætate Isaac, variæ locuti sunt Doctores: nam Iosephus, lib. 1. antiquit. ait: *Fuisse dum ad sacrificium duceretur, c. 22. viginti annorũ, & quinque.* Et propter varietatem eorum, qui sententiam Iosephi legant placuit eiusdem Authoris verba tibi offere, desumpta ex eodem originali, vbi ad verbum hæc sunt: *Portasset autem cætera secum sacrificio necessaria; Pater victimam: Isaac vero cum præsen-* *Ætas Isaac ponitur. Iosephi 20. anni. & 5.*

tem

tem felicitatem eius studio percepisset. Cumque quinque, & viginti esset annorum: Altare constructo, interrogauit, quid esset sacrificaturus Pater, cum victima deesset? Ille autem dicebat, ad præuendū hoc idoneum, qui etiamque non sunt, Deus abundanter hominibus condonauit. Si propitius ad sacrificium suum, dignaretur accedere, dum ergo Altare fuisset constructum, & ligna super posita, & omnia præparata; dicit ad filium: O puer, quē in numeris votis à Deo optaui, michi conferri, & dum peruenisses ad vitam, nichil est quod pro alimento tuo, non feci; nec me felitiorem arbitrabar, nisi cum te viderem ad virilem iuuentutem peruenisse, & moriens, te successorem mei honoris, & principatus relinquere contigaderem, qui Dei voluntate, tuus Pater, suum factus: denuo secundum eius placitum, te repono, hanc fortiter portare dicationem: Deo namque te, cedo; qui hunc honorem à nobis dignatur accipere: Eo quod placitus michi fuit, ac per omnia suffragor. Natus ergo, feliciter morere. Non communi modo hanc vitam egredies, sed à Patre, proprio, oblatus Deo Patri cunctorum; ob legitimum sacrificium. Reor enim, quia te dignum iudicauerit; nec egritudine, nec velo, nec qualibet alia Passione, quæ solent hominibus accidere, ex hac vita liberare. Sed cum orationibus, & sacrificijs, animam tuam suscipere, vt apud se nichilominus optinere: Eritque de cætero, mei curam habens, senectute inque regens, qua gratia maxime te nutriebam. Hæc michi Deo scilicet pro te præuituro. Isaac autem habēs Patrem fortissimum, sapientiaque delectatus, & liuenti simè eius sermones, accipiens ait. Quia nec iustum esse, vt initio nasceretur, si Dei, & Patris iuditium esset refutaturus, aut non se monstraret, amborum, voluntatibus præparatum; quando liceret solo Patre hæc volente facere, si non obediret, esse se iustum; hæc dicens accessit, ad cedem pariter, & ad Altare. Hucusque Iosephus cap. 12. In quibus verbis inuenitur aliud verbum quod aliqui solent super addere, silicet (*& suscitauit te*) quia tale verbum apud Iosephum non inuenies (vt legendo constauit) cum quo stat, Abrahamum arbitrasse, Deū posse filium à morte suscitare.

Dulce colloquiū Patris cū filio Isaac.

19. Rabi Paulus 15. an.

Hinc Rabi Paulus, sequitur quosdam Hebræos dicentes, quod Isaac erat tunc quindecim annorum. Et quod quasi inuitus accessit ad aram, nec tamen esse, inde culpandus; quia adhuc in pueritate, & nondum habebat perfectum vsum libertatis. Quod valde improbat Dionisius Cartusianus, dicens: *Tunc satis esse, vt inueniretur capax meriti, vel demeriti; & quod si inuitus accessisset ad immolationem, postquam Pater suus, vir tam sanctus, retulit sibi id esse à Deo mādatum; fuisset ex hoc absque dubio valde culpandus.* Et subdit Cartusianus, *quod insinuatur in littera quantam gratiam Deus præstiterit eum benedicens: per quod obedientia eius manifestatur; approbata, & remunerata à Deo.* Hæc ille. *Dion. Car.*

Alij aiunt, vt Burgensis, & Abem Esra, quod Isaac, tunc erat tantum duodecim annorum. Quod improbatur à Cornelio, & impossibile illi apparet, quod parvulus tam minimæ ætatis, posset ligna holocausto afferre; etiam si ad cremandum corpus, & quasi in nichilum reddigendum; plura ligna ex locis vicinioribus attulisset: & ita videtur, consentisse cum Iosepho in ætate pueri: quod esset 25. annorum. Pater eius Abraham tunc habebat, ætatis centum viginti quinque annorum. Et Sara vxor illius 115. annorum. Hebræi vero, tradunt, Isaac fuisse annorum 37. cum ad immolandum duceretur. Sed ex his verior apparet sententia Iosephi relata. *Burgensis. Abem. Cornelius*

Portabat Abraham ignem, & gladiū. Optime Chrysostom homil. 47. inquit: *Imposuit ligna Isaac filio suo. Tullit quæque in manibus ignem, & gladium, & perrexerunt duo illi simul. O animi fortitudinem! O Spiritus soliditatem! Et imposuit (inquit) Isaac ligna holocausti, ipse autem gladium, & ignem accepit. Et ambulauerunt ambo simul. Qualibus oculis spectauit, seu inspiciebat puerum ligna afferentem! Super quæ ligna nō multo post illum filium erat impositurus quomodo manus ferre potuit ignem, & gladium? Et manus quidem ferebat ignem, qui sensibilis erat, intus autem accendebat. Cor illius, & rationem ab summebat, & persuadebat, & vinceret amor in Deum: faciebatque cogitare quod his, qui iam dederat supra humanam naturam factum esse Patrem; iterum posset, & nunc quæ humanam transgrediuntur rationem opperari.* Hæc ille. Vbi notabo, intus, & exterius ardere incendio ignis Abrahamus: extra cum portat ignem, intra dum sentit dolorem. Ex amoris affectu, & præ amoris magnitudine. *20. Chrysost.*

Sed quid mirabor, si Deus vnicum filium suum pro nobis dedit, quod vnicum etiam *21.*

etiam filium à Patre auferre Imperet.

Genes. 22. Ait igitur ad Abraham. Genes. 22. *Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Isaac, & vade in terram visionis, atq; ibi offeres eum, in holocaustum.* Disquiro, cur sancto viro, tam accerbam probationem immittit Deus? Cur, ò Domine, amici animum hic crutiare tentas? R. nichil aliud Profecto nisi quod Deus cupit, vt digne estimetur affectus Patris Diuini, tradentis vnicum filium, pro hominibus.

D. Cyrilus. Ita Cyrilus Alexand. hom. 5. Pascha, inquit: *Vt ex tuo dolore discas, quænam illa communis omnium parentis iactura sit; cum eius filius, quem dilexit, vitam pro generis humani incolumitate offerret. Is est Pater Diuinus, qui sustinuit sibi eripi vnicum, & summæ dilectum filium; pro humana salute: hunc dolorem, is sufficit ponderare, qui nouerit, quid sit auferri filium vnicum.* Sic loquebatur

Ad Rom. 8. Ambros. Paulus ad Rom. 8. *Qui proprio filio suo non pepercit.* Circa quod D. Ambrosius lib. 1. de Iacob cap 6. subiungit dicens: *Pulchro verbo vsa est Scriptura; vt Dei Patris erga te, pium propositum declararet, qui se morti pro te totum obtullit. Quod in Patre fuit, nichil sibi ipse reliquit. Totum pro te obtullit, quod in plenitudine Diuinitatis non amisit, & ipse te redemit, cum fide rara affectum Patrium, quod pietatis est, quasi morituri filij susceperit periculum, quasi orbitatis auxit dolorem ne tibi periret fructus redemptionis. Itaque qui Pater est, noscat in Patre dolorem amittendi dilectum filium.* Hæc ille. Videte Genesis 37. quid

Genes. 37. 22. Rupert. sensserit Pater visa tunica, *filij mei est dilecti*, Ioseph filij sui, quod Rupertus ponderat lib. 8 de Trinit. & opperibus, cap. 25. dicens: *Quonam instrumẽto filij eius Congregati addebant ad leniendum Patris dolorem? Quis enim dolorem eius mitigare poterat, nisi quem medullitus, dolor ipse mordebat?*

Sic in Abrahamo possumus animare conceptum, dum videmus Patrem æternum, dilectissimum filium tradidisse, vt etiam Imago eius Abraham, tanto tamq; dilecto filio, typo Christi offerendo, exẽploque proposito, conciliaret animos, & incitaret ad vitam, induceret ad obedientiam, prouocaret ad amorem.

(?)

§. III.

Prosequitur eadem historia, de fide Abrahæ, & obedientia Isaac, & agitur de dolore cordis, aligando filium. Et ponendo super struem lignorum loca sanctorum ponuntur solum.

23. Chrysost. Diuus Chrysostom. loco supra citato, dum agit de sacrificio isto, post relata verba subiungit: *Dixit autem Isaac ad Abraham Patrem suum. Pater: sufficiebat hoc verbum (S. Pater) ad Lancinanda Patris viscera.* Ille autem dixit: *Quid est filij? Patrem vocas Paulo post futurũ Orbum; & ego filium appello, qui non multo post Altare ascensurus es meis occidendus manibus. Deinde puer inquit; ecce ignem affer, & ego ligna: vbi est hostia immolanda? Vbi est ouis ad incensum? Considera obsecro hic, quomodo probatur iustus? Quomodo tullit auribus? Quomodo potuit respondere puero? Sed inquit generoso Spiritu, & forti animo. Deus videbit sibi metipsi de oue ad holocaustum.* Hæc ille. Notatione sunt verba relata, sed non minus, quæ sequuntur.

24. *Cumque alligasset Isaac arripuit gladium, posito filio super struem lignorum, & super aram quam extruxit.* Iam supra notauimus circa hanc historiam, verba Iosephi in lib. de Antiquitatibus, & specialiter illa verba: *Igitur cognita per Abraham voluntate Diuina; proposit aq; filio; & cognita per filium sanctitate Patris, liuentissime, ad immolationem se obtullit.* Nunc etiam non desinam verba Chrysologi, tibi offerre, qui sermone 10. inquit: *lætificauat mentem suam Abraham, vt esset idem victima, & Pontifex, Sacerdos, & sacrificium. Patris erat passio, ibi tota vbi filius immolabatur; ignarus filius sistebatur, nescius filius aptabatur vinctus, vt tolleret de passione Martyrium, præmium de pœna Patris, de cõflicta Patris, repeteret coronam: denique Patris suspensa est dextera, Patris gladius est remotus; quia non quærebatur mors filij; sed Patris charitas, probabatur. Nec expectauatur sanguis filij: vbi tota victima in Patris dilectione consumauat: Scriptura dicente. Nunc scio, quia diligis Deum, quia non pepercisti, vnigenito filio tuo, propter me.* Hæc ille. Vbi pondera, tantum esse in isto Patriarcha amorem erga filium; fidem erga Dei promissionem, obedientiam erga mandatum; patientiam erga affectum paternum;

Chrysol. serm. 10.

Notate verba illi.

lem; quod quia amor transfert amantem in rem amatam; sic Pater iste sustinere filij dolorem, & angustias videatur. Ipse quidem sacrificium ipse Sacerdos; ipse Carnifex, ipse qui cruciatur in tormentis, quis vnquam tale audiuit? Iam contemplor doloris gladium transfixum in corde Virginis dum Filium videt super Aram Crucis suspensum: *Tuam inquit Symon, ipsius animam pertransiuit gladius.* Tuam dicam an ipsius? Ipsius dicam an tuam? R. vtriusque Profecto Virginis quidem in Filio per amorem commoratis, & Filij habitantis in Matris corde per affectum. Vterque inspicit victimam.

Idem suo modo dicemus de nouo Filio. De dilecto Discipulo: *Qui de Christo audiuit, ecce Mater tua.* Et illa: *Ecce Filius tuus.* O Religiosus inquit Chrysostom. Patris affectus. Quis audiuit vnquam tale filium occidis, quem prætium tui amoris, prætium seu præmium tuæ anxietatis, vnicum contulerat Dominus, hom. 48. *Filius inquit non reluctatur, non fugit necem, sicut agnus ad victimam. Silentio curris ad carnificem.* O crudelitas pia. O blanda, & dulcis grauij virtus, dulcis amaritudo suauis molestia. Quia dum suauiter paterno subiectus est gladio Diuino coronatur honore.

Chrysost. hom. 48.

25. Comparauimus ne vtriusque virtutem abs re profecto; quia semper pater nauiscera præferuntur animo dilecti filij, vterque sanctissimus erat filius inobediendo patet in diligendo, & credendo: sed præferamus dilectionem obedientiæ, placebit hoc tanto filio præmunia, & excelenti Patris dilectione. Quia, vt inquit Iosephus supra citatus. Obsequentissimus erat Isaac Patribus suis.

Ioseph.

Rursus Abraham extollitur; quia maximas circa fidem habuit tentationes; eo quod viderentur promissa Dei sibi facta morte Isaac pœnitus à voleri. Et Hebræi tradunt; tunc ei apparuisse diabolum specie Angelica, eumque grauissimis verbis de terruisse ab immolando filio, tanquam à re impia, & crudelissima, ac Dei voluntati contraria; & ad id tradunt illa verba Pauli. Ad Hebræos 11. *Abraham, obtullit primogenitum suum Isaac cum tentaretur.* Sed dictum Hebræorum non constat ex sacris litteris.

Ad Heb. 11. Cornelius, f. 177. litt. D. in fine; tradit hoc in penthateucum.

§. IV.

Vnde constat, reuelationem illam factam Abrahamo de immolando filio! Esse reuelationem Diuinam & non diabolicam inductionem, machinantem mortem filij.

QVid est dilecti, quod tantum extollamus Abrahæ immolationem, & filij oblationem; cum viderimus plures idolatras falso Religionis cultu, filios, & filias immolasse Demonijs. Nam Psalm. 105. dicitur: *Immolauerunt filios suos, & filias suas, Dæmonijs.* Non tamen constat illos fuisse vnigenitos, aut in illis fuisse positam totam posteritatis spem: idque ex Demonis impostura contigit. Legimus, Iudicum, cap. 11. vnicam filiam immolatam Agepte; & fecit ei sicut vouerat; id vero fecit, in discreto Religionis cœlo, quo generatim vouerat, se immolaturum Deo in holocaustum; quidquid eggressum de foribus domus suæ illi reuertenti cum pace à filijs Amon occurrisset quicumque fuerit (inquit) eggressus de foribus domus meæ; &c. *Occurrit autem illi primo filia ipsius.* Non tamen constat an fuerit hæc mors corporalis, vel potius ciuilis; per castitatis votum, vel obseruantiam: *Cum ibidem dicatur. Cumque abijsset, cum sotijs, & sodalibus suis fleuit virginitatem suam in montibus.* Si vero fuisset corporaliter occidenda potius hanc mortem lugeret. Tandem in humanis historijs legimus; aliquos Reges occidisse filios suos; vel ex odio, vt fecit Soliman Othomanus; qui filium suum lictoribus iugulandum tradidit. Vel ex timore perdendi Regnum, vt alij fecerunt.

26.

Psal. 105.

Iudic. 11.

Soliman filium tradit lictoribus iugulandum.

27. Verum tamen, ex vero Religionis cœlo; & vera fide filium suum immolasse, de solo Abrahamo legimus, & ideo merito eius fides, & obedientia, laudatur; à Paulo, ad Hebræos, cap. 11. & constat ex discursu disputationis huius.

Ad Heb. 11.

Dices tamen: Quod cum hæc reuelatio potius videatur esse Demonis, quam Diuina: quia erat ad opus, de se malum, vt est occidere filium: quomodo potuit Abraham discernere esse à vero Deo. Et non à Diabolo se transfigurante in Angelum lucis? cum sepæ hoc faciat, vt homines decipiat. Nec videtur leuis deceptio; filium propriùm, dilectum, & vnigenitum, & sanctum proprijs manibus trucidare. Præcipuè, cum hoc videretur pugnare, cum promissione à Deo facta, Genes.

Genes. 21.

21. *Quia in Isaac vocabitur, tibi semen*; Deus autem non potest reuelare pugnantia. Ergo si hæc promissio erat Dei, non videbatur esse ab illo reuelationem istam demandando filio.

Præterea, quoniam huiusmodi immolatio, similis erat immolationibus. Idolatrarum; reprehensis Psalm. 105 & 37. & Exod. 22. vbi dicitur: *Qui immolat dijs occidetur*. Immò, videtur esse intrinsicè mala, sicut mendatium. Ergo sicut reuelatio, qua illi præciperetur mentiri, non posset esse Dei sed Diaboli ita etiam ista de immolatione filij innocentis, & iusti: quia innocentis occisio, non videtur esse minus intrinsicæ mala; quam mendatium. Et generaliter occisio hominis, prohibita fuerat à Deo, tempore, Noæ, Genes. cap. 9. his verbis: *Quicumque effuderit humanum sanguinem fundetur sanguis illius: ad Imaginem quippe Dei, factus est homo.* Cuius mandati, non poterat Abraham esse inscius. Vnde ergo deduxit Deū dispensasse, cum illo in tali mandato? Alias idem poterit adducere, pro se quicumque alium occidit, ex suggestione Diaboli, vel vnde potuit deducere filium suum, à morte suscitandum? Siquidem nullum tale resurrectionis exemplū præcesserat?

Psal. 108. & 37. Exod. 22. Genes. 9.

22. Nichilominus tamen, hanc fuisse veram Dei reuelationem, non Diaboli illusionem patet ex facto ipso. Nam si à Diabolo esset non impediretur, sed iuuaretur tale homicidium; cū Diabolus semper intendat hominis malum; tamquam infestissimus hostis illius. Sed tamen impeditum fuit, Angelo detinente impetū Abraham, dicēdo non extendas manum tuam super puerum: quia Deus non intendebat effusionem humani cruoris, quam specialiter, prohibuerat Genes ca. 9. citato. Et prohibet, Exodi cap. 20. dicendo: *Non occidas* (intellige, hominem in sacrificijs etiam sibi factis, sed manifestare fidem, & patientiam Abrahæ, quam satis, illa præparatione declarauit. Dices hoc postea accidisse contingenter, vnde ex ignoto, & futuro contingenti, non poterat Abraham discernere, veram reuelationem, à falsa: Immò nec talem effectum futurum contingentem, præscire, ante quam esset; nisi speciali, reuelatione: de qua non constat.

Genes. 9. Exod. 20.

23. Michael de Palacios. R. quod licet hoc discernere nō esset humani iuditij, cæterū ipse Deus nouit docere se, etiā esse reuelatorem. Quibus addit, Pereyra, Genesis 22. disput. 5. *Etenim Deus tanta sui luminis copia, eius animum, mentemque perfudit, atque illustrauit: tantaque sui oraculi certitudine confirmauit: vt non solum, de eo nichil prorsus dubitaret, verumetiam, certius sciret, illud esse Dei oraculum, & preceptum; quam cum Sarrā vxorem, & Isaac filium loquentes audiret, esse eorum verba quæ ipse audiebat.* Hæc ille.

Palacios. Pereyra.

Et Thomas Angelus ait: *Certissimum extitisse, Abrahæ hoc fuisse præceptum Dei alioquin nimis temerarie, atq; impiè acceptasset, opus tam inusitatum, præcipue non præmisso multiplici consilio; provida, & matura de liberatione.* Et quasi rationem dans inquit. *Primis enim Patriarchis, & Prophetis, fiebant visiones vniuersales, & fundamentales, & infallibiles: tamquam fundatoribus, & quasi radicibus totius Diuini cultus, & Ecclesiæ Dei, & ideo nullo modo erant dubiè, tales visiones.* Sicut sunt, quæ communiter fiunt, singularibus personis: quas non est securum sequi, niū per aliam certitudinem rationis, vel Catholicæ fidei Scripturæ aut alterius sufficientis testimonij earum veritas primitus innotescat. Cuius ratio est: quia primum in vno quoque genere est mensura reliquorum. Teste Arist. 2. Metaphis. Vnde fit quod cum Patriarchæ in lege naturali, & Prophetæ in lege scripta, & Apostoli, & Canonici, Scriptores, in lege Euangelica fuerint primi fundatores illius status Ecclesiæ: habuerunt reuelationes, ita certas, vt de illis non dubitauerint esse à vero Deo, nam sicut lumen naturale rationis, sine vllo discursu facit euidenter apparere veritatem primorum principiorum: ita in his primis fundatoribus, Idimen fidei, faciebat certo constare, tales reuelationes esse Diuinas; & cum vnus ex illis fuisset Abraham, dubitandum non est ipsum dubitasse hanc fuisse veram Dei, veri reuelationem: quod, ex celeritate qua ad id executioni mandandum vsus est apparet à perte. Immò, vt supra tetigimus ex Dionisio Cartusiano. Habuit Abraham, donum discretionis Spirituum, quo facile dignoscere potuit hanc esse Diuinam reuelationem; non vero Diabolicā illusionem.

Arist. 2.

Cartusian: Habuit Abrahā donum discretionis. Quo nouit esse reuelationē Dei.

Ad rationem vero in oppositum; ex dictis patet solutio. Quia ex eadem reuelatione Dei, illi constitit, fuisse voluntatem Diuinam, & consequenter, nullum fuisse peccatum illam exequi: nam vt bene Aug. tom. 4. 83. quæst. q. 3. & refert Magister in 1. dist. 46. *Nemo peccat Deo Au-*

30. *S. Augustī Magister.*

Authore; quia cum Deus sit Author vitæ, & mortis, sic, & pro suo libito, potest dare, & auferre vitam. Et 1. Reg. cap. 2. *Dominus, mortificat, & viuificat.* Et Apocalip. cap. 1. *Et habeo claues mortis, & inferni.* Et ita potuit præcipere morté Isaac. Vt optime notauit. Sant. Thom. 1 2. quæst. 94. art. 6. ad 2. & quæst. 100. art. 8. ad 3. vbi dicit Abraham quia debitum erat eum occidi, per mãdatum Dei, qui est Dominus vitæ, & mortis: & iniustitia homicidij, consistit in eo quod fiat authoritate priuata: vnde quando fit publica authoritate, nõ est iniustum; immò, nec formale omicidium; sed materialis occisio hominis; & ita est inculpabilis, in eo qui sententiam ponit in executione.

1. Reg. 2. Apocal. 1. a S. Thom. 12. q. 94. art. 6. 2.

Et non est, eadem ratio de mendatio; quia mendacium est intrinsice malum, oppositum attributo Diuinæ veracitatis. Et sic mendatium, ex nulla causa est licitum, & sic intelliges verba Scripturæ dicentis, Genesis cap. 9. *Quicumque effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius.* Intellige, si fiat priuata authoritate; non tamen si fiat authoritate Diuina; vel authoritate publica Iudicis Imperantis suspensionem, aut mortem alicuius Rei. Et malitia homicidij in eo cõsistit, vt fiat authoritate priuata; & cum Abraham id facere paratus esset, authoritate Diuina, cognita per reuelationem; non peccauit. Et quamuis aliud exemplũ non habuisset de aliquo resurgente; iam coniectari potuit, quod Deus; qui potentiam habuit ad fortificandam sterilitatẽ sarræ, vt pareret potuit, etiam firmiter credere; posse, filium iam mortuum, vel moriendum suscitare. Et sic dicit Scriptura: *Arbitrans Abraham, quod posset Deus eum amor tuis suscitare* Et ita libentissimo animo, se obtulit ad offerendum filium dilectum. Et quia iustum cognouit mandatum Diuinum immolauit. Et sicut Beatissima Virgo Maria credidit Angelo dicenti quod conceptura esset filium; licet in principio ignorasset modum, & qualiter illud esset possibile; cum conseruatione Virginitatis, quam vouerat: propter quod dixit: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* Et tandem assensum præbuit, dicens: *Ecce ancilla Domini fiat michi secundum verbum tuum.* In quo eximium Virginis meritum laudat Ecclesia. Ita etiam Abraham meruit eximiæ: & suæ obedientiæ, & fidei, maxima monstrauit encomia. Ideo statim surrexit eadem nocte, ad immolandum filium, implendamque Diuinam voluntatem. Et hæc de hac difficultate.

Nota. Gen. 9. Heb. 11. Luc. 1.

§. V.

Prosequitur, eadem historia; de obedientia Isaac, & fide Abrahæ, & patientia illius: dum sub gladio paterno filius ligatus est. Et de cura Dei, mittentis Angelum in angustia magna, vt liberet Isaac à gladio Patris.

HIstoriam prosequitur sanctus Pater Chrysostomus, homilia 47. dicens: *Et vocauit Angelus Domini, de cœlo; dixitque Abraham, Abraham.* Subdit: *Nã quia videbat iustum iam accinctum, & paratum ad immolationem, & volentem implere mandatum Domini; id circo vocat eum de cœlo, & dicit. Abraham, Abraham. Bene etiam hic geminatione vsus est, vt superetur impetus iusti, & quasi per vocem detineatur iusti dextera, iam tendens ad pueri cædem. Et dixit. Ecce ego, & dixit, ne immittas manus tuas in puerum, nec facias illi quidquam; nunc cognoui, quia times Deum tu; & non pepercisti filio tuo dilecto propter me? Non hoc præcepi, vt opus perficiatur; nec volo, vt occidatur puer tuus: sed, vt obedientia tua manifesta fiat omnibus.* Hæc ille. Ecce quomodo Deus suos quandoque ad extrema anxietatis ducit pericula; vt omnem suam spem, & voluntatem, in Deum conferant, & transferant. Tunc ipse in eodem extremo necessitatis incendio, & in limine mortis, ad est veluti pijssimus Pater, vt succurrat, & eleuet, vt consoletur. Patrem appello, quia Filij Dei, non minus eum Patrem appellare debent, quando eos affligit, & ad extrema deducit; quam dum eos, bonis ditat, fauoribus alicit, dulcedine ob lectat.

31. Chrysost. hom. 47. Genes. 22.

Sed numquid, ex hoc colligemus appetibile esse appellari Filios Dei, & esse? Videtur quod nõ, quia Filij Dei pleni sunt laboribus. Sed, ò bone Deus quare tuos crucias amicos? Quare non abundantes facis, & honoribus Coronas? Quare tormentis afficis, & doloribus, nunquid populum Israel dilectum liberasti de potestate Pharaonis? Numquid dixisti filius meus es tu, Israel quia in te gloriabor? Numquid dixisti Pharaoni, dimitte populum meum? Quod, cum non fecisset impius Pharao, numquid, vniuersum mũdum euertisti aquas in sanguinem conuer-

uertendo, diuidendo maria, trucidando primogenita Ægyptiorum, & Pharaonem submergendo. Quod vniuersum in admirationem induxit mundum eo solũ: quia non dimisit populum tuum? Quare ergo modo filios tuos, sic crucias. Ita vt pater Abraham, simul pater sit, & carnifex filij, cor ipsius transfuerans dum iubet occidi puerum.

32. Et accrescit difficultas: quia omnis labor filiorum Dei originatur à Deo. De quo supra cap. 1. disquiro, vbi, amor? Vbi cordialis affectus paternus? Clamat iustus, dicens Psal. 16. *Eripe animam meam ab impio; frameam tuam, ab inimici manus tua.* Quid est Domine, quod gladium tuum manus inimicorum est? Hebræus legit: *Eripe animam meam ab impio, qui est gladius tuus.* Doleo, inquit iustus, & Filius Dei, quod gladius occidens, est manus Domini. Sic dicam; gladium Domini contemplor in manu Patriarchę occidentis filium dilectum: *Nam cum patrẽ videt, Isaac Euaginato gladio.* Patrem vocat, *vbi est inquit victima holocausti pater mi?* O cor paternum gladio trasuxum! Tunc pater ait: *Dominus prouidẽuit victimam fili mi.* O fili. De meis visceribus fusti eductus *Dominus prouidẽuit.* Vide, tu, odilecte, qualiter sanguis in filio recognoscitur, dum patrem vocat, & sanguis impatre feruidus clamat; dum filium appellat. Sic ad diuicem vocantur; ne ad lucem fulgentis gladij oculus ob cecatus maneret; & mensque turbata, obsequium negaret paternum.

Audiamus modo D. P. Chrysolog. folio 187. serm. 55. *Sic loquentem. Si pater est non potest non amare; si amat nisi quod bonum est dare nescit, negat patrẽ, qui de patris, suspectus est largitate; ignorat se filium, quem data paterna solicitãt totũ quod est patris excludit, qui salutare non credit, quidquid, dederit pater. Aud quomodo pater, poterit filijs dare mala pro bonis, qui mala semper pro filijs, paratus est sustinere, qui pro filijs mortem non refugit, pericula non declinat? Ideoque tẽ, Deus patrem fecit.* Hæc ille. Profecto verba hæc ponderatione digna sunt. Nam quomodo filius est ille qui timet patris consilium? Suspectus quidem est de bono patris obiitus est esse filium, qui mala de patre spectat. Cũ igitur Isaac non sit oblitus nominis paterni, gauisus est valdè, cum gladium videt super se paternum; & si orror mortis suspendere posset lætitiam, & timorem incutere, tamen cum videt verum patrem, patrem vaicẽ gauisus est valde filius. Tunc subiungit Chrysologus: *Si ergo Deum credis, & confessus es patrem; quidquid iuserit, quid quid in te elegerit, crede, tibi satis esse salutiferum; crede satis esse vitale matris, data discutere non licet; patris monita re tractare non conuenit. Sit licet paterni mandati species strictior; res tamen ipsa, salutifera, & vitalis est. Sic Abraham, vbi Deum Patrem credit, mandatorum formas non attendit asperas, & acerbas; circuncisionem recipit verecundam; & quæ cœlestis pater, iubet, non discutit, sed iudicat gloriosa. Parricidium considerat per scelestum; sed quia Deus imperat, totum pietati committit. Hinc Isaac patris super se gladium, cum videret, hostiam se esse, cum orrore, cum dolore poterat est gauisus.* Hæc ille. O puer qui vides gladiũ paternum super caput tuum, & lætaris, quibus te efferam præconijs nescio! Non quidem ex facto considerasti personam; quia factum potius Tyranum ostentare videbatur, tamen considerasti factum ex persona; & quia persona erat patris, non solicitus times, sed lætus sustines patris gladium: *Quia, ignorat se filium, quem data paterna solicitant.* Gladius ille super caput tuum potius est amoris paterni inditium, quam odij; & tu. O Domine sancte Pater, omnipotens eternæ Deus, cum tuos castigas filios diligis, cum afflictionibus præmis, coronas.

Sed, vt, de hac paternâ Dei voluntate, certissimos nos videamus, & consideremus, quanta diligentia, Angelum misit, vt Isaac eriperet à gladij rigore: clamat quidem dicens: *Ne extendas manum super puerum.* Vt consolationem afferat tanto patri. Non quidem expectat Deus mortem, vt resurgat filius; sed potius detinet manum, & gladium trucidans; vt anticipato remedio, spem gaudendi roboret. Huc spectat, quod dicitur Iudic. 8 quando ipsa reprehedit Sacerdotes diffidentes: qui spectabant spatio quinquè dierum, adiutorium Dei, & non ante, ad tradendam ciuitatem Betuliæ. Sic ipsa inquit: *In spiritu contristati humiliato, dicamus flentes Domino, vt secundum voluntatem suam, sic faciat nobiscum misericordiam suam, cito.* Quasi dicit, nec à Domino postulemus fauorem, secundum voluntatem nostram; quæ semper tarda est, adhuc in negotio nostro, sed quod faciat secundum affectum; & voluntatem suam, quæ ad nostram salutem, anticipata, & non tarda est. Ita euenit, quod Diuina misericordia non dormiuit; sed vi-

33.

Chrysolog. Serm. 55.

Nota.

Genes. 22.

Iudic. 8.

gilauit. Ita quòd quando inimicus surgit cum luce solis, & mane surgit ad affligendum, anticipata pietate per totam vigilat noctem; quia nullus tam vigilans est, & anticipatus ad exigendam suam salutem, quam Deus ipse ad ipsam conferendam: vt videtur Hester, cap. 6. *Vbi totam noctem Rex Assuerus habuit insomnem. Non quidem dormuit.* Sed vigilauit. Vt Mardochæum à lacu eriperet Aman. Sic inquit Iudic: *Vt secundum voluntatem suam sic faciat nobiscum cito.* Sic fuit cũ illis Sacerdotibus; si quidem ante spatium quinque dierum, ciuitas in se curo posita est, & roborata contra in cursus Assyriorum. Quare recte damnatur ignauia Pharaonis; vt bene notat Ambrosius, lib. de Cain, & Abel, cap. 8. *Qui cum posset auxiliari statim atque necessitas postulabat, ipse distulit ad alium diem inquiens, constitue michi quando de præcerprote, & pro seruis tuis, & pro populo tuo, vt abiganter, ranæ à te, & ipse responsum dedit dicẽdo; cras* O infamis Tyrani Regis responsio! O tarda petitio! Ad crastinum reduxisti, quod cito consequi necesse habebas. Dominus igitur noster, non spectat voluntatem nostram ad succurrendum; sed citissime currit, & per volat ad consolandum Patriarcham, vocitans semel, & iterum, & dicens: *Abraham, Abraham. Ne extendas manum tuam super puerum: nec quicquam illi facias.* Pensate ergo dilectissimi, qualiter labores, & erumnas sustinere possumus à Deo venientes libentissimoque animo perferre: siquidem Deo crutiante, ab eo, in ipsis laboribus, & afflictionibus coronam recipimus, & consolationem, vt consolatus, & lætabundus tandem inuentus est Abraham.

Hester c. 3

S. Amb.

Genes. 22.

34. Et sacer textus procedens, in historia illius, subiungit: *Et eleuabit Abrahã oculos suos, & ecce aries post tergum eius, tenebatur in vir gultu Sabech; cornibus suis.* Circa quæ verba D. Hieronymus: *Sic à loquitur; ridiculam rem, in hoc loco, dixit, Eusebius Emisenus dicens, Sabeth, dicitur, hircus. Qui rectis cornibus, & ad carpendas arboris frondes, sublimis attolitur.* Rursus Aquila, *ve prætum*, vel *spinetum possumus dicere* (ait) *&, vt verbi, vim, interpræiemur; Condensa, & inter se implexa virgulta.* Vnde Simacus in eandem ductus oppinionem ait: *Et apparuit, Aries, post hoc retentus in rete, cornibus suis.* Verum quibusdam in hoc dũtaxat loco, melius interpretantibus, cum Septuaginta, & Theodotion ipsum nomẽ *Sabeth*, cornibus suis. Est enim *Sabeth*. Rete. Quod Aquila posuit, & Symacus, per litteram. *Sim*, ait, Scribi. Hic vero *Sabeth*, litteram posuit. O dicit, esse debere: *Ex quo* (inquit) *Manifestum esse non interpretationem stirpium condensarum, & in modum Retis, inter se virgulta contexta, esse verbum Sabeth, sed nomen sonare, virgulti quod ita Hebraicè dicitur. Ego vero diligenter inquirens per Sabeth litteram, scribi crebro reperi.* Hæc ille.

Hieron.
Eusebius.

Aquila.

Simacus.

Septuag.
Theodotiõ.

Cartusianus, ridiculam fabulam refert, & refutat, ex Hebræis. Quod hic Aries fuerit ibi obseruatus ab Origine mundi. Hoc est, à sexta die, qua primo facta sunt animalia terræ: *Quod rationi, & Scripturis* (inquit) *contrariatur.* Iosephus, autem ait: *Arietem esse ibi repente formatũ.* Cartusianus, autem ait, & melius: *Quod Aries fuit ab Angelo ibi adductus.* Ita Rabanus, & Cornelius. Et Hebræi dicunt factam esse hanc immolationem. Prima die Septembris, in cuius memoria tunc celebrant festum tubarum: cornibus peccorum: & significat Christum pendentem de cornibus Crucis.

Cartusian.

Ioseph.

Rab.
Cornel.

Circa quod eleganter Notauit Athanasius lib. quæstionum ad Antiochum, q. 98 vbi dicit: *Ad Mysterium quoque spectare; quod Sabeth interpretatur, remissio, seu condonatio, quam Christus nobis per crucem promeruit. Plancta* (inquit) *Sabeth est veneranda Crux, iuxta Hebræos.* Videtur, *Sabeth remissio esse, & condonatio: Aries vero, qui in Saberh hærebat ad plantam; quem pro Isaac Abraham holocaustum obtulit figurauit Christum; pro nobis in Cruce pendentem.*

35. *Nota. Anthioch.*

Et subtiliter animaduertunt plerique inter quos Castro, referens Leonem, libr. 6. Apollogiæ, cap. 29. Esai. cum Christus in Cruce dixit: *Eli Eli, Lama sabathani.* Ad eandem plantam, *Sabeth*, à luxisse; vt indicaret, se esse illum arietem, pendentem, atque suspensum ex arbore *Sabech*; id est, in Cruce; quam Dominus sub Typo alterius Arietis pendentis ex planta *Sabeth*. Abrahæ olim ostenderat. Itaque id circo verbum illud, *Sabathani.* Potius quam aliud, vturpasse; vt nomine quoque ipso, plantam illam *Sabeth.* Ex qua ille alter Aries pendebat fidelibus in memoriam, reuocaret: seque ostenderet, tunc temporis figuram illam, cummulatissime adimplere Verbum illud, *Sabathani*, à nomine, *Sabeth*, in flexum videtur Esto habeat quoque suam radicem Syriacam *Sebal*, id est, *reliquit.*

Castro.

Genes. 22.
Hieron.
Eusebius.

Matt. 26.

Circa

Ambr. Circa quod, inquit, D. Ambrosius lib. de Abraham, c. 8. *Ecce Aries vnus suspensus cornibus in vir gulto Sabech, quis significatur, nisi ille de quo scriptum est.* Ps. 148 *Exaltauit cornu populi sui? Cornu nostrum Christus est, eleuatus, & exaltatus à terris. Hunc vidit, Abraham in isto sacrificio, huius passionem aspexit; & ideo ipse Dominus ait de eo; Abraham voluit videre diem meum; vidit, & gauisus est.* Vnde ait Scriptura: *Vocauit Abraham nomen loci illius: Dominus videt, vt dicant hodie, in monte Dominus apparuit: hoc est, quod apparuerit Abrahæ reuelans futuram sui passionem corporis, qua mundum redemit, demonstrans etiam genus passionis, cum suspensum ostendit cornibus arietem, vir gultum illud patibulum Crucis est.* Hæc Ambros.

Ps.148. *Genes. 22.*

36. Itaque mons, Moria dicitur, in quo sacrificium illud factum est; vbi Dominus vidit afflictionem, obedientiam, & sacrificium Abrahæ. Eiusque patientiam acceptauit, & à turbatione (si aliqua fuit) cum Angelo excusante mortem præuenit arietem, pro Isaac immolandoque constituit: *Dominus vidit in monte hoc.* Vbi construendum erat Templum, quod sua immolatione destinauit Abraham. Illudque ibi edificandum prædixit: nam, vt habetur in Chaldeo: *Abraham coram Domino dixit; hic erit seruientes Deo, generationes. Propterea dicebatur in die hac. In monte hoc coram Domino, Abraham immolauit.* Et vt inquiunt, Ambros. Eucher. Batab. Lypoman. hæc fuit prophetia de Christo, quasi dicant: *In monte Dominus videbitur*; id est, *Christus Dominus apparebit, in monte hoc; & Templo Sion; cum in eo conionabitur. Et in monte Calbariæ, cum in eo Crucifigetur.* Et Septuaginta vertunt: *In monte Dominus visus est.* Itaque istius Patriarchæ: *Fides, patientia, monstratur*; vt inquit, Tertulianus, amorem, obedientiam, dolorem affectum erga filium; patientia monstrauit, Deum eximiæ dilexit, & in summa: *Fidem eius patientia monstrauit, seu proua-bit.*

Ambr. Eucherius, Batab. Lypom. *Septua.*

CIRCA SECVNDAM SENTENTIAM Tertuliani sit.

DISCVRSVS VIGESSIMVS.

§. I.

Quam necessaria sit patientia pro dilectione inimicorum.

1. Tertul. SEcunda sententia Tertuliani erat contenta illis verbis, *nam olim oculli, pro oculo, dentem, pro dente, repetebant: quia facile est absente Domino patientiæ, & Magistro; qui postquam super venit gratiam fidei patientia, composuit; inquiens diligite inimicos vestros; orate pro persecutoribus vestris*, vt sitis filij patris vestri: *vidistis qualem patrem patientia donauit.*

Tertul. de Carne Christi. Psalm. 21. Locus notabilis Tert. pro Christo & Maria Virgine Matre sua

His verbis Tertuliani, pro dilectione inimicorum præsente patientia, iungere opportet, alia verba eiusdem Tertuliani, ponderatione digna. Igitur ipse Author, in lib. de Carne Christi, super Psalm. 21. ad illa verba: *Eduxisti me de vtero matris meæ. Subiungit, accipe Christum, & audi Dominum Patri Deo, colloquentem, quia tu es qui a vulsistime, ex vtero matris meæ, ecce vnum: & spes mea, ab vberibus matris meæ, super te sum proiectus ex vulua; ecce aliud. Et ab vtero matris meæ Deus meus es tu ecce aliud. Nunc ad sensus ipsos decertemus à vulsisti, inquit ex vtero. Quid à vellitur? Nisi quod inhæret, quid in fixum inexum est ei, à quo vt auferatur à vellitur? Si non adhæsit vtero; quomodo à vulsus est? Si adhæsit, quia à vulsus est; quomodo adhæsisset, nisi dum ex vtero est.* Et idem Tertulianus, eleganter prosequitur, dicens? *Etiam cũ quid extraneum, extraneo à glutinatur: ita concarnatur, & connuisceratur, cũ eo cui à glutinatur; vt cum à vellitur, rapiat secum, ex corpore aliquid à quo à vellitur.* Hucvsque Tertullianus. Et Paulo infra cæterum: *Quæ vbera matris suæ nominat? Sine dubio quæ auxit.* Hæc ille.

Vbi notabo, eximium amorem filij erga Matrem sanctissimam: quam forti vinculo, eam pro sequebatur: qui dum exiret de vtero matris quasi, vi oppressus exiuit in hærebat in vtero matris: & ita in hærebat, vt dum exiret à vellitur quasi rup-

tus vi non quidem, otiose dixit Tertullianus: *à vulsissime*, vt sciamus quidem, quâ
Tertul. ra dilectione pro sequebatur matrem, sedenat enim sicuti Rex in solio Maiestatis: à quo violenter expulsum, se, iudicat exiuit de materno vtero, secum ferens materna viscera pietatis, & dulcedinis plena præsertim ad miserendum, ad diligendum, & amandum inimicos. Huc spectat, quod iam audistis, de Discipulis, è ciuitate Samariæ egredientibus, & desiderantibus ignem de cœlo: *Vis inquiunt dicamus dicimus, vt descendat ignis de cœlo, & consummat eos*; hoc dixerunt, quia Christo Domino hospitiũ non dederunt, quibus ille ait *nescitis cuius Spiritus estis*. Sed nunquid erant Discipuli eius, quibus assistebat Spiritus Eliæ? Fateor, sed ille Spiritus, ignem misit de cœlo, & exemauit, & cõsumpsit quinquagenarios. Quid ergo est, quod dicat: *nescitis cuius Spiritus estis?* Sed profectò optima sententia Saluatoris est *nescitis cuius Spiritus estis*. Quia quamuis, olim, oculum pro oculo, dentem pro dente repetissent; vt inquit Tertullianus. Tamen postquam Spiritus Diuinus Carnem Christi, in vtero matris dispossuit, ita blandus, & suauis (silicet ita loquũ) effectus est, quod iam non est Spiritus rigoris, sicut in tempore Eliæ, sed est Spiritus mansuetudinis, Spiritus amoris. Tunc sic etiam filius, cum à vulsus est ab vtero matris, vbi ira hærebat, quasi vi, & violenter à vulsus, secum tulit, veluti arbor in radice terram, eũ à vellitur de vtero matris. Et sic totus fuit vis, totus blandus, effectus est, Christus Magister patiẽtiæ, & Dominus.

Luc. 9.

Non tacebo illud, quod ponderauit D. Chrysost. ad verba illa Christi: *Pater si possibile est transeat à me calix iste*. Ait enim sic: *Vidit sanguinem, ita dulciter, & suauiter effluxisse, dum esset in agonia, vt cadendo terram tactu sanctificaret: & sic robur summit ad fundendum*. Hæc Andreas Cretensis, ex quo ita colligit dulcedinem sanguinis decurrentis super terrã sentit, & tunc ad Discipulos vadẽs, dicit: *Surgite iã ecce appropinquat qui me tradet*. Currit, quidem incitat, prouocat, ad passionem lætus properat; vt dimittat, non quidem, vt vim dictam summat, sed, vt veniam præbeat. Currit quidem, vt sanguinem fundat, vt oret pro inimicis. Sed quid de hoc mirabor, siquidem matris viscera secum tulit, propterea in Cruce pẽdens, patrem vocat, vt matris, & patris suauitatem in patientia sua, & sustinentia ostenderet, vt amorem, & charitat
2. Chrysost. Matth. 26. Andreas Cretensis.

ronet. Dicit quidem: *Pater ignosce illis: quia nesciunt, quid faciunt*. Hæc docuit Christus, tanquam Magister, erat quidem.
Luc. 23.

Docuit quidem, testantibus Euangelistis, vt videre est, apud Matth. c. 5. & Luc. c. 6. Diligendos esse inimicos, dicens. *Diligite inimicos vestros; bene facite his qui oderunt vos, vt sitis filij patris vestri, qui in cœlis est, qui solem suum oriri facit, super iustos, & iniustos*.
Matth. 5. Luc. 6.

Non enim, à, tam splendido luminari, vt est Sol, habemus Solatium lucis, si Solum luceret, & calore suo, non viuificaret nos; etenim calore Solis, terra nostra plantas producit, flores, fructusque camporum, vberrimos, pro alendis mortalibus. Sic etiam, si proximis nostris, gratiam pro gratia rependimus, & soluin hoc cum amicis facimus, parum est; quia Ethnici hoc faciunt. Si tamen bonum pro malo damus, & beneficium pro iniuria iniuriantibus rependimus. Tunc veri filij Dei nominamur, & sumus.

Sed non absque mysterio ponit Christus Dominus exemplum in Sole, vt qui, omnibus luceat, & nemini, se abscondat; quin sols vicibus ad omnes recurrat, mundi partes. Hinc, & summi Patris liberalitatem explicans erga nos, nosque in idem exemplum adducens, vt omnibus, etiam aduersarijs bene faciamus: nam cum finis præcepti sit charitas, ipsaque omnium virtutum maior existat: ita vt qui in ea manserit, maneat etiam in Deo: illam mundam, & perfectam, & ab omni simulatione immunem esse, non modo contendit, sed, & liberalem in omnes requirit. Aiebat enim Paulus, ad Roman. cap. 4. *Qui proximum diligit; legem implenit*. Ideò ait: *Audistis, quia dictum est*. Non tamen vtrumque eodem modo, præceptum enim de dilectione proximi, dictum est antiquitus Iudæis in solitudine. Leuitici c. 19. *Diliges proximum tuum*. Quod præceptum, non modo in affectu, sed etiam in effectu consistit. Sed nec diligitur proximus dilectione carnali, quæ ex concupiscentijs oritur. Sicut siquis scortum, propter libidinem, aut dibitem, propter, aurum, aut Epulonem, propter mensam, aut Principem, propter dignitatem diligere, se, dicat: *Charitas enim, non emulatur, non agit perperam, non inflatur, non cogitat malum, non quærit quæ sua sunt*. Sed nec solum diligitur, dilectione naturali, sicut omne ani-
3.
Paulus Rom. 4.
Leuit. 19.
1. Cor. 13.

animal diligit sibi simile; sed dilectione charitatiua, atque gratuita, quæ fundatur, in participatione, fœlicitatis eternæ. Ad rem hanc loquitur optime S. Maximus, cap. 105. *Habere proximum sicut se ipsum est de sola vita, & vt super esse queat curare quod ad legem naturalem pertinet Diligere vero, sicut se ipsum est, ei consulere, vt per virtutem fœliciter etiam agere possit; quod quidem lex est scripta concedit. At vero diligere, supra se ipsum, maxime proprium est, legi gratiæ, adiecit, & odio, habebis, inimicum tuum.* Hoc est quod Tertulianus dicit: *Dentem, pro dente repetebant.* Sed quid mirum, absente Domino patientiæ, & Magistro.

4. S. Maxim.

Sed desquiro, quid intelligis, dum audis: *Odio habebis inimicum tuum?* Profecto additum hoc, non est ab eodem Authore; & legislatore. Vnde ibi, non sicut in cæteris superioribus mandatis, quæ à Deo profecta sunt simul hæc duo annexa sunt: *Dictum est antiquis.* Sed simpliciter legitur; *Dictum est posterioribus vero sententia à Scribis, & Pharisæis, profecta est.*

Albertus Magnus, in Matthæum, quod in suis traditionibus, hoc posuerunt esse præceptum Diuinum. Dicebant enim Rabisso sue, & Rabi Ioanna: & alij Scribæ Quod Deus dedit duplicem legem vnam scriptam in lapidibus, & alteram in cordibus sapientium. Odium autem inimici, in cordibus sapientum esse scriptam, quod etiam ex contrariorum opposita ratione facile intelligitur.

Albertus. Rabini.

Bensyra, qui à Iudæis, nepos Ieremiæ fuisse creditur, in sententijs moralibus, quas nobis Paulus Fagius ostendit, sententia 13. dicit: *Qui honorat inimicum suum similis est asino.* Cuius sententiæ exemplum habet, commentarius sequés, de Acab. qui Benedad Regem impium occisurus erat, si Prophetæ monitis paruisset; ei tamen pepercit, eumque in amicitiam recepit, proponit etiam factum Saul, propterquod à Deo abiectus est; quia Agag. Reg. 1. pepercit verum, nec ex his exemplis generalis prescriptio de odio habendo inimicis; assignanda est, sed disquirendum est primo, qui sunt illi, qui vere dicuntur, & sunt inimici, quod aut odio habere, aut diligere, debeamus?

Bensyra. Paulus Fagius.

Primo quidem, lex non dicit oddiendum esse inimicum, sed e contrario, Clemens Alexand. lib. 2. Stromatum dicit. *Quod lex apperte*, ait: *Non abominaberis Ægyptium, quoniam ad vena fuisti in terra Ægypti, vel Gentilem, vel quemuis etiam mundanum. Vocans Ægyptium, & hostes, etiamsi muris immineant; conantes vrbem capere, non prius vel hostes existimari; quam missis ad eos, legatis ad pacem prouocauerint.* Hæc ille. Idem argumentum sequitur Philo Iudæus, lib. de charitate, & vt videas extremam æquitatis lineam, inquit: *Vult à voleri memoriam iniuriarū illatarum à veteribus hospitibus; vt magis nomen ad charitatem faciens valeat; quam respectus malæ tractationis, non prosequeris (inquit) Ægyptium, odio; at qui nullam iniuriam Ægypti, ab hac gente abstinuerant; nouas semper crudelitatis species addentes Prioribus. Attamen, quia abinitio, non excluserunt eam à suis ciuitatibus, nec arcuerunt à finibus; ob eam rem, inquit, habeant præuilegium, & ius amicitiæ: etsi aliqui forte voluerint transire, ad Iudæorum instituta, non sunt hostiliter tractandi, tanquam inimicorum posteri: sed hac conditione admittendi: Vt tertia generatione, vocentur in Ecclesiam; audituri Diuina eloquia. Eodem iure quo ad veniæ, & patricij: ac ne velli quidem ius ab humanitate alienum est.* Idem narrat, quod audiuimus. Ex Clemente Alexandrino, vterque enim refert, id quod legitur, in Leuitico cap. 19. & in Exodo cap. 23. *Si videris asinum oddientis te iacere sub onere, non pertransibis, sed subleuabis eū.*

5. Clemens Alexand. Philo Iudæus. Clemens Alexand.

Non prætermittam tibi dare epistol. D. Hier. ad materteram suam, exorrando eam ad pacem, & amicitiam cum quibusdam, ait enim: *Ioannes idem Apostolus, & Euangelista, in epistol. 1. c. 3. Quicumque oddit fratrem suum, homicida est Et recte, cum enim homicidium ex oddio sæpè nascatur; quicumque oddit, etiamsi nec dum gladio percusserit; animo tamen, homicida est. Cur ais tale principium, scilicet, vt veteri rancore deposito, mundum pectoris Deo, paremus habitaculum. Irascimini inquit, Dauid Ps. 4. & nolite peccare. Hoc quid vellit intelligi, Apostolus plenius interpretatur. Sol non occidat super iracundiam vestram. Ad Ephesios, c. 4 Quid agemus nos in die Iudicij, super quorum iram non vnius diei, sed tantorū annorū; Sol testis occubuit? Dominus loquitur, in Euangelio. Mat. 5. Si offers munus tuum ad Altare ibique recordatus fueris; quia frater tuus habet aliquid aduersum te; relinque ibi munus tuum, ante Altare, & vade reconciliari prius fratri tuo, & tunc*

6. Hier. epist. ad materteram suas mittit de dilect. inimicorum. Psalm. 4. Ephesios 4. Matth. 5.

tunc veniens offeres, munus tuum. Va mihi misero, ne dicam, & tibi, qui tanto tempore, aut nō obtuli, munus ad Altare, aut irā permanentē, sine causa, obtuli. Quomodo in quotidiana prece vnquam diximus, dimitte nobis, debita nostra, sicut, & nos dimittimus, debitoribus nostris animo discrepante, cum verbis; oratione dissidente, cum factis? Præcor itaque quod, & ante annum, prioribus litteris rogaueram, vt pacem, quam nobis reliquit Dominus Ioan. 15. habeamus: & meum desiderium, & tuam mentem Christus intueatur in breui, ante Tribunal eius reconciliata, seu scissa concordia, aut præmium recuperauit, aut pœnam. Quod si tu (quod procul absit) nolueris, ego liber, ero, epistola hæc mea cum lecta fuerit absoluet. Hucvsque Hieronymus.

Ioan. 15.

7. Vbi notandum est, quam ex corde loquatur de dilectione inimicorum, vbi pōderabo breuiter verbum illud: *Sol non occidat super iracundiam vestram.* (De quo alibi latissimè) quasi dicat, ne iraſcamini, ita quod duret vsque ad occasum Solis, ira vestra, quid agemus nos in die iudicij, super quorum iram non vnus dies; sed tantorum annorum, Sol, testis occubuit? Cabeamus, ergo, abita, & odio, fugiamus oppōrtet ne ira nostra videat, sōlis occasum.

Ephes. 4.

Cum igitur Christus Dominus, vere Sol iustitiæ ad occasum accessisset; orat in Cruce pro inimicis dicens: *Pater ignosce illis.* Quasi diceret. Sol iustitiæ ortu suo lucem emisit, super bonos, & malos; sed ad iram sentitur prouocatus multitudine peccatorum populi Iudaici. Ne, quæso ira Dei, ascendat super eos, nesciat occasum furor illius parcat in medio lucis splendore Sol, non occidat super iracundiam illius: *Pater ignosce illis.* O vere Sol illuminans mundum! Ad occasum accedere nequaquam cupis, stante inimicitia. Sed amore ignosce, Pater, ne Sol occidat super iracundiam vestram.

Mat. 5.

Secundo ponderandum est verbum illud: *Va mihi misero.* Qui tanto tempore munus ad Altare obtuli, ira permanente: Disquiro fratres dilectissimi, & Religiosissimi Quid, erit de Sacerdotibus, pæssimis vitiorum curis deditis, iracundia, odio, & mala voluntate plenis, invidis futurronibus abāt tale hoc, ò vtinam nunquam tale. Si tamen forsitam ita sit, quid erit in die Iudicij? Semel, & iterum disquiro quid erit? O Sacerdotes! O sancti Religiosi! Qui causam Dei agitis, qui quotidie ad mensam summi Regis ascenditis: *Toties Dei,* Inquit Tertulianus de Carne Christi: *Toties Dei.* Toties quidem, vocati serui Dei. Toties accedentes ad eam, quid erit in die iudicij? Clamitat sapientia in plateis: *Custos quid de nocte.* Sacerdotes sunt Pastores, sunt Custodes, & nascente Domino: *Pastores vigilare cœperunt.* Tunc sic quid erit de cæteris dormientibus, illis. Sed tunc dormiunt Sacerdotes, quando ad iram illorum accedit occasiōs igitur: *Sol non occidat super iracundiam vestram.*

Tert.

Isai. 21.

Ephes. 4.

§. II.

Ponitur pro dilectione inimicorum Christus Magister, & Dominus patientiæ, viusque figura in antiquis quibusdam exorantibus pro inimicis.

8. ANtiquissimi, & sanctissimi viri, quin Christi figuram agebant, maximis benefitijs pro sequi sunt inimicos suos. Inter quos Iosephi Genesis 45. circa fratres tuos: Dauid, tum Absalon, 2. Reg. 18. & 16. in Semei: & Saul 1 Reg. 26. qui Christum figurabant: teste Prosperō Aquitanico lib. de promissione, cap. 26. Moyses circa Mariam sororem suam, ridentem de illo. Numeri. cap. 12. Aiebant Iudæi diligendos amicos: & odiendos inimicos, & considerabant vetitum fœdus cum gētibus inimicis. Deut. 7. illos exorrescendos, quia nefaria opera faciebant. Sapientiæ 12. Vnde odio quoque persequendos, dicebant; quasi in morem gentilium vim, vi, repellere liceat sed Euangelium odio prosequitur vitium, & malitiam, hominum docebat, eamque detestari. Caueat quoque Scriptura, ne gentium fermento, Israel inficeretur; si commercium, cum hominibus impijs haberet. Non tamen homines Dei creaturas odisse docebat. Ideò. Ait: *Ego autem.* Vim, habent omnes istæ dictiones. *Ego.* Ad Emphasim. Primo qui se, à, diametro cōmentatoribus, immo legis, deprauatoribus opponat. Secundo, qui à semetipsō, vt Deus, loquatur, & præcipiat; qiem, Isai. 52. Sic loquentem introducit, cap. 53. *Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa; quia ego qui loquebar, ecce adsum.* Dico Hoc ponit cum is dicere, est imperare; verbaque illius vera semper sunt: *Nec enim Deus est, vt filius hominis, vt mentiatur.* Numeri 23. Vobis vtique qui melioris perfectionis apicem ascendere debetis cum, & ampliorem ego vobis, quā

Genes. 45.

2. Reg. 18.

Prosperi Aquitan.

Num. 12.

Deut. 7.

Sap. 12.

Matth. 5.

Isai c. 53.

Num. 23.

Moy-

Moyses proponam mercedem: *Vobis inquam, qui meam, & doctrinam, & conuersationem. Sectare debitis; vt quemadmodum ego feci, & docui, ita, & vos faciatis.*

9. *Diligite (inquit) inimicos vestros. Et non diligite inimicos meos.* Quia, quo quis inimicus Dei est, etiam odiendus est. Est autem inimicus, non per naturam, sed per contrariam voluntatem. Vt docet Aug. lib. 12. de ciuit. cap. 3. *Nec enim in natura est malum.* Et Dionisius 4. c. lib. de diuinis nominibus part. 4. inquit: *Pro inde nec homo, aut diabolus, malus est natura; sed voluntate.* Ita etiam, Cyrillus, Ierosol. Cath. 2. sed nec ait: *Eximite à pœnis, potest enim inimicus, qui vis, aut lege politica, aut Ecclesiastica plecti, absque charitatis iniuria.* D. Ambros. 1. Officiorum, dicit: *Non miserendum Latronis, etiamsi lacrymæ de precatium, cogere iudicem videantur: sed proferendam sententiam.* Cum alioqui, displicuerit Saul misericors in Amalechitas 1. Reg. 15. charitas ergo Christiana, non vetat Iudicem legibus, vti innoxios, nam habet præceptum, Exodi 22. *Maleficos non patieris viuere.* Non enim præcepta Euangelica inquit, Aug. lib. 2 contra epistolas Parmeniani, de dilect. inimicorum, & misericordia impendenda proximis: *Eatenus intelligenda sunt, vt peccati relaxetur impunitas. Sed vt deliquenti correctio & naturæ ministretur subsidium; donec per sententiam Iudicis adempta spe correctionis malorum tollatur exercitium.* Idem refertur 24. q 4. can. non potest. Nec enim Iudex, cum impium damnat inimicum agit, sicut nec iustitia charitatem opprimit. Id circò de inimicitia, suspectum Iudicem repellere licet. Vt part. 3 q. 6. c. omnes, qui aduersus: *Et nulli Episcoporum.* Et quia *suspecti*: & qui *inimici*. Immo per Iudices, occisionem, licitam; & per milites. Docet. Augustin. epistola ad publicolam, quod refertur 23 q 5. can. de occidendis, hominibus. Phinees, quipe, Numer. 25. Moyses, quoque. Eçdem. Exodi. 2. cõmendarunt suis exemplis, sed inimicorum Dei, & legum, nec erraut, impiè non facit pater filium castigans; errabant enim scribæ traditione, *promiximi*; & in earum sententiarum sensu, quę videbantur, odium inimicorum admittere: *Attendebant quidem dictionem amici.* Læuiti, cap. 19. vbi dicitur: *Non oderis fratrem tuum in corde tuo. Sed proximum, & sotium tuum, sicut te ipsum diliges.* Hos ergo solos esse diligendos existimabant, qui eiusdem esset populi, Religionis, & cultus. Et quidem vt docet Clemens Alexand. lib. 2. stromatum: *Frater intelligitur, non solum qui ex eisdem parentibus natus est, sed etiam qui fuerit eiusdem tribus, eiusdem sapientiæ, aut verbi particeps.* Hinc fit, vt & omnes Christiani, se fratres dicant, quia etiam nos, ipsa natura consanguinitatis vinculo constrinxit.

S Leo, Martyr serm. 2. de ieiunio, decimi mensis, inquit: *Proximi autem nomine, non hij tantum intelligendi sunt, qui nobis amicitia, & propinquitate iunguntur; sed omnes homines, cum quibus nobis natura communis est: siue illi hostes sint, siue soţij, siue liberi, siue serui. Alioquin, vt scriuit Lactantius, lib. 6. de vero cultu, cap. 10 Pro beluis in manibus, & crudelibus, habendi sunt, qui homines eiusdem secum naturæ oderint. Siquidem vt ex Lucretio, protulit; cœlesti semmus omnes semine oriundi; omnibus ille idem pater est.* Verum quomodo tot obiectionibus respondebitur: Quæ odiendos esse inimicos ostendunt?

S. Hylarius Psal. 138 ait: *Religiosum est, odium, quo quis oderit inimicos Dei.* Et Psalmista: *Nonne, qui oderunt te Domine oderam, & super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio, oderam illos, & inimici facti sunt mihi.* Et Ps. 118. *Iniquos odio habui; & legem tuam dilexi.* Itaque ratio inimici habenda est. Si inimicus tuus dilige eum; si inimicus Dei est, ea ratione qua Deo aduersatur, odi illum S. Hieronym. in vigilantium, ait: *Iniuriam meam patienter fero; iniuriam autem Dei; ferre non possum.* Hic Moysem, hic Dauidem, hic Christum Dominum considera. Qui, etsi inimicis suis, essent mansuetissimi: in causa tamen Dei, dissimulare non potuerunt. Moyses per media castra custodes vitulorum, occidi iussit. Et ipse Christus, vendentes, & emẽtes flagelis abegit. Samuel, qui tot perpessus erat à populo, docet Saulẽ non fuisse parcendũ Regi Amalecitharũ, ipse etiã eum occidit. Dauid vero; qui toties suã mansuetudinẽ celebrat; quã aduersũ, & vehementi animo ferebatur in Philistheos, & Amonitas? Circa, quod Hier. lib. 3. cõm. c. 5. ad Gal. non tam inquit, personarum, quam morũ facta est dissensio, vade, & resoluit id quod dicitur ad Abrahã: *Inimicus ero, inimicis, & aduersabor, aduersantibus tibi, nõ tã Abraham illis fuisse inimicum; quã illos virtutibus, & Religioni*

Clem. Alex.

10. *S. Leo.*

Lact.

Lucretius.

Hylarius Ps. 138.

118. *Psal.*

Hieron.

S. Hier.

Abrahæ. Morum etiam potius, quam personarum distinctionem consideraſt in hac sententia. Num. 31. *Hostes vos sentiant Madianitæ, vt quomodo Deus vtiliter, inter serpentem, & mulierem inimicitias posuit.* Geneſ. 3. Ita magno noſtræ fidei, & ſalutis ſtabilimento, quid cum aduerſarijs, contrahere prohibeat? Apocalip. cap. 2. *Sectam nicolaytarum, ego odi.* Sed, & ipſe Deus etſi diligat omnia quæ ſunt. Et nichil, oderit eorum, quæ fecit præuidens tamen impietatem, Eſau antequam naſceretur dixit: *Iacob dilexi, Eſau autem odio habui.* Ad Romanos 9.

Num. 31.
Geneſ. 3.
11.
Apocal. 2.
Ad Rom. 9.

S. Baſilius. Non tacebo, quod eleganter S. Baſilius docuit, hom. *Quod Deus non eſt Author malorum*, vbi dicit: *Ideò Deum nobis contra Diabolum inimicitias indicaſſe; quia etiam ille nobis inimicus factus eſt. Reuera (inquit) Baſilius noxiæ ſunt amicitiæ, quæ cum malitia contrahuntur: nam per amicitiam ſimiles eis redimur quos amamus.* Ponderanda quidem ſententia, quare proberbium eſt commune: *Corrumpunt bonos mores, colloquia praua.* Et vt iam vidimus. Ex Tertuliano: *Cum potius iniuria ſit cum Diuinas res humanis actibus volutatur.* Vt enim in locis peſtilentibus, à tractus aer, latenter corporibus morbum ducit, ſic ex praua conuerſatione vitium potamus fugiamus ergo dilectiſſimi, prauorum conſortium, quibus leditur virtus. Et infirmatur animus Religioſus.

S. Baſilius.
Tertul. de pat. c. 2.

Hinc fit, vt ſit requirendum fundamẽtum vere dilectionis in Deo: nam ſi dilectio Dei eſt: totus homo perfectus euadit malus tamen ſi dilectio in Deo non fundatur. Ex quibus iam facile intelligemus, quod inimici Dei, inimici virtutis, & bonorum morum ſunt fugiendi, ſunt abominandi, ſi tamen ſit ſolum inimicus tuus, dilige eum, & ora pro illo, hæc eſt ſentẽtia Chriſti Domini.

Hinc fit, vt ſit requirendum fundamẽtum vere dilectionis in Deo: nam ſi dilectio Dei eſt: totus homo perfectus euadit malus tamen ſi dilectio in Deo non fundatur. Ex quibus iam facile intelligemus, quod inimici Dei, inimici virtutis, & bonorum morum ſunt fugiendi, ſunt abominandi, ſi tamen ſit ſolum inimicus tuus, dilige eum, & ora pro illo, hæc eſt ſentẽtia Chriſti Domini.

Chryſoſt. Audiamus modo. Chryſoſt. homil. 64. Dicentem quod fleuerit Chriſtus Dominus in Lazari reſurrectione: *Lacrymatus eſt Ieſus.* Ioann. c. 11. *Quare ante de mortuo Lazaro gaudet? Lazarus mortuus eſt, gaudeo propter vos.* Nunc autem lacrymatus eſt: *Et infremuit Spiritu?* Reſpondet Chryſoſt. *De quo gaudet mortuo, ipſum cum reſuſcitat, tunc lamentat, qui cum amittit, non flet, cum recipit tunc deplorat, tunc fundit mortales lacrymas, vitæ Spiritum cum reffundit?* Reſpondet ipſe: *Quia in illo eſt, omnium corporũ reſurrectionis ſpes. De gaudio plorat, non triſtatur hinc eſt; quod Chriſtus non dolores moris, ſed illius lætitiæ recordatur; lacrymauit qui voce ſua, voce vna, omnes etiam mortuos perpetuam ſuſcitaturus ad vitam, & tam tam habuit vox illa efficacitatem, quod ſi Lazarum dumtaxat, non vocaſſet, omnes ſine dubio mortuos, reuocaſſet ad vitam.* Hæc ille.

Ioan. 11.
Notate hoc.

Sed ſi hoc ita eſt, inquit Chryſoſtom: *Quare turbatur? Quare infremuit? Reſpondet, quia ſolum Lazarum, & non iam omnes mortuos ſuſcitauit; ſed vnum ſolũ, qui omnes venerat ſuſcitare, & ſerm. 65. ſubiungit idem Sanctus. Tunc tartarus, ligatis manibus, & pedibus, Lazarum retulit, ad ſuperna; timens, & tremens, ne dum ſoluit, nedum moras facit, nedũ tardus refert vnum omnes cogeretur afferre.* Iam quidem Chriſti amor, tantum creuerat, quod de vno ſuſcitato plorat, cupiens iam omnes ad vitam ſuſcitatos eſſe; & quia eius amor erga eos, qui eius ſanguinem fundebant, tanta efficacitate affitiebatur plorat, quia diligit. Optima quidẽ cauſa plorandi, quia diligit Videte ergo qualiter ipſe, & inimicos diligat in Lazaro mortuo, & ſuſcitato adumbratos, & præcipiat Dominus, & Magiſter patientiæ diligere inimicos, dum ait: *Diligite inimicos veſtros, &c.*

12. Chryſoſt.

Non tacebo illud, quod docuit Lactantius lib. 6. *de vero cultu*, cap. 18. vbi, agit contra Ciceronem, qui lib *de officijs*, dixit: *Virum bonum eſſe qui prodeſſet quibus poſſet, nemini noceret; niſi lacęſitus iniuria.* O quam (inquit lactantius) *ſimplicem, veramque ſententiam decora verborum adiectione corrupit! Quid opus fuit adiungere (niſi lacęſitus iniuria)? Non minus enim mali eſt, referre iniuriam, quam inferre: nam vnde certamina, pugnæ contentiones? Niſi quod improbitati, oppoſita impatientiã, magnas concutiat tempeſtates? Quod ſi patientiam, improbitati oppoſueris, extinguetur potius, & protinus; quatenus ſi inſignia illius igni aquam ſuper fuderis, alioquin ſi remittatur, erit vt oleum. Et hoc eſt, non hominum more, ſed pecudum, & brutorum Sic ab homine, & patientiam, & innocentiam tollit.* Hæc ille.

13. Lactãtius.

Quid ergo noſtris nobilibus excuſationis reſtat, niſi quod pro ignominia habent iniuriam condonare; dum procurant mortem offendentiam eos profecto Niniuitæ condemnabunt, & gentiles. Hoc etiam tradit lactantius? Legite Platonem, in Dialogo primo de Repub. vbi de iuſto (inquit) *Iuſti opus non eſſe, ſed*

Plato. Leg.

sed iniusti hominis nocere, vel amico, vel alteri cuiquam; sic enim Socratem cum Polemarco disputantem introducit, quod Polemarcus, ad instar nobilium Aulicorum, assereret iustum & frugi hominem non esse, qui non iniuriam vindicaret, & inimico, modis omnibus, nocere contenderit. Socrates ergo dic michi, inquit Polemarchæ detrimento affecti. Æqui meliores ne, an deteriores fiunt, ad æquorum virtutem? Polemarcus ait, deteriores. Socrates, nonne, & canes læsi, ad canum virtutem deteriores? Polemarcus, deteriores. Socrates, homines itaque. O amice detrimento affectos, nonne pessores? Nonne minores ad hominum virtutem iudicauimus? Polemarcus omnino. Socrates, ergo iusti. Opus non est, nocere. Quod sic probat possunt, ne musici, ipsa musica, non musicos reddere? Polemarcus, nequaquam. Socrates, & Equites, ab Equestri peritia, per ipsam doctrinam alienos? Polemarcus, non licet. Socrates, an iusti viri iustitia ipsa iniustos? Non enim caloris frigidum, nec siccitatis humidum opus est. Polemarcus, non certe. Hucusque Plato loco citato pro inimicis diligendis retulit. Seneca etiam scripsit librum cui titulus erat, in sapientem non cadere iniuriam. Basilius hom. 9. in Exameron, idem tradit exemplis mirabilibus. Lege illum.

Seneca,

Basilius.

14. Galenum vidi, libr. 1. *de vsu partium*; sic à loquentem: *Iuxta animarum conditionem, data sunt corpora animantibus; seu timidis, seu audacibus. Non statim tibi natura vngues acutos, non dentes, non cornua dedit, non opperuit corpus tuum squamis, non cauda muniuit: sed nudum, & mansuetum, animal procreauit. Vnde ergo michi istam nobilitatis notam requiris, qua totus spiras, odia, rixas, contentiones, furias, sanguine, vindictam? Primum enim de generas à natura tua, de generas ab ipsa ratione qua simul cum anima donatus es à Christo; per quem tu cum inimicus esses, Deo, reconciliatus es; inseris autem te Sathanicæ nobilitati: qui & sanguine etiam humano se placari voluerit, & innocentes pueros in Altaribus suis mactari profecta nil boni euenit à vindicta nil mali desinit euenire parce ergo dilecte parce, & pro inimicis ora, implebis mandatum Domini dicentis, diligite inimicos vestros.*

§. III.

Prosequitur exortatio, de dilectione inimicorum, exemplo Barbarorum, & Gentilium, & multorum, qui ita fecerunt.

BArbari quidem in Romæ Bastatione, victis, qui in Ædem sacram sanctorum Petri, & Pauli, confugerant pepercerunt. Sed, vt ex Virgilio obseruat Aug. lib. 1. de ciu. c. 1. & 2. Hetnici Deos suos, humano sanguine placaturos se existimarunt, sic enim apud Virgilium, Æneas inquit. 151

Aug.

Vidi hecubam, centumque nurus priamumque per ostia,
Sanguine fœdantem, quos ipse sacrauerat ignes.

Et quidem dij gentium dæmonia, ab his suam illam sanguinariam furiosam, rabiosam, & blasphemam, nobilitatem, mutuatur: qui, & ii, se Christianos nuncupent; directe tamen Christi, doctrinæ aduersantur. Dixerim illos, nobilitatem suam trahere, nempe Principes mundi: non quidē ab electis filijs Adam, non Aseph. Sed à Cain: qui fratri insidiatus est, & ipsum occidit. Porro charitatem, in inimicos, sic Christiani illi primi secuti sunt: vt Tert. c. 37. Apolog. dicat: *Nec mortuis Gentiles pepercisse Christianis, quin illos de requie sepultura, de Asylo, quodam mortis distraberent, & eos inimicum vulgus, lapidibus, & furijs inuaderet. Et tamen licet noxuna pauculis faculis, largitatem vltionis potuisset opperari, nolluisse Christianos, malum, malo dispungi.* Immo ad maiorem charitatis in Christianos, cumulum, docet ibidem illis licuisse, magis occidi, quam occidere. Nec videtur hoc difficile illis, qui Christi Spiritu potiuntur. Hic enim est Spiritus dilectionis, & pacis S. Leo serm. de Martyribus: *Potest* (inquit) *michi quis dicere, non possum vigilare, non possum ieiunare, non possum omnia mea, pauperibus erogare, & in Mona, sterio viuere; nunquid potest dicere, non possum diligere?* Legite Aug. tom. 6. lib. contra Adimantū, c. 17. vbi ait: *Legē istam de diligendis inimicis, non esse huic contrariā.* Quæ habetur Exod. 23. de occidendis Chananeis, Iebuseis, Gergeseis, Pherecæis, & Amorrheis: Dñs enim (inquit) de diligēdis inimicis precepit, vtiq; de hominibus, quos per nostrā patientiā, & charitatē ad salutē posse cōuerti, & quī vis intelligit, & sepissime exēplis demonstratū est. Quod enim summis inimicis, summi amici, euallerunt per eorū, qui offensi erant longanimitatem, & patientiā?

Tert.

S. Leo in.

Aug.

Exod. 23.

Matth. 5. Ideo Christus, adiecit: *Bene facite his qui oderunt vos.* Iosephum fratres eius oderant; tempore tamen penuriæ frumentariæ, benefecit illis. *Genes. 45.* Genesis 45. Et hæc sua liberalitate, hostilem eorum animum eui cit. Dauid autem, quoties hostem Saulem in sua potestate habuit? Pepercit tamen ei; nec permisit quemquam in illum manus extendere. Hinc & ille exclamare coactus est *1. Reg. 24.* 1. Reg. cap. 24. *Iustior tu, es quam ego; nam retribuisti mihi bona, pro malis.*

16. Dotibi Senecam lib. de quatuor virtutibus, *c. de magnanimitate nihil magnū (inquit) in rebus humanis, nisi animus magna despitiens, si magnanimus fueris, nunquam iudicabis tibi contumeliam fieri; de inimico dices, non nocuit mihi, sed animum nocendi habuit. Cum illum in potestate tua videris, vindictam putabis, vindicare potuisse. Scito enim, honestum, & magnum genus vindictæ esse ignoscere.* At vero Christiani, non solum ignoscunt, sed & benefacere inimicis norunt. *Seneca. Nota.* Nota sententiam Senecæ: *Non maior vindicta, quā posse vindicari.* Hæc magna victoria est, hic animus generosus, cū possis vindicari, vindictam nescire. Et obstitum esse iniuriæ.

Euseb. Audi etiam, Eusebium in historia Ecclesiastica lib. 9. c. 8. & Intripartita lib. 6. c. 29. vbi dicit: *Hinc nimirū factum est, vt Iulianus Apostata, suis litteris præciperet ab hetnicis fieri, vt etiam inimicos, benefacerent. Littere autem eius ad Arsatium*, Sacrorum in Galatia Pontificem; hæc habebant: *In vrbe, quaque frequentia, ad benigne excipiendos hospites, Xenodochia extrue, & aduenæ, non nostræ tantum Religionis, sed alieni etiam, quicumque petierint, aut indiguerint; humanitate nostra, per fruantur, vnde ad eam rem pecunia suppeditet prouisum mihi est. Triginta enim millia frumenti modiorū, & sexaginta millia, sextariorum vini, quot annis in eum vsum, per Galatiam, conferri iussi. Turpe siquidem esset; quum inter Iudæos, mendicus non sit, & impij Galilæi (sic enim Christianos vocabat) non suos tantum, sed nostros allant, si opem, & auxilium nostrum, requirere nostri, viderentur pro Græcæ Religionis obseruatores, vt ad ministerium huiusmodi aliquid etiam conferant docet: homines que Græcos, officijs, & beneficijs talibus à sue fac. antiquitus nostri moris; operisque id fuisse eos admonens.* Hęc in litteris Iuliani, vbi, & benefacere iubet etiam extraneos.

Iulianus Apostata scriuit hæc

Rursus non sileam, quod etiam Turcarum Principes, Xenodochia quædam, & erexerunt, & fundarunt; quibus etiam Christiani Eleemosynam aliquam, acciperet; si modo nomen fundatoris, & requiem animæ eius, verbis exprimerent. *17.* *Augustin.* Augustin. lib. 5. de ciuit. cap. 26. hoc ipso Christianum Theodosij animum apparuisse scribit. Quod Tirano Eugenio deuicto, qui sibi occidentis Imperium, occiso Valentiniano Arrogante, arrogarat; eorum, qui illis fauerant filios, Gentiles ad Ecclesias confugientes, occidi vetuit; eosque licet inimicorum filios Christiana charitate dilexit, nec priuauit rebus, sed auxit honoribus; in nominem post victoriam priuatas inimicitias valere permittens. Hoc nimirum modo, Principes sibi deuincere norunt populos, qui illos de Tyranide suspectos habebant. Roboā flagellis, & scorpionibus, populum à se auertit; illum autem licentia Ieroboam sibi vendicauit. Vicit Eliseus hostilem Syriorum militum animum, cum eos quos si permittere voluisset, breui mortuos videre poterat: *Liberali mensa excepit.* 4. Regum 6. *Apposita est eis ciborum magna præparatio.* Adde, quod charitas, non otiosa est: *Prouatio igitur dilectionis exhibitio est operis; diliges corde, sed id ipsum testaueris opere.* Rom. 12. *Si esurierit inimicus tuus cibum illum; si sitit potum da illi, & carbones ignis congeres super caput eius.* *4. Reg. 6.* *Rom. 12.*

Orate inquit; *pro persequentibus, & calumniantibus vos.* Matth. 5. Sic Dauid, Psalm. 108. *Pro eo vt me diligerent, detrahebant mihi, ego autem orabam.* Moyses orauit pro Maria sorore sua prius eum calumniante. Numer. 12. Et episcopi, pro populo, eum per sequente. Et hinc Christi sanguis melius clamat, quā sanguis Abel. Ad Hebræos 11. Et Christus Iacobum, & Ioannem increpauit, eo quod dicerent, non recipientibus eum Samaritis: *Vis dicamus, vt descendat ignis de cœlo, & consummat eos?* Quibus ille: *Nescitis cuius Spiritus estis.* Lucæ cap. 9. De quo nos iam supra egimus in hoc eodem capite. *Matth. 5.* *Psal 108.* *Exod. 5.* *Et Nu. 12.* *Hebr. 11.* *Luc 9.*

§. IIII.

Quod Christus Dominus, in Cruce pendens, orat pro inimicis, ad Patrem.

Pater ignosce illis.

18. CHristum Dominum, videte, dilecti, oran tempro inimici. *Pater ignoscet illis; quia nesciunt quid faciunt.* Lucæ 23 ibi videtis veram misericordiam, osculum pacis, & osculum iustitiæ, & veritatis legite Bernardum, de osculo pacis sic dicentem: *Fœlix conscientia in qua misericordia, & veritas obuiauerunt sibi; iustitia, & pax osculate sunt; veritas confitentis, & misericodia miserentis; obuiauerunt sibi: quoniam non potest illi misericordia de esse qui se cognoscit veritate, osculum iustitiæ est inimicos diligere, parentes, & propria quæque propter Deum relinquere, illa tam iniuriam, patienter ferre, oblatam gloriam vbique declinare, osculum pacis est, odientes inuitare ad pacem, discordantes, ad concordiam reuocare, aduersarios, pacifice sustinere, errantes, pie, & benigne, docere; mœrentes, clementer mulcere, & cum omnibus pacem habere.* Hæc ille, vbi notare opportet, quod in osculo pacis, est veritas confirmatis, & iustitia, æquitatis, & misericordia pietatis, & gloria, pro lauro amoris. O vera iterum glorioſſa inimicorum dilectio? Bene quidem dixit Galenus lib. 1. de vſupartium, hominem nudum, & mansuetum animal procreauit, vt haud quaquam ad contentiones, & bella paratum: ad pacem tamen vere dispositum. O quam nudus in Cruce Dominus meus Iesus dulcis amator pro inimicis orat à Patrem anxietate paterna, dilectione mirabili!

19. Consideremus eum in horto; erat quidem, cor eius, anguſtia plenum, exhalat vis amoris, & ad verba, de verberibus curit: ore dulcissimo dulcia mittit ad Patrem verba: *Pater mi si possibile est, transeat à me Calix iste* Non reluctat voluntati Diuinæ quæ illi per manutenentiam Spiritus Sancti conformis erat. Sed portionis inferior affectus renuebat: *Transeat à me Calix iste*, inquit: *Et dum esset in agonia factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis, decurrentis in terram.* Sed, & vere Pater, amator pacis, vnde tanta vis, & efficatia: Vt transeat Calix si possibile est? Voluerat, ne à se Calicem repelleret? Mortem fugere, & inimicos odio habere, & de illis vindicari? Abſit, potius dicit: *Nō mea fiat voluntas, sed tua fiat.* Fiat inquit, cito; & continuo decurrebat sanguis super terram, ide corde quidem, & de intimis viscеribus sanguis currebat, de fonte pietatis, aqua salutis; quid amplius dicam? Non ribuli, sed flumina, & Maria salutaris aquæ. Surgit amor Iesus, dormientes suscitat Discipulos, currit ad Passionē, qui proditorem spectat. *Surgite (inquit) eamus, ecce appropinquat, qui me tradet.* Vnde ergo. O dulcis amator, orta est, talis amoris tempestas? Vnde nisi ab ipso amoris fonte terram sanguine sanctificante.

Lucæ 23. Bern. Lucæ 22. Galenus. Lucæ 22.

20. Perpendamus modo, verba Andreæ Cretensis, tractatu de verbis Christi, & Passione: *Vidit (inquit) sanguinem, ita dulciter, & suauiter effluxisse, dum esset in agonia, vt cadendo terram tactu sanctificaret, & sic robur summit ad fundēdum.* Hæc ille quasi dicat fugiebat secundum portionem inferiorem morté, orauat ad Patrem, vt Calix si fieri posset à se transiret; sed tamen cum de medula cordis mei, sine difficultate bena diffundeuatur sanguinis; lætissimo animo prōpta mobilitate; & terra ipsa dicara tribulis, & spinis onusta, ipsisque aptata. Genesis 3. *Spinas, & tribulos germinabis.* Iam sā nouo flumine sanctificatur. Aqua vitæ irrigatur, & nouo fæcundata rore; lætus memetipsum, morti tradendus offero, lætissimus citrō ad Passionem, & si tardat turba millitum, turba millitum, turbam venientem mea diligentia expecto: abiit quidem, vt fugiam; recte Cayetanus, super Mat. cap. 4. conqueritur (inquit) Christus de milite percutiente maxillam eius, qui tacet in discursu Passionis. *Et tanquam Agnus coram tondente se obmutuit.* Sed quare querelam dat? *Profecto, quia perturbauit auditorium.* Quia cum in domo Pontificis de eius morte, & Passione ageretur, actione illa nefarius milles diuertit auditorium, & si tantis per, & quasi cessando à colloquio, de eius morte respirientes iudices cessauerunt de hoc quæritur Christus, & conquetitur, cum pro illo istanti, differatur sermo adhuc de illius Passione; quia tanta est vis amoris illius, tamque insignis affectus pro inimicis moriendi, & orandi, quod illud illi pro nouo tormenti genere estimauit, cupiebat quidem orare pro illis, & mori à quibus cognoscenat odio haberi.

Andreas. Cret. Gen. 4. *Cay. Actorum 8 Tanquam ouis ad occisionem ductus.*

21. Dum enim in Cruce pendebat nostræ salutis Author Deum respicit, tanquam seuerum iudicem; & inquit: *Deus meus, Deus Meus, vt quid dereliquisti me.* Quā do vero oraturus est, pro inimicis Crucifi-

cifixentibus, stylum locutionis mutat, & Patrem vocat, vt paterna viscera experiantur crudeles, Deum vocat, & iudicem dominantem, quando, vt patiatur crudeliter, & seuere, vt ita dicam fas est, coronetur, tunc Patrem non clamat, sed Dominum Deum tanquam iudicem in eo causam iudicantem generis humani vocat vero Patrem Exorando pro inimicis, vt moueat ad pietatem; se tamen obedientia reum facit, mortem sustinet fidei iussor noster, propter quod, & Deus. *Exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen.*

Igitur Patrem vocat dū orat pro Crucifixentibus, dicens: *Pater ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt*, pulchre S. Petrus Chrysologus, serm. 3. de filio prodigo; sed quia notatu dignissima sunt eius verba, & sepissime necessaria, tibi dabo totum illius discursum, ait enim.

Chrysol. de filio prodigo sermo totus tertius nota.

22. *Filij l. xurioſi abscessum, regressum, culpam, pœnitentiam; percurrimus hactenus sermone geminato, occursum modo Patris, bonitatem Patris, Patris ineffabilem misericordiam, prosequamur, surgens inquit.* Lucas cap. 15. *Venit ad Patrem suum; cum autem esset longe, vidit illum Pater suus, & misericordia motus est, & accurrit, & cecidit super collum eius, & osculatus est illum. Surgens venit ad Patrem suum; surrexit iste mentis, & corporis de ruina; surrexit de profundo inferni; cœli alta contingens, apud cœlestem Patrem suum venit, non gressu pedum, sed mentis in cessu; longinquus, terreni itineris non indiguit: quia compendia vitæ salutaris inuenit Diuinum Patrem; nescit viarum cursu querere, qui fide querens, mox sibi illum inuenit esse præsentem, surgens venit ad Patrem; cum autem esset longe, quomodo longe est is, qui venit? Quia non dum peruenit; iste qui venit, venit ad pœnitentiam sed non dum, peruenit ad gratiam; venit ad Domum Patris, sed non dum peruenit ad gloriam pristini; vel habitus, vel honoris; cum autem esset longe, vidit illum Pater suus, vidit Pater ille, qui in altis habitat, & humilia respicit, & alta a longe cognoscit. Vidit illum Pater suus, Pater vidit illum: vt, & ille Patrem posset attendere, Patris visus illustrauit venientis aspectum vt tota furagetur obscuritas, quæ circunfusa fuerat de reatu, non sunt tales tenebræ noctis, quales ille sunt, quæ de confusione veniunt peccatorum, audi, Prophetiam. Psal. 20. & 37. dicentem comprehenderunt me, iniquitates meæ, & non potui videre, & alibi iniquitates meæ, grabate sunt super me, & lumen oculorum meorum non est mecum, non sepellit externum lumen; peccata, sensum, animum, membra, confundunt, nisi ergo cœlistis Pater, redeuntis filij radiasset in vultu, & totam confusionis caliginem, respectu sui lumine sustulisset, nunquam Diuini vultus vidisset iste filius claritatem; vidit eum de longe, & misericordia motus est, mouetur misericordia, qui loco non potest dimoueri acurrit, non progressu corporis; sed pietatis affectu; cecidit super collū eius; vt erigeret sic iacentem, cecidit super collum eius, vt amoris onere, onus tolleret peccatorum, venite ad me inquit, omnes qui laboratis, & onerati estis; tollite onus meum super, vos: quia leue est, videtis, quia Filius iuuatur istius Patris onere, nō grabatur, cecidit, super collum eius, & osculatus est eum. Sic Pater iudicat, sic emmendat; sic peccanti filio, dat oscula non flagella, delicta non videt, vis amoris; & ideo Pater peccata filij rediemit osculo; clausit amplexu; ne nudaret Pater; filij crimina; Pater, filium ne fœdaret, Pater sic curat filij vulnera; ne filio cicatricem nœuum, filio, ne relinqueret beati, inquit; quorum remisse sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Si adolescentis huius factum displicet; horret absceſſus; nos à tali Patre, nullatenus, discedamus, aspectus Patris fugat crimina, expulit noxam, eunctam nequitiam, & tentamenta propellit, certe, si abscesimus, si subsistamus Patris totam, luxuriose dispersimus nos viuendo. Si quidquid vsquam commissum facinaris, & delicti, si ad pietatis præruptum totum totam venimus ad ruinam; surgamus aliquando, & ad talem Patrem, tali intuitati redeamus exemplo; cum autem videret eum, misericordia, motus est, & acurrit & cecidit, super collum eius, & osculatus est eum rogo, quis hic, desperationis lacus? Quæ hic excussationis occasio? Hic simulatio, quæ timoris? Nisi forte timetur occursus; terret, osculum; turbat amplexus, & capere ad vindictam, non recipere ad veniam Pater creditur; cum filium tradit manibus; claudit gremio; ligat lacertis, sed hanc cogitationem, de veli atricem vitæ, salutis inimicam, expugnant nimis, nimis auferunt, quæ sequuntur, dixit autem Pater, ad seruos suos cito proferte stolam primam, & induite illum, & date anulum, aureum in manu eius, & calceamen-*

Luca 15.

Psal. 20. & 37.

menta, in pedibus eius, & adducite vitulum saginatum, & occidite, & manducemus, & epulemur; quia hic Filius meus, mortuus fuerat, & reuixit, perierat, &
24. *inuentus est. His auditis adhuc morimur: Adhuc non redimus ad Patrem? Cito proferte, stolam primam, & induite illum, sustullit filij crimina; qui non sustullit nuditatem, hinc est quod à seruis ante vestiri voluit filium, quam videri; vt soli Patri, nota esse nuditas: quia solus videre Filij non poterat nuditatem Cito, proferte stolam primam. Pater hic qui in secundis esse non passus est peccatorem; plus deuenia, quam de iustitia, gaudium vult à habere. Cito, proferte stolam primam. Non dixit, vnde venis? Fuisti vbi? Vbi sunt, quæ tulisti Quare tantam gloriam, tanta turpitudine commutasti? Sed cito, proferte stolam primã. Videtis, quia delicta non videt vis amoris: Tardam misericordiam, Pater, nescit delicta, qui discutit, prodit. Et date anullum in manu eius. Paterna pietas, contenta non est innocentiã reparare solam nisi pristinum restituat, & honorem. Et date calceamenta in pedibus eius. Quam pauper rediit, qui ditatus abscesserat; & de totâ substancia, calceamenta in pedibus non reportat. Date calceamenta in pedibus eius. Ne vel in pede remaneret deformitas nuditatis; certe vt calceatus anteriores vitæ rediret ad cursum. Et adducite vitulum saginatum. Communis vitulus non sufficit; nisi fuerit pinguis, nisi fuerit saginatus, vitulus pinguis testatur; paterne pinguedinem charitatis, & adducite vitulum saginatum, & occidite; & manducemus, & epulemur: quia hic filius meuus, mortuus fuerat, & reuixit; perierat, & inuentus est. Historiam loquimur adhuc, & iam cogitamus arcanum nudare mysterium, mortuus filius, vituli suscitatur ex morte, & vnus vitulus totius familiæ funditur in saginã, sed differendum est; vt senioris dolorem vetustum, vitustiorem fratris inuidiam pro sequamur* Huc vsque D. Chrysologus in toto suo admirando sermone de filio prodigo.

25. *Vbi, multa inuenies notatione dignissima, præsertim illud pater, qui sustulit filij crimina, non sustulit nuditatem, & illud, pater plus deuenia; quam de iustitia gaudium habet.* Vt intelligamus patrem, atque Prælatum; magis ad pietatem quam ad rigorem inclinandum esse; alias quidem potius Tyranus quam pater est: *Et illud, tardam misericordiam, pater nescit.* Nam vt dixi pater qui in afflictione videt filium, & non subuenit, nec pius pater est, immo nec pater: *Et illud; vis amoris nescit crimina.* Quia non est amor perfectus qui admittit prodere crimina, potius vt sanet procurat medicamentum, & vt dicam vno verbo, vera dilectio in eo stat, quod non solum peccata, & iniurias illatas remittat, sed etiã in eo quod ad pristinum restituat statum, vt bene Chrysologus, cum dicit: *Date à nullum in manu eius.* In quo stat insigne libertatis, non permittit verus pater quod alij nuditatem videant, sufficit vt solus videat, & tacet, & non disquirit de culpa non agrauat, non interrogat, quid fecisti? Vbi de ambulasti? Vbi posuisti pecunias? Et hoc ne filium rubore repleret, o pater maxime prudens, qui sic admisisti filium perditum, vt osculo pacis recipere es quem amisefas, & festiuo admiteres amplexu, ex quo non mirabimur; cum viderimus Christum Dominum in Cruce pendentem, non ostendentem querimoniam de culpis præteritis latronis non proponentẽ querelam apud Patrem de culpis crucifixentium, & blasphemantium, immo nec nomen iniuriæ, nec vocabulum pronuntiat inimici, potius cum plagas proponit inquit, factas esse in domo eorum qui dilegebant eum: *Quid sunt plage iste in domo eorum qui diligebant me.* Sic inimicorum vt vindicet facit se oblitum, vt tamen pareat, *illos*, duntaxat nominat inquiens ab Patrem: *Pater ignosce illis: quia nesciunt quid faciunt.* Quia vt inquit Chrysologus, vis amoris, nescit crimina; & paterna viscera ignorant in parcendo, & subueniendo tarditatem, reparat innocentiam, & ad pristinum restituit statum, dat à nullum aureum in manu inimici ponit, hoc docet cum inquit: *Benefacite bis qui oderunt vos.* Et vere vt inquit Tertulianus, lib. 2. contra Martionem nomen inimici in domo diligentis obliuiscendum. sic per Zachariam, cap. 13. dixit ille: *His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me.* Sed disquiro, quare diligentes vocat inimicos? R. quod sic diligentes vocat: quia est Magister dilectionis, Dominusque patientiæ, & qui patientia est armatus pro dilectione habet iniurias: quia ostenduntur diligentes, quasi dicat, plage iste me ostendunt me fatentur dilectorem inimicorum, & Magistrum dilectionis inimicorum.

Zachariæ 6. 13.

Euangelifte.

Mat. 5.

Zachariæ 13.

§. V.

§. V.

Prosequitur discursus de dilectione inimicorum, ex verbis Christi Domini pendentis in Cruce. Vbi locus Canticor. 2. expenditur.

26. *Luc. 23. & Euangelistæ.*

DVlcis amator, in Cruce pẽdens, orat pro inimicis, & Patrem vocat: *Pater inquit ignoce illis: quia nesciunt quid faciunt.* Sed disquiro, quæ est causa vocandi nescientes? R. quod meo videri illa sit, quia cum tam pius Pater, & Magister sit docet, non tam malitiæ quam ignorantiæ dandum esse peccatum, vt pote qui donare cupit culpam, leuiorem propter ignorantiam constituat pœnam.

Ezechiel. 18.

Nunc ergo videamus, Pater Æternũ, audientem Patrem Filij deprecationem, per Ezechielem, cap. 18. vbi dicit: *Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis; omnium iniquitatũ eius non recordabor.* Ploret peccator, doleat de crimine; & omnium iniquitatum eius, non recordabor, quis ergo dolore non afficitur, de criminibus non dolet? Illa quidem deprecatio pro iniuria contra Deum commissa, erat in nomine illorum assignare dolorẽ. Quasi diceret, ego pro eis rogo Pater, ipsi dolebunt, dimitte ergo illis: quia nesciunt, quid faciunt, vbi notauit Rupertus, quod vocat Patrem, vt illum paterna compellat necessitate ad dimittendum, dum enim veniam spectat Patrem vocat, dum vero ablationem auxiliorum, videt Deum Iudicem, ita dicit: *Deus meus, vt quid dereliquisti me.* Quia quem vult diligit, non amat quem perdit. Hoc in persona hominũ dictum est: quia non est volentis, nec currentis, sed miserentis est Dei, cũ vero voluit Christus quod Deus peccata inimicorum remitteret, & Patrem ipse vocat ipsum quem iudicem, & Deũ verum intuetur.

Rupertus.

Sed quis non miretur, velle Christum Patrem tradere ad affectum, & amorem, inimicorum Patrem appellando? Sed nõ miror nam nec melius inclinatur, nec velotius acurrit, quam sub affecto paternali nam qualis est pater qui filium perditum non admitit? Iure ergo paterno obligatur, videat filium, eiusque miseriam intuẽdo tanet ait Rupertus: *Vt vilis hæres veniam postulat, & veluti pars inclusa, in toto culpam remittit.* Tanquam vniuersalis hæres bonorum Patris: veniam petit pro peccatoribus, & tanquam pars, in toto Deitatis (ita dixerim cum Deus etiam ipse sic) culpam remittit, præcindamus igitur in Christo, & rationem Filij, & rationem Deitatis; vt Filius, & hæres; Patrem vocat vt dimmittat, Pater dimmitte illis, vt vero Deus; ipse qui petit, remmittit iniuriam. Pateat modo Theologiæ rigor, & videamus quod cultus, & honor ablatus à Deo per culpam; quamuis sint bona accidentalia, & extrinseca Deitati (quia intrinsece nec leditur, nec potest ledi) illa tamen bona accidentalia scilicet, honor, cultus, & alia huiusmodi ad Christum pertinent, tanquam hæredem vniuersorum; & cum ratione huius hæreditarij iuris, ipsi pertineat, cultus, & veneratio peccatorum per pœnitentiam conuersorum illis culpam remmittit, & de non cultu illi exhibito veniam petrit, & vt Patrem inducat ad pietatem, Filius Iesus Patrem vocat, non alienum sed suum: *Pater mi.* Ego iam dimissi defectum externi honoris, michi pertinentis hæreditario iure; & tanquam pars (vt ita dicam fas est) in toto Deitatis, dimmitte ergo Pater tu qui pijssimus es dimmitte illis siquidem ego Deus Filius qui peto dimmitto, tibi: O Pater, tibi! O Deus omnis cultus, & honor debetur, & tua omnia sunt, ego hæres tuorum bonorũ, & ego dimmitto qui hæres sum, dimmite ergo, & vt mouearis ad pietatem Patrem voco. Non quidem exorat: quia inferior sit secundum Diuinitatem; quippe qui æqualis est Patri, secundum illud æqualis Patri secundũ Diuinitatem minor tamen secundum humanitatem, secundum quam etiam Filius est Patris, & hæres vniuersorum: quia cum vna dum taxat sit persona Diuina in Christo; vt supra vidimus, vnicus Filius est Patris, petit ergo pro inimicis ad Patrem, ille qui Deus, & homo est de virgine natus.

27.

Sed disquiro, fitis illa quam habuit in Cruce, cum dixit: *Sitio.* Vnde nata est? R. esse natam ab eo quod sit hæres vniuersorum. In Cruce pendebat: *Et qui prætereibant, increpabant eum dicentes, alios salvos fecit, si Filius Dei est descendat, &c.* Sed ipse dicit, *sitio*, quia amor exaret flammas ardentes dilectionis, *sitit sitiri*, inquit Aguſt. quia fitis est, vt sitiant, vt diligatur ab illis pro quibus orat: *Vas ergo, positum erat aceto plenum, sed cum gustasset noluit bibere.* Sed, ò vere amator pacis! Vnde sitis tanta, vnde dolor? Potum dabãt sed nolluit bibere; sed quare nolluit bibere qui anxiæ petit potum audiamus Theophilactum pulchre dicentem: *Quia potus erat amarus, & cor illius refrigerãdum amarius erat felle, & ab-*

Euangelistæ Mat. 26.

Theophilactus.

absinthio dum vidit circũ circa pendentes in suis peccatis constitisse. Hæc ille refrigerium petit: *Sed cum gustasset, noluit bibere.* Tum quia, amarius erat cor eius deduritia circumstantium, tum etiã: quia à amoris dulcedo, quæ versabatur in corde, ad labia redundabat, & quia amaritudo potius asperitatem generat nolluit bibere, & vt inquit Chrysostomus de verbis in Cruce: *Gustauit, non vt biberet, sed vt reprobaret.* Hoc est reprobauit vim dictam qui totus erat pacificus, & cum labia illius plena essent dulcedine amoris in verba prorrũpit dulcissima dilectionis inquiens: *Pater ignosce illis.* Amaritudinem gustauit, sed bibere nolluit ne dicat: *Amaricatus est vẽter meus.* Sed pronuntiat secundum conditionem cordis ardentis amore Pater ignosce illis, ò vera, & indicibilis inimicorum dilectio!

Chrysost.

28. Luc. 23.

Et cum Diuino lumine circunfusus latro extitisset, inquit: *Domine memento mei, cum veneris in Regnum tuum.* Et statim ille: *Hodie mecum eris in Paradyso.* Quasi vocem pulsantis, solus, & primus audisset, primus vocem latronis quã latro ipse Dominus, vt coronet audiuit, statim prõmittit coronã Paradysi, qui toto corde peccatum latronis increpantis ante dimittit, non gustare fellem fecit amaricari cor illius, sed cum nolluisset bibere dulci responsione, inquit: *Mecum eris in Paradyso.*

Bern. ser. 48. Cant. 2.

Notemus modo verba, D. Bernardi, ad verba illa Canticorum c. 2. *Sicut liliũ inter spinas, sic amica mea inter filias.* Sermone 48. *Non bonæ spinæ quæ pungunt: attende pessimum germen eius, cui maledictum terræ nostræ: cum (inquit) colueris eam spinas, & tribulos, germinauit, tibi, donec ergo in carne est, anima, inter spinas profecto versatur, & necce est, vt patiatur inquietudines tentationumque, aculeos quod si, lilium est ipsa iuxtà sponsi verbum; videat, quam videat, quam vigilem, solicitamque esse oportet, super custodia sui septa vndique spinis, hinc inde aculeos intendentibus nec enim vel leuissimam spinæ sustinet vllatenus punctionem, floris teneritudo, sed mox, vt modice præmitur, perforatur sentis quam merito, necessarieque hortetur nos Propheta seruite Domino in timore,* Psal. 6. & 2. Apost. ad Philip. 2. *Cum timore nichilominus, & tremore nostram ipsorum operari salutem? Tenebant nimirum proprio experimento, huius sententiæ veritatem, vt pote amici Sponsi, qui minimè prorsus ambigerent, & ad suas animas pertinere; quod dicitur, sicut lilium inter spinas. Sic amica mea, inter filias, denique vnus eorum, conuersus sum,* ait Psal. 31. *in ærũna mea dum cogitur spina, bene confixus; qui conuersus ex inde est, & post pauca, idem Bernardus subiungit, spina, culpa est, spina pœna est spina, falsus frater, spina, vicinus est malus. Sicut lilium inter spinas. Sic amica mea inter filias: O candens lilium! O tener, & delicate flos! Increduli, & subuersores sunt tecum. Vide quomodo caute ambules inter spinas, plenus est mundus spinis; in terra sunt; in aere sunt; in carne tua sunt; versari in his, & minimè lædi, Diuinæ potentiæ est; non virtutis tuæ, sed confide inquit: quia ego vici mundum, & si igitur vndique tibi, intendi prosapias tribulationum, tanquam tribulorum aculeos, non turbetur cor tuũ, necque formidet, sciens: quia tribulatio operatur patientiam, patientia, probationem, probatio, spem, spes autem non confundit, considera lilia agri, quomodo inter spinas vigent, & nitent. Si fœnum hodie est, & cras inclibanum mittitur, Deus sic custodit, quanto magis, amicam, & Spõsam suam charissimam? Denique (custodit Dominus, omnes diligentes se. Psal. 144.) Sicut lilium inter spinas, sic anima mea inter filias. Non mediocris titulus profecto virtutis inter prauos, viuere bonum, & inter malignantes, innocentia retinere cãdorem, & morum lænitatem, magis autem si his qui oderunt pacem, pacificum, & amicum ipsis te exhibeas inimicis; id plane tibi similitudinem datam de lilio iure quodam propietatis, specialiter vendicauis; quod ipsas vtique pungentes se spinas candore proprio illustrare, & vtustare, non cessat, an non pro inde lilium tibi videtur, implere quodammodo Euangelij perfectionem: qua orare iubemur pro calumniantibus, & persequentibus nos? (benefacite his qui oderunt vos) er o, & tu fac similiter.* Hucusque aureis verbis Bernardus, vbi vides tota huius mellifui amantis conuersatio, sit quasi ortus quidam floribus, & lilijs ornatus, ita Christus Dominus honorat inimicos, sicut rosa, quæ honorat spinas quibus laceratur; diliguntne spinæ rosam? Absit, sed diligunt dicam: quia quo carpitur eo amplius redolet, vnde Dauid 1. Reg. 20. in honoratus à Saul, vt filius Esai honorat Saulem, vocans: *Eum Christum Domini.* Qui 2. Reg. cap. 15. Ethai. inimicum Re-

Psal. 31.

Psal. 143.

Nota hoc verbũ candore proprio illustrare non cessat.

Psal. 6. & 2. Ad Pphlip. 2.

1. Reg. 20.

Theod. Regem vocat, vt not. Theodoretus, quæst. 29.

29. Sed disquiro, quare cum Dominus, & Magister patientiæ dilectionem inimicorum commendat, dicens: *Diligite inimicos*. Et hoc in Cruce etiam prosequitur, Ecclesia sancta vocat ad vellum dum in missa quadragesimæ ait Congregate cætum, canite tuba in Sion? Et quare cum laudat Sponsam de ornatu Solis, & stellarum, de pulchritudine Lunæ, quæ sunt signa pacis, ipsam vocat terribilem dum ait terribilis, vt castrorum acies ordinata? Respondeo, quod ad vellū prouocat fideles contra inimicos Crucis Christi contra Diabolum, & quia ndelium vnitas facit fortissimum exercitum tunc vincere certum est cum vniuntur dilectione, tunc formosa Sponsa cum terribilis cum vt castrorū acies ordinata, nam vnitas illa quæ ex dilectione inimicorum resultat, & fortitudinem indicat, & victoriam adsignat, recte ergo Tertulianus, docuit quod si absente Domino, & Magistro patientiæ, oculum pro oculo repetebant, præsente tamen diligēdi sunt inimici, & hæc de dilectione inimicorum sint satis.

CAPVT SEPTIMVM.

DISCVRSVS VIGESIMVS PRIMVS.

TEXTVS.

1. Tertul. Iam vero per currentibus nobis causas, impatientiæ cætera quoque præcepta suis locis respondebunt. Si detrimento rei familiaris, animus concitatur, omni pene in loco, de contemnendo sæculo, scripturis Dominicis commonetur: nec maior, ad pecuniæ contemptū exhortatio subiacet, quam quod ipse Dominus in nullis diuitijs inuenitur. Semper pauperes iustificat diuites prædamnat: ita detrimentum patientiæ fastidium oppulentiæ præministrauit, demonstrans per abiectionem diuitiarum læsuras quoque earum computandas non esse, quod ergo nobis appetere minime opus est; quia nec Dominus appetiuit: detruncatum velle etiam ademptum, non ægre sustinere debemus, cupiditatem, omnium malorum radicem spiritus Domini, per Apostolum, pronuntiauit: eam non inconcupiscentia alieni tantum constitutam interpretemur: nam & quod nostrum videtur, alienum est, nihil enim nostrum: quoniam Dei omnia, cuius ipsi quoque nos, itaque si damno affecti, impatienter sentiemus, non de nostro amissum dolentes. Affines cupiditates deprehendemur alienum quærimus, quum alienum amissum dolentes ægre sustinemus, quidam in impatientia concitatur, terrena cælestibus an-

te-

reponendo, de proximo in Deum peccat spiritum enim, quem à Domino sumpsit, sæcularis rei gratia contulit, libentes igitur terrena amittamus, cælestia tueamur, tò tum licet sæculum pereat, dum patientiam lucri faciam. Hæc Author.

EXPLICATVR LITTERA AVTHORIS.

2. Cerda. Pamel. Renuus. Cyprian.

AVthoris textum, nullus ita exactè sicut Cerda examinauit cum Pamelio, & Renano; sed velim notetis necessitatem patientiæ ad multa: & impatientiam circa multa mala versari; teste Cypriano lib de bono patientiæ.

Circa primum post multa, de necessitate patientiæ, ad dilectionem inimicorum eleganter ab eo adducta, sic concludit: *Si enim Christianus à furore & contentione carnali, tanquam de maris turbinibus excessit, & tranquillus ac lenis in portu Christi esse iam cœpit; nec iram, nec discordiam debet intrò pectus admittere, cui nec malum, pro malo redere licet, nec odisse, nec non aduaria quique carnis incommoda, & crebros corporis, durosque crutiatus, quibus humanum genus, quotidiè fatigatur, & quatitur patientia, necessaria est: nam cum in illa prima transgressione præcepti firmitas corporis cum immortalitate discesserit: & cùm morte infirmitas venerit, nec possit firmitas recipi, nisi cum recepta, & immortalitas fuerit: oportet in hac fragilitate, atque infirmitate corporea luctari semper, & congredi: quæ luctatio, & congressio, non nisi patientiæ viribus potest sustineri, examinandis autem nobis, atque explorandis; diuersi importantur labores, & multiplex tentationum qualitas inrogatur: deiacturis facultatum de ardoribus febrium, de crutiatibus vulnerum, de amissione charorum, nec aliud magis iniustos discernit, & iustos; quam quod in aduersis per impatientiam quæritur, & blasphemat iniustus patientiæ, iustus probatur sicut scriptum est Ecclesiastici, cap. 2. in dolore sustine, & in humilitate tua, patientiam habe; quoniam igne probatur aurum atque argentum, sic Iob, examinatus est, & probatus, & ad summum fastigium laudis patientiæ virtute prouectus, quanta aduersus eum iacula diaboli missa? Quanta ad mota tormenta? Iactura rei familiaris infligitur, numerosi sobolis orbitas irrogatur, dies indicensu Dominus, & in liberis, Pater dicitur: nec Dominus factus repente: nec Pater est: accedit vulnerum vastitas, & tabescèdes, ac defluentes artus, vermiū quoque ædax pœna consummit, ac ne quid omnino remaneret; quod non Iob, in suis tentationibus experiretur; armat Diabolus, & vxorem illo antiquo nequitiæ suæ vsus ingenio; quasi omnes per mulierem decipere posset, & fallere; quod fecit, in origine, nec tamè Iob grabibus, ac densis conflictationibus frangitur, quo minus inter illas angustias, & præsuras, Dei benedictione victrice patientia prædicetur. Tobias, quoque post iustitiæ, & misericordiæ suæ oppera magnifica, luminum amissione tentatus in quantum patienter, cæcitatem pertulit, in tantum, granditer Deum, patientiæ laude promeruit.* Hæc ille.

Nota hoc.

3.

Vbi, vides bona patientiæ, exemplis Iob, & Tobiæ, iam in amissione charorum, iam in amissione salutis, iamque in amissione bonorum temporalium, circa quæ satis diserte loquitur Tertullianus, in littera, adducendo causes impatientiæ, multa in Sacris litteris reperiuntur exempla, atque præcepta sustinendi patienter amissionem bonorum; sed vnde maius præceptum quam vbi adest exemplum Supremi Regis, nam Christus Dominus, pro nobis egenus factus est. Vnde pauperes eligisse parentes certissimum est inquit S. Thom.; 3 part. quæst. 56. art. 2. vbi sic ait *Vt Diuinitas cognosceretur, orbem transformasse terrarum pauper eulam elegit Maiorem, pauperiorem patriam, egens fuit peregrijs: & hoc tibi exponit præsepe.* In tantum vt non haberet vbi caput suum reclinaret.

S. Thom.

Ecclesi. 2.

Iob.

4. Cerda. Pam. Renanus.

Pater Cerda, ex Pamelio, & Renano; declarat textum, ait enim: *In Sacris litteris remedia sunt, ad omnes impatientias, nam eo ipso quod sunt præcepta Domini; ad amputandam impatientiam remedia sunt ipsa præcepta.* Et nullatenus, nisi vis quam oppere imperatur, quare

Chri-

Christus ipse: *Pro nobis egenus factus est.* Sæpius animus concitari solet ad impatientiam, propter detrimentum rei familiaris; & vt dicebat S. Cyprianus. *De amissione charorum, & detrimento bonorum.* Pamelius inquit: *Quod pro titulo huius capitis posset assignari quod contemptum sæculi patientia opperetur.* Et recte: quia in sæculo tot tãta sunt mala, quod impatentiam Matrẽ recognoscunt; inquolibet genere mali iam de amissione bonorũ; iam de amissione gloriæ vanæ, & vanæ excelentiæ, legatur Cyprianus, qui de hoc puncto, acute satis, & eleganter loquitur dicens: *Atque vt magis fratres dilectissimi patientiæ bonum luceat; quid mali e contrario impatientia importet consideremus, nam vt patientia bonum Christi est; ita contra impatientia, Diaboli malum, & sicut in quo habitat, & manet Christus, patiens inuenitur; ita impatiens semper exiſtit, cuius mentem, Diaboli nequitia possidet, ex oraia denique ipsa videamus. Diabolus, hominem ad Imaginem Dei factum, impatienter tulit, ecce inuidia, inde, & perijt primus, & perdidit; ideſt de cœpit. Adam contra præceptum cœleſte ciui lætalis impatiens, in mortem cecidit, nec acceptum Diuinitus gratiam, patientiæ custode seruauit, & vt fratrem Cain perimeret, sacrificij eius & muneris, impatiens fuit. Et quod Esau, de maioribus, adminora descendit, primatus suos, per impatientiam lentis amisit. Quia Iudaicus populus circa beneficia Diuina perfidus, & ingratus? Non ne quod à Deo primum recessit, impatientiæ crimẽ fuit? Dum Moysi, eius Deo loquentis, moras non potest ferre; prophanos Deos assus est posiula e Et vt itineris sui ducem nuncuparet caput, bubalum, & terrestre figmentum; nec vnquam ab eadem impatientia destitit; quominus semper dosilitatis & Diuinæ ad monitionis impatiens, Prophetas suos, & insos quosque perimendo, ad Crucem quoque, & Sanguinem Domini prosiliret. Impatientia etiam in Ecclesia hæreticos facit, & ad Iudæorum similitudinem, contra Christi pacem, & charitatem, rebeles, ad hostilitia, & furiosa oppera impellit. Et ne longa mihi fiat singula recensere, omnia omnino quæ patientia opperibus suis ædificat ad gloriam; impatientia destruit ad ruinam.* Huc vsque Cyprianus.

Cyprian.

Cyprianus loco citato paulo post dicta supra

Textus. *Semper pauperes iustificat, diuites prædamnat.* Sed quare non? Si quidem ipse Dominus Iesus, in nullis diuitijs inuenitur: Væ vobis diuitibus, qui iam habetis consolationem vestram, de hoc puncto multa dicemus Deo dante infra.

Textus *Detrimentum patientiæ fastidium opulantiæ præministrauit.* Pamelius ex Renano, dicit, obscura sententia videtur. Sic intelligendã, distinguendaque: *Ita Dominus præministrauit, patientiæ detrimentum.* Sub audi: *Rei familiaris.*

Pamel.

Fastidium oppulentiæ. Hoc est contẽptum diuitiarũ, *appositiue*, vt sit sensus Dominus primus ostendit, patientiæ tolerandum esse detrimentum rei familiaris; dum docet diuitias esse contemnendas, ita Pamelius.

Cerda vocat læsuras diuitiarum: *Detrimentum patientiæ.* Patitur quidem patientia, non exiguum detrimentum ex læsuris rei familiaris, si quis læditur in rebus bene possessis, immo in rebus male aquisitis, eius patientia, detrimentum patitur prob dolor, his nostris temporibus, experimentum magnum habemus; cum tot calamitates, totque læsuras in bonis, in diuitijs in pace in fama, & honore; patitur sæculum?

Cerda.

Seneca epistola 87. optimè vsurpat hanc vocem: *Detrimentum patientiæ.* Ex paupertate; ait enim: *Paupertas, non perpositionem sed per detractationem dicitur,* & infra *paupertas est, non quæ pauca possidet; sed quæ multa non possidet; ita non ab eo dicitur, quod habet, sed ab eo quod ei deest.* Ergo quod Seneca, pro verbo, *detrabo*, deest, Tertullianus animquatuor ad decrescentes opes pertinent, hæc Cerda, & Pamelius, atque Renanus, nichil addunt.

6.

Seneca.

Textus. *Fastidium opulentiæ.* Seneca epistola 47. ait: *Etiam facietas fastidiat.* Ex quo bene inducit, patientiæ ipsi, præministratur detrimentum, per fastidium, præministrans tibi; nam quid mirum iubearis pati detrimenta rei familiaris, cum opulentia iubeatur fastidire, & abijcere omnes opes minus tibi, quam illi imponitur.

5.

Textus. *Læsuras quoque earum, cõputandas non esse demonstrans per abiectionem diuitiarum.* De hoc Pamelius inquit, læsuras interprætatur, idem Renanus, ideſt, *detrimenta*, siue, *dispendia*, cum aliquid de re familiari nostra amitti tur, potuisset dicere, *iacturas*, sed placuit nouum vocabulum, sic lib. de Resurrẽctione carn: *Præsuras, & læsuras.* Quibus corrumpitur homo exterior, ex eodem

Pamel.

dem lib ex læsuris, & animæ, & carnis obueniunt.

Cesarius. Cæsarius, hom ad Monachos, ait, quod ista vox, *læsuras*, ad decrescentes pecunias pertinet, ait enim: *Tractantes ergo causam salutis nostræ, faciamus intra nos, quod circa nos, medici solent. Si læsura aliqua, vel querela in prima corporis cute sentitur; curatio medicamenti blandioris apponitur, deinde, similis ratio in ægritudine interiori hominis adhibenda est. si læuia sunt, fortasse delicta, verbi gratia, si homo vel, in sermone, vel in aliqua reprehensibili voluntate; si oculo peccauit, aut corde, verborum; aut cogitationum maculæ quotidianæ, oratione curandæ, & priuata compunctione, tergendæ sunt.* Hæc ille.

7. Textus *Cupiditatem omnium malorum radicem, Spiritus Domini per Apostolum, pronuntiauit.* Certum est, in Sacris litteris, quod cupiditas causat multa mala, & non solum inuenitur cupiditas, in rebus alienis, cum aliena concupiscimus; sed etiam quando ea, quæ nos ipsi possidemus adhuc appetimus: quia omnia nostra, non sunt nostra; sed sunt Dei, teste Beato Iob dicente: *Nudus egressus sum de vtero Matris meæ, cap. 2.*

Iob. 2.

Textus *Non in concupiscentia alieni tantum, est cupiditas.* Eusebius Epis-

Eusebius. copus Gallicanus, hom. ad Monachos ait: *Dominus noster, pauperes in hoc mundo esse permisit; vt in pauperibus diuitum, fidem probaret; vel in pauperum misericordia, diuitibus misereretur, vt abundantius, bonis operibus hæc redemptionis suæ occasio non deesset, vt benevolum locupletem etiam in opia aliena ditaret, & opulentus quisque in gentia de egente, lucraretur, & mirifico, summoque commertio, dum inopi misericordia temporaria largitate confertur; sibi æternus Thesaurus, compensaretur.* Hæc ille, notatu digna sunt, verba huius Authoris nã quis ditior, quam qui ditatur, inopia subleuata pauperis?

Textus *Itaque si damno affecti impatientes sensérimus.* Renanus, & Pamelius, dicunt: *Impatienter*; quia idem est: *Impatienter ferre læsuras*, de amissione bonorum, in quo nil video nouum.

Textus *Afines cupiditatis.* Ideſt: *Ad fines cupiditatis.* Quia impatiens homo accedit ad fines cupiditatis; nam inquali-bet impatientia sua cupiditas est.

Textus *Quidam impatientia concitatur, terrena cœlestibus, anteponendo; de proximo, in Deum peccat.* Sententia ista clara est; nam cum Deo Soli, debeatur honor, & gloria; qui terrenã cœlestibus anteponit; *de proximo*, ideſt, *Statim* peccatum facit.

Textus *Terrena amittamus, cœlestia tueamur libenter, totum licet sæculum pereat: dum patientiam lucri faciam.* Huc resoluitur tota mens Authoris (vt placet interprætibus) in eo quod patientiam honorauimus exercẽtes eam, in reprobandis rebus humanis: quamuis totum sæculum pereat, totus fructus stat in eo quod patientam lucri faciamus animemur igitur patientiã orta ex læsuris, & ex detrimento rerum, & bonorum, & ex amissione charorum exemplo Christi Domini, diuitias contemnentis; quia pro omnibus rebus mundi, quantumcunque magnis, cœlestia perdenda, & contemnẽda non sunt.

Numquam sunt anteponẽda terrena cœlestibus, sed cœlestia terrenis, hoc docet patientia.

Hæc sufficiat pro littera Authoris.

8. *In hoc textu, & eius explanatione, inter alias, vnam sententiam eligere placuit, quæ continetur illis verbis.*

SENTENTIA SELECTA HÆC EST.

Nec maior ad pecuniæ contemptum, exhortatio subiacet, quam quod ipse Dominus, in nullis diuitijs inuenitur, semper pauperes iustificat, diuites præ damnat. *Ex qua non læuis deduci potest historia de contemnendis rebus*

huius sæculi, de paupertate amplectenda: de Tyranica diuitum potestate; de nimia appetentia bonorum quæ turpis est, de peccatis quæ originantur, ex potentia iuncta diuitijs, de quibus agimus sigillatim.

PRO DISCVRSV VIGESIMOPRIMO SIT.

§. I.

Ex potentia sæpius nascitur crudilitas, & decontemnendis diuitijs, ex quibus in Principe sæpius reperitur in honesta conuersatio: & turpis illarum cupiditas vbi clarissimorum documenta sunt.

9. *August. Basil. Chrysost. Origenes. Laurent.* S. Augustinus lib. 1. *de verbis Domini*, tom. 10. serm. 3. & ser. 11. & lib. *de eleemosyna*, & lib. *de salutaribus documentis*, cap. 40. & 41. & tom. 4. Basilius, *de contemptu rerum sæcularium*. Initio operum, Chrysost. in Matth. hom. 65. Origines tomo 3. hom. 9. Laurentius Iustinianus lib. *de contemptu mundi*, cap. 7. multa ad rem docent notatione dignissima legamus Euripidem apud Strobeum, serm. 91. vbi dicit: multa damna, atque grauissima incommoda nascuntur, ex multitudine diuitiarum sic fatur in versibus.

Euripides.

Non probo vsquam inter homines illas opes,
Quæ facilius delentur à Deo quam scribuntur.
Dives, es, at diuitiæ imperitiam timiditati coniunctam habent.
Iniustæ sunt diuitiæ, & multa perperam committunt.
Pecuniæ, multorum malorum causas præbent hominibus.
O diuitiæ, facile quidem gestatu, & onus vestrum!
Sed labores, & plurima vitæ damna, nobis infunt. Hæc ille.

Valerius. Quod etiam optime Valerius Maximus, lib. 6. docuit, ait enim: *Caduca nimium, & fragilia, puerilibusque cõsentanea crepundijs sunt ista, quæ vires, atque opes humanæ vocantur, affluunt subito repente dilabuntur, nullo in loco, nulla in persona, stabilibus nixa radicibus consistunt; sed in incertissimo statu, huc, atque illuc acta quos sublime, extulerunt, in prouisso decursu destitutos, in profundo cladium; miserabiliter inmergunt, itaque nec existimari, nec dici debent bona, quæ infelicium malorum amaritudine, desiderium suum duplicant.* Hæc ille.

10. *Cicero. Iuuenalis.* Cicero, Oratorum Princeps: *Paradoxa prima.* Ad rem hanc, dicit: *Non sunt dicenda bona illa quibus abundantem licet esse miserrimum.* Secundum illud Iuuenalis, satira 14. *Misera est, magni custodia census.*

Byon. Diogen. Plutarc. Anacreon. Vnde quidam Philosophus, *Byon.* ait: *Diuitijs, opperam dantes ridiculos esse, quas fortunæ bonitum Diogenes appellauit.* Insatiabilem, & rigidam quandam, insaniam in eis esse, docuit Plutarchus, quam fugiens Anacreon quinque talentis à Polycrate donatus, cum per duas noctes, pro ipsis solicitus fuisset redit ea; inquiens: *Non tanti esse, quantum ipsorum nomine cura laboraret.* Sed quid erit in Principe in quo est cura magnarum opum, quo labore fudat? Qua diligentia custodit. Existimo discretũ, & prudentẽ Principẽ insomnẽ omnes perpungentes.

11. *Saluianus. Ad Timot. 6.* Saluianus Episcopus Massilientis, lib. ad Ecclesiam, ad verba Pauli, epistola 1. ad Timotheum, cap. 6. vbi dicit: *Habentes vestimenta, quibus tegamur his, contenti sumus; nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum, diaboli* Subiungit: *Ergo videmus, quod in rebus tantum necessarijs est salus, in superfluis, laqueus, immediocritate, Dei gratia, in diuitijs, Diaboli Cathena audiamus quæ demergunt hominem, interitum, inquit, & perditionem; ergo, si diuitiæ, interitum in se habent; euitemus oppulentiam; ne in interitum corruamus: impia, & locuples, facultas, perditionem, inferre dicetur, refugienda est, itaque ampla possessio, ne consequatur profunda, perditio.* Et paulo post subiungit, *impedimenta hæc; non ad iumenta. Onera, non subsidia, sunt. Solicitudo istius sæculi, & fallatia diuitiarum, suffocant Verbum Dei, & sine fructu efficitur.* Hæc ille.

12. Sapientissimus Idiota, lib. 2. contemplationum cap. 33. contra amorem diuitiarum, ita loquitur: *Certa experientia*

dilectus, benignissime Domine Iesu Christe, sine mensura; dilues sine amore, quod nihil laboriosius est in hoc mundo; quam terrenis æstuare desiderijs; nam terrenarum diuitiarum amor, insatiabilis est; longe amplius, desiderio torquet, animam; quam refrigeret vsu suo, talium quoque diuitiarum acquisitio, magni laboris est: possessio, magni timoris, & amissio, magni doloris, qui illas amat: te Dominum amare, non potest, sed cum ipsis labentibus, labitur, in perditionem: & qui eis innititur per amorem, cum ipsis defluit in mærorem: qui enim eas inuenit, requiem perdit, & cum vigilat, aumentum cogitat, cum dormit, fures somniat; in die est afflictus, & nocte est pauidus; semper autem mendicus. O clementissime Domine Iesu Christe! Cuius amor nullum fallit; video per effectum; quod laqueus est in auro; viscum, in argento; & pædica, in prædio; quia qui aurum petit, strangulatur, qui argentum, visco hæres, & qui prædia, aligatur, ad tuum Domine extremum iudicium, sine vila temporis inter cupidine, & continue vollens, nolleus properat, & amat, quod necessario relinquit: id vero negligit ad quod necessario peruenit; amat namque illa, quæ possessa onerant; amata inquinant, & amissa cruciant; quæque arctius parta, quam concupita constringunt. Hæc ille.

Fr. Ludouicus Granatensis ita sentit.

Nota locū.

13. Vbi, vides quam admentem, loquatur Tertuliani; nil elegantius, quam illud, quod decontemnendis, diuitijs, aducit, & vere loquitur Idiota; tanquam Doctissimus, & Sanctus, vir.

S. Cœnon. Cœno Veronensis; Sermone primo *de auaritia*, ad rem hanc optime loquitur dicens: *Cum quis quærit aurum, inuenit gladium solum colitur de quo dictum est; idola gentium, argentum, & aurum, pro quo, quis, aut iugulatur, aut iugulat; vellem scire? Tanta eius rabies, qui voluptatis habeat: Suo cultori quid prodesti? Febrem, non exstinguit, morbos, non discutit; vulneribus, non medetur; dolores non tolit; mortem, non repellit nisi, quod sanos occidit; nec manducatur aliquando; nec vibitur, nec in inferno; cum suo prædone descendent solum quod oculos infœlices, innanemque conscientiam, adhoc in maligni fulgoris cupidinem diram, spectendi præcipitat, ne gratis homo videatur occissus.* Hæc ille.

14. *Et idem S. Cœno Veronensis Serm. 3. de Abaritia dicit, & liuido profunda, cupiditas cæca, tempestas insana, rapacitas sine fide, solicitudo sine requie; fidem frangit, charitatem negligit, iustitiam negat; non cognoscit affectus, iura Diuina contemnit, humana, versutis argumentis excludit auaritia fugienda orbem totum si possit vt rapiat vultis, scire quale calamitatis sit genus? Sane plus in eum qui eam dilexerit, sæuit; quam qui vicerit habeuit vitam æternam.* Hæc ille, dicant ergo qui experti sunt dedoloribus abaritiæ.

S. Cœnon.

S. P. Chrysologus serm. 22. inter alia subiūgit: *Vendite quæ possidetis, non potest dominari omnibus, nisi is qui proprijs non tenetur, deiecta mentis est qui familiaris rei meminit, cum vocatur ad Regnum; iacens animus pleuejus, numulum Thesauris Regalibus anteponit, pauper sensus, paruis incubans; perdit magna, & inhians temporalibus, deserit sempiterna, vendite inquit, quæ possidetis, & date eleemosynam homo, tali monitu, te ditare Christus voluit, non nudare; manere tibi tua voluit, non perire, perpetuari, non vacuari, saculos imperauit, iussit te transferre non perdere; plus consilio Patris agit; quam iure dominantis, quare tua recondas obiurgat, per vigiles noctes, dies anxios, solicita tempora; ne tibi ipse facias commoneris. auri, custos, seruator, argenti; securitatem; non habet; nescit qui temi, & cui de est securitas, quies perit, pœna diues est ille, non versu. Huc vsque Chrysologus, cuius verba aurea sunt.* Qui diuites vocat in crementō pœnarum, vt quilibet cognoscat, quod indiuitijs, & in auaritia sola pœna est, thesaurus solus dolor occupat mentē, & inquietudo cor.

S. P. Chrysol.

15. Rupertus, ponderauit optime, lib. de victoria Verbi Dei, cap. 14. Patrem æternum cui potentia tribuitur, quieuisse ab vniuerso oppere quod patrarat: *Septimo die, inquit Spiritus, Diuinus quieuit Dominus, & quieuit filius homo factus, quando post Resurrectionem suam omnibus Discipulis, manifestus apparuit, & ipsis cernentibus est eleuatus in cœlum, & sedit à dextris Dei, quieuit etiam Spiritus Sanctus: quando in die Sancto Pentbecostes, super Discipulos innumeris linguis apparuit; quando sedit supra singulos eorum.* Huc vsque ille, vides quiescentiam totius Trinitatis? Audimodo, Sermo est de quiescentia quæ à nobis Tribus atribuitur Personis; nam oppera Trinitatis à dextra sunt indiuisa, itaque damus quiescentiam, Patri, Filio, & Spiritui Sancto, sed nunquid quiescunt in rebus

Rupert. Genesis 1.

caducis huius mundi, in quibus quies, esse non potest? Abut quieuit Pater postquã creauit omnia: quia illa sibi adaptauit, & ordinauit: quia vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus; quasi in seipso diceretur quieuisse: quia ad seipsum cognoscitur ordinasse. Rursus Filius, dum esset in mundo vbi quiesit? Profecto non habuit vbi caput suum reclinasset; sed quieuit in Cruce! O dilecti mei, videte qualiter Dominus meus Iesus quieuit in Cruce; super coronam, affixus clauibus; quieuit in lectulo florido, ipse dixit, lectulus noster floridus, & nudus quieuit; & solum cõfusio facie eius, operuit, vide nuditatem, & paupertatem, potẽtissimi Regis, ascensurus ad cœlestia Palatia, nubes suscepit eum; ab oculis eorum, non igne ocurru, vt Hælias, qui ingressurus ad cœlum dimisit palium; intrat susceptus nube, nudus pauper, & humilis; vt cognoscamus quod pauper; & nudus vestitur cœlestibus indumentis; amictus lumine, sicut vestimento; nubes lucida recipit eum; qui pependit in Cruce confusione plenus, eum sic intueamur, & quiescentem in dextera Patris: *O beatus pauper!* Inquit Tertullianus, ecce qualiter: *Pauperes honorat, diuites prædamnat.*

16. Ad dexteram Patris sedet; vt recipiat nouum honorem à Patre, qui in honoratus fuerat in Cruce: *Dignus est Agnus qui occisus est accipere gloriam, & honorem.* Non quidem eam gloriam quam habuit ante quam mundus fieret, sed eam gloriam, quam acquisiuit sanguine suo, quam in Passione comparauit, quam meruit, sed disquiro; nunquid eam diuitijs aquisiuit? Nunquid auro? Nunqid argento? Absit: quia non argento, & auro redempti sumus prætioso sanguine suo; ergo paupertate ergo nuditate, ergo humilitate, & rerũ mundi abiectione, Regnum comparauit Christus Dominus noster, qua propter optime docet D. Chrysologus: *Regnaturos vendere necessarium esse quod habent, vt thesauricent in cœlo.*

Chrysol. 3.

Quiescit Deus in corde humili, non superbo.

De Spiritu Diuino, inquiro, vbi quiescit? Sedit, quidem supra singulos eorum, sed qui illi? Nunquid Reges, & potentes erant? Absit, supra singulos eorum sedit, qui pauperes erant, & humiles, super Apostolos, quos elegit, & super pauperculam Matrem suam humilem, & puram Virginem sedit, quieuit enim Spiritus Domini super aquas, super quas ferebatur, & aquæ multæ sunt populi multi; & aquæ sunt tribulationes, in quũ dantes super animas nostras aquæ multe tranſeuntes sunt pauperes, itaque ambulat Spiritus Domini super pauperes, & humiles; ibi quiescit, super bonos quiescit, & requiẽ habet in cordibus illorum, non quiescit in corde superborum diuitum, in quo ira cuidia, elatio, rigor, & iniustitia est recte, ergo Tertulianus docuit; quod pauperes eligit, diuites prædamnat quia tamen diuitiæ afferunt crudelitatem, & superbiam non quiescit in diuitibus superbis, & elatis. De quo sit sequens discensus.

§. II.

Multæ crudelitates, & incommoda, causantur, ex nimia Regum cupiditate diuitiarum; vbi prosequitur materia, de contemnendis diuitijs.

17. OCcurrit primo animaduertẽda crudelitas Hærodis Regis, qui ostentauit persequendo Præcursorem Christi, Domini, Baptistam cum ergo Hærodes non recepisset efficax auxilium, quo de facto conuersum eum videremus ad Dominum; quamuis illi sufficientia non defuissent; confisus in sua vanitate, & in multitudine diuitiarum suarum, puellæ saltanti dimidiam Regni sui partẽ prõmittens; impiam agressus est atrocitatẽ; sed quid non faceret pecuniarum cupidus Rex, ex quo ne faria mulierecula ad mortem conuersa est Præcursoris?

Igitur, Hærodes Tyranorum Principum mores, & ingeni ũsequutus; qui cũ sibi omnia licere putẽt, pro sua libidine. Omnes faciunt determinationes; siquidem aliquid, vel lucri, vel voluptatis, sperare possunt, quod si quis ipsos reprehendat, id quidem facimus indignissimum esse putant, & aduersus monitorem hostiliter, ad exilium relegantes insurgunt, & ne id ipsum impietatis fouendæ gratiæ facere credantur publicam pacem prætexunt, & scelerum priorum correptores pro seditionum authoribus, sæpius habent; talis Pharao, in Moysem, Achab, in Michæam, Sedechias in Ieremiam, & Ioas, in Azariam filium Ioiadæ, non tullerunt; illi correptores sed inuitam eorum attentarunt.

18. Hoc maxime dolendum, quod multi Principes auaritiæ dediti parum æstimant Sacram Religionem obliti Domini conditoris eorum adeoque vanitatibus inflantur, vt nec Dei iudicium timeant; sed præsentia tantum attendentes,

tes, Diuinâ quæque deludere se posse arbitrantur cũ interim: *Omnis potentatus, vita brevis.* Sit Rex, est hodie, & cras morietur, & quibus ipse Rex Dauid, ait: *Vos autem sicut homines moriemini, & sicut vnus de Principibus cadetis.* Psal. 79. Corripiebatur Hærodes à Ioanne, de Hærodiade, & de omnibus malis, non solum hoc Hærodis scelus putandum est quod de Hærodiade narratur, & si per multa in mixta habeat; violatum hospitium iniquum suæ vxoris repudium, erant, & alia, quæ maluerunt Euangelistæ tacere, nec quidem dubium est, Hærodem istum, insigniter impium fuisse; cum & ipse Christus, illum vulpi comparet. Luc. cap. 13. *Dicite vulpi illi: quia Demonia eijcio, & sanitates perfitio hodie, & cras, & tertia die, consummor.* Vere pellis enim ille Iudaicæ legis se sectatorẽ profitebatur, non Religionis gratia, sed vt hac occasione, sibi plebis animos conciliaret, tales nimirum vulpes; per multos videas, qui clauum, reipublicæ tenentes, tantum sibi Religionem curæ esse debere censent; quantum ab huius oppinione commodi, & quietis sibi accessurum arbitrantur, quod etiam manifestum est; in eorum moribus, & factis, & dictis, vbi enim vident, aliquid sibi acrescere posse, cũm detrimento pietatis, & Diuini ministerij; tunc Religionem suis commodis postponunt, eocusque fideles; donec lucrum, aut commodum cesset.

Psal. 79. Luc. 13.

19. Nec ex hoc damno populorũ, & Regnorum curam, vita, facultatibus, & alijs; quibuscunque circa Regem suum, & Principem, totis visceribus, toto hiatu, totaque sollicitudine adhibent, illud tamen ad res necessarias ad eius honorem, gubernationem, defensionem, pacem, Religionem, & alia huiusmodi pertinentia, non tamen gratus Principis animus, Paternus amor sustinebit, pro libidinibus, pro superfluis rebus, Regnum torqueri, anxiari pœnituisque facultatibus, & bonis priuari; quid enim disquiro, erit de capite, cuius membra tabescunt? Cuius viscera dilaniantur? Profecto, corruet totum edificium reipublicæ, totumque decus, & ornamentum pacis, tota etiam firmitas, & stabilitas, euanescet.

20. Hoc in Hærode maxime est; quo enim animo, Iudæorum legẽ amplectatur ostẽdit, statim atque illum delitiæ, & abũdantia, & noua libido depulit, tũ legem auersari, & sua authoritate voluptatis gratia illam violare cœpit, de his, & alijs per multis arguebatur, à Ioanne, at vero Ioannem ille tenuit, & carceri mancipauit, hic odio habebat corripientem importa, verum quid profficit? Ligatur homo, non ligatur veritas, ipsa enim semper est liberrima, nescit adulari, de hoc supra iam scripsimus, & fere eisdem verbis retulimus martyrium Ioannis, cap. 5. & tandem tandem victor euasit Matyr Christi, Tyranus tamen victus à Martyre.

Certum quidem est, eximium malum Regum, esse auaritiam; aqua in illis originatur impietas, potuerunt quidem audire potentissimi Reges; ex prima illa Dominica lege, quid dictum sit Deutheronomij, cap. 17. vbi dicit Spiritus Diuinus. *Rex non multiplicauit sibi aquos, non habeuit vxores plurimas, quæ alliciant animum eius: sed describet sibi Deutheronomium legis huius, vt sciat etiam teneri eisdem legibus, quibus alij.* Tantũ igitur ab est, vt aliquid malum in alijs arguant quod id ipsum ipsis licere arbitrentur, recte quidem dãnatus fuit Achab; eo quod vineam Naboth sic appetiuisset, vt ipse ditior fieret alieno sanguine, quis ille qui, ouiculam proximi pauperculi assumendam procibo hospitis sui adaptauit? *Non legimus quod potentes, potenter tormenta patientur?* Sap. 6. quia nimirum sua potestate, in pernitẽ animarum suarum, & subditorum scandalum abutuntur; quid vero tibi licet, in fratrem illum tuum, non tibi subditum, sed à tua dominatione liberum, vt tiranico iure in illum agas?

Deut. 17. Sap. 6.

21. Hoc exemplo admonemur, Magistratus quoque Dei Verbo subditos esse debere; non enim à se, sed à cœlo potestatem acceperunt 2. Corinth. 4. *Quid enim habes quod non accepisti? Si autem accepisti quid gloriaris? Omnis potestas à Deo est, itaque qui potestati resistit; Dei ordinationi resistit.* Rom. 13. at ipsi quidem honorem suum à subditis requirãt, & nulli in ratione honoris, & gradus cædunt, quomodo non idem, vt subiecti deferant Deo? 1. Reg. 2. *Qui contemnunt me, erunt ignobiles.* Dicit Spiritus Diuinus.

2. Corinth. 4. Rom. 13. 1. Reg. 2.

Docentur, & hi; quibus creditum est Ecclesiæ, & Verbi Diuini, ministerium, ne principibus addulentur; ne ad eorum obsequia, velut vilia quædam mancipia sese abijciant; sed Dei Verbo; immo, & Deo ipsi, suum honorem tribuant, & liberè, in publica vitia loquantur; ita tamen vt cum omnium edificatione, &

Esai. 58. salutis intentione fiat. Esai. cap. 58. *Ascende in montem, tu qui Euãgelicas Hierusalem; exalta quasi tuua vocem tuam, denonstra populo meo, scelera eorum, & Domui Iacob, peccata eorum.* Non quidem coram populo concionatores ita rapidi, & audaces sint, vt potius insistant, aures auditorum, iam ridiculis, & leuibus conuersationibus, quod est leuis cordis esse, iam nimia peccatorum singularis personæ aut communis distinctione, & claritate; ex quo facile ad personarũ cognitionem deueniunt, iamque de regimine Principum, seu ministrorum, & iudicum, conuersatio fiat, & occasio accedat de illorum modo, & regimine agendi, quæ vana sint & periculosa, siue adulatoria, nec tandem nimis dura, imprudens, & in cauta factorũ repetitio, quod potius murmurantes faciat audientes, quam deuotos: sed non præteream, quosdam nostrorum temporum Verbi Diuini, satis satis abunde concionãtes, ne potius dicam affectantes nomen, & gloriã, plausumque reipublicæ, qui nichil honoris Domino Iesu afferentes suis delirijs, imprudentiam suam pro magno in foribus acclamãtes auditores sæpius me vidisse memini.

22. Honorabat quidem Ioannes Regem, non vitium, & peccatum illius, salutem Regis procurabat, & Rex impius insidiabatur illi, & non miror, cum non nisi extrinsecus Religionem coloret Iudaicam atqui, & olim Philippus, melius Diogenem Cynicum habuit, & si ad illum, veniens vella tentantem, Cynica libertate diceret: *Veni explorator, temeritatis tuæ nec illi indignatus est, Alexander ille Maximus, & si bunc abiectissimo mancipio compararet: quia ebrietati, & libidini, inseruiebat.* Vt seruiit Diogenes Laertius, lib. de vita Philosophorum.

Alexan.

Laertius.

Quid autem periculosius principibus; quam si adulantibus concionatoribus; vel garrulis ministris credant, & adhæreant qui nunquam recta doceant, & narrent, sed placentula, & adulatoria? Præsertim quando multitudine libidinum, & grauaminum, seu tributorum, & aliarum rerum quibus, quasi iugo durissimo seruitutis, græmium, seu Regnum præmitur, & grauatur. Fugiant, Principes pestiferum virus illorum, in quibus venænum latet, vbi dulcisona, verba sonant, non ne aduertere facile quis quam poterit; quam raro ad aures peruenit Principis, quod aduersum est, quod amarum, nil quod fortunæ nõ sit honoris, & audit Princeps à talibus profectõ isti adulantes fugandi sunt, qui solum solemnia, & incrementa adducunt pro nouitate, non decrementa pro vllullatu, & quod magis est; quod isti adulantes, & nouitates adducentes sæpe felices euadunt, ita Tertulianus lib. de pallio: *Nouitate fœlices gaudeo vos tã prosperos temporum.* Irrisio est, Tertulianica fateor libenter, non quæcunque amara, & aduersa, ad aures Principis, esse deferenda. Si quidem illo ponente te in fomento, & angustia ponitur Regnum; præsertim quando, ministri, ita prudentes, veraces, & fideles sunt, & humiles, & nõ elati, non abari, non pecuniæ, cupidi, beneuoli, patriæ, & Regis, & Religionis, amatores; tunc ad eos profecto pertinebit, seditiones auferre, & pacem in eoribus regum seminare: quia vt inquit Tertulianus: *Hæc ratio Regni cœlestis, hæc vera sapientia ministrorum, hæc prudentia seniorum iudicantium.* Quandoque pericula apperire, vt ad Dominum conuertatur, Rex quandoque ea celare; quæ facile vinci, & superari possunt, ne nimia rerum variarum, occupatione distractum pereat Regale cor: hõc prudentiæ datur ministrorum; de quo regula generalis, haut quãquam dari potest. Hinc colligo multoties falli vulgus vestia multorum capitum, curam gubernantium accusans: cum illius muneris murmurat. Sapientũ vero, & prudentum facere, agere, & pro omnibus Deo gratias in gentes exhibere.

Tertul. 23. Tert. contra Mar.

Cõcludamus modo, quid est quod Herodes Ioannem vincat, & carceri addat: Profecto, quia Herodias caput eius expetiuit, ne illi donaret dimidiam partem Regni sui. Vide potentiam Regis, ex diuitijs, nata est cupiditas; ex cupiditate libido, ex libidine, furor, & crudelitas, sed quæ maior quam illa, qua mulier ita est: *Herodias vero insidiabatur illi, & volebat occidere Ioannem, nec poterat:* Ita nimirum Iesabel, insidiabatur Heliæ, & in illius cæde virum suum incendebat: *Quid dicam quod tantus ille Propheta, mulierem timuerit?* Inquit Chrysostomus, hom. inde collat. Ioannis: *Qui totius mundi statum, & cœli pluuiam, & agri speciem; in linguæ potestate portauerat, qui ignem è cœlo eduxerat.* 3. Reg. 17. *Et per virtutem orationis mortuos suscitauerat: hic timuit mulierem.*

24. Chrysost. 3. Reg. 25.

Nulla enim malitia, emulari potest mulierem malam, ita Salomon. Ecclesiastici cap. 25 *Quia non est caput super caput serpentis, & non est malitia, super ma-*

25. Eccles. 25.

li-

litiam mulieris. O malum summum: ò accutissimus Diaboli gladius mulier per mulierem Adam cæcidit, & eiectus
Gen. 3. est Genesis 3. per mulierem mitissimum illum Dauid, vt necem militis sui, innocentis Vriæ Ethei in epistola, dolo mandaret, armauit
2. Reg. 11. 2. Reg. 11. per mulierem sapientissimum Salomonem, in præuaricationis præcipitium præcipitauit Diabolus
3. Reg. 11. 3. Regum, cap. 11. per mulierem fortissimum Sanſonem, illusum, rasum, quæ cæcauit, vt & virtute crinile, & decoris, oculis spoliatus, ludibrio, foret hostibus, quibus fuerat ante terrori, & cum his captiuus moleret, quibus dominauatur inuictus. Iudicum, cap. 16. per
Iudic. 16. mulierem castissimum illum Ioseph, vinculis alligatum detrusit in carcerem Genesis 39. per mulierem, illam totius mundi lucernã, capite truncauit, mulier enim
Genes. 39. impudens, nemini parcit, non læuitam honorat, non Sacerdotem reueretur, non Prophetæ defert honorem, de hoc multa tradimus 2 part. cap. 15. & 16.

26 O malum omni malo peius mulierem malam? Siue illa pauperſit, ſiue diues, duplex malum est, ſi habeat facultatem, malitiæ ſuæ, cooperantem malum etiam duplex; intolerabilis vipera; immedicabile venenum; mulier mala; ſi iniuriam patitur insanit, & ſi honorem accipit, extollitur ac ſi potentis alicuius vxor ſit; non ceſſat die, ac nocte virũ ſuum calidis ſtimulare verbis; blanda, nequiter, importuna violenter; donec illum ad ſui conſenſum furoris exacuat, vt ſibi ſimilem faciat maritũ, improbis male ſuadet conſilijs (ſicut Hærodias fecit Hærodi) ſi vero pauperem virum habeat; ipſumque ad iracundias, & rixas, incitare non deſinit, & ſi viduaſit; ipſa per ſemetipſam, omnes paſſim deſpicit, & ad omnem audatiam, ſpiritu ſuperbiæ inflatur, timore Dei nõ frenat linguam ſuam, nec futurum iudicium proſpicit, nec ad Deum intendit; hæc, & alia multa paſſim inuenies in muliere. Sed quid ſi laicina eſt? Quid ſi auara? Omnes mulieres fere hoc malum patiuntur: quia valde pecuniæ cupide ſunt, immo exiſtimo in illis, omne malum ab impatientia carendi bonis temporalibus oriri, Iudices ipſe ſibi ſint, & intra ſuam conſciẽtiam penitendo iudicẽt, & cauſa diſcuſſa, omnes nos Iudices erimus, quod omnis mulier mala, & ſi quæ bona miraculum grande, omnis auara, & ſi quæ nõ auara rara auis in terra, vnde nõ mirabor quod in Principe multa incommoda ſequantur, ex nimia pecuniarum cupiditate, & auaritia, & in muliere, ex defectu pecuniæ, vt dictum eſt.

Nota quæ de mulieribus dicuntur, quod experimur, hoc grande malũ, mulier mala.

§. III.

Quam venenoſa res eſt Regem eſſe, auarum, pecuniæ cupidum, & illiberalem, & ſibi accomodatorem rerum ſubditorum, contemnendo timorem Dei, ab hoc primo incipiamus.

27 SApientia clamitat in plateis, inquit Spiritus Diuinus, & quid clamat? Profecto: *Quòd potentès potenter tormenta patientur.* Et hoc quia timorem Dei cõtemnentes, timore humano per territi errant, Reges tamen gubernaturi, abijcere debẽt timorem rerum humanarum ad Principes gubernantes applicantur verba illa Ioſuæ, cap. 1. ait enim: *Confortare, & eſto robuſtus, nolli metuere, & nolli timere; quoniam tecum eſt Dominus Deus tuus, in omnibus ad quæcumque perrexeris.* Vbi admonitiones repetuntur, *confortare*, inquit, ecce vides vnam admonitionem: *Eſto robustus* Ecce vides aliam, vbi Abulenſis dicit: *Cõfortare*, eſſe idem quod acceptus eſt: quia amore proſequitur: *Eſto robuſtus.* Dicit quod ſignificat permanentiam in ſua fortitudine. Nolli, metuere, nolli timere quia vinces hoſtes tuos; quamuis gigantes ſint. Vnde alueus Iordanis apperietur tibi, illi tamen expugnabuntur, diuides terram filijs Iſrael, quod Moyſes morte impeditus, facere non potuit (ad Ioſuè loquitur Deus) *Nolli, metuere.* Non te dimittam, nec derelinquam. Vnde inquit Abulenſis: *Quod timere, & metuere.* Diſtinguntur in hoc, quod timor, dicit, quemcumque timorem, etiam paruum, metus autem, dicit maiorem timorem, cum ergo Dominus dicit nolli, *timere*, nolli, *metuere.* Omnem præcipit abijciendum eſſe timorem; ſiue ſit magnus, ſiue paruus, omnis ergo timor pellendus eſt: quia tecum eſt Dominus Deus tuus, o quã fœlix Rex cui aſſiſtit Dominus, vt non timeat, & ſi Deus pro nobis, quis contra nos?

Sap. 6.

Ioſuæ, c. 1.

Abul.

28 Rex Dauid, Dei fauorem, atque præſidium attendens, Pſal. 32. in ſola Diuina oppe confidens abiecto humano fauore, inquit: *Non ſaluatur Rex per multam virtutem, & Gigas non ſaluabitur à multitudine virtutis ſuæ, fallax equs ad ſalutem, &c. Oculi autem Domini ſuper timentes eum.* Extenuat Propheta, quod apud homines firmum, & ſtabile videtur, apud homines, regum potentia, Gi-

Pſal. 32.

gantur robur, æquorum agilitas, potentiam creditur omnem, & firmitudinem in victam continere, adeo vt in Sacris litteris, firmitas, & potentia, his verbis, *Iob, cap. 9.* significentur Iob, cap. 9. Dei magnificas virtutes enumeras, inquit: *Deus, cuius iræ, nemo resistere potest; & sub quo curbantur, qui portant orbem.* Quasi dicat, irato Deo, prosternuntur gubernatores huius mundi; & qui humeris pondus illius portant. S. Thom. Nicolaus de *S. Th. Lyranus Gregor.* Lyra, Gregorius, & alij aiunt in hoc loco, Paraphrasim Angelorum contineri, per quos Deus res inferiores gubernat; quas cum illi moueant portare videntur, sicut Deus qui omnia ad agendum mouet dicitur Hebræorum, cap. 3. *Portat omnia verbo virtutis suæ.* Cayetanus, & *Ad Hab. 3. Cay. Didimus.* Didimus; demones intelligunt; qui dicuntur: *Rectores, tenebrarum, harum.* Colligunt ex septuaginta; qui legunt: *In curuati sunt cæli, qui sub cælo.* Quia quasi influctibus natant, quibus non possent homines obsistere, nisi demones cõprimerentur à Deo, Cay. ex Hæbreo colligit vocari: *Adiutores fortitudinis.* Demones, quorum studium est ad iurare confidentes in proprijs viribus, & sua potentia insolescentes, Veda, & alij, viros Sanctos interpretantur; quorum humilis oratio; irato Deo obijcitur, ne ob scelera malorum hominũ orbem perdat; ideoq; portare orbẽ dicuntur propterea putant idem Doctores, Templum, dici fortitudinem; Danielis 8. eo quod domus orationis sit, ait enim: *Sanctuarium, & fortitudo; conculcabitur.* Alij exponunt, quoscumque fortes, quos septuaginta; nomine: *Cætorum.* Videntur, intelligere illis verbis: *Incurbati sunt cæti, qui sub cælo.* Vbi Olimpiodorus, cæti dixisse ait, vt omnia indicaret quæcumque inuicto, robore videntur pollere existimat Rabi Abraham hac Periphrasi describi, Reges, qui ob gubernationem Regni, videntur, mundum sustinere. Hoc illa corona pinnis muralibus ornata indicat capiti namque Principum imposita, ciuitates sustineri; & foueri; à Regibus demonstrat, idem sentit D. Greg. spectata voce Græca, quæ Regem significat, quasi Basim populi, & fundamentum orbis, in Hebræo Basis, significat, superbiã; quasi portare orbem sit portare superbiam, seu superbiendo sustentare orbem.

Veda. *Daniel. 8.* *Olimpio Dorus.* *Rab. Abr.* *D. Greg.*

29. Eandem Periphrasim alij; gigantibus; qui veluti, athlantes dicuntur sustentare cœli globum acommodant, nos vero; vtrisque acommodemus, vt innoteſcat, & Reges, & gigantes Deo, acurbari, atque inflecti debere, cum gigantibus coniuncta est mentio, æqui; vel quia post mentionem ducis, de quo agitur, vt apud Virgilium 11. *Post vellator, æquis positis insignibus.* Vel quia similes sunt Gigas, & æquus in velocitate. Vnde cursus; solis nimia cœleritas, comparatur cũ cœleritate æqui, & gigãtis. Psal. 44. *Exultauit; vt Gigas, ad currendam viam.* Et Iob 16. Dei fortitudinem, & celeritatem exprimens, inquit: *Irruit in me quasi Gigas.* Vox Hæbrea, dicit, in Rege velocitatem, & agilitatem, cum fortitudine copulatam, & promũ, incurrendo affectum.

Virg. *Psal. 44.* *Iob 15.*

30. Quamuis ergo Rex potens videatur; Gigasque robustus, aut æquus velocissimus, quid hoc ad Deum? Exod. cap. 15. *Æquum, & ascensorem, deiecit in mare.* Et Iob 39. *Deus deridet æquum, & ascensorem.* Amos 20. *perit fuga à veloce.* Psal. 141. *Perit fuga à me.* Quasi dicat; pedibus fugere nequeo Iam æquus, quid conferet? Prouer. 21. *Æquus paratur ad diẽ velli,* æquus ad velli pericula maiora, nutritur; armatur, ornatur. Virgilius ait Eneydos 7. *Vello armantur æqui vellum hæc armenta minantur.* Nichilominus, Salomon ait: *Dominus autem salutem tribuit.* Licet hostiles æquus similis illi sit, quem Iob 39. graphicè, & plusquam Poeticè, depinxit, qui pequi, nec tella, nec strepitus pugnantium copiarum formidet; Deus tamen deridet, æquum, & ascensorum, in Domino ergo semper figẽda est spes, victorie non in æquo: *Dominus autem salutẽ tribuit: falax æquus ad salutem.* Quatuor æquos vidit Ioannes in Apocalipsi, c. 6. Ex quibus soli, æquo pallido cui inhideat mors, aliqui mortis, nomine Agarenorum Imperium intelligunt; alij Trajanum, propter vehementem persecutionem Ecclesiæ tempore illius excitatam, cui facultas data est consequendi, & interficiendi quem vellet, in quatuor orbis terræ plagis, cæteri, nequaquam.

Virg. *Prou. 21.* *Apocal. 6.*

31. Principes aliqui, habuerunt nominatissimos æquos, in quibus quandoq; inest significatio Imperij, vt patet, inquatuor æquorum quadrigis, quas Zacharias, c. 6. vidit in medio duorum montiũ æreorum erumpentes, sic enim ait: *Leuaui oculos meos, & ecce quatuor quadrigæ ascendentes de medio duorum montium, & montes, montes æreiin quadriga prima, equi rufi, in quadriga secunda, equi nigri, in quadriga tertia, equi albi, & in quadriga quarta, equi varij, & fortes.* *Zachar. 6.*

fortes, æqui Rusi imperium persarum, & medorum; æqui nigri, Imperium Chaldæorum, & Assiriorum, Aluï, Græcorum, cæteri Romanorum. Hos tamen æquos post lustratum, & domitum à se mundũ, incredibili celeritate, pallidus mortis æquis retardauit à cursu, & suo subdidit Imperio; vt intelligeremus homines à Deo dari potestatem, vires, & potentiam; atque ab eodem quandoque comprimi: illius namque dominio subdita sunt omnia. Hunc si habueris fauentem potens eris, si tamen hostem eum habeas semper eris miser, captiuus, & improbus.

32. Disquiro, quid ad fugam contulit mulus, cui insideuat Absalon, dum arbore
2. Reg. 18. suspensus manet 2. Reg. cap. 18. Ioab inter iacula perijt Capillis ligatus pulcher Absalon. Quid accidit Sanson, dum rasis Capillis mortem incurrisse nouimus ille nempe Absalon, in cursu æquorum velocissimus, iste vero nempe Sanson fortissimus Gigas. Sed nunquid fortitudo illa eripuit à morte, volũtas illa seruauit incolumem? Ablit Esai. cap. 31. *Væ qui descendunt in Ægyptum, ad auxilium in*
Esai. c. 31. *æquis sperantes; & habentes fiduciam; super quadrigis, quæ multæ sunt, & super æquitibus; quia præ valide nimis; & non sunt confisi, super sanctum Israel; Dominum non exquisierunt.* Hic locus aptatur, cum illo, Psalm. 19. *Hi incurribus;*
Psalm. 19. *& hi in æquis; nos autem in nomine Domini speraui mus. Ipsi obligati sunt, & ceciderunt.* In Græco legitur ipsi: *Irretiti sunt, laqueati sunt.* In Hebræo: *Incurbati sunt, nos autem surreximus, & erecti sumus.* Quasi dicat; etsi deiecti videamur, & humiliati, virtus tamen Dei, in quo confidimus ad victoriam nos excitauit.

Psal. 146. Et Psalm. 146. dicit: *Non in fortitudinem æqui voluntatem habebit.* Licet enim dux fortissimus ad pugnãdum properet, ad Deum hoc nil refert; quia, nec
Aug. ibi. in tybijs viri beneplacitum erit ei. Aug. *De præsulibus* (inquit) *non se extollant homines in suis dignitatibus, non se sublimes putent; timeant dum sunt in altitudine, ne ab æquo superbiæ præcipites cadant, illa erat maior omnium dignitas, qua permittebatur aliquis, olim in*
Hester c. 6 *eodem Regis æquo ascendere.* Hæster c. 6. quam fortis est Mardochæus præcone lusu Assueri clamante: *Sic honorabitur, quẽ Rex voluerit honorare, sed ascensores æquorum præcipitari*, inquit Augustinus quid gratum est Deo? Profecto institutum viri, qui oraculum audit conforta-

re & esto robustus, nolli timere: quia tecum, est, Dominus Deus tuus in omnibus, ad quæcumque per rexeris; inter spem, & metum securus est iustus: quia beneplacitum est Domino super timentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius. Hinc intelligamus quod Reges à Deo pendent; & quod timentes Dominum semper victores euadent. Timeant ergo altissimum Deum in omnibus actibus suis; & non sperent in multitudine diuitiarum suarum, nec in fortitudine potentiæ suæ, sed sint semper sperantes in Domino eumque timentes, non sicut Reges, & potentes, qui obliti timoris Domini ad interitum miserabiliter peruenerunt.

Sed iam, satisfacere opportet titulo propositi nostri: vbi assignatur, quam venenosa res est, Regem esse auarum, & illiberalem, pecuniæ cupidum, & sibi acommodantem bona subditorum. 33.

Tertulianus, repetit sæpius: *Concupiscentiam esse radicem omnium malorum. Nam etiam quod nostrum videtur alienum est, nil enim nostrum; quoniam Dei omnia, cuius ipsi quoque nos.* Ita in textu. Reges quidẽ Dei sunt, non sui subditorum sunt Reges. Non vero subditi Regum. Verius loquar ad inuicem alterius sunt. Etenim caput huius corporis Rex est; & membra, sunt huius corporis subditi: hoc dico, vt Reges sciant, quod sine Tyranide cessare ab influxu fæcunditatis, non debent, nec possunt: cessare quidem à beneficiendo Tyranus facit amari cupiant; potius quam timeri, nam amore semper victor erit. Expendamus verba Spiritus Diuini. Lucæ cap. 12. vbi amabundo parvulo gregæ, Sic à loquitur Christus: *Nolite timere, pusillus grex: quia complacuit Patri vestro; dare vobis Regnum.* Cum igitur perditionem suam, Princeps quisque timere debeat, si fortitam (quod Deus auertat) ex his de quibus esse debet liberalis, est potius auarus, & sibi vsurpat: quia auarus illud quod subditis deberet dare tanquam liberalis, iste talis prudenter timere debet iram Dei euenire super eum, quare non mirabor, quod turbæ vellent facere Christum Regem, quem experiebantur liberalem, atque solicitum disquirentem: *Vnde ememus panes, vt manducent hij.* Ioann. c. 6. Nam qui ad Principatum nascitur, ad liberalitatem nascatur necesse est, quis liberalis, non Regius, non Nobilis, non Supremus?

Tertul. Luc. 12. Domin. 4. Ioan c. 6.

Nol-

34. *Luc c.12.* *Nollite igitur, timere pusillus Grex: quia complacuit Patri vestro, dare vobis Regnum.* Et statim, atque Regnum filijs promittit Imperat vendere, quæ habent, & dare pauperibus, dicens: *Vendite quæ possidetis, & date Eleemosynam.* Vbi D. *Sermon. Chrysol.* Chrysologus ponderat Christum non videri locutum consequenter, nam si dicit, quod Patri complacuit eos facere Reges? *Complacuit Patri dare vobis Regnum.* Quare statim subiungit: *Vendite quæ possidetis?* Nunquid melius est, Reges esse opulentos? Et præ diuites? Nonne authoritas Regia magnificentiam Regiam committatur? fateor. Sed D. Chrysologus maiorem adnertit esse in Regibus potentiam maioremque gloriam oppulentiam, & famam, quando sua omnia pro alendis, & sustentandis pauperibus venduntur; perpendamus illius pulcherrima verba, sermon. 22. & 23. ait enim: *Plebeium cultum Regia non admittit potestas, Augustus honor non nisi diademate confertur, & purpura. Abijcere ergo debet habitum seruitutis qui se Regem credit Diuinitus consecratum. Hinc est quod Rex supernus illum, qui cum indignâ veste Maiestatis eius ausus est intrare conuiuium, ligari, præcipitari, detrudi in tenebras iussit exteriores: quia deformitas inuitati ad inuitantis redundat iniuriâ. Peculia quoque pristinæ libertatis, iamdiutijs, iam Regijs ditatus opibus qui reseruat, captiuus miseria se nescit esse fœlicem. Est consuetudinis, est animi fœlicis, vt adscitus ad Regnum quod fuit proprium, quod priuatum, mox parentibus, mox propinquis, ciuibus in digentibus liberaliter prorogare: ne sit mendicus animo, qui censu functus, & honore.* Hæc ille, vbi vides, omnia Chrysologi verba ad illud dirigi, vt vilitas omnino pellatur à domo Regia. Vere quidem habitum seruitutis abijcere debet, qui se Regem credit Diuinitus consecratum. Nec illiberales, & miseros admittat in sui consortium, æquum est qui pollet liberalitate. Nec illiberalis sit qui Regio Coronatur Diademate, nam illiberalis, naturam negat Regiæ Maiestatis.

35. *S. Ambr. Marc. 15.* Notauit S. Ambrosius, quod Iudæi Cruci figentes Christum Dominum. Marci 15. Eum nudum, & spoliatum crudeliter Cruci dederunt: *Et Crucifigentes eū diuiserunt vestimenta eius sortem mittentes.* Dicit Ambros. *Secundum Marcū, milites exuerūt Christum purpura, quod nec mysterio vacat.* Ita Luc. 23. Sed quæ fuit ratio tantæ nuditatis? R. quod hæc *Luc. 23.* asignatur modo inter alias quæ dantur à multis: *quia posuerunt super caput eius causam ipsius scriptam Iesus, Nazarenus, Rex, Iudæorum.* Vt intelligant Reges, & Principes, & Prælati, tunc vere esse Principes, quando ad altitudinem crucis ascēdunt, & honoris, & Regio gaudent titulo nullo melius modo id fueri, & consequi, quam vestimenta, & regales purpuras, opesque in alendis, & sustentandis pauperibus, & opperiendis diuidendo.

AD IDEM.

AD rem hanc, ponderauit optime, Abulensis 3. Reg. c. 1 quæst. 23. Quod Regum Coronationes, & vnctiones, iuxta fontes, & arbores fieri solebant, vt patet, in vnctione, Adoniæ circa fontem *Rogel*, & Salomonis, circa fontem *Siloæ*. Abimelech, circa *Terebinthum*, Sichen. Sed quale mysterium? Ecce fons à fundendo, dicitur, vt Reges sint veluti fontes fundentes bona omnibus: quia fons communis, & liberalis se ostentat omnibus. *Circa arbores.* Ecce etiam mysterium: quia sub ramis eius defenduntur ab æstu, & pluvia pauperes transeuntes, & fructus arboris omnibus prodesse potest. *Abulensis. 3. Reg. c. 1. quæst. 23.*

36. Quis non considerauit Solem planetarum Principem, quod statim atque à Domino fuit creatus; censum regalis potentiæ cæpit offerre, & liberaliter dare, lucem videlicet suam omnibus communicando inferioribus, huc illucque discurrendo, vt suum munus impleret. Quod videns Damascenus lib. 1. de fide. cap. 7. inquit: *Luna à Sole lumen suum mutuatur, vt nostra internos communicare discerēmus.* Hoc vt discant Reges, à Rege planetarum lucem suam alijs communicare debere. Sol quidem non sibi lucet, sed alijs. Hoc quidem est Principem, & Patrem, & Pastorem vere esse tales, nam à liberalitate Regia lucet Maiestas, à communicatione bonorum, larga, & liberali manu nascitur vere titulus Principis Corona Imperij, Pastoris honor, & Patris dignitas. *S. Damasc.* *Sol non sibi lucet, sed alijs.*

Huc spectat quod docuit Psalmista. Psalm. 109. *Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus Sanctorum.* Alij legunt, *tecum Principes*, alij *tecum liberales*, quasi dicat tecum, ò Rex gloriæ, in die virtutis tuæ; id est communicationis tuæ bonitatis; sunt Principes: siquidem tecum liberales; quasi liberalitatem po- *Psal. 109.*

nat

nat, pro causa Principatus: nam quis Princeps, non liberalis? Et siquis piam dicat, quomodo Rex potentissimus erit, si opes suas inferioribus, & pauperibus erogauit? R. quod tunc melius; immò tunc potens, immò tunc potentior Rex Quando res publica ditior facta est, quando est pauper Princeps ex eo quod pauperibus dona dedit sua, tunc Princeps abiit quod sit pauper, immò tunc potentior erit; tunc potentissimus euadit. Ratio quia substantia Regni potentem facit Principem.

37. 3. Reg. c. 11. nu. 29. Huius rationem assignat Spiritus Diuinus 3. Regum cap. 11. vbi dicit: *Quod cum Propheta Ahias, ad Ieroboam accessisset, cum eum in agro sine committe, & sine teste inuenisset: tunc apprehendens Ahias, pallium suum nouum scidit, & in duodecim diuisit partes.* Sed disquiro, quid significat scissio illa vestimentorum Prophetæ? Tunc dixit Propheta: *Dominus ad me locutus est, dicens: ecce ego scindam Regnum de manu Salomonis.* Insignum quod Regnum Salomonis erit diuisum in duodecim partes; & quod Imperium eius ad nichilum redigetur; ad quod Propheta significandum; subditus Salomonis pallium scidit. Sed iterum disquiro; quare pallium Salomonis, non fuit scissum, sed pallium subditi sui? Respondetur, quod ita factum est; vt intelligamus tunc Regnum ad nichilum redigi; quando bona subditorum scinduntur, quando opprimitur Regnum; & nouis grauatur impositionibus. Quando bona pauperum ad res in vtiles, & nullius momenti à commodantur; tunc autem ditissimus est Rex; quando sua dat vestimenta; pro opperiendis; & sustentandis pauperibus. Cõsideremus modo Principem nimium appetentem diuitias, tunc inueniemus eum iam Regno Carentem, iam deuilem, iam mortuum. Si tamen pauperem Regem videmus; etiam videuimus triumphantem, vt Christum Dominum consideramus triumphantem ingressum in ciuitate Hierusalem pauperem tamen humilem, & mansuetum; non sibi venientem, sed nobis: *Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus.*

Tunc ditior, tunc fortior Rex quãdo pauper pro saginando populo.

38. *Esai. 6.* Ad rem hanc spectat locus Esai. cap. 6. vbi enumerat tempus in quo mortuus est, Ozias dicens: *In anno, quo mortuus est Ozias. Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & elenatum.* Quomodo numeratur annus mortis Oziæ liquidem teste Abulensi libr. 4. Regum, cap. 1. Ozias, anno illo visionis illius, non est mortuus, sed multo post? R. non alia de causa, nisi quia anno visionis. Rex Ozias vsurpauit sibi Sacerdotium: *Et ex eo puncto lepra plenus fuit in fronte.* Et ex tunc reputatus est mortuus ex quo lepra plenus. Ita docent Doctores tam Hebræi, quam Latini: quia tunc ex nimia pecuniæ cupidine partem redituum summi Sacerdotis voluit à cumulari reditibus suis: Quia ergo nimia cupiditate, auri, & argenti; sibi aplicare voluit cum ad Sacerdotium pertinuisset; ex tunc iure optimo inter mortuos reputatus est. Ita dicendum est; de principibus qui sibi vsurpant bona pauperum, bona Templi, bona Sacerdotum, quod iam reputari possunt; & enumerandi inter mortuos. Et isti tales Principes veluti Tyrani inspiciuntur, & despectui habentur. O quam Sanctus, quamque bonus minister reipublicæ, qui cum manus habeat in bonis Reipublicæ, nichil de bonis illius illi adhæret, nichil vsurpat. Legite Augustinum ad cap. 36. Exodi aientem; quod de Beseleel, & Oliab, & de alijs artificibus arcæ testamenti dicitur; fuisse ita sapientes in arte sua; quod dederit illis Dominus sapientiam, & intellectum, vt scirent fabri opperi non solum, sed etiam; quod essent pleni timore Dei, & pleni virtute, & sanctitate notandum (inquit) *Quod opperum effectores sancti quoque moribus erant.*

Augustinus.

39. Sed inuestigare oportet; vnde colligit Aug. eorum sanctitatem? Et vnde timorem? R. quod quia ex Eleemosinis, & donatiuis Hebræorum fiebat, arca, & tabernaculum: quod per Moysem tradebatur, in manus, Beseleel, & Oliab, quibus tradidit Moyses, omnia donaria filiorum Israel: *Cum ergo creuisset, offerentium deuotio; in tantum quod Artifices dixerint; plus offert populus quam necessarium est quasi dixissent præcipe illis ne donatiuum tantum creset; & vlterius ne progrediatur oblatio populi: quia iam satis superque est, iam superfluit oblatio; & donaria multa sunt ad arcæ fabricam.*

Ministri fideles sancti nuncupantur, ac pij sæpius.

Quos artifices, merito Augustinus vocat Sanctos: *Sancti quoque moribus erant.* Sed vnde Sanctitas colligitur? R. non aliunde melius, quam quia poterant si vellent multa ex donarijs vsurpare sibi; cum essent ministri quibus pecuniæ tradebantur; merito Sancti, qui in suo ministerio fideles inuenti sunt. O quam Sanctus Minister si fidelis est?

Abul. libr. 4. Regum, cap. 10.

Et forsitam propter hoc notauit Nisse- 40.

Nissenus, Cant. 5.

senus, Canticorum 5. *Quod manus, & caput sponsi erant eius de materie, capiet eius aurum optimum manus eius tornatiles aureæ.* Vbi loco illius particulæ *tornatiles*, aureæ; alij vertunt *Orbes*, aureæ, vt intelligatur quod quid manibus recipitur, manibus rependitur, manibus datur, & distribuitur, non quidem aliquid vsurpando, sed dando largiter, *tornatiles Orbes.*

Abulens. 4. Reg. c. 17. q. 13.

Non tacebo illud quod notauit Abulensis, 4. Reg. cap. 17. quæst. 13. Quod cum Dominus, propter peccata Hebræorum permisisset, quod ciuitas Samariæ Bastaretur ab Assyrijs; ita vt videretur penitus avulsa: *Misit Rex Assyriorum gentes suas, vt occuparent terram Samariæ qua occupata Assyrij, non adorauerunt Deum Israel; sed Deos Assyriorum* (erant enim Idolatræ) *qua propter immisit Deus Leones contra Assyrios, & interficiebant eos. Tunc Assyrij, cognoscentes Leones illos esse missos à Domino; legatos mittunt ad Regem Assyriorum, dicentes: Qualiter Dominus misit Leones, qui penitus conturbabant eos, & interficiebant.*

41. Abulens.

Sed quæstionem facit Abulensis, dicens. O Assyrij: *Vnde vos cognoscitis esse Leones illos ministros Dei? Respondet ipse profecto, non ob aliam causam; nisi, quia Leones isti, occidebant viros, & fœminas, & nullius cadauer commedebant.* Quia optime, & forte, nullo melius modo cognoscitur, quod aliquis est Dei minister, quam ex eo quod animalia illa, & Leones illi, nichil commederent. Ex quo facile intelliges; veros esse ministros, & fideles, qui cum sibi vsurpare, de donatinis reipublicæ possent nichil rapiunt, nichil vsurpant. Et ille verus est Princeps, qui sibi nichil de republica reperi tentat, nec sanguinem filiorum illius bibere. Sed quæcumque donaria petit, non sibi petit pro illicitis. Sed pro respublica alenda, fouenda, & sustentanda petit. Immò totus liberaliter datur Regno tota diligentia, toto corde in efformando, & componendo illo laborat.

42. Tertul.

Huc spectat locus Tertuliani, lib. de Carne Christi: vbi considerat Deum liberalissimum, & studiosissimum informationis hominis, ait enim: *Considera totum Deum ibi occupatum manu sensu opere, consilio; & quod magis est adfectione.* Quasi dicat totus Deus datus est nobis. Totus datus Regno suo ipsi inquit: *Regnum est is vos.* Guarricus Abb. serm. 1. de Spiritu Sancto, dicit: *O Deus si fas est dicere prodigum sui, præ desiderio hominis!* Quasi dicat tantus amator Deus est quod totus se nobis obtulit in ciuitu, totumque bonum quotidie nobis dat. Ita que dat se nobis totus, & totus non sibi solum, sed nobis est, quamuis vniuersa propter semetipsum sit Dominus opperatus. Sed tamen ita liberalis se ostentat dando se nobis, quod videri posset sui prodigus summe tamen est liberalis.

Guarricus.

Anastas.

Immò si expendamus. Anastasij verba, lib. 2. *De rectis fidei dogmatibus*, vbi sic ait: *In suis Deus expenditur creaturis.* Quæ verba, sic intelligenda sunt ita communicatur Deus creaturis, & illis datur, quasi effussus esset in illis, ipse dicit: *Sicut aqua effussus sum.* Non tamen (vt qui dam voluerunt aliquando, iam non sed ex punctum est illud verbum, quod consummaretur in creaturis) non sane ita. Quia adhuc illis totus Deus communicatus Deus in consummabilis, semper idē persenerat. Sed rigor verborum Sbaitæ, stat in excelentia Diuinæ dilectionis explananda, verbo illo; quo significatur, Deum totum occupatum in benefaciēdo creaturis, & in dando se illis: *In me manet, & ego in eo.* Dit. totus manet, *& mansionem facit*, in corde perfecto. Itaque liberalissimus Deus, ita beneficus se ostentat, quod homines per gratiam facit participes Diuinæ naturæ; quæ fons est totius pieratis. Ecce qualiter, suppremus Rex, quo liberalior, eo potentior ostentatur.

Sal. 21.

Discant, ergo Reges terræni, & prælati, totam habere occupationem debere, circa subditorum conseruationem, ita Apost. teste; Hugone in prologo Lucæ, inquit: *Faciebant Christi, mysteria in Apostolis abundabant; & ideo reddebant, per manus Eleemosynæ; per oculos, lacrymæ per orara præces, & instructiones omnes potentiæ Apostolorum; instar boni Pastoris, in custodiendis Gregibus, occupabantur.* Quasi dicat solum in pascendis illis vigillabant, non vero in tondendis, & spoliandis, sed dulci gubernandi modo ad viam salutis deducendis. Nō Tyrannicæ, vt multi faciunt; de quibus dolendum est: *Qui quanto in loco superiori, tanto in periculo maiori versantur*, vt inquit Aug. in Regula.

Hugo.

Augustin.

Ex quo tandem facile erit colligere, quod Rex Abarus, qui non solum sua, sed aliena sibi solum reseruat: iste talis latro aliorum, & sui ipsius est, audiamus Gregorium Nissenum, hom. 14. in Cantica: *Disquirentem quare Iudas moriuus*

Gregor.

est

Actor.1. Ioann.12. *est suspensus.* Sicut dicitur Actorum 1. & Ioannis 12. *Suspensus crepuit medius.* Respondet: *Latro erat, & loculos habebat, sed nunquid propter hoc suspensus est? Dicam, quia Iudas ille miserandus, ac miser, abaritiæ lapidem non abrasit, sed ipse sui ipsius fur factus est.* Sed quomodo fur factus est sui ipsius, si ipse suus est? Est igitur, fur sui ipsius omnis Princeps, omnis Prælatus, qui cum debeat esse totus suorum subditorum. Sibi se acommodat; sibi omnia adaptat. Iste non bonus Princeps, sed Tyranus est: nam si bonus esset, exemplo Christi totus esset subditorum. Ecce Imperium! *Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus.* Igitur sint Principes, liberales mansueti amabiles. Tunc erunt vere Principes: quia auarus indignus est Imperio, qua propter optime aiebat Tertulianus: *Quod Christus Dominus pauperes eligit diuites præ damnat.*

§. IV.

Quando Reges donatiua petunt, non sine maxima necessitate petant, & quòd petunt sit ad subueniendum necessitatibus Regnorum, non ad illicita, & superflua, quod credendum non est.

43. *Esai.62. Zacar.9.* TVnc enim Filius Dei potentior appareret, cum pauper se ostendit. Ita Esaias cap.62. & Zacharias, cap.9. Introduxerunt Christum pauperem mansuetissimum, atque de Imperio dignissimum, eo ipso quod pauperem notaueruntur, vt adimpleretur, quod dicebatur per Prophetam: *Dicite filiæ Sion ecce Rex tuus venit tibi mansuetus; aut venit tibi pauper.* Sed disquiro, quam lætitiam affert Rex pauper? Nunquid Samuel 1. Regum cap. 8. Remouebat populum Rege toties ex postulato; dicens, se, daturum Regem pauperem. Etsi fortitam Rex qui pauper est, efficiendus est dies nunquid ex illorum bonis, & reditibus erit eius oppulentia futura? Ait quidem de Rege paupere: *Agros quoque vestros, & vineas, & olibeta optima tollet: seruos etiam vestros, & ancillas, & iuuenes optimos auferet, & ponet in opere suo, Græges quoque vestros à decimauit, vosque eritis ei serui, & clamabitis in die illa à facie Regis vestri.* Quasi dicat; cum habearis pauperem prorege; ipse cummulauit sibi copias bonorum vestrorum; sed nunquid vestræ erunt diuitiæ illæ, & bona illa? Profecto vos, tunc ad cœlum clamabitis pro vindicta contra Regem summenda; Si ergo, & ex eo quod Rex sit pauper incommoda magna sequuntur; quare tanquam notum desideratum Regem, Esaias proponit Regem venturum pauperem, illumque ad gubernandum necessarium?

Samuel 8. 1.Reg.8.

Audite dilecti pro decisione huius difficultatis diuersitatem, quæ intercedit, inter mundanos Reges, & Regem gloriæ. Quia Rex terrenus, si pauper est, profecto tristem ponit populum, & impressura. Rex vero Diuinus si pauper est, illud ea ratione est, non quia in se pauper sit, sed quia libenter pauper propter nos efficitur, vt nos diuites essemus, ipse quidem dives est, sed propter nos, pauper est. Sed, vt facile cum paupere Rege communicationem habeamus, & facile eum alere possimus, sed quo cibo? Profecto potus aquæ frigidæ illum sustentat, & demicis, quæ cadunt de mensa diuitis saturatur, laginatur, & alitur. Immo addiderim, tunc ipsum magis de Imperio gloriari, cum videtimus eum nudum, & spoliatum, & pauperem, & sitientem; ipse aiebat, Psalm 68. *Dederunt in escam meã fel: & in siti mea, potauerunt me à ceto.* Tunc libentissime admittit titulum regale, tunc super caput ponit, tunc de distributione Regni agit, dum inquit: *Hodie mecum eris in Paradyso.* Igitur Rex iste mansuetus, & pauper manifestat suã necessitatem. Dum ait: *Dominus his opus habet.* Quasi Eleemosynam petendo. Sic intelligo Paulum dicentem ad Rom. 13. vt inquit Hieronymus: *Cui tributum, tributum, cui vectigal vectigal.* Potest, & Eleemosyna debitum appellari; dicit Scriptura: *Inclina pauperi aurem tuam, & redde debitum.* Vbi Hieronymus, dicit: *Vectigal nostrum est, vt transeuntibus demus velut, vt nos transeuntes, sedentibus in via.* Quam dicat lætentur populi, quorum Rex pauper est: quia numquam exiget nisi necessaria ad sustentationem sui corporis. Quod est ipsa res publica: & quia facile ucut pauper consolabitur, & consolabitur nos, propter quod dixit Christus, dicite: *Quia dominus his opus habet inuenietis asynam, & pullum.*

Verus Rex de necessitate, & paupertate gloriatur. *Psalm.68.* *Matth.21.* *Roman.13. Hieronym.*

44.

45. Qua doctrina edoceri debent Reges, vt id exigant à subditis quod necessariũ est, & quod redundat in vtilitatem ipsorum subditorum: quis vnquam negauit subueniendum esse Regibus in necessitatibus suis? Sed quibus bonis subueniendum? Profecto omnibus nempe diuitijs sump-

sumptibus, vita, & omnibus bonis, quibus abundant subditi. Tunc enim amor subditorum erga suum Principem cognoscitur magis quando libentissimo animo pro regis necessitate occurrunt, & succurrendo amorem ostentant, quod est opum exhibitione diligere. Igitur in Hierusalem cum pompa Regali ingressurus Dominus Iesus Ministri fideles, & Rex, inueniuntur iste pauper, illi quasi diuites. Et affectu dilectionis moti, quod habent sub illius pedibus, vt Regia Maiestas magis gloriosa maneret, vestimenta supponunt subditi quidem titulo pulcherrimæ dilectionis, & subiectionis tenentur absque dubio habere illis in necessitatibus; non solum circa ea quæ ad victum Regis, & vestitum sunt necessaria, & ad illa, quæ pertinent ad defensionem Regni. Sed etiam ad illa, quæ pertinent, ad incrementum honoris, & Regiæ Maiestatis, offerendo illi, si necessarium, palium, & vestimentum. Sicut Discipuli fecerunt in triumpho Ierosolimitano: Ita dicit Spiritus Diuinus per Euangelistas: *Plurima autē turba straurunt vestimenta sua inuia, & cædebant ramos de arboribus & sternebant inuia.* Matth.21.

26. Sed nunquid ad Regiam authoritatem illud attinebat? Profecto necessario est ad Regiam Maiestatem illam ostentationē habere; immò de maxime necessarijs est ostentatio Regalis. Sed tamen in populo illo laudo promptitudinem animi, in offerendo donatiuo arborum, & vestimentorum; etenim gloria Regis magna est gloria, & honor incentia populi. Hoc videmus quotidie maturo fieri consilio, vt quæ pro cultu Regio exiguntur in defensionem Regni consummuntur, hoc animi eorum vellantium arma petunt. Vtinam pacis, & Religionis corona sit. Ita Deo fauente euenire spero, Rex equidem noster amantissimus est, & sui Imperij eximius defensor. Omnia illi bona euenient ex quo Christum Dominum verum Sacratissimumque cibum intra secreta Regalis domus hospitio recepit pio, & gratissimo amplexus est corde.

27. Ad Ministros tamen dirigamus oportet sermonem nostrum præcepit Christus Dominus afferri sibi, asynam, & pullum: *Soluite (inquit) & adducite michi, michi* inquit non vobis, proh dolor, multi sunt fortitam Ministri, cui mandato Regis adducunt bona referi rum, non Regi. Sed tibi ea assummentes, sed fidelitatem videamus, nichil aliud Ministri Christi petierunt, nisi quod Rex mandauerat, nil aliud petunt, alij huius sæculi, exigunt multa extra id quod præcipitur exigisse: *Ita illi fecerunt sicut præceperat illis Iesus, & adduxerunt asynam & pullum.* Et nichil aliud, immò potius tales Ministri fuerunt quod quia de latere, & corde, & de voluntate eius, primi fuerunt, qui vestimenta dederunt, & vestimenta sua posuerunt super asynam, & esi de super sedere fecerunt quorum exemplo, reliqui de populo vestimenta sua libentissime pro Regis honore dederunt. Aborrent aures audire quorūdam Ministrorum audatiam, qui duplo magis exigunt quam eis commendatur; vt sibi referent, & ditiores fiant, quod in maximum cedit de decus Regiæ Maiestatis. Vnde dum videris in Ministro Regis nimiam pecuniarum cupiditatem; non miteris vim subditis reipublicæ videris etiā continuum dolorem, & turbationem, quorum exitus terribilis, quorum finis interitus, quorum despectus mirabilis infamiæ.

28. *Ecce Rex tūus veni & tibi iustus, & Saluator, ipse pauper occubuit illi,* sed desquiro, quare venit Rex tibi, tibi venit, sed quare tibi? Quare tu, non Regi? Profecto bene dicitur, quod Rex venit tibi: quia Regnum non est Regi, sed potius è contra Rex est Regno, totus debet esse reipublicæ. Vnde Arist in Politicis c.1. inquit: *Tyrannus Rex suum ipsius commodum spectat, & quærit, at vero Rex, qui vere Rex est subditorum.* Et Tulius, lib. 1. de officijs, inquit: *Vt enim tutela, sic procuratio re ipsa ad vtilitatem eorum, qui commissi sunt, non ad eorum quibus ea inimissa gerenda est.* Zachar.9. Arist. Tulius lib. 1. de offi.

Sol qui fulget in Orbe, Regiam ostentat Maiestatem, sic Ægyptij significabāt Reges suos. Tūm, quia sicut nullus, aspectum Solis, potest sustinere propter nimiam ipsius claritatem. Sic Reges, quis intuitu recto, seu auido in tueri potest? In quibus tanta Diuinitatis lux splendet? Curtius lib. 5. aiebat: *Plurimis gentibus in corporum Maiestate veneratio est, magnorum atque operum, non alios capaces putant; quam quos eximia specie donare, natura dignata est.* Et Iob cap. 29. *Lux vultus mei non cadebat in terram.* Et Suetonius refert de Imperatore Augusto: *Quod oculos haberet sicut Sol, ad quem respicere nullus poterat, quibus etiā existimari voleuat in esse quemdam Diuini vigoris calorem; gaudeuatque siquis sibi acrius in tuenti, quasi ad fulgorem oculos submitteret.* Hæc ille. Ego exi-

Reges sunt sicut Sol. 5. Curtius. Iob 29. Suetonius.

mo Regium aspectum reuereri vultu loquentis ad terram demisso; & iudico factum me dicam simul superbum, & in verecundum, eum qui vultu Regio non erubescit, & pudore honoratur; fœlix, & sapiens, qui reueretur vultum Regis.

49. Ex quo tibi dabo aliam Solis fulgentissimi proprietatem, nempe velocitatē in operando, & illuminādo; velocitatem in discurrendo per Orbem, vt beneficus pastor. Rursus aliam proprietatem tibi dabo nostro discursui valde accommodatam; quæ propria est Principis: & illa est, quod sicut Sol calore sustentat, & fobet pauperes. Sic etiam Princeps, esse debet Sol, fobens, & sustentans pauperes; immò Pater pauperum esse debet, & fortitam Romani Imperatores, illud nomen celeberrimum sibi assummebant, nempe: *Diuus Cæsar semper Augustus.* Propter auxilium quod populis præbere consueuerant. Sed quod nomen aptius illis competere poterat, quam esse patres pauperum? Nam vt supra retulimus ex Ienofonte: *Bonus Princeps nichil differt à bono Patre.* Sed magis pium nomen magis accommodatum est, quod Princeps appelleturPater pauperum. Optime quidem Rex Theodoricus referente Cassiodoro lib. 4. variarum, epistol. 42 aiebat: *Bene principalis clementia suscipit quos pietas paterna destituit: quia sub parente publico, sentiri genitoris non debet amissio, ad eum siquidem iure recurrit infantia destituta.* Hæc ille.

Reges esse debent Patres pauperum, ita, & Prælati: quia bonus Princeps nil differt à bono Patre.

Theodoric. Rex.

Cassiodoro notæ illius verba.

Iob 29.

Plinius.

Titulus iste paternus, cui melius quam Regi Christo vnquam adaptari potuit? Toties in Scriptura Sacra repetitum est: *Quod est mirabile in oculis nostris.* Iob 29. Quidem sibi tale nomen vsurpat, dū ait: *Pater eram pauperum.* Et Plinius in Panegyrico de Trajano, sic ait: *Talis fuit, vt sub illo filium tollere libuerit, expedierit.* Quasi diceret: *Tempore Trajani fœlicitas, esse filium, & non infœlicitas carere Patre; manente Trajano Patre cōmuni.* Hæc ille: *Profecto mirifica sunt.* Hæc verba.

S. Gregor.

S. Gregorius super Iob, de quibusdam ait: *Esse Patres non tam affectu, quam oppere, sic inquit, non patronum se, vel proximum, vel adiutorem; sed Patrem fuisse testatur; quia nimirum magno charitatis officio, studium misericordiæ vertit in affectum naturæ.* Hæc ille. Ex cap. 4. Iob. Vbi pondera affectum etiam cōpassionis in honorem verti nominis paterni.

Iob 29.

50. Rursus in Sole, exemplar Regum inuenimus esse compassionem Solis. Nam, vt inquit Leontius, multi affirmāt, quod ante quam Adamus peccasset, de septem partibus lucis, quam Sol habebat, sex perditis vnam dumtaxat solum sibi reseruauit, vt tanta lucis amissione, tantaque tenebrosicate dolorem, tristitiam, & cōpassionem ostentaret de casu hominis, quod vidimus in morte Christi Domini, vbi dicitur quod Sol conuersus est in tenebras. Et cum finis sæculi accedat obscurabitur Sol, vbi datur exemplum Regibus. Nam quæ magis iusta tristitia Regis, quam illa quæ causatur de casu, & penuria subditorum? Tristitia quidem illius iuuat ad solatium reipublicæ, solent enim Principes acriores casus, & tristem fortunam, imperatoria authoritate mollire; vt amor Principis magis innotescat, sic aiebat Iob: *Flebam quondam super eū qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi.* Velut 70. legunt: *Super omni impotēti fleui.* Et Chrysost *Nō leue est, habere mentē ad cōdol scenda idoneā.*

Leontius.

Iob 30. nu. 25.

Ex quo colligo, maius beneficium esse affectu lacrymabili dolere Regem de malo subditorum, quam eleemosynam dare: *Quamuis enim vera compassio sit passioni, & necessitati proximi, ex largitate subuenire; largitatem tamen muneris, rerum abundantia facit; non virtus compassionis. Ille perfecte tribuit, qui prius in se dolentis passionem transfert.* Ita Gregorius, sup. c. 30. Iob. Sed hoc quod dixi, intellige quando ad elargiendam eleemosynam impotens est. Si tamen potens est requiram, vtrumque, & eleemosyne largitionem, & affectum pietatis in elargiendo. Audi, quæ dicuntur Jacobi, cap. 2. *Quid prodest si soror, aut frater nudi sint, dicat aliquis ite in pace, & non dederit necessaria corpori si potest succurrere infirmo, & pauperi in sua necessitate; quid blanda verba proderunt?* Videte Regem gloriæ Christum Iesum, cōsiderantem turbam afflictam, & famescētem, & de illius satietate agentem, cum ait ad Philippum: *Vnde ememus panes, vt manducent hi.* Ioan. c. 6.

51.

Gregor. Epist. Iacob 2. n. 15.

Ioan. 6.

Sed quis existimauit Regem esse Patrem reipublicæ nec affectu, nec compassione vestitum? Hunc potius Tyrannum dicam, non Principem, nec pastorem vocabo. Exemplum habent Principes, in Christo Rege Regum, vt discant exigere solum necessaria, & illa quæ tolerari possint. Audi historiam traditam à Leontio de Themistocle, *qui petebat Andronitis*, referente Plutarcho: *Aurum, argentum, & vassa prætiosa, & aiebat, ecce duos*

Leontius de Themistocle apud Plutarchū.

Deos,

Deos, coram vobis proponо, & mouebunt vos ad hoc tribuendum (dij erant) vis & suasio. Quasi diceret: *Si bona persuasione, non concedetis aurum vestrum, & argentum, & vasa vestra violentia fiet. Ipsi tamen subditi, respondentes dixerunt: alios duos Deos habemus, & nos; nempe penuriam, & impossibilitatem: ita vt penuria sit salutis ad persuasionem, impossibilitas ad violentiam opponetur; quia nullus dat, quod non habet.*

§ 2. Quæ igitur Regna destructa non sunt præ nimia Regum cupiditate, & multitudine impositionum iniquarum? Quod patet in antiquissimis Regibus Longinquatum Regionum de quibus ait Tullius. Ad Atticum lib. 5. epist. 16. *Maxima expectatione in euersam, ac in perpetuum perditam rem venisse scito. Audiuimus nihil aliud, nisi imperata vectigalia, possessiones omnium venditas, ciuitatum gemitus ploratus, monstra quædam; non hominis, sed feræ nescio cuius in manis.* Hæc ille. Tempora hæc miserabilia sunt. Sed calamitas nostra vnde nisi ex nimia inimicorum superbia, & audacia venit? Ingrati quidem sunt qui de manibus nostrorum Principum bona quæ receperunt in venenum transmutare non cessant. Sed; ò fœlicissimum Hispaniæ Regnum tot iudicibus decoratum, vt in offenso pede per vniuersos mundi tractus curtat: fœlices, & in collæ quos Aquilâ grandis pio vngue filios sustentat coronatos, atque à victores semper, & in eternum triumphaturos dilectos.

Tullius.

§. V.

Quam miserrimus sit status Regnorum, & Regum, & vnde oriatur miseria illorum declaratur.

§ 3. DIfficile est miseriæ Regnorum causas apperire. Si non humanam prudentiam, quæ in maximis rebus plerumque cæca est consideremus, sed ad ea oculos mentis adijciamus quæ in sacra pagina signat Spiritus Sanctus. De his namque, quæ humanæ prudentiæ opinione omnia metiuntur, eiusque præscripto censent legis Diuinæ neglecta cura pro gubernanda respublica? Quales Ægyptij optimates fuerunt. Ita apud Esai. scriptum est, cap. 18 *Stulti facti sunt Principes thaneos, emarcuerunt Principes Memphеos, deceperunt Ægyptum stultitia profecto est aliare, quam virtute niti.* In hac enim gentium enumeratione. Prima occurrit superbia; ab impatientia nata, quæ vt in Ecclesiastico, cap. 10. *Habetur initium est omnis peccati, & qui tenuerit illam adimpleuitur maledictis, & subuertet eum in finem propterea ex honorauit Dominus conuentus malorum, & destruxit eos vsque in finem: sedes ducum superborum destruxit Deus; & sedere fecit mites pro eis, radices gentium superborum arefecit Deus, & plantauit humiles.*

Esai. c. 18.

Causæ miseriæ Regnorum Ecclesiastici. 10.

Quid ego hic vrbes, & nationes nuncrem quas animus superbi Principis transtulit in ruinam? Babilonis exitium minatur Deus. Ieremiæ cap. 50. Quod prospero victoriarum euentu, insolenter elata, tantum sibi arrogauerit, vt in Deum ipsum insultare auderet. Qua iniuria laesitus, & iratus Deus ait: *Ecce ego ad te superbe dicit Dominus Deus exercituum? Quia venit dies tuus, tempus visitationis tuæ, & cadet superbus, & corruet, & non erit qui suscitet eum. Hæc vsque ibi.* Et totum illud caput, & quod sequitur agunt de generibus pœnarum congruentium pro superbia Babiloniorum, vt legenti patebit.

Ieremiæ 5 n. 31.

§ 4. Vrbs fœnitiæ Tirus descripta ab Ezechiele propter superbiæ elationem ex magnitudine diuitiarum, cæterisque rebus ad delitias idoneis profectam funditus corruit. ita cap. 28. *Dic (ait oraculi illi) Principi Tyri, hæc dicit Dominus Deus, eo quod elevatum est cor tuum, & dixisti Deus Ego sum, & in cathedra Dei, sedi in corde Maris cum sis homo, & non Deus. Id circo, adducam alienos robustissimos gentium, & nudabunt gladios suos super pulchritudinem sapientiæ tuæ, & polluent decorem tuum.*

Ezechielis 28.

Concitauit in tirum Deus Nabucodonosor Regem Babilonis, qui mœnia tiri, & domos, ferro, & flama, vastauit millitū gladijs, in matronas, & Virgines, nedum in viros fœuientibus.

§ 5. Ad Idumæorum populum superbia inflamatum per Abdiam Prophetam cap. 1. Deus ita loquitur: *Superbia cordis tui, extulit te habitantem in scissuris petrarum, exaltantem solium tuum qui dicis in corde tuo; quis detrahet me in terram? Si exaltatus fueris, vt Aquila, & inter sydera posueris nidum tuum; inde detrahā te dicit Dominus.*

Abdiæ. 1.

§ 6. Quid de Moabitarum Elatione, & supplitio illis illato dicam? Audi Esaiam cap. 16 dicentem: *Audiuimus superbiam Moab, superbus est valde; id circo vlulauit Moab, ad Moab.* In eamdem sententiam extat apud Ieremiam cap. 13. Con-

Esai. c. 16.

Ieremiæ c.

tra Moabithas, vaticinium. Quid Iudæi? Audi modo, qualiter Deus eorum confutet superbiam. Amos. cap. 6. *Iurauit Dominus Deus in anima sua dicit Dominus Deus exercitium. Detestor ergo superbiam Iacob, & domos eius odi; & tradam ciuitatem, cum habitatoribus suis.* Amos. c. 6.

Afflicturus Deus superbos Iudæos præcepit Hieremiæ, vt lumbare lineum, quod sibi vsui furum fecerat, ad Euphratem ferret, & in saxi foramine collocaret. Longo deinde post tempore ei mandauit, vt lumbare extraheret. Quo cum putredine, & situ inuento, Diuino afflatus Spiritu; hoc edidit vaticinium: *Hæc dicit Dominus; sic putrescere faciam superbiam Iudæ, & superbiam Hierusalem multam. Ecce ego implebo omnes habitatores terræ huius, & Reges qui sedent, de stirpe Dauid super tronum eius, & Sacerdotes, & Prophetas, & omnes habitatores Hierusalem ebrietate, & dispergam eos.* Hæc de vrbibus, & nationibus propter superbiam electis vltione Diuina.

57. Quid Principes referam? Qui dum eleuarentur electi sunt. Occurrit primus Assur, qui cum opum, & ditionis amplitudine cæteris principibus sui temporis excelleret, ex sublimi humanæ dignitatis fastigio, in humilem, & abiectam, impellente superbia ex turbatus est conditionem. Vnde Ezechielis, cap. 31. dicitur: *Pro eo quod sublimatus est in altitudine, & dedit summitatem suam virentem, atque condensam, & eleuatum est cor eius in altitudine sua; tradidit eum, in manus fortissimi gentium faciens faciet ei.* Ezech. 31.

58. Deinde in mentem venit, Nabuchodonosor; qui cum se insolenter offerret; amplissimi Regni gloria in temperanter turgidus; & Dei à quo bona omnia manant immemor è Regno, & ex hominum cætu electus est. Non dissimili arrogantia nepos eius Balthasar Elatus à Medis occisus est, & à Regno Spoliatus.

59. Arphaxat Rex Medorum. Iudic. cap. 1. parctis victorijs, & vrbe à se edificata, cum gloriaretur, quasi potens impotentia exercitus sui; à Nabuchodonosor, Dei impulsu aggressus in campo Ragau succubuit, & in genti suorum victus est strage. Iudic. 1.

Rursus ad comprimendum Pharaonem, rebus secundis in flagrantem mentem, impullit Deus Regem Assyriorum, vt Ægypti vrbes florentissimas, omnibus Spoliaret ornamentis dispersisque oppidanis; in omnes fere Asiæ ciuitates, ad miseram seruitutem optimates adduxit, Regemque ipsum, dignitate orbatum, ad rerum omnium traxit desperationem. Vide apud Ezechielem, cap. 29. Cum Pharaone ex postulantem: *Ecce ego ad te Pharao Rex Ægypti, draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum, & dicis, meus est fluuius, & ego feci, me met ipsum; ponam frænum, in maxillis tuis.* Ezech. 29.

60. Ezechielis quoque cap. 32. Pharaonis tumorem, exitio dignum detestatur Deus; his verbis. *Leoni gentium assimilatus est, & Draconi, qui est in mari; & bentilabas cornu in fluminibus, & conturbabas aquas pedibus tuis. Propter hæc dicit Dominus: expandam super te, rete meum, in multitudine populorum multorum; & extraham te in sagæna mea, & proijciam te in terram, & habitare faciam super te, omnia volatilia cæli, & saturabo de te Bestias vniuersæ terræ.* Ezech. 32.

Antiochus intolerabilis; elatus superbia; minatus est se, venturum super Ierosolymam, & sepulchri Iudæorum congeriem eam facturum; qua propter insanabili est; & inuisibili plaga, à Deo percussus: *Vt enim* (inquit Sacer textus) *firmauit hunc ipsum sermonem; apprehendit eum dolor dirus, viscerum, & amara internorum tormenta; quibus horrendum in modum, conflictatus vermibus, toto corpore euulientibus, animam egit; maiores apud inferos toleraturum crutiatus.* 61.

Cum Herode Iudæorum Rege, argentea indutus veste, & concionante acclamans; & populus Dei: *Non hominis voces se audire, confestim percussit eum Angelus Domini; eo quod non dedisset honorem Deo.* Quid ad amicos illius, fœtorem detestantes conuersus: *In ille* (inquit) *quem vos Deum appellabatis.* 62.

Quis ignorat, his nostris temporibus (Diuina disponente prouidentia) Principes quosdam, de solio Maiestatis deiectos; cum superbia elati aduersus defensores sanctissimi nominis Christiani, insurrexissent. Snæbum Principem, mortuum vidimus miserè? Regem Indorum: quondam; per Principes Catholicos, & fortissimos duces Spoliatum maximumque illum Imperatorem Motezuma dictum: per Ferdinandum Cortes. Cuius filij, & nepotes, in Hispania magni nominis, & Catholicæ Religionis gloria polent, 63.

lent, & vt habetur in historia celeberrimi Imperatoris Caroli. V. Franciscum Vidimus, Annis præteritis apud Hispaniæ Regis Curiam decentum, Gallorum Regem. Quod per multa capita retulit eleganter Dionisius a Ioannes Antonius de Vera, & Zuñiga eques laci Iacobi nobilissimus, in epitome, quod in epete negauerunt de Gallis, quidam. Fateor ide iuditium futurum de principibus nationum auersatanium Olandæ, & Gelandæ. Nam voluntati Dei quis resistet? Et si Deus pronobis, quis contranos; Decepit eos superbia; & qui inimici erant Crucis Christi, ceciderunt in retiaculo peccatorum timeant. Dei iram, & indignationem qui fidelissimum Dei defensorem offendunt, nempe Philippum nostrum; Ecclesiæ Catholicæ Columniam, in vmicibilem semper invictum, & invincibilem Cæsarem causam Dei semper intrepide agentem. Magnus quidem Philippus noster Quartus, & semper Magnanimus, quippe qui Potentissimus, quippe qui sacratissimi Sacramenti Eucharistiæ, tutor, defensor, & Amator eximius, ac venerator est.

Antonius de Zuñiga, in historia Regu. Præcorum, & Caroli V.

64. Altera Reipublicæ euersionis causa; est fiducia quam Principes habere solent impotencia virium suarum; & inrobore magnitudinis suæ; Cum enim humanæ potentiæ teneri à stylo pendeant, qui confidit in eis diu consistere non potest, audi Psalmistam dicentem Psalm. 32. *Non Saluator Rex per multam virtutem, & Gigas non saluabitur, in multidine virtutis suæ falax equs ad salutē.* Quod facile ostenditur, quid profuit Gigantu Goliad; corporis procerias. 1. Reg. c 17: & armorum fortitudo, & splendor, quibus insolescens Israelem ad pugnandum concitabat? illud puerulus Dauid exercitio Pastor edificium, ictu lapidis penitus euertit, & præciso capite omnium ludibrio exposuit an aliam causam esse putas cur Deus. Deut c. 17. Verat ne, Rex, auri, & argenti magnos congreget Thesauros nisi vt ne his animium confidens, cœleste præsidium parui faciat? Huius præcepti immemor Ezechias opum maximarum cumulos legatis Assyriorum ostentans, à Propheta audiuit; eas diuicias, hostibus suis haud dubie prædefore. Quod euentus ipse comprobauit.

Psalm. 32.

1. Reg. 17.

Deut. 17.

65. Amasiam Regem Hierusalem. Centum vellatorum millibus magna coactis ad vellum Mercede prospera sibi polliccntem: quidam Propheta sic à locutus est. 2. Paralip. 25. *O Rex, non egrediatur tecum exercitus Israel: non est enim Dominus, cum Israele, & cunctis filijs Ephraim. Quod si putas in robore exercitus vella consistere, superari te faciet Deus ab hostibus.*

2. Paralip. 25.

Assyriorum Regi Deus, multas subiecit nationes, & totum pene terrarum Orbem, illius Imperij, & armorum terrore, compleuit, id ille, non Deo, sed suæ prudentiæ, & potentiæ; adscripsit, quare Deus tanta offensus insania, in hæc verba prorrumpit: *Nunquid gloriabitur securis, contra eum à quo trahitur? Quomodo si eleuetur Virga, contra eleuantem se, & exaltetur Baculus, qui vtique lignum est? Propter hoc mittet dominator, Dominus Deus exercituum impinguibus eius, tenuitatem, & subtus gloriam eius succensa ardebit, quasi combustio ignis.* Esai. 10.

66. *Esai. 10.*

67. Ad sunt, & alij Principes, magnis pollētes exercitibus, quos secures, aut serræ, aut Baculi, quibus cæleste numen insublime extollit: tamen propter superbiam minatus est eos Dominus, dicens præsertim Moabitis: *Pro eo inquit quod habuisti fiduciam immunitionibus tuis confidenti, tu quoque capieris. Omne caput caluitium, & omnis barba, rasa erit, eritque Moab in derisum.* Ierem 48. Amonitis, simili flagitio addictis. Ita Deus apud Ierem. c. 29. Minas intendit, dicens: *Quid gloriaris inuallibus? Defluxit vallis tua, filia delicata, quæ confidebas in tesauris tuis, & dicebas; quis venit ad me? Ecce ego adducam super te terrorem ab omnibus qui sunt incircuitu tuo, nec erit, qui congreget fugientes.*

Ierem. 48.

Ierem. 26.

Multos, & adhuc per similes casus innumeres in historiographis humanis; tā attingentes Principes Barbaros, quam Chatolicos; & Christianissimos; qui quandoque totam spem inopibus suis colocantes ad interitum vna cū diuitijs suis deuenerunt miserabiliter deficientes de quibus nobis agendum non est, cum non sit nostri muneris ea referre. Solum aduertamus statū Regnorum, & Regum inde oriri vndesuperbia; & elatio suboriuntur.

§. VI.

Sæpius vastatur propter impietatem Principis gubernantis Regnum.

68. IMpietate Regum sæpius offensus Deus; Reges ipsos, & Regna punit; & vastari magnis cladibus permittit. Quod Scriptura Sacra apperte docet, & ratio suadet. Non agimus hic de infidelibus, quibus Deus plerumque vtitur tanquam tortoribus; in eos qui Diuinæ læ-

de-

dere affectant gloriam, & Maiestatem: atque ad eum finem arma illis largitur, atque opes de Christianis agimus, atque de illis, qui ante Christi aduentum veri, numinis fuere cultores. In hos quippe, quoties ad Idololatriam, aut hæresim quę turpissima est impietatis soboles, à veri Dei cultu, & Religione deflexere: vello, peste, aut fame; Diuina exarsit, vindicta. Nec in merito: nam si scelestos, & quocunque alio flagitio, vitam suam contaminantes, abominatur Deus; quanto magis impios, & in Diuinitatem apperte iniurioſos? Prouerb 2. ait Salomon: *Impij de terrâ perdentur, & qui iniquè agunt auferentur ex eâ: domus impiorum delebitur. Impius facit opus instabile.* Egregiè hunc locum, Baldad suites prosecutus est Iob cap 18. dicens: *Nonne lux impij extinguetur, nec splendebit flamma eius? Arctabuntur gressus virtutis eius, & præcipitabit eum consilium suum: in missit enim in rete pedes suos, & in maculis eius ambulat: tenebitur planta ipsius laqueo, consummat brachia ipsius; primogenita mors.* Idem dicit Baldad, c.8. *Numquid virere potest scirpus, absque humore, aut crescere carectum, absque aquâ? Cum adhuc sit in flore, nec carpatur manu, ante omnes herbas aresci: sic viæ omnium, qui obliuiscuntur Deum, & spes hipocritæ peribit.*

69. Circa hoc Diu. Gregorius inquit: *In flore suo manus carpentis incidit accutis vnguibus surgens carectum: quia in laude hipocrita positus ne hunc quisque corripere audeat; asperitate sua protinus, vitam corripientis secat: Sanctus quippe esse non appetit, sed vocari, qualis imperitis innotuit, talis vult ab omnibus æstimari: paratur mori quam corripi. Demonstrare longe incomparabiliter reum, reprehensionem suam desiderat: vt innotescentem se, non suis dictibus, sed alienis criminibus ostendat: ita vt sæpè hominem aliquid redargutionis, se dixisse pœniteat; & quasi carpentis manu sic arripientis animo quidam (vt ita dicam) sanguis mœroris currat.* Hæc ille.

Chananeos, ob impietatem fuisse attritos docet Sacra Pagina. Deut. cap. 9. vbi Moyses suos à loquens Hebræos, ait: *Ne dicas in corde tuo cum deleberit eos, Dominus Deus tuus in conspectu tuo propter iustitiam meam, induxit me Dominus, vt terram hanc possiderem, cum propter impietates suas, istæ deletæ sint rationes, nec enim propter iustitias tuas, & æquitatem cordis tui ingredieris, vt possideas terram eorum; sed quia illæ egerunt impiè introeunte te deletæ sunt.* Hinc apud Iob, cap. 8. *De impio dicitur, non placebit ei vecordia sua, & sicut tela Aranearum fiducia eius.* Quasi dicat vehementer displiceuit impio sua ipsius *vecordia*, siue vt Hebræi, vertunt *spes*, vt alij *stultitia*, verbum quippe *eçal*. Quem dam signat insaniæ modum: quæ cum mutatione voluntatis, coniuncta est. De his hominibus scriptum est. Psalm. 48. *Homo, cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis, hæc via illorum scandalum ipsis.* Hoc est teste Hieronymo sua vecordia, & stulta sæcuritas: illis est veluti scandalum; in quod miserabiliter, impingunt: *Et postea, in ore suo complacebunt: cum hoc euenturum esset; illi tamen sibi, sub fœno fœlicitatis suæ, quæ tandem erat placitura blandiebantur.* Hæc ille.

Addit Baldad: *Et sicut tela Aranearum fiducia eius.* Hoc est rei facili, & quę facile corrumpitur, impius innititur. Hebræi legunt pro tela Aranearum. *Domus*, tela quippe Aranęæ instar domus est, magno viscerum extructa impendio. Hac tela illa tegitur, & futili artificio inuoluitur donec quatis aurâ, aut flatu, rumpatur. Septuaginta legunt: *Aranea euadet eius tabernaculum.* Augustl. legit, Araneis impleuitur, tabernaculum eius. Vide quo recidant Calbinistarum futilitates, & aliorum Hæreticorum intenta Catholicis retia.

71. Aranearum telle similis extitit, omnis Hæreticorum conatus; dum neglecta Religione; Idololatriæ se addiderunt permissu namque Dei nunc à filijs Amon, aut Moab: nunc à Rege Mesopotamiæ; iam à Philistæis, Madianitis, aut Syrijs, domiti, & subditionem redacti exterarum gentium experti sunt iugum. Multa quæ hanc sententiam confirment inuenies. 4. Reg. cap. 17. Quid ego Iudæorum Regum ob Idolorum cultum referam clades? Vide Ieroboam. Hac labe inquinatus, Regno suo attulit interitum. Salomonis Regnum quid aliud ad duas tribus, cum antea plures essent redegit? Baasę familia, azambri deletur, phacæa, occiditur Oseæ traditur à Syrijs captiuus, Mannales, reterrimi carceris multatur tenebris. Amon, iugulatur à suis, adducitur in Ægyptum vinctus Achaz, Ioachim à Nabuchodonosor capitur, & cathenis ligatus, in Chaldæam ire compellitur. 2. Paralip. 20. *Sedecię, eruuntur occuli.* Ei-

lijs illo præsente, morte mulctatis. Saulis consulentis Phitonissam; mors quam ipse Philistæis circumseptus sibi attulit, satis declarauit, abominabile fuisse flagitium. Occozias, quia Velcebut consuluit, animam exalauit; nullo admitigandam ægritudi nem daro præsidio.

72. *Romani Imperatores, qui misere perierunt ob impietatem.*

Quid de Romanis Imperatoribus dicã? Omnes qui in Christi fidem arma sumpsere ferro, aut veneno (si Trajanum, & Seuerum excipias) sublati sunt, & interiti. Nero, qui primus, Christianorum insectatus est nomen, iuuante Epaphrodyto, sibi ipsi, violentas attulit manus hostis prius à Senatu declaratus. Trucidarunt Domitianum, cubicularij septem. Commodo, præfectus prætorij, & Martia eius concubina ceruices attriuerunt; militum conspiratione periit Antonius Caracalla Seberi Imperatoris filius. Ecloga primum delectus fuit. Extractus, Elio Gabalus, in Tiberim demersus est. Ad Achileyam millites, vna cum filio, Iulium Maximum peremerunt. Decius, cum toto exercitu, a gottis. Victus, & occisus est. Valerianus à Persis profligatus, & captus, miserrimam expertus est seruitutem. Galienus, insidijs circumuentus, interficitur. Maximianus, Massyliæ captus; constantini iussu occiditur. Veneno hausto, Diocletianus, in insaniam redactus; sibi ipsi, morte consciuit. Maximinus, scenitiæ in Christianos exercitæ, sero pœnitens, vermibus totum corpus erumpentibus, extinctus est. Iulianus eriani, cum pene sepultum Idolorum cultum suscitare, ni teneretur; impietatis penas dedit, sagitta de cœlo missa, in Persica expeditione Suetiæ Regem, omittere fas non est; cui de cœlo data illi ignis vibrantis, iaculi vsia est vindicta sæuiente illo aduersum Regem nostrum Philippum qui Quartus dictus; magnũ ob incredibilis fortitudinis magnitudinem nomen optinuit. Et disquiro, quid expectant Barbari Principes? Quid Tyrani duces, qui nomen Christi blasphemare non cessant? Vereor quidem illos nominibus aduocare proprijs. Nam id non exigit prb nunc pietas Christiana. A nomine quidem degenerant, quatenus à veræ Religionis veritate, & firmamento qui est Christus Iesus alieni inueniuntur. Ascendat illorum furor vsque ad cœlum, ascendat superbia, & impietas illorum quo vellint; descendent ipsi profecto ad inferna in æternum cruciandi; & ipsi suo videri Gigantes sub aquis gement æternarum tribulationum: væ illis, qui simul cum superbia, & impietate peribunt: nisi adsit illis Diuina gratia, qua conuersi ad veram pœnitentiam iugum suaue, & onus leuæ Catholicæ Religionis degustent: & misericordiam altissimi Dei consequantur.

§. VII.

Ponitur, quod hæresis, sit summa reipublicæ pernities, & mortale venenum.

73. PAtet hæresim esse maximam reipublicæ pernitiem præsertim si in Principes virus inciderit: cum illorum improbitas tanquam exemplar subditorum habeatur. Improbitas quidem Principis Hæretici, tanta est, vt ipsius tartari furijs sit horrori illis quidem, iure illa Poetæ carmina aptabis, in quibus ita dicit.

Odit, & ipse pater Pluton, odere sorores.
Tartareæ mõstruum tot se seuertit in ora.
Tam sua facies, tot pullulat atra colubris.

Hæc (Hæresis) ciuitates conturbat, hæc pestem legibus, moribusque pernitiem agit, & adfert, hæc Deũ ipsum: quia è cœlesti. Solio deturbare diffidit, è Templis, & Aris, maiorum nostrorum pietate edificatis, & erectis; ausu temerario nititur eijcere. Nichil de hæresum Authoribus dico; horum quippe nota est perfidiæ pœna. Quorumdam Principum volupe, seu innane exitus in fœlices recensere cum apperti sint, & noti. Qui non solum hæresum turpitudinem sectati sunt, sed earum insuper Patroni esse voluerunt: atq; vt breuiter multa complectar: audi, quæ sequuntur.

74. Anastasius Imperator, Euthiquetis fautor impietatis pœnas dedit ictus fulmine, valens Arrianis patrocinium prænens, à Scythis victus igne perijt infugurio. Heraclius, qui tempore velli Perici veræ Religionis cultor extitit; in Monotelitarũ lapsus hæresim Syria, Phœnitia, & Ægypto amissa; tamdiu contemptui fuit; donec Hydropis, alijsque pudendis confectus morbis interijt. Constans, ad monotelitarum item hærrorem accedens, à suis trucidatus est in Sicilia magnis cladibus affectus est Iustinianus Iunior; postquam sextam synodum tentauit abrogare. Philippus Bardanes Imaginum, veneratione interdicens à Bulgaris misere, & à suis quoque despectus de Imperio eiectus est.

No-

75. Notissimæ sunt clades, quos perpessi sunt, Leo, & Sauricus, Imaginum Sanctarum oppugnator; & Constantinus Copronymus: qui fuit hæres paternæ impietatis. Quid cæteros Principes Constantinopolitanos memorem; vt Leonem Armenicum, Michaelem Traulum, & huius filium Teophilum? Nonne primus in vincula coniectus interficitur? Secundus, à Sarracænis, vis expugnatus crætam centum nobilem vrbibus amittit? Tertius dissenteria afflictus grauiter animam egit; semel, & iterum, à Mahometanis prius castris exutus? Infinitum esset singula persequi, à Diuina prouidentia in hæresiarchas, & hæresum patronos, ædita supplitia; iam hæreses ipsæ huiusmodi sunt; vt vel simpliciter propositæ, aut impossibilitatem ostendant, aut insaniam præferant: qualis est illa, quæ asserit; omnes Hæreticos bene sentire. Quis enim huius assertiæ dementiam, non stupet? Non irridet? Philaster, quibusdam hoc assertum attribuit, qui (Rethorij appellantur) Diui Augustin. libr. de hæresibus, cap. 72. Ita rationi repugnare, hanc hæresim affirmat, vt ab homine sanæ mentis compote profectam, deputet prorsus impossibile.

Philaster. August.

76. Similia passim inuenies Hæreticorum deliria. Si Augustin legas, & Philastrum, & Tertullianum, in Apologetico, & Guidonem. Extat præterea, Alphonsi de Castro, minoritæ in Cathalogo: vbi vir doctissimus, omnium fere Hæreticorum Ordine Alphabetico retullit hærrores. Turre cremata in suo libro de potestate Ecclesiæ: & eleganter in suo expurgatorio Generali, ædito iussu Philippi Secundi Hispaniarum Regis prudentissimi, Hæreticorum domata refert, & refutat sapientissimus Doctor. Didacus Carrion Lucrunensis, primus Theologiæ Magister in celeberrimo illo seminario sancti Laurentij, (vulgo dicitur el escurial) de cuius familia ego sum. Item Abulensis Episcopus creatus, & electus obijt, literis, & virtute munitus; cuius dictum tibi proponam assereuat multoties sæpius à Regibus consultus: *Hæresim esse summam reipublicæ pernitiem.*

Auguſt. Tertul. Philaſter. Caſtro.

Doctor Carriõ qui fuit Abulenſis, Epiſcopus præſertim in Expurgatorio, an. 1640.

Ex quibus intelliges; hæresim esse monstrum intrepidum, & mortiferum virus Regnorum. Timendum quidem valde est (quod Deus auertat) si Princeps in hæresim inciderit: *Nam quæ vtilitas in sanguine eius, dum descendit incorruptionem.* Experti quidem summus his nostris temporibus quosdam magnos Principes miserabiliter interfectos à suis subditis, & paupercülis ciuibus homunculis. Quod plorat gallia, rident charolici talia facinora pensitantes.

§. VIII.

Contemptus Religionum, & Sacerdotum, est magna, & misera Regnorum pestis grandeque malum mortiferumque venenum.

77. SAcerdotum, & Ecclesiasticæ disciplinæ contemptus est affinis hæresi, cui omnia committantur flagitia, quibus Deus, se lacessitum, & grauissimæ offensum non semel conquestus est. Et quidem cum Iudæi Regem sibi dari importune efflagitarent: Samuelem Sanctum, & pium virum, & Sacrorum Antistitem repudiarunt: *Ita à loquutus est Deus.* 1. Regum cap. 8. dicens: *Non te abiecerunt sed me, ne Regnem super eos.* Et Apostolis suis Christus Dominus. Lucæ, cap. 10. inquit: *Qui vos spernit, me spernit.* Et Ecclesiastici, cap. 7. Ad Sacrorum Ministrorum, venerationem, ita nos hortatur: *Dilige eum qui te fecit, & Ministros eius, ne de relinquas, honora Deũ, ex tota anima tua; & honorifica Sacerdotes.*

1. Reg. 8.

Luc. 10.

Eccleſ. 7.

78. Saul: quia Samuelis Ministri Dei præcepta, aut prætermisit, aut contempsit; Regni iacturam fecit. Vt enim. 1. Regum, cap. 13. *Scriptum est; victimas ante aduentum Samuelis, mora impatiens contra quam Samuel præscripserat immolauit. Arguens facti huius stultitiam: Samuel ait; quod si non faciesses, iam nunc præparasset Dominus Regnum tuum super Israel, in sempiternum; sed neq; aquam Regnum tuum vltra consurget.* Iterum videns, Samuel contemptum à Saule præceptum perdendi Amalechitas (seruauit enim Agag Regem, & optima quæque Spolia: *Pro animi sui libidine*) *victoria abusus* Ira Regem affatus est: *Pro eo quod abiecisti sermonem Domini, abiecit te Dominus, nesis, Rex.* 1. Regum, cap. 15.

1. Reg. 13.

1. Reg. 16.

79. Ozias Rex in exemplum adduci poteſt, quem Azarias Pontifex, & alij Sacerdotes Ælephanti Aſy Diuinitus per cuſum, è Templo, expulerunt; eo quod ipſorum munere functus, munera, & thus offerre mollitus eſt. 2. Paralyp. c. 26. Ite Ozias fuit Rex læproſus, vſque ad diem mortis ſuæ; & habitabit in domo ſeparata. Itaque cum pontificio ornatu, quem temerarie induerat, exuere quoque purpuram coactus eſt. Vidi ego Saluianum in libr. vltim. de prouidentia, Maſylienſem Epiſcopum; eam ob cauſam in Vandalorum tyranidem Diuino Conſilio traditos eſſe Carthaginenſes: quia deſpectui haberent Sacerdotes. Cæteroſque Eccleſiæ Miniſtros. Ita legit Saluianus Epiſcopus Maſylienſis: *Quid ſi Carthago traditur, Vuandalis cum minus habeant Sacerdotes Miniſtroſque Diuinorum?*

2. Paral. 26.

Saluianus.

80. Caduca enim ſunt Imperia, & imbecillo Regum præſidia ſtare quidem diu non poſſunt, niſi erga Dei Miniſtros, & erga Eccleſiam, pietatem exerceant. Certe Conſtantinopolitani Imperatores, ex quo tempore, Romani Pontificis authoritatem ad ſciſmata conuerſi parui facere cæperunt mutuis cladibus, inteſtiniſque afflicti ſeditionibus ad interitum euolare præcipites, donec libidine, & delidia, ſanas reipublicæ partes corrumpente Imperium amiſſum eſt, Bizancio miſerandum in modum à turcis expugnato. Quid Græci? Hi neglecta obedientia, qua Romano Pontifici vniuerſus Orbs adſtringitur; duriſſimum experiuntur ignominioſæ ſeruitutis iugum. Germanorum Imperatores nonnulli. Dum ſibi arrogare poteſtatem cõferendi Sacerdotia molliuntur Sacros negligunt Canones; addulterinoſque Pontifices, Chriſti in terris Vicarij ditionem in fæſtam habentes, aut ipſi creant; poſt habito iuris Ordine, aut ab his creatos fobent, ſui erroris, irato numini: pœnas dedere, Deo Eccleſiaſticos Miniſtros protegente. Nichil de Pontificia authoritate, quamuis veros Pontifices, nunc in Galliam ex torres, nunc alio, ire compullerint, detractum: quin ipſi ſpatioſiſsimam Imperij partem in Italia olim poſſeſſam non ſine dedecore amiſerunt. Germania vero ipſa, Eccleſiaſticis ſanctionibus, multis in locis repudiatis; cæſariſque, & nomine, & Imperio magna ex parte contempto, hereſum ſequitur in fœlici partus quotidie renaſcentes fœtus.

81. Longobardi, dum in feſti in Eccleſiam inſurgunt, & ditionis Pontificiæ oppida inuadunt Gallorum armis perdomiti, atque omnino attriti; Regni ſimul, & dignitatis iacturam fecerunt. Et exitio illis fuit; Romani Pontificis contemptus. (Sic accidet quibuslibet contemnentibus Pontificem Maximum) Neapolitani Reges. Situ ipſo, & vbertate regionis, ad propagandum Imperio in numeras habuere commoditates. Cæterum tam inſignem rerum præclare gerendarum opportunitatem, qua in Orientem, & Aphricam, per Brunduſinum, aut Tarentinum pontum emittere claſſes, ferro, viris, omnique commeatu abundantes, vtiliter poſſent cum alijs herroribus corrupere. Tum præſertim ſimultaribus in Romanis Pontifices diu exercitis. Quo factum eſt, vt Regnum ſibi haud diuturnum parauerint: poſteris vero extinctum, aut ad alienos translatum, ac prorſus nullum; nulla vis in armis, aut hominum multitudine ſita eſt; niſi Moyſes dum pugnatur. Exodi 17. Et 4. Regum 13. Manus Aaronis ope in cœlum erectas habeat. Nec arcus Regum prodeſt, niſi Eliſæus Dei Propheta bellatorum manibus ſuas imponat manus. Cabeant ergo, Reges, & Principes Diuinam ſubire vindictam, ſi aduerſus Eccleſiam, & Eccleſiaſticos Miniſtros, potentiam ſuam oſtentent. Æquorum memoria nun quam debet ab eſſe Æliodori caſus, ſæpius repetitus flagellatus à phantaſmatibus dicam, quod ita fuit ab Angelis Dei Miniſtris, pro Miniſtris Dei cauſam agentibus. Non ſine graui fundamento ad Reipublicæ deſtructionem, & vaſtationem, Anathematis, excommunicationiſque contemptus facit: nec in merito: quid enim acerbiori pœna dignum committi poteſt, quam id facinus aggredi, propter quod horrendis deuinctiaris execrationibus, dignuſque iudiceris, cuius omnes defugiant conſuetudinem; Apud Druydas quibus interdicebatur ſacrificiorum communio; hij apud omnes impij, & ſcelerati reputabantur. Cert. homini Chriſtiano, nil accidere poſſe cenſeo Anathemate magis pernitioſum. Comparatur hæc Eccleſiaſtica pœna fulmini, quod in altis turribus, magis conſpicuas, quam in tu-

Exodi. 17. 4. Reg. 13.

82.

tugurijs strages edit. Et quidem si præteritum tempus recolamus inueniemus Anathematis fulmen grauius Reges, & dynastas postrauisse, quam priuatos homines.

83. *Philippus Bardanes.* Exempla subijciamus de hoc puncto. Philippus Bardanes (cuius Paulo ante memini) Sacris à Summo Pontifice interdictus, eo quod Deo offenso, Imagines ab Altaribus deijceret; à Bulgaris in Traziam invadentibus, tanque nemine obsistente occupantibus grauem accepit de decoris notam: & ab Antemio, oculis pariter, & Imperio est spoliatus, Leonis III. Vello, pestilentia, terræmotibus, & famæ deuexati; postquam à Gregorio II. interdictus est. In felix Imperium, quid censuræ valeant nobis ostendit.

84. *Eudoxia.* Eudoxia Augusta ob illatam diuo Chrisostomo iniuriam. Ab Inocentio I. Anathemate iugulata; cum moreretur eius Sepulchrum tandiu tremere, visum est: donec Roma allata est absolutio; vt *Gregorius.* Gregorius Escolaris Author est. Longum facerem si omnia texerem quæ occurrunt sermonem. Quædam tamen exempla subijciam; & Germanorum, & Gallorum Principum; quæ Imperatores, & Reges admoneant; ne humanæ Præsidentes potentiæ; contra Deum, Deique in terris Vicarium, arma summat in suum absque dubio detrimentum recassura caput quæ in discretum.

85. *Henric. 4.* Primus ex occidentis Imperio; Henricus Quartus. Sacris, interdictus est. Quid deinde ab Henrico filio Leodij captus; & in vincula protrusus pedore carceris; & squalore consuescens animam exhalauit. Othoquartus diris execrationibus; à Pontificæ constrictus; quod Ecclesiæ ditionem armis infestaret, Federico in illius locum instituto, Imperio priuatur; nec multo post, à Philippo Galiæ Rege, in gëti clade supperatur; vitamque tandem cum noua molliretur, à Federico oppressus traduxit in glorius Federicus Secundus, diris deuinctus ab Innocentio, ob perturbata Ecclesiæ iurisdictionem Parmam amisit. Deinde vello vinctus est: tandemque à Manphredo filio, notho Strangullatus interijt. Nec vero in ipso Diuina constitit vindicta: ad filios, nepotesque paterna impietatis hæreditas proggressa est.

81. Quid Aripertum Galiæ Regem; memorem, glotarij filium? His à Sancto Germano Parisiensi Episcopo non semel admonitus, vt pellices quas neglecta vxore cæco amore à se habebatur dimitteret: cum respicere nollet; tandem sacris interdicitur. hoc anathematis fulmen, non ita multo post, nulla relicta prole, consequuta est mors.

Expertus est, quoque Ludouicus duodecimus Galliæ Rex. Seuientem in se huius cœlestis fulminis torturam estensum enim ventribolorum, & Pisani Senatus connatibus patrocinium præstans, à Iulio Secundo. Anathemate irretitus est: Rem, miram! Mox Occeanus illius ornatissimam classem, partim afflixit, partim depressit. Henricus Britaniæ Rex, Tornacum, Nobilem, & amplam vrbem occupauit. Nauarræ, & Scotiæ Reges eius Sotij, magnis conflictati sunt cladibus, ille Regno, ab Hispanis copijs, hic ab Anglis, vita Spoliatus. Ipse mediolanum amisit, nec respirare in fœlix potuit, nisi cum fractus malis, tandem cum Ecclesia sui compos, iam factus, in gratiam rediit.

82. Dicant proximi Reges Galliæ; de quibus dicam me nescire quo irato numine ex terminati sunt æmisso de cœlo iaculo; effectum ad minus nouimus, etsi causas potissimas irati numinis ignoremus.

§. IX.

In temperata luxuria, & iniustitia Regum pœnitus euertunc imperium ipsumque miserum faciunt.

83. MVlta supra diximus de Hærode, Ioannem perdente; nunc dicam, hanc pestem de leuisse mundum maris inundationibus penè vniuersum; nequidquam super esset præterea, quæ in Noetica includebantur arca. Sodomitarum detestandam impuritatem, quis nescit; non ipsis modo, sed vni veniam itarum tribui, fuisse exitio? Quid Pentapolim, recollam? Cum à quæ dilubij, quod mundus horruit, libidinis æffrenationem coercere nequirent. Iudicum cap. 20. & Genes. 19. *Dominus pluit, super Sodomam, & Gomorram, sulphur, & ignem; & subuertit ciuitates has, & omnem circa Regionem.* Et ne longe petantur exempla Hispanos Vuandalorum armis attritos fuisse; refert Saluianus Massiliensis Episcopus, & sub eorum redactos Imperio, propter, execrandam, & nefandam, libidinis impuritatem:

Iudicum 20. Genes. 19.

Saluianus.

Vuandalis vero ipsis auxilium à numine contra Hispanos præstitum. Quod castitatis à Deo amantes essent; vt expugnata Carthagine, cum Lupanaribus, & meretritia fœditate plenam vrbem inuenirent; huiusmodi sustulerint abusum; meretricesque omnes, ad legitimas compulerint nuptias.

Quibus addere necessarium est; quod si sola permissio talium est Regnorum Euersio totalis. Quid erit in Regibus ipsis qui capita sunt Regnorum? Iam supra legimus de Hærode, quod quando ipse turbatus est etiam turbata est Omnis Ierosolima, cum illo, nam Regis exemplum maximè mouet.

84. Iniustitiam Reges Tyrannos facere, & rempublicam penitus euertere certum est. Quid quod sicut iustitia Imperium securum reuit, sic iniustitia, omnem magnam potentiam, & opulentiam breuem; & miseram facit? Audi Ecclesiasten, cap. 10. *Dicentem Regnum à gente in gentem transfertur, propter iniustitias.* Iniustitiæ pœnas dedit Saul, amissione Regni. Nec hoc solum à mortuo, etiam pœnæ sunt ex petite: etenim cum Iudæa tertium annum annonæ charitate, & summa præmeretur ægestate, consultum à Dauide Oraculum. 1. Regum 21. Respondit, id euenisse, propter Saulem; qui iniuste occiderat Gabaonitas. Nec prius sterilitas illa, & fames cessauit quam parentatum est Gabaonitis filiorum Saulis, & nepotum sanguine: ipse quoque Dauid propter vriæ cædem adulterio additam à Natham. Audiuit: *Quàm obrem non recedet gladius de domo tua, vsque in sempiternum: eo quod despexeris me.* 1. Reg. c. 10. & 11.

85. Hæbreorum opinio est; diuisionem Regni Dauid. 2. Regum 19. Tempore Roboami propterea factam fuisse: quia Dauid omnia primum Miphiboseti bona, deinde eorumdem bonorum dimidiam partem, causa non bene inspecta, & in audito, reo, ad iudicauerit calumnianti famulo: *Erum suum innocentem.* Vnde merito affirmat Salomon: *Iustitia stabiliri solium Regis.* Prouerbiorum, cap. 16. *Iustitia firmatur solium.* Et cap 18. *Iustitia, quasi vectes vrbium.*

Quidam, de numero Prophetarum, Diuino incitatus impulsu; in Achab Regem Samariæ; quod benadad Syriæ Principem, quem iciebat, Israelitarum esse capitalem hostem, victum, & in suam redactum potestatem, in columem dimiserit, & fœdere sibi copulauerit: hanc pronuntiauit sententiam. 3. Regum cap. 20. *Hæc dicit Dominus; quia dimisisti virum dignum morte, de manu tua erit anima tua, pro anima eius, & populus tuus, pro populo eius.* Hic idem Rex quod vineam bene cultam, quam deperibat interfecto lapidibus Domino iniuste accepit. Hæc ab Hælia Propheta audiuit. 4. Regum, cap. 9. *Occidisti insuper, & possedisti: Hæc dicit Dominus. In loco hoc, in quo linxerunt canes sanguinem Naboth. Lambent quoque sanguinem tuum.*

Iudæorum Principes, per suam iniuriam elabum reipublicæ tractantes; Oratione vehementi infectatur Michæas, c. 3. dicens: *Audite hoc Principes, domus Iacob, & Iudices, domus Israel, qui abominamini iuditium, & omnia recta peruertitis. Qui ædificatis Syon in sanguinibus; Principes eius immuneribus iudicabant, & Sacerdotes eius, in mercede docebant, & Prophetæ eius, in pecunia diuinabant. Propter hoc causa vestri, Syon, quasi ager, Arabitur, & Hierusalem quasi acerrus lapidum erit, & mons Templi, in excelsa siluarum.* Quibus verbis inuehitur Propheta in vtriusque populi Principes, qui potentia sua, opprimebant pauperes ac si dicat; vos ædificatis in Hierusalem magnas, & penè Regias domos ex pauperum sanguine: hoc est, ex rapina bonorum, quæ sunt egænis ad vitam necessaria: quod cum facitis miseris hominibus, vitam ipsam addimitis post tot peccata, fœdus cum Deo vos iniisse iactatis, ac propterea, non esse diruendam ab hostibus, ciuitatem vestram gloriamini. Ecclesiastici, cap. 34. *Nemquid non Dominus in medio nostrum? Templum Dei habemus internos; sedem habet Deus stabilem non abibit.* Aht miseri! Non erit vobis impunita, Syon quasi ager arabitur, domibus, & muris Chaldæorum exercitu complanatis. In monte vbi nunc Templum est, sylua fiet arborum plurimarum, numero densissima. Ita interpræcantur locum hunc Theodoretus, Lyranus, & Batab. Sunt qui aliter exponant: *Fient ex ruina ædificiorum magni lapidum cumuli, instar rupium in sylvis eminentium.* Fabet huic expositioni D. Hier. & Eusebius, lib. de demonstrat. c. 3.

86.

His

87. His sceleribus, quæ Diuinam Maiestatem vehementer lædunt, ad rerum publicarum euersionem accelerandam innumera alia flagitia accedunt, vt sunt blasphemiæ, sacrilegia, pupillorum, & viduarum vexationes: quæ scienter, ac prudens, prætermitto quoniam facile erit studioso lectori, prospecta impietatis natura, quam in exordio proposuimus intelligere nullum esse facinus tam horrendum, nullam pestem tam formidabilem, nullum vitium tam pernicioſum, quod ex hac hydra non pullulet, & incommunium bonorum exitium, fœtu multiplici, non soboleſcat.

88. Quæ cum ita sint Reipublice floreſcat ſtatus, & imperia, prosperum teneant cursum opus omnino est, vt Princeps populi (quem Flacus, velluam multorum capitum appellauit) sapientiam collat, eamque intelligat, prout ciuilem expectat administrationem: duabus potissimũ nitti rebus; vna est fides, qua regna, & victorias à Deo, pendere certo credimus, altera est, Dei cultus virorumque ornamentis virtutem prædictorum veneratio: ex qua proficiscitur, morum optima fama: quam qui immittantur, sotietati humanæ vtiliſsimi euadunt; qui vero ab ea oculos, & cogitationem auertunt, præter quam quod suppremi numinis offensionem ipsi incurrunt, à nobis quoque Deũ alienant.

Flacus.

§. X.

Princeps munera iustiſsimè, exigit à subditis; quando ipse pro illorum defensione, sanguinẽ fundit, munera offert.

89. FAteor, duriſsimum iugum quandoque imponi à quibusdã à Regibus, quo cervices maiorum ad vsque pulueren deuenerunt, & etenim, vt Author est, Spiritus Diuinus. Lucæ cap. 17. *Vendite quæ possidetis, & datæ eleemosynam: quia complacuit, Patri vestro dare vobis Regnum.* Ad reguandum præparat, non quidem dissipatione bonorum, sed subditorum iubamine, & subleuatione; nam vt bene Philo Iudæus, explicans verbum illud Leuitici, cap 20. *Non seres agrum diuerso semine.* Sic à loquitur: *Ne bonus ager præmatur onere grauiſsimo vexatus, vel serentium, planctantiumque operis in orbem redeuntibus, vel duplicata fœracitate fructuum; satis est si Dominus, de suo prædio, tribum vnum exigat annuum, sicut Princeps æsua ditione.* Hæc ille, vbi pũderò illud verbum: *Duplicata feracitate fructuum, quasi dicat, quid ferotius in Principe quam dupplicatum exigere annuum tributum, cum igitur bonus imperator, conseruationem Reipublicæ respitiat, vnum dumtaxat exigit tributum, non dupplicatum, sic legibus sanciuit Dominus, quod agrum non seratur diuerso semine.* Huc vsque ille, & concludit: *O bona lex, quæ separat à nimia pecuniæ cupiditate; quis eam non amplexatur, & tenet? Nam si meſores, segetum, terram affectu pio, & Paterno corde pertractant, vt fructum vberrimum ad tempus recipiant; quid efficient cum ipsi, in sede Maiestatis, & gubernationis sederint? Dulciſsimo corde, & alacri animo; inferiores ciuitates sibi subditas pertractabunt, absque impoſitione nouorum tributorum, consuetudo enim in olita, ingenium lene, & mitæ faciet, & tanquam Pedagogus formaut in melius. Hæc ille.*

Philon.

Lucæ 17.

90. De quibusdam impoſitionibus aiebat Iob, cap. 6. *Nunquid caro mea ænea est?* Quasi dicat, nunquid ego tot potero onera sustinere? Vidi Regẽ Darium imponentem tributum nimium in suo Regno, & tribunos ad se vocantem; & disquirentem ab illis, vtrum illud tributum esset nimium? Et an esset excedens vires Reipublicæ? Cui respondentes dixerunt. O Rex nimium non est tributum, sed potius est læuiſsimum; ciuitates, & habitatores illarum maximè diuites sunt; tributum tamen satis leue, ita quod facile sustinerit. O leones terribiles, & Reipublicæ inimici, deuorantes ouem pauperculi Imperij! Tunc Rex Darius etiam si consilium eorum fuerit iniquiſsimum; moderauit tributum dicens: *Dimidium tributi partem sufficere, vt Rex ditior, & potentior fieret, & sic Respublica subleuari posset.*

Iob 6. Darius Rex.

91. Sed longe melius respondsum dedit, Alexander, similibus consiliarijs (quos arbitrantes voco) dicens: *Olitorem fuge, qui radicitus, olera excindat.* Et Tiberius Cæsar, aliter, alijs loquutus est inquiens. *Boni pastoris est pecus tondere, non deglubere; nam nimium emungens elitiet sanguinem.* Qua propter ad vos clamitat, sapientia Diuina implateis. O Reges! O Principes, videre Regem Christum, parua, & neceſſaria solum exigentem, asynã, & pullũ: *Quia Dominus his oppus habet.* Sic Paulus aiebat: *Fidelis Deus, qui nõ patiuntur vos tentari supra id quod poteſtis.* Faciant Reges, & Imperatores mundi huius, quod illis placuerit tri;

Alexãder. Tiberius.

Vide tribu tã virginũ

tributa imponant grauissima in omni genere alimentorum, in omni commercio terræ, & maris, in mulierculis meretricibus, & tandem super omne quod viuit, & mouetur super terram; vt Græci quondam fecere & Rex quidam Scotiæ, qui villissimum imposuit tributū in Virginibus vxorandis, quarum libertas ad iuclam argenti reducebatur, teste Boetio; & Polidoro teste aureū dicebat esse; lib. 10. ex Virgilio, nam hæc omnia Tyrannissima sunt, nos tamen Regem habemus Patrem, & Pastorem, pascentem gregem, & alentē filios quos amat; & quamuis quædam grauamina à nobis experti, quibusdam importabilia, & non necessaria videantur fatear grauia esse necessaria tamen, pro temporis opportunitate, & pēsatis omnibus circumstantijs, ita necessaria, quod ad Regiū Palatium, etiam ascendat necessitas; faxit Deus, de cuius nutu nere venit omne bonum, qui propter altissimas causas, & nostrorum peccatorū occasione; tot permittit præsuras super nos euenire; placcato tamen numini; omnia redundabunt in gloriam Regis Altissimi Dei nostri.

Boetio. Polidoro.

Hoc tempore exiant. Vella. cum Catalanis, Lusitanis, & Gallis, sic tributa, ac donatiua maxime necessaria dicātur, ano 1641.

92. Pulchrè notauit, Cœnon Veronensis; virtutem propriam Principum esse iustitiam, præsertim in exigendis donatiuis; dum sic aloquitur: *Est autem iustitia in publicum tota prominens, atque diffusa; sic tamen vt sentiri se magis quam videri cupiat, quando enim iustitia exercetur exigendo munera necessaria: quia Rex pauper est iustam existimo causam.* Cum pro subditis Rex qui dives erat, egenus factus est. Notauit eleganter Rupertus, super Psal. 2. ad illa verba: *Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatē tuam* In qua Dominus ut paupertatis circumstantia, cum super additur: *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania astiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum, aduersus Dominum, & aduersus Christū eius, quasi diceret cuncta in me; reuelate sunt furiæ millite multo cingor, in arenam descendi pugnaturus; totus canus pulueret, quo medio audio Patrem, dicentē mihi; postula à me, & dabo tibi gentes in hæreditatem tuam. tunc mediò in puluere; hostem deuictaturus; vt moriar, vt vincam; tunc postulare iubeor à Patrē.* Quid plura: *Audito verbo.* Inquit Rupertus: *Postula à me; modum postulationis debemus nosse, quomodo nisi moriendo postulauit? Humillitas eius Passionis postulatio fuit, est igitur sensus; idcirco quando fremuerunt gentes, quando astiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum, aduersus Dominum, & aduersus Christum eius; idcirco tacui, & semper silui: quia Dominus Pater, dixit ad me; postula à me, & dabo tibi gentes, hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.*

Cœnon.

Rupertus.

Expendamus illud verbum: *Idcirco tacui.* Quia Pater dixit: *Postula.* Immò tunc debebat aperire labia sua, & loqui; si quidem postulandi, & expostulandi copiam acceperat; sed qui dominium totius vniuersi accipiebat, qui mundialium omnium Regnum tenebat; non ore, & labijs, & lingua corporis postulauit; sed ore, & lingua vulnerum; pro subditis; & filijs quos redimebat postulauit; nam quo melius modo quam moriendo postulasset? Humillitas quidem Passionis eius postulatio fuit. Hæc est digna tanti Principis postulatio, quæ ore vulnerum fit, quæ exigitur, non tam linguæ clamoribus quam clamoribus vulnerum, quam clamoribus paupertatis, & nuditatis O quam bene postulat dum plagas ostentat; dum Passionis suæ memoriam in conspectu Patris apponit? Itaque Christus Dominus Rex potentissimus, tunc postulat sibi asynam dari, & pullum; quando vrget occasio, & necessitas fundendi Sanguinem, pro redemptione hominum, quando ad vellandum contra Diabolum festinat, tūc nudus ò replagarum munera necessaria postulat. O exactio Diuina, digna tanto Principi qui subditi; minime grabantur, qua aleuiantur indigentes famuli, qua diuites fiunt pauperculi. Non tacebo, quod nudus in Cruce præcipitur postulare à Patre: *Postula à me.* (Debeo hunc vltimum discursum cuidam grauissimo Doctori nostrorum temporum) contemplor Christum Dominum disquirentem à quodam Discipulo: *Vnde ememus panes vt manducent, hi.* Ioannis 6. iste quidem Rex, non postulat sibi; sed necessitati aliorum occurrit, quos affectu prosequitur pietatis, sed in hoc non quiescit; vbi illud verbum: *Vnde.* Duo decit, non solum vnde veniet auxilium illis? Sed etiam qua pecunia ememus panes vt manducent? Non est minimum in Principe esse pauperem, nam nescio, an bene conueniant, Rex dives, & Regnum opulentum, nam si bene hæc metiantur, certum est aut Regem esse diuitem, aut Regnum esse prædiuitem, cum potius vnum horum deueat afirmari; quod si Rex sit dives,

93.

94.

Sal. 5.

Ioan. 6.

Reg-

Regnum in paupertate sit, bene quidem compatitur cum Rege paupere eo quod bona sua pauperibus dedit, cum Regno prædiuite, vnum fatear fælicissimum esse Regnum, cuius Rex pauper est: quia tũc à Tyrani de excussatur Rex, cuius Imperium abundat bonis, nam est signum quod de illius sanguine non saginatur, nec dives de illius oppolentia efficitur.

95. *Trajanus.* Ad rem hanc optime locutus fuit, Trajanus Princeps, dicens: *Fiscum in Republica esse admodum iecoris.* Hispane (el baço) *in corpore humano pallidus quidem homo est, iecore inflato, & pleno.* Ita *Aris.* Aris, improblema *sæpe* (inquit) *vincitur fiscus cuius mala causa nunquam est nisi* *Plinius.* *sub, bono Principe.* Ita Plinius in Panegirico de Trajano: *Fit interdum causa mala, fisci, vt Princips bonus esse videatur.* Ita *Cassiod.* etiam Cassiodorus epistola 22. *Non quoties vincas, sed quemadmodum vincas inquiramus, non queras de potestate nostra; sed potius de iure victoriæ, quando laudabilius à parte fisci perditur, quando iustitia non habetur.* Quasi dicat tunc apparet bonus Princeps, quando fiscus damnatur pro iustia in iudicio Regali: quia tunc non vincit potestas, sed veritas, & iustitia, quare dixit Cassiodorus: *Seruientium imminutio est* *Cassiodor.* *huius illationis accessio; quantãque pars illa profficit, tantum se hæc à firmitate subducit, hæc habet, lib. 4. epistola 38.*

Et subiungit idem Cassiodorus: *Vtrũque, sub admiratione perfectum est, vt* *Cassiodor.* *& fiscus crescceret, & priuata vtilitas nulla damna perferret.* Quis non mirabitur fuiderit, & iustitiam florere, & vtrosque diuites inuenire, nempe Regem, & Regnum, finamus modo Reges de quibus miserendum est, nam vulgus, vestia multorum capitum, pro libito, sine consideratione sæpius loquitur, non inspecta ratione, non ponderato iudicio.

Administros accedamus, existimo, cau- 96.
sam, quare tot pauperes fieri in Republica, qui alias diuites erant, esse videamus; non aliam, quam, quod ministri regum aliquando in fideles sunt, & pecuniæ cupidi; qui de bonis pauperum diuites fiunt, & abundantissimi euadunt, domos edificantes, & Palatia construẽtes; & maioratus firmantes, de quibus Pli- *Plinius.* nius, lib. 18. cap. 6. Sic loquitur: *Lata fundia, pedidere Italiam, iam vero & Prouincias sex Domini semissem Africæ possidebant cum interfecit eos Nero Princeps.* Quasi dicat ministrorum oppulentia, causa est pauperratis vniuersi, nam vnde, disquiro tanta opulentia quorundam, vnde tantorum famulorum, æquorum, & currum abundantia, domorum sumptuosa compositio? Vnde nisi de corde pauperum, exempla sunt, tot iuris consultorum multitudo, qui ad Curiam ascendentes Regiam famelici quondam, iam nimis saturati: væ illis fatear tamen, & testis ego sum medicam vidisse quosdam ministros ita pauperes, quod in die obitus sui pecuniam in domo non habebant, nec necessaria ad funeris ostentationem. Vnum tibi proponam (de cuius sanguine, & prosapia quidam meorum sunt) *Erat quidem D. Berengarius Daoiz* *Exemplũ.* *de Suppremo Castellæ consilio pauperrimus. Obijt ita pauper, vt posset pro illo exigi eleemosyna ad funus.* Fœlices quidem tales sunt, qui vocem populorum sibi pro corona habent, & vox populi, vox Dei, multi quidem Angeli, ascendebant, & descendebant per Iacobeam scalam. Genesis 28. Sed cum ascendunt Angeli *Genes. 28.* vocantur Angeli; ita dicit textus: *Angelos quoque Dei ascendentes, & descendentes.* Angelos tacet cum descendunt forsitam; quia hi Ministri Reipublicæ, qui dicuntur Angeli Regales: dum ad officia ascendunt Angeli sunt, cum vero finiunt Angeli sunt, sed non vocantur Angeli, forsitam vt dixi: quia non ita puri descendunt, sicut ascenderant.

Non erubescam, tibi dare, quod legi 97.
apud quemdam eminentissimum cõcionatorem, de familia celeberrimi Sancti Agustini (dicitur: *Fr. Didacus Lopez.* *Fr. Didacus Lopez. De S Ioan. Baptista.*
De Regio Senatu Episcopus, & concionator Regis Philiphi IIII. in victissimi) iste quidem Author, dum agit de Natiuitate Baptiste inter alia sic alloquitur: *Sabida la nueua de su Nacimiẽto, dize S. Lucas, que se alegrauan todos con Isabel, y le dauan el parabien, & congregata lætabantur ei. S. Ambrosi. La razon desse contento vniuersal, en la generalidad del bien que trae consigo el Nacimiento de vn Iusto: porque no es particular dicha de vna casa, o familia, sino de todos: habet Sanctorum editio lætitiam plurimorum: quia commune est bonum. Con esta doctrina suelta san Pedro Chrisologo, vna* *Cbryſ. 88.* *dificultad, que el mismo propone en el Sermon 88. sobre las palabras que el Angel dize a Zacharias, quando le promete por hijo al Baptista. Lucæ, cap. 1.* *Lucæ 1.* *exaudita est, de præcatio tua, & vxor tua Elisabet, pariet tibi filium. Oido ha Dios tus ruegos, y assi tu muger Isabel te parira vn hijo. Que es lo que auemos oi-*

do? Luego esso es lo que pedia Zacharias, pues esso es lo que le dan quando le otorgan lo que pide? Este es el Sacerdote tan alabado? Este el Santo? Puedese presumir que vna persona tan Santa, siendo persona publica, trate solo de su negocio, y que auiendo entrado alli por todos, solo se acuerde de si? Putas ne Sacerdos tantus, sic est populi, sic vniuersitatis oblitus, vt sibi soli legatus omnium tunc ad esset, vt aduocatus omnium, pro se singulariter, oraret? Es por dicha Zacarias, como algunos, que entran como Embaxadores, y negocian como pretendientes? Algun Procurador de Cortes, lleuãdo a su cargo el bien de la Republica, y corriendole obligacion de pretenderlo, aunque sea con algun detrimento suyo, se oluidará del, o quizá lo vendera por la merced del Habito, o Encomienda, con que le rinden los que quando se muestran mas zelosos de su Principe, son ocultа ruina de su estado? Y parece que lisonjean al mismo Principe, con lo que le descomponen, lo mas fuerte de su Imperio. Iunte el Procurador pretendiente, el poder que le ha dado su Ciudad, con su ambicion, y fragua rayos con que assuele vn Reyno, que Zacarias por todos entra a negociar; y del negocio publico trata, quam Sacerdos ergo iste egerit omnibus impetrarit; mox Angelo referente discamus. Oigamos lo que dize de la boca del mismo Angel, que dize: quando le otorga de parte de Dios el hijo, multi in Natiuitate eius gaudebunt, no nace para vno solo; el que nace para gozo vniuersal de todos. Non est vnigenitus, qui est cunctorum creatus ad gaudium. De manera, que los Procuradores de Corte, muchas vezes vaciando su Republica de bienes se llenan a si mismos; con los que aun al mismo Principe, a quié al parecer intentan seruir, ofenden, en el mismo seruicio, que parece que le hazen, destos tales dixo

Esai. 5. *Esaias cap. 5 ve qui coniungitis domum ad domum, & agrum, agro coppullatis; numquid vos soli habitabitis in terra Y no faltò vn curioso, que a estas esponjas de la Republica, añadiesse testamẽtarios, que si bien este libro no es fiscal de oficios; es por lo menos, desengaño Catolico, de malos Ministros, que a costa de almas, que se les encargaron, cargan ellos la mano de manera, que todos no salen de peligro. Hucusque Author citatus.* Ex quibus facile est colligere; quam bene Tertullianus dixerit cupiditatem ab impatientia ortam, esse Reipublicæ pestem.

Vnde pro fine huius capitis placuit adducere, illud quod eleganter Pierius Valerianus depinxit, cum ad memoriã, reducere conaretur, in Principibus, & Gubernatoribus innocentiam, lib. 35 cui ius titulus est de *Sacris Ægyptiorum litteris*, c. 3. innocentiam sic depingit, duas manus, super fontem, quæ admodum labantis posite sunt, vbi sic ait. *98. Pierius.*

Eutimius: *Vbi de manum puritate sermo sit, in Diuinis litteris; per manus actiones, &c. Operationes, significari, ait.* Eo quod per eas, oppera fidei soleant significari, aurum autem, puritas dubio procul in fontem ostendit, vnde etiã abluendarum manus gæstus, innocentiæ signum est, quasi illas non contaminatas habere profiteamur, anti qui enim, quando contestari volebant, se alicuius innoxios esse sceleris, nec impuris se, facinoribus immiscuisse, assensum velleris præbuisse in multitudinis conspectu manus abluebant, vt scilicet, ex illa manuum mundicia animæ identidem, puritatem indicarent, inde Deut. cap. 21. vbi cadaber in agro cæsum quis repererit, ignorato cædis Authore, Sæniores ciuitatis, quæ loco ita polluto, proxima fuerit, accersiri iubentur, & in deserta, sterillique conualle, vitula facerẽt; super quã labent manus; vt ita expientur, & ipsi, & ciuitas, populusque omnis absoluatur. Sic circundaturum se Altare Domini Psalmo Graphus vates profitetur; cum vna cum innocentibus manus suas abluerit, & Pilatus, cum iniquæ sententiæ crimen in Hæbreos reijceret, innocentiam suam attestaturus, manus publicæ labit, datas autem homini manus ideo ait, Athanasius, vt ad rerum necessariarum vsum in seruiant, & ad præces Deo porrigendas attollantur; atque vti pallam est, manus est, quæ cibum, & alimenta omnia legit, condit, instruit, & ori ad mobet manus est, quæ præclara facinora, impugnæ, vel discriminum conflictu facit, ab ea est scriuendi commoditas, & elegantia quam Propheta honestauit de Deo dicens; *Calamus scribæ, velociter scriuentis.* Quos scilicet Diuinæ vocis oraculo exprimuntur, manus Sacra infert Altaribus, & pietatis omne munus peragit, Sacramenta cœlestia nobis sub ministrat, & mysteria reliqua, ritè perficit, & oppe ratur, eam dignatus est Dei Filius commendare, cum dixit: *Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauitme.* Manus denique est quæ omnia confecit hæc. Manus est totius corporis *Eutimius.*

pro-

propugnaculum, quæ dum illud totum ab herret totum defendit, totum committit, totum vestit, totum ornat, vniuerse eius molis dominam se reipsa profitetur, nouimus nos ministros Reipublicæ esse manus illius; vtinam lotæ sint, ita pure administratione rerum publicarum, quod facile coram populo eas ostendere quisque possit.

De quibusdam priuatis maxime doleo, eo quod cum ex vna parte eos considerem in noxios, & impollutus, & mundos, & nullo modo pecuniarum amatores, nec sibi, aplicantes bona Reipublicæ, potius noctu, diuque pro eius honore, & bona gubernatione, & conseruatione laborantes, & maxime vigiles, tamen ab emulo eorum vulgo, iniuriosis nominibus afficiuntur, & veluti si essent Tyrani habentur quibus potius fabere orationibus deberent omnes; quam execrationibus inficiari; si quidem munera totius regiminis, & oneribus Regiæ Maiestatis laborando insudant, & defatigantur, quibus illud Tertulliani consilium trado quod semper sit eorum os: *Taciturnitatis honore signatum*, lib. de Patientia; Deoque gratias agant; eo quod in medio populi polluta labia habentis habitent. Sed ò Domine! *Quare fremuerunt gentes, & populi, meditati sunt in ania?* Profecto: quia cum euentus proxime vident; causas tamen non examinant; id circo herran toto cœlo, cœlum Principis, & eorum qui de illius consilio sunt ignorantes.

Tert.

Psal. 2.

Igitur, ab impatientia, omnia hæc mala nascuntur, quæ recensita sunt; teste

99.

Tertuliano in hoc cap. 7. omnia tamen mala sustineri possunt; dum patientiam lucri facere, attentari, quisque necessarium iudicet, quo circa cordati Principes, dum rerum communium bono sunt intenti; non tam Aris, Plutarchi, & aliorum Philosophorum, politicam gubernandi rationem ante oculos habent; quam doctrinam quasi Diuinitus inspiratam, ex hoc namque fonte Rebecha, deest sapientia, hausit aquam claram, & puram; qua Principes Christiani, & subditi populi; qui camellis comparantur, simul cum suis alumnis priuatis vtiliter reficiuntur, Regius vates, expertus huius aquæ, in ea oppes, & thesauros suos constituit: *Ideo dilexi mandata sua super aurum, & topation. Psal.* 118. Et quia cum huiusce modi potu fælix vellorum æuentus, ex quo diuturna Reipublicæ existit pax coniunctus est; non minus eloquiorum Dei, delectabatur obseruatione, quam hostillis præde possessione. Lætabor (inquit) super eloquia tua, sicut qui inuenit, spolia multa, hac sapientia destruitur idolatria; sacrilegiorum multitudo, & Chananæorum ofuscantur flagitia, & ipsi Chananæi expugnati sunt, & à paternis laribus, partim eliminati, partim in maximo prælio cesi, dirutis insuper vrbibus, & incensis, quid non sperem diuictoria nostrorum Principum? Quorum fides vbique clamat, vbique coronatur, vbique timetur iuncta charitate, cumulata gratia, in gratiam Supremi Senatus Sanctissimæ indiuidueque Trinitatis, & hæc de hoc discursu.

Tert.7.

Psal. 118.

PROSEQVITVR TEXTVS AVTHORIS, ex capite septimo.

DISCVRSVS VIGESIMVSSECVNDVS.

TEXTVS.

90. *Ter. textus A numero hoc incipit iste discursus.*

Iam qui minutum sibi aliquid, aut furto, aut vi, aut etiam ignauia, non constanter sustinere constituit: nescio an facilè, vel ex animo ipse rei suæ manum inferre posset in causa eleemosynæ, quis enim ab alio secari omnino non sustinens, ipse ferrum in corpore suo ducit? Patientia indetrimentis excitatio est largiendi, & communican-

nicandi, non piget donare eum, qui non timet perdere, alioquin quòmodo duas habes tunicas, alteram earum, nudo dabit: nisi idem sit, qui auferenti tunicam etiam pallium offerre possit? Quomo amicos demamona fabricauimus nobis, si eum in tantũ amauerimus, vt amissum non sufferamus? Peribimus cum perdito, quid hic inuenimus, vbi habemus amittere? Gentium est omnibus detrimentis impatientiam adhibere, qui rem pecuniariam fortasse animæ anteponant: nam & faciunt, cum lucri cupiditatibus, quæstuosa pericula mercimoniorũ in mari exercent: cum pecuniæ causa etiam in foro, nichil damnationi timendum aggredi dubitant: cum denique ludo, & castris se locant: cum per viam in mores bestiarum latrocinantur: nos vero secundum diuersitatem, qua cum illis sumus, non animam pro pecunia; sed pecuniam pro anima deponere conuenit, seu sponte in largiendo, seu patienter in amittendo. Huc vsque Author in toto cap: 7.

EXPLICATVR LITTERA AVTHORIS.

91. TExtum Tertuliani explanare non est difficile; quem paucis verbis explicauerunt Titenanus, & Pamelius; cum quibus Cerda.

Cerda. Cerda, declarat verbum illud, *minutum*, quasi idem sit, quod *Detritum*, & *detruncatum*. Cum enim agat Tertulianus, de detrimento rei familiaris illud inquit tribus modis potest contingere. Primo, si a latronibus furetur 2. si ab hostibus destruatur 3. si ignauia, & oblitione Domini deperdatur, ita inquit Author: *Qui minutum sibi, aliquid, aut furto, aut vi aut ignauia, si forte non constanter quis, sed impatienter sustinedt hanc rei familiaris perditionem.* Concludit Author, quomodo ex animo, & libenter ad porrigẽdum eleemosynam erit prõprus, quomodo manus suas inter diuitias, ad subleuandam pauperis indigentiã immittet? Quasi dicat egre sustinebit: *Non immittet, non porriget abarus erit.* Sic ego intelligo Tertulianum, quod nõ contemnendo, explicat exemplo, dicens: *Situ ab alio trucidari, non sustines, quomodo ferrum in corpore suo duces?* Quod sic intelligo; si michi omnia bona aplicare cupio; bona mea altesi difficile tradam, immo non tradam, hoc voluit dicere Tertulianus, dum ait; *Quit enim ab alio secari, omnimo non sustinens, ipse serram in corpore suo ducit.*

92. *Patientia indetrimentis exercitatio est largiendi, & communicandi.* Cerda, bene penetrauit mentem Authoris, de qua Pamelius, & Renanus nil dixerunt, itaque est conditio illius, qui patienter sustinet labores, & erumnas in re familiari; quod sit liberalis, & facilis ad porrigendum: quia est signum, quod cor eius nõ est omnino datum diuitijs: *Nam facile diuitias expendet, qui de illarum amissione, & detrimento non tristatur.* Ipsum voco animum liberalem, Imperiosum Regalem, & nobilem: quia no coarctatur rebus caducis, optima quidem sententia est Tertuliani: *Non piget donare, cum qui non timet perdere.* Ex quo facile, & bene, deducit: *Quod qui duas habet tunicas; nudo, & pauperi, facile dabit vnam tunicam; immo, & pallium.* Itaque liberalis; dabit pauperi tu-

93.

Auarus dicitur omnia sibi reseruat.

tunicam; & pallium. Auarus autem, si tunicam custodit; quomodo dabit pallium pauperi? Sic intelligo Authorem: quia Auarus omnia sibi reseruat, etiã superfluit; vide diuitem Auarum.

94. Subdit Author: *Quomodo amicos demamona, fabricauimus nobis, si eum in tantum amauerimus, vt amissum non sufferrámus?* De hoc Pamelius, & Renanus, nil dicunt, Cerda tamẽ illud explicat dicens; quod in vulgata legimus: *Facere amicos, demamona iniquitatis.* Idem est quod vocat Tertulianus: *Fabricare amicos, demamona*, ideſt; *de diuitijs*. More Gentilium; qui nomine edificandi vocabant *adquisitionem amicorum*. Quasi dicat, si quis edificauit turrim seu domum sibi, edificat munimentum, & refugium, & bene: quia amicus est, refugium, & munimentum amici; à quo in ocasionibus defenditur, tanquam murus, vbi arma vellica sunt Euripidi: *Vocat amicum turrim firmissimam.* Itaque qui facit amicos, erigit grande edifatiũ, & Poætæ appellati sunt, fabricatores carminum, ita Cerda, sed addiderim ego; quod ideo Tertulianus posuit verbum illum: *Fabricauimus amicos.* Et nõ dicit facimus, sed loco illius; fabricandi nomen imponit; quia certe amicus non repente fit, sicut edifitium non repente constrúitur, sed primo iaciuntur fundamenta fortissima deinde parietes, deinde cæteta; vsque dum Dominus per fenestras respicit, & de super gaudet in pulchritudine domus, ita amicus debet fabricari; iacto primum fundamento firmo, & stabili; benefitiorum quibus voluntas rapitur ad amorem, deinde cætera ad edifatium necessaria, vt per varias ocasiones liquido constet amicitia, nam qui repente fit amicus facile euanescet, & sic iudico difficile esse firmum edifitium confici, nisi ad fit summa diligentia, & experientia.

Cerda.

Tertul. & Euripides, amicus turris firma ad defensionem amici

Amicus edifficatur

95. Vox illa, *mammona*, notũ est quod significat, *opes*, sic fuit mos apud Chaldeos, & Africanos teste Augustino quod est Verbum Christi in Euangelio: *Nemo potest duobus Dominis seruire; Deo, & mammonæ.* Momet ne ponamus cor nostrum in diuitijs: quia si perdantur simul cum illis peribimus, sed notate illud verbum: *Quid hic inuenimus, vbi habemus amittere?* Quasi dicat, profecto nil inuenit cum nascitur homo nudus: *Si quod inuenit, tantdem est amissurus.* Explicò sola cogitatio amittendi; efficiet fribolã delectationẽ inueniẽdi, de hoc nil, Pamelius.

Augustin.

Matth. 6.

Subiungit Author: *Gentilium est, omnibus detrimentis impatientiam adhibere; qui rem pecuniariam fortasse animæ anteponant.* Merito, Gẽtiles vocat Tertullianus, omnes illos, qui se summis periculis exponẽdo pro diuitijs, animę suę diuitias anteponunt; impatienterque sustinent, amissionem bonorum, & patienter sustinent mala, & incommõda, propter diuitias, & ponit Author verbum illud, *fortasse*, quia veri Christiani, non ponunt animam suam, pro adquirendis diuitijs; sed potius diuitias depponunt; propter animã suam: *Animam tamen suam ponunt, pro diuitijs, quando periculo se exponunt, mare nauigant, immo etiam in foro iuditiali, nichil timent.* Vbi Pamelius explicat: *Etiam in foro.* Dicens illud videtur referendum ad forum iuditiariam, vt agat contra aduocatos; qui pecuniæ gratia, nichil damnationis, timentes quod vis aggredi dubitant, Cerda, inquit, vt aduocati lucellum cõparent; nichil dubitant aggredi: *Minum incrementum.* Quasi dicat, *dãnatio ipsa.* Ideſt, qui certo sciunt se dãmnandos; non aggrederentur defensiones, quas aduocati imprudentes in omni lite: *Tantum pecuniæ causa.* Iam supra dixi de illis acrescere nimis sentiendo in iustæ, & negotiatores, ad illicita inducendo, vel generalius, de omnibus mouentibus lites.

96.

Væ illisqua pecuniæ causa dãmnantur.

Pamel.

Cerda.

Subiungit Tertulianus: *Cum denique ludo, & castris, se se locant, cum per viam in mores vestiarum latrocinantur.* Pamelius: *Cum denique ludo, & castris se se locant, ludum gladiatorum*, intelligit, *cuius præfectus lanista dicebatur, per castra.* Militiã, de quibus latius; partim in lib. de spectaculis, partim, lib de Corona militis, Renanus nichil dissimile dicit, adit tamen: *Cum per viam, more Bestiarum latrocinantur.* Codex paternia censis ostendit apperte scripsisse Tertulianum: *Cum per viam in mores Bestiarum latrocinantur.* Vt sit in mores Bestiarum, pro more vestiarum in modo dicto libro, quidam offensus hac lectione, *in mores*; verterat, *in memores*, ita Renanus, sed Pamelius, inquit debere intelligi: *More Bestiarũ.* Non est causa legendi: *In memores Bestiarum.* Cũ potius magis, ad mentem Authoris, sit, in via latrocinari: *More Bestiarum ratione expertium nichil de futuro iuditio iudicantium.* Itaque vt bene Cerda, necessarium non est mutare lectionem; cum omnis qui peccat, comparetur iumentis & similis fiat illis, itaq; omnis textus Authoris cõcluditur

97.

Pamel.

Benanus.

Pamel.

Cerda.

ditur in hoc, quod multi sequentes mores, & inclinationes vestiarum pro acquirendis suis commodis, & diuitijs, & honoribus plurima difficilia aggrediuntur, & animam suam ponunt, pro rebus caducis; quamuis illam perdant, cum potius omnia deberent pro nichilo habere, pro gloria animæ suæ, & pro sua in gratia Dei conuersatione. Væ illis qui intrepide nil de Deo suo considerantes post vanitates sæculi currunt. Hęc de littera Authoris.

SENTENTIA SELECTA DECLARANDA.

98. *In hac re, vnam (inter alias) sententiam, notatione dignissimam inuenio; in qua cæteræ complectuntur, quæ consistit in nimia cura appetendi, & adquirendi, diuitias, quæ illis clauditur verbis, nempe:* Quomodo amicos de mamona fabricauimus nobis; si eum in tantum amauerimus, vt amissum non sufferamus? Et nescio an facile, vel ex animo ipse rei suæ, manum inferre posset in causa eleemosynæ? Si quid minutum, sibi furto, vel vi, vel ignauia, non constanter, sustinere constituit. *Hucusque sententia, vbi apperte insinuatur difficultas dandi eleemosynam, vbi adest promptitudo nimia, & affectus diuitiarum. Sic nos de eleemosyna, & de amicos, quos facimus, seu fabricamus, pecuniarum elargitione nobis erit sermo futurus, & late de paupertate, & de bono paupertatis agemus: vt hinc colligamus quamdam nabilis sit nimius pecuniarum affectus, & solicitudo pro quo sit.*

§. I.

Quid sint bona temporalia? Et qualiter Euersio Babilonica, & Pharaonis plorãdus finis, causetur, ex nimia pecuniarum dilectione.

99. SI Aduertamus verbum illud Ezechielis, cap. 21. quo dicit: *Reuertere ad vaginam tuam, in locum in quo creatus es.* Inueniemus facile Regis Babiloniæ interitum miserum, post tantam rerum mundanarum copiam, igitur tu: *O bestis Babiloniorum, postquam, & Iudæos, & amonitas interfeceris, redibis ad vaginam tuam, ad locum tuum, reuerteris ad Babiloniam vnde existi, ibi te iudicabo effundens superbe furorem meum.* Et ita factum est, nam cum Babilonij superbia commoti; & cupiditatis stimulis exagitati Hæbreos, & Amonitas, in maniter occidissent, æquum erat, vt ipsi etiã crudeliter occiderẽtur, ideo permisit Deus, vt essent à Persis, & Medis, supperati; & incredibilibus calamitatibus affecti, & inmaniter, occisi, & eorum reliquiæ, omnium rerum ægestate, atque ex illio perpetuo mulctarentur.

Ezechiel. c. 21.

De hac Babiloniorum euersione dixerat Dauid, Psal. 136. & Esai. cap. 13. & Ierem, cap. 50. & Ezechiel, cap. 21. huius euersionis historiam tradit Herodotus, Aliearnaseus, lib. 1. & Ioseph, lib. ant. cap 10. & alij. Vide arcana Dei, & iudicia mundi, quæ vicissitudines, & varietates Iudæ, & Amonitæ fuerunt, per Babilonios supperati; Babilonij per Medos, & Persas, hi, per Alexandrum Alexander vero cum magnam nominis celebritatem consequeretur, & ad summũ Imperium, per omnes honoris gradus ascendisset: eamque obtineret potentiam quam decepti mortales existimarent esse omnium sęculorum memoria duraturam sunt ad interitum voluntarium, afferunt eni m

100. *Psal. 137. Isai. c. 13. Ierem. 50. Ezechiel. c. 21. Herodotus Ioseph.*

enim non nulli fuisse cum tanto dolore compressum; vt se ferro traijceret, & vita miserabiliter priuaret, scio tamen Solinum, cap. 14. dicere eum, qui alios superauerat fuisse à vino, superatum, & apud Babilonē morbo ebritatis extinctū; & statim acerbo dolore consumptum, alios vero, vidi asserentes, eum fuisse ab Antipatro, veneno infectum, & mortum; etiam si eius custodes, causam morbi, intemperiem potus, ebriætatisque disseminassent, hanc opinionem, cum alijs multis refert in eius vita Plutarcus, itaque ille fuit victus, & misere consumptus; & eius regna diuisa, & ciuitates separatæ, quæ dum imperare singulæ cupeerent; imperium omnes amisserunt.

Solinus.

Alij, venen.

Plutar.

101. Iste sunt humanarum rerum commutationes, & cum hæc ita se habeant; non debemus falsæ hominum potentiæ mundique opibus, in certis, & in varietate positis confidere, sed ad Iesum Deum nostrum confugere; & omnem nostram spem, & cogitationem, in eius infinitate collocare, mundi prosperitas est, serenitas hiemis, tranquillitas maris, stabilitas Lunæ; quemadmodum hæc vacillant, & statim mutantur; ita opum diuitiarum, bonorum mundi status, nullam habent firmitatem, nullam prosperitatem, constantiam nullam, & vt ait sapient. cap. 5. *Transeunt omnia illa sicut vmbra, & tanquam nuntius præcurrens.* Iob. 13. *homo fugit, velut vmbra, & nūquam in eodem statu permanet.* Fit enim aliquando, vt cum existimas te esse magnas diuitias, & dignitates ademptum; & in honoris fastigio constitutum spolieris in momento omnibus tuis ornamentis; & ex illa sublimi mundi gloria præcipiteris, nam ex eo loco, quem quietis, & securitatis, plenissimum esse existimabas, maxime interdum calamitates, & turbullentissimæ pro cellæ subito oriuntur, igitur considera quemadmodū obscurata sit Babiloniorum gloria, & potentia, & quam cito, omnia illa, ex lætitia, & voluptate in lacrymas, & merorē receiderint, est ergo exemplar mundi aliū rerum Babilonis potentia; quæ ex altitudine, ad profundum, è vulsa est perditionis.

Sap. 5.

Iob 13.

102. Sicut Babiloniorum finis, ita, & aliorum fuit, consideremus, pessimum finem habuisse Pharaonem, talis est exitus tristis illius, qui in magna miseria diē clausit, ille qui opibus, & mundi gloria, magnos Principes superauit; in hoc conuersa est eius superbia, & arrogantia, & diuitiarum oppulentia, ita quidem obscuratus est eius splendor, ita extincta est eius claritas, ita abreuiata eius amplitudo, consideremus, mundi in constantiā in hoc solū est constans, quod nullam habet constantiam; eius ordo est, non seruare ordinem; eius firmitas, nullā habet stabilitatem, eius opes, diuitias, potentiā appellat merito Esai. c. 29. *Paluerem tenuem, fauillam, per transeuntem; somnium visionis nocturnæ.* Et liberi Sapientiæ cap. 5. *Vmbram nuntium percurrentem.* Et vidisti nabem in medio maris fluctuatam cuius vestigium cum præterierit inueniri non potest, merito dicā dignitates mūdi esse nabes in terra, sed numquid nabes in mari sunt? Fateor etiam, in terra sunt fluctus maris, & qualis illa constantia, ita hæc vide quam miser status vbi semper pericula timentur, & sunt, quam cito euanescunt, & pereunt cito finis, immo simul finis atque natiuitas.

Esai. 29.

Inconstantia rerum mundi.

Sap. 5.

Nabes in terra dignitates mūdi.

Nota.

Omnia hæc videns Dauid, Psal. 39. ait: *Beatus vir, cuius est nomen Domini spes eius, & non respexit in vanitates, & in insanias falsas.* Inanem mundi gloriam, fallacem eius spem, & in certas ditias appellauit, vanitates, & insanias falsas; voluit Dauid persuadere mortalibus, esse immortalitatem quærendam, quod est teste Tertuliano: *Diuitias pro anima perdere.* Non pro diuitijs animam; & ad Deum summa cum fiducia confugiendum, falacem vero mundi fælicitatem, non esse, interbond commemorandam, cum vana sit, & insana, & mendax, & ab his sæpe possideatur, si possessio est, qui sibi temere præsidunt, & scelerum maculis contaminantur, & cogitationes suas in res innanes ponunt, quæ eos sæpe numero fallunt.

103. *Psal. 39.*

Tert.

Vidi Ecclesiasticum, cap. 40. dicentem: *Substantiæ impiorum, sicut fluuius siccabuntur, & sicut tonitruum magnum in pluuia, personabunt.* In historijs humanis legimus; fuisse tempore Octauiani Augusti, quemdam insignem pictorem, qui tabulam manu sua depictam, & singulari cura elaboratam, obtulit Imperatori, in qua erant omnes illi Principes depicti, qui illustri laude celebrati nomen suum in mortalitati, commendauerant; quorum res gestæ, fuerant annalium monimentis consignate, & posteritate, pro pagatæ interquos, in loco eminentiori erat Octauianus ipse Imperator, tanquam eorum Princeps collocatus, in parte vero inferiori tabulæ, erāt omnes Tyranni, in manitate notati, & sce-

102. *Ecclesiast. cap. 40.*

Pictor insignis.

Vide picturam celebrem.

lerum maculis imbuti, quorum Princeps erat Phalaris impius Siciliæ Rex, Tyrannorum quondam Altricis; cum autem Augustus, oculos in tabulam sibi dicatam conieciſſet; miris laudibus extulit eius picturam, non autem inuentionem, & ingeniũ, dixit enim: *Non esse æquum vt Phalaris illic depingeretur, tanquam Tyranorum Princeps, cum sapientes viros prosecutus fuisset fabore, & amore insipientes vero, minime.* Præterea, dixit: *Non decere se ipsum Imperatorem adhuc viuentem, Principem constitui mortuorum, qui obres præclare gestas, eam memoriam reliquissent de qua nulla ætas cõticesceret, nam durante vita nullus erat homo, quamuis in excelso dignitatis grada constitutus; qui non posset, & à sublimi mundi gloria, & ab insigni virtute, & oppulentia præcipitari.* Optima profecto sententia ponderatione dignissima.

Solon. Creso. Quam ob causam Solon Salaminius, Athenienſium Legislator, Creso, Lydorum Regi potentissimo, in gentes illi opes ostentanti; intrepide, dixit: *Neminem esse fœlicem dum viueret; cum temporum varietati, subiaceret. Et tum denique iudicari Beatus nequis fuerit, cum extremum vitæ diem morte confeciſſet.* Cuius sententiæ crœsus, quamuis tũc fuit irrisor, postea tamen meminit, cum captus à Cyro ad vitæ exitum misere vocaretur. Hæc in historia.

105.

Herodot. s. Plutar. Huius historiæ sunt Authores, Herodotus lib. 1. Plut. in vita Solonis, & alij. Hanc Solonis sententiam confirmauit, Darius Rex Persarum, qui Alexandrum Macedonem, contemnens, vello eum aggressus est, de quo Alexander exiguis copijs, victoriam reportauit. Ditissimus fuit Darius; & factu, ac potentia, mortales omnes superauit; sed in tantam incidit calamitatem, & inopiam, & ignominiam; vt amitteret Regnũ, & opes, & diuiditias, auram, argentum, & alia metala (ũ quæ alia prætiosa) & videret exercitum suum profligatum: vxorem, & filias suas captiuas, & eos quos prosequebatur amore, interfectos. & cum esset vulneribus traiectus, & mortem iam habèret conceptam petijt à Polystrato, poculum aquæ, quam cum sitiens obbibisset: *Ad ia* (inquit) *erumnarum peruenti, vt tibi beneficium hoc, quod in me cõtulisti, nullo possim præmio recompensare.* Quibus dictis efflauit animam significans interruptis, ac morientibus vocibus, in quam infimam miseriam; ex alto dignitatis gradu, incidisset. Author est, Ioannes Monachus, post Quintum Curtium in vita Alexandri.

Darius.

Lege.

Ioannes Monachus

Multos silentio prætereo; qui cum maxima potentia floruissent, in grauissimas ærumnas inciderunt; sed sufficiant exempla allata, vt approbemus elegantiã Tertuliani: *Dicentis periimus cum perdito, vbi habemus ammittere.* Et infra: *Quirem pecuniariam fortasse animæ anteponant, nam & faciunt cum lucri cupiditatibus, quæstuosa pericula mercimoniorum in mari exercent, nos vero non animam pro pecunia; sed pecuniam pro anima, deponere conuenit; quia cum res humanæ, tam vanæ sint, tanque caduce, pereunt ipse simul cum possidentibus.*

§. II.

Quod bona temporalia fallunt, & decipiunt, & quod paupertas anteponenda est diuitijs, tanquam nobilior, & tutior, astruitur.

QVis non ponderabit S. Lucæ sententiam, cap. 14. vbi damnantur quidã, qui ad magni Regis combiuium vocati, rebus vanissimis alligati, se excusauerunt vnus, quod villam emit, quam cupiebat videre: alter quodquinque iugaboum cõparauit, quæ probare voluit. Tertius, quod vxorem duxit: vbi in emptione villæ, notatur dominij adquisitio; quamuis enim illæ qui primum se excusauit, ciuitatem, aut opidum, aut aliquod magnum non emerit, sed prædium; tamen ita affectus erat ad possessionem illius, vt speratas cœli diuitias neglexerit, dicens intrase, malo in terris dominari; quam cœlo frui, in eo autem insignis huius hominis stultitia cernitur, quod ea emit, quæ prius non viderat: quomodo autẽ emeret si prius vidisset? Honores, voluptates, & quæcunque bona mundi prius emimus, quam videamus: certe si prius inspiceremus, & condire, vt nobis aptarentur vellemus; nullo modo à nobis emerẽtur, verum nos cæci in omnia mundi oblecta menta ruimus, libertatem nostram, vt bona temporalia habere valeamus vendentes: captiuos nos esse inspicimus, cũ oculos mẽtis apperimus; mũdus quidẽ, mercator est pessimus, qui mortiferas merces prætio animarum vendit. Promittit multa, vt capiat nos, offert prospera quorum finis ruina est maxima, ostendit dapes in superficie suabes, & prætiosas; quæ tamẽ intrinsecus sunt funestæ, & mortiferæ, & lupi rapaces; quippe quæ latenter be-

107. Lucæ 14.

nenum continent, nõ quidem est aurum quod apparet; sed scoria, fel in suauissimum non est vita, sed est mors latens; nõ est fama, sed est ignominia, non honor, sed onus grauissimum, intollerabileque iugum, quis stultum eum nõ reputet, qui empturus æquum, eum non videt, non considerat, an fortis, vel debilis sit, an sanus, vel infirmus? Et stultitiæ datur, si frenum, faleras, & exteriora miratur ornamenta, quæ potiora sunt, nõ videns huic insano, & bruto homini; est similis ille qui mũdi opes, carnis illecebras, & Diaboli laqueos præteriens, in sola detinetur externa rerum specie quæ fallunt.

170. Discere debemus dilecti, ex hac patenti doctrina, regna imperia, honores, diuitias, voluptates: & quæcunque mundus, vt splendida, & suauia offert, prius introspicere; quam emere sic prudens illa mulier. Prouerb. 31. Prius agrum considerauit, & postea emit: *Considerabit agrum,* *Prouer. 31* *Matth. 13.* *& emit eum.* Et Matth. 13. negociator Euangelicus, prius inuenit Thesaurum, & postea antequam emeret: *Abijt & vendidit vniuersa quæ habuit, & emit eum.* Infelices quidem sunt; quorum oculos, sola pœna apperit, vt diuitias fallaces esse fateantur; addiderim quod si adhuc oculos apperirent vilia fallatia non de illorum salute desperarem, similes quoque sunt, diuiti epuloni; qui tũc primum luxus insidias vidit, quando pœna; eius apparuit oculos, hoc in hoc mundo experientia docet; quod ille in alia pœna Doctore nouit, & vidit.

108. D. August. lib. de Verbis Domini, enarrans alegoriam huius parabolæ, in qua conuocati ad cœnam magni Regis, se excusarunt, ita inquit: *Primus dicit, villam* *Augus.* *emi, in villaempta dominatio notatur; ergo superbia castigatu, vitium primum primus enim homo, dominari voluit, qui Dominum habere noluit.* Eidem Aug. eodem lib. 1. de serm. Domini in monte, cap. 2. ita inquit: *Id ipsum quod excellit in homine, ideest mens, & ratio, subijciatur potiori, quod est ipsa veritas, vnigenitus Filius Dei; nec enim, imperare inferioribus potest, nisi superiori se ipse subijciat, & hæc est pax, quæ datur in terra hominibus bonæ voluntatis; hæc vita consummati perfectique sapientis.* *Augus.* Hæc ille noto illa verba: *Imperare inferioribus non potest, nisi superiori se ipse subijciat.* Quod non fecit homo primus. *Gregor.* Eadem verba referens D. Gregorius: *Per villam, inquid terrena substantia designatur; exijt ergo videre illam, qui sola exteriora cogitat.* Et D. August. excussationem illius perpendens, qui dixerat; iuga boum emi quinque, & volo probare ea, quinque sensus externis rebus occupatos; quinque iuga boum vocari affirmat: *Et quidem iuga reperiri in tribus sensibus facile apparet, sunt quippe, gemini oculi, geminæ aures geminæ nares, in gustu; geminatio etiam quædã inuenitur: quia nichil gustando sapit, nisi lingua ex palato tangatur; voluptas quoque carnis, suo modo geminatur, dicuntur autem iuga boum: quia per sensus istos carnis, terrena requiruntur, homines namque aliqui; vobes qui terram versant, imitantur nichil credentes, aut sperantes, nisi quod tractant sensu corporis, quinque partito porro hic qui dicitur emisse iuga boũ quinque non se excusat à cœna, quod iuga prædicta emerit, aut pascere cuperet; sed quod vellit probare illa: vt noueris istorum quinque sensuum, nõ delectationem quæ mulcet, ingerit voluptatem, sed curiositatem quandam notatam fuisse, non ait iuga boum emi eo pascere illa sed eo probare illa.* Hæc ille. *Augus.* *Notã.*

Huc spectat, quod Sanctus Bernardus docuit ser. 1. super cap. 19. Matth. *Esce nos reliquimus omnia.* In aclamationibus, dicens: *Age ergo qui relinquere vniuersa disponis, te quoque inter relinquenda numerare memento; immo vero maxime, & principaliter abnega temetipsum, pone grauissimam sarcinam; pone asinariam molam, terrenam molem pone, illa quinque non hominem plane iuga: sed bouum qua tibi insipienter emisti alioqui sequi sponsum, & venire ad nuptias spirituales quinaria hac præssus, & opræssus corporis sensualitate non poteris, sed & si nouissime veneris, & pulsaueris minime profecto apperietur tibi: sed respondebitur de intus, quod non sit de bobus, & asynis, cæterisque iumentis insipientibus cura Deo, an vero compatatum iumentis esse quis dubitet, hominem; qui sibi iuga emerit iumentorum nisi quod eo sane ipsis quoque iumentis conuincitur stolidior, & bestialior, bestijs comprobatur quod iuga necessitatis earum propria, ipse suæ voluntate. Quod enim illis natura est; huic culpa dum tanquam vnum ex his quæ ratione carent; sine ratione degens, & ipse sub corporeis similitudinibus incurbatur.* Hæc Bernardus, cuius verba ponderationi digna sunt. 109. *Bern. Matth. 19.* *Notã.*

Qua propter idem Barnardus, superbiam extollens in floribus, cap. 57. Sic *Bern. Flores.*

inquit; specialiter ad fatultates Ecclesiæ recurrendo, res pauperum, non pauperibus dare, pars sacrilegij crimen esse dignoscitur: *Sane patrimonia pauperum, facultates Ecclesiarũ, & sacrilega eis crudelitate surripitur, quidquid sibi ministri, & dispensatores, non vtique Domini, vel possessores vltra victum accipiunt, & vestitum; nec enim ordinauit Deus his qui Euangelio seruiunt; de Euangelio quærere, aut habere delitias, vel ornatum. Sed viuere, ait Paulus, ex eo, vt videlicet sint contenti alimẽta corporis, & non irritamenta gulæ, aut intentiua libidinis, & quibus tegantur; nõ quibus ornẽtur accipere.* Huc vsquè ille, nota illud verbũ: *Non diuites fieri sed viuere.* Et loquendo de paupertate Christi, subiungit: *Descendit ab inenarrabilibus cœli diuitijs, & veniens in mundum nec istas quales cũque diuitias habere voluit; sed in tãta paupertate venit; vt natus, cõtinuo poneretur in præsepio: quia nõ erat ei locus in diuersorio, & vere magna abusio, nimis magna, vt dibes esse vellit villis vilicus, vermiculus; propter quem Deus Maiestatis, & Dominus Saboth, voluit pauper fieri.* Hæc Bernardus prosequitur que.

Illicitũ est de Euãgelio quærere delitias, vel ornatum. Ita Bern. Paul.

110. *Bern. ad idem niten*

Ditior Christi paupertas, cunctis opibus, cunctisque thesauris, quid enim paupertate ditius? Quid prætiosius? Qua Regnum cœlorũ emitur, & Diuina gratia adquiritur. O ptas cœlum: Paupertatis vilitatem ama, & tuum erit fœlix voluntaria paupertas, relinquentium omnia, & te amantium, ò bone Iesu pauperta enim, dum putatur miseria; aliena caret inuidia, & quia est voluntaria, nemini quidquam inuidet. Hæc ille vbi dum paupertatem laudat Bernardus, diuitias condemnat, finem paupertatis ponit; vitam, fidem, rerumque mundi, mortem ponit, & quam mortem? Illam profecto quam vidimus habuisse Regem Babiliorum, & alios potentissimos.

Qua propter aliciens ad paupertatem Spiritus Diuinus, per Matth. cap. 5 inquit: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est, Regnum cœlorum.* Beatudo vero vel in hoc sæculo, homini qui omnia contemnit solet accedere, ex voluntariæ paupertatis nobili commissu; nam si de amicorum fidelitate dubitas, & an veri sint inuisti tua, non potes scire, paupertatis beneficio scies. O quanta in ea bono vir voluptas! Audi Senecam securitatem à sociantem securitati, ait enim: *In hoc in est paupertati iucunditas: quia fortunæ casibus non aufertur, redige te ad parua, à quibus cadere non possis, in est enim paupertate, sine qua nichil iucundum est securitas.* Hucvsque Seneca.

Matth. 5.

Seneca.

Sed quid est, quod Deus spetiali cura respicit causas pauperum? 1. Regum cap. 2. *Dominus pauper facit, & ditat, humiliat, & subleuat.* Cœli nobis secura pro contemptis opibus, promittitur hæreditas, vnde Aug. Serm. 233. de tempore ait: *Dimmitte terrena, & accipies cœlestia.* Chrysost. hom. 53. in Ioannem Prosper, lib. 2. de vita contemplatiua idem dicit: *Bona paupertas diues valde cœlestibusque coronata diuitijs.*

III. *1.Reg.2.* *Aug. 233.* *S. Chrysost*

Ex quibus omnibus, pro Tertuliano, colligamus, parui pendenda esse, quæ in hoc sæculo magna videntur, & pro magno habenda, ea quæ non stimantur à mundanis, vt paupertas quã parentes, & propinqui non agnoscunt, cuius sanguinem habentes negant, miseri sunt mundani isti; quidam pauperes propinquos; quia famelici sunt negant, ipsi ingratitudinis nota grabantur.

§. III.

Paupertas Euangelica, fœlix: quia illi promittitur Regnum cœlorum.

112. *Paupertas eui cœlum promittitur fœlix. Matth. 5.*

IN cognita forsitam fuit antiquis temporibus Euangelica paupertas; tamen qualis illa sit amplius declaremus enim. Matth. 5. dixit Christus Dominus: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est Regnum cœlorum.* Non enim sine Diuino adiutorio, diuitias contemnere quis poterit munitas vrbes, sine ducæ nemo defendit, cupiditatem rerum caducarum absque Spiritus Sãci ductu nullus expellit, quomodo epertu exiuit nabis, ni vellum vento impulsum? An mentem à terrenarum rerum pelago, soluere aliquis valeuit sine Spiritu Sancto? Psal. 134 dicitur: *Qui profert ventos de thesauris suis.* Quomodo de absconditis, Deus vẽtos produxit? Spiritu Sancti flatibus, sunt enim in thesauris Diuinæ prædestinationis, ac sapientiæ, hi flatus repositi inde exeunt, vt nabes, ideſt homines à terra seperent, & ad portum salutis inducant: *Beati pauperes spiritu.* Proiiciunt, si vehemẽs aura flatuectores in mari suas mercas, ne nabis deprimatur; quod Ionæ sotijs contigit, miserunt vasa quæ erant in nabi in mare; vt aleuiaretur ab eis certe, si Spiritus Sancti flatus, vehemẽtior spirat; facile patimur rerũ caducarũ detrimentũ; vt salua nobis animæ nostræ portũ subeat

Psal. 134.

Matth 5.

beat optatum, felix iactura! Nam pro electis mercibus in nabē Regnum cœleste in-
Mat. c. 5. fertur: *Quoniā*, inquit: *Quia ipsorum est Regnum cœlorum.* Recte in hoc loco Gregorius Nyssenus, lib. de Beatitudine cap. 1. ait. Si ad superna nos accedere oportet, ab his quæ deorsum sunt trahunt, in
Crates. opes simus, vt in supernis versemur Crates Thebanus, proiecto in mare, magno auri pondere: *Abite*, inquit, *pessum male cupiditates; ergo vos mergam, ne ipse mergar à vobis.*

113. Stultissimi sunt qui habide pro adquirendis diuitijs insudant, si ipsis opibus amicos bonos fabricare non cōtendunt; mergitur quis piam in procelloso mari diuitiarū, sed quomodo non mergetur in profundo, qui natare cupiens plumbum cōplectitur? Quare Aug. super Psal. 51.
Aug Psal. 51. inquit: *Naufragiū fugis, & plumbū amplecteris? Natantem oportet, vel indusium ipsium abijcere ne demergatur;*
Hieron. *melius est* Inquit Hieronymus epistola 11 *Rem familiarem minui; quam salutem animæ perire.* Et ad exuparantium alloquēs, ait: *Nudus, & læuis, ad cœlum euola, ne alas virtutum tuarum auri deprimant pondera.* Dibus Gregorios Nazianzenus in oratione de Sancto Basilio
S. Naziāzenus de Basilio. ait: *Basilius, omnibus facultatibus proiectis, læuiter, faculeque vitæ pellagus transmittebat.*

114. Sed numquid hæc iactura in vtilis est? Haud quaquam perituræ opes, per hanc iacturam, cum æternis commutantur, *ipsorum*, inquit Christus, *est Regnum cœlorum.* Vnde Hieronymus ad Pamachium
Matth. 5. Hierony. ait: *Parua dimisimus, & magna possidemus.* Non tacebo illud Geneseos 26. vbi
Gen. 26. dicitur: *Seuit Isaac in terra illa, & inuenit in ipso anno centuplum.* Laudatur vbertas terræ, quæ centū profert; laudabilior tamen paupertas Euangelica; quæ centum affert, & Regnum cæli tribuit; cētum plicato namque fœnore Christi nobis promissa reduntur, in tali quondam agro seuerat Isaac, & Iacob. Gen. 32. promissa recipiens: *In baculo inquit meo transiui Iordanem istum.* Et ecce cum duabus turmis regredior. In cedunt nunc Euāgelici pauperes, baculo Crucis in nixi, in die vero iudicij duabus turmis; hoc
Gen. 32. est beatudine animæ, & corporis locupletati apparebunt, huc aspexit Aug. dicens Ser. vltimo de diuersis: *Quid est gloriosius homini, quam sua vēdere, & Christum emere?*

115. Videamus modo, coronatam paupertatem, prætiosis virtutibus, igitur comparatur paupertas gemmæ, cuius prætiū homines ignorarunt, donec præstantissimus de cœlo veniens Gemmarius quanti prætij esset ostendit, dum in ea fixendum primum gradum ad beatudinem sanxit: *Beati pauperes.* Quæ sunt illā, in terris, vt eam cœlo inferiret D. Bern. Ser. 1. in vigilia Natiuitatis; *Paupertas* (inquit) *non inueniebatur in cœlis, porro in terris abundabat hæc species, & nesciebat homo prætiū eius. Hanc itaque Dei Filius concupiscens descendit, vt eam eligat sibi, & nobis quoque sua æstimatione fatiat prætiosam.* At! Quanti emi potest hæc Margarita tradit qui eā vult, omnia quæ possidet: *Simulis negotistori qui inuēta vna prætiosa margarita abijt, & vēdidit omnia quæ habuit, & emit eā.* Nō nisi traditis omnibus, gemma paupertatis emitur.
Bernard.

Virtutes huius gemmæ sunt. Prima animi pax, quid enim quieti, & tranquillitati, magis opportunum accidere potest, quam si nichil huius sæculi appetas: *Si vis vacare animo* (ait Seneca) *aut pauper sis, aut pauperi similis.* Exodi, c. 8. *expulbere orti sunt scinifes.* Sunt diuitiæ pulbis Ægypti; ex quo oriūtur solicitudines; quæ mentem pungunt, paupertas, inquit
Seneca. Exodi 8. Chrysost. ad c. 18. ad Hæbreos: *Est magnā ductrix quædam in via, quæ ducit ad cœlum at lethica vnctio, exercitatio magna, & admirabilis, portus tranquillus.* Et
Chrysost. Hebr. 18. hom. 48. in Matth. ait: *Si animum auari, nuda cogitatione perspexeris, inuenies sicut vestem mille tineis corrossam, sic vtique à curis perforatam, à peccatis putre factū, & habendi solicitudine tabescentem; non talis animus sponte sua inopis; sed fulget ille quidem, vt aurum, splendet sicut gemma, floret sicut rosa; nulla timēs ibi est, nullus fur, nulla cura sæcularis, sed viuit Angelica vita. Hæc ille.* D. Hilarion aiebat interrogatus quid ageret, si in latrones incideret? *Quid latrones nō timet nudus securus, quidem viator est, nudus est.* Ita Beaza tradit.
Baeza.

116.

117.

Virtus secūda huius Margaritæ est, de pulsio sitis diuitiarū, quæ indiuitibus nisinita est, *potus* (ait Plutarchus) lib. de cupiditate diuitiarum: *Sed at sitim, cibus famem sanat, argenti cupiditatem non extingit argentum; nec si plura possideas coercetur plura possidendi cupiditas; quamidē dicas licebit diuitijs quod in medicum competit impostorem; pharmacum tuum morbum auget; quemadmodū ignis edita materia augescit, sic pecuniarū cupiditas, auri adiectione, quid huic siti medetur?* Profecto paupertas voluntaria Hæc ille.
Pludar.

118. Virtus tertia huius Margaritæ, quæ est paupertas, est quod animo, veras inducit diuitias Chrysost. hom. 18 ad Hebræos dicit: *Nichil opulentius, eo qui paupertatem sponte diligit, & cum alacritate suscipit, (& si vultis) Imperatore ipso ditiorem pronuntio; qui paupertatem eligit, Thesauros Regum, & ipsa mundi Regna, qui spiritu pauper est, tanquã nichilũ asperuaitur; non pabet in isto mũdo indigentia laborare, cui donatum est in omnium rerum Domino omnia possidere.*

Chrysost.

Naziane. D. Greg. Nazianzenus, inquit orat. 20. *Basilio erant nichil habere; & Crux, cum qua sola ipsius vita versabatur.* Et orat. 28. de se ipso dicit: *Paupertatem, & innopiam obijcient nichil? Meas, scilicet opes; & copias? Pauper est Philosophus Christianus? Pro diuitijs Deum habebit, diuites irridebit, vt qui licet facultates suas, quotidie augeant; semper tamen pauperes sunt: quia plurimis indigent; bibuntque, & maiori siti inflamãtur, quod si solus ille diues est cuius non arca, sed pectus diuitias continet; vide queso te, quẽ diuitẽ appellare debes? Vere diues est qui in conspectu Dei, potest diues videri, in cuius conspectu, terra exigua, & mundus ipse angustus est.* Ambrosius lib. 2. epist. 4. inquit: *Solum illum Deus, diuitem nouit, qui si diues, æternitati, qui non opum, sed virtutum fructus recõdat.* Ita Chrysost. homi. 81. in Matth. vbi pauperes diuites esse ostendit diuitas vero non item.

Ambros.

Chrysost.

§. IIII.

Ponũtur aliæ virtutes paupertatis Euangelicæ, quæ gemmã pretiosa est, & facit generosos, & liberales.

119. HAbet virtus paupertatis inter alia hoc vnum, quod homine à misera diuitiarum seruitute liberum redit. Vnde Greg. lib. 39. in Iob enarrans illa verba: *Qui dimisit onagrum liberum, & vincula eius soluit, contemnit multitudinem ciuitatis, clamorem exactoris non audit,* inquit, *magna est seruitus, sæcularium negotiorum, quibus mens vehementer atteritur; quamuis in eis sponte desudet; cuius seruitutis conditione carere est in mundo iam nichil concupiscere; quodam enim quasi seruitutis iugo præmunt prospera, dum appetuntur, præmunt aduersa, dum formidantur, at siquis semel à dominatione desideriorũ tẽporalium collamẽtis excusserit, quadã iam in bacuita libertate perfruitur; liber dimittitur; quicalcatis terrenis desiderijs, ab appetitione rerum temporalium sæcuritate mentis exornatur.* Hanc libertatem optabat Nazianzenus, orat 20. inquiens: *Vtinã, & pannos hosce exuere possem, vt huius vitæ spinas nudus percurrerem.*

Greg. Iob 39.

120. Seruitus ista; misera profecto est; in ergastulis aureis sunt captibi, & vincti, omnes auri, & argenti amatores, legite Tertullianum, lib. de habitu, mulieurm, vbi sic ait: *Apud Barbaros quosdam quia vernaculum est aurum, & copiosum; auro vinctos in erga stulo habent, & diuitijs mulos onerãt.* Quam seruitutem, expræsiit Suetonius, in vita caligulæ Imperatoris, vbi ait: *Contrectandæ pecuniæ cupidine incensus, sæpe super immensos aureorum acerbos, patentissimo diffusos loco, & nudis pedibus spatiatus, & toto corpore aliquando, volutatus est.* Instar iumenti, in puluere caligula, in pecunijs volutabatur atam ignobili seruitute, se liberarunt multi Philosophi, paupertatem sectantes, atque vt alios ommittam, mirum est, quod decrate Tebano dicit, Naciancenus, ad verba relata Iob: *Quis dimittit onagrum? Philosopus Christianus onager est in deserto solutus, & liber, vrbis tu multus ridens, eius qui colligendis tributis præfectus est; ex postulationem non audiens.* Aliqui se magnum facere putabant Philosophi diuitias contemnentes, vitiabant tamen quod magnum erat, in anis gloriæ à petitione; quod Plato vidit; cuni enim illius thoros; Diogenes conculcans, diceret: *Calco Platonis fastum, respõdit, calcas; sed maiori fastu.*

Tert.

Sueton.

Nazianzenus decrete.

121. A vinculis diuitiarum, qui sponte solutus est, ad cœlum libero fertur volatu, de columba quam Noe emisit de Arca dicitur Genesis cap. 8. *Cum non inuenisset vbi requiesceret pes eius, reuersa est ad eum in Arcam.* Hoc pauperibus Christi accidit; non inueniunt illi in terris, vbi pedes eorum ideſt, animi affectus quiescat; id circo sine impedimento, ad suum Noe; hoc est, requiem; qui Christus est, conuolant; qui eos excipit lætus, & cœlo infert: *Quoniam ipsorum est, Regnum cœlorum.* Coruus, inquit Moyses *Eggredebatur, & non reuertebatur.* Corbo, similes sunt diuites: quippe qui à Deo egressi terrenis vincti cupiditatibus, ad Deum non reuertuntur, quod accidit dibiti Epuloni Lucæ cap. 11. qui dicebat: *Dicam animæ meæ; habes multa bona, in annos plurimos; requiescere, comede, vibe; epulare, ath. miser eadem nocte interloquendo, mortis accepit sententiam.*

Genes. 8.

Mat. 5.

Lucæ 11.

D. Cy-

122. Cyprianus

D Cyprianus de oratione Dominica ait: *Lætabatur stultus, in fructibus, ipsa nocte moriturus, & cui vita iam deerat, victus abundantiam cogitabat, amenitas viæ, gressus viatorum retardat; asperitas, ad festinationem impellit: diuitiarum fallax pulchritudo; pergentes ad cœlum homines cunctatur; inopiæ vero asperitas, qua Deus electos suos ducit ad cœlestes potiundas diuitias, festinare nos cogit. De onagro illo mystico, Iobi dicitur tabernacula eius, in terra salsuginis, paupertas est: quia, vt sal, aquæ sitim incutit; sic inopia voluntaria, Dei desiderium, in hac terra, tabernacula ponit, is qui mundi iugum excutit, & cum rei nullius terrenæ habidus sit, totam in cœlestes opes sitim transfert.* Hinc vsque Gregorius ex quo multa sumūt, & verba fuhc Cypriani propria.

123. Chrysost.

Quod vero voluntaria paupertas, faciat amicos generosos animosque liberales patet, ita redit animos generosos, & liberales, vt Imperium habeat super eos; quod declarauit Chrysostomus, hom 48. in Matth. *Non indiget (inquit) mancipijs paupertas; sed habet loco seruorum, passiones habet seruos appetitus, qui Regibus dominatur, similes quoque Angelis efficit dum auro, & argento, non indigere se profitentur.* Alexander *dixit aliquando Alexander Magnus; Diogeni, ad sum tibi subuenturus, quā lo quidem video te multis indigentem, cui ille vter nostrum, pluribus indiget? Ego qui vltra peram, & pallium nichil desidero; antu qui patrio non contentus Regno periculis te obijcis, vt latius imperes. Pallio, & pera suā Diogenes terminabat cupiditatem, atque id circo laudatur; quid Philosophus Christianus?*

124. Mat. 11. Chrysost.

Nunc superst, vt qui opibus plenas habent manus, hanc diuitiarum terram; Magistro voluntariæ paupertatis excutiant, & pro terra, & plumbo quod prehendunt gæmmas recipiant diuinarum promissionum, in est in hoc violentia; sed non frustra dictum est Mat. cap. 11. *Regnum cœlorum vim patitur.* Vbi D. Chrysost. hom. 78. in Ioannem ait: *Bonum est rapere non ea quæ pereunt; sed Regnum cœlorum, rapimus Regnum cœlorum, quæ rapina laudi datur, dicque so plumbo, tibi aut auro proposito; quid potius rapere? Non ne aurum. Et quomodo potest quis rapere? In quis, dispergē quæ habes, propone tibi hominem plenis argento manibus, quo ad id tenuerit; nunquid aurum rapere poterit, nisi prius id proijciat? Plumbo bilius est; quidquid mundus magnificat, aurum cœleste Regnum, hoc vt expeditus rapias, illud abijce.* Chrysost. Est diuitiarum cupiditas; vt Chrysost. dicit, hom. 10. in 2. ad Thessalonicenses, in cantatio quædam, & prætrigium, quod hominem dementis statu exturbat, hoc beneficium dissoluit paupertas, proterens rerum caducarū cupidinem, vnde ad virtutem colendam, magnum in paupertate præsidium ostendit esse collocatum, Serm. 6. de prouidentia dicens diuitias, & paupertatem, tanquam instrumentum nobis proposita à Deo fuisse; vt homines, quasi fabri per hæc aut virtutis simulachrum effingerent, aut malitiæ statuam sculperent, cæterum per diuitias vix ab aliquo panca virtutis membra eleganter esculpi, multos vero paupertate adiutos, omnia simul pulchre efnaxisse.

125.

Vnum tamen monuerim, vt quibus Imperio paupertas, quæ nuditati omniū rerum coniuncta est, & à Religionis viris colitur, comes esse non potest; eam saltem animo complectantur, quam Moyses, & alij duces Populi Dei complexi sunt. Hæc enim Deum expectans, & cœlestes diuitias; rerum humanarum contemptoribus promissas, ante oculos habens; etiam si opulentissima Regna, & exercitus amplissimi habent; nihil sibi humani pulueris, hærere patitur, colligatus igitur paupertatem esse murum fortissimum aduersus quæque contraria. *Et quisquis* (inquit) Chrysologus ser 126. Chrysol. *Est ab huius mammonæ, hoc est à diuitiarum cupiditate liber, & paupertatem sponte amat, qui pecuniæ crudeli pondere non grabatur, consistit in specula cœlesti, & inde despectet, māmonam, mundo, & mūdanis, tiranico furore dominātem, imperat gentibus, iubet Regnis, bella mandat, comparat bellatores, sanguinem bēdit, agit mortes, prodit patrias, vrbes deseruit, subdit populos, arces vastat vexat ciues foro præsidet, ius delet, fas, nefasque confundit, & ad mortes vsque tendendo fidem tentat, violat veritatem, famam carpit, honestatem dissipat, soluit affectus, innocentiam tollit, pietatem spellit, necessitudinē scindit, amicitiam sue bruit, & quid plura? Hoc est in mammona Dominus iniquitatis, qui inique humanis, & corporibus dominatur, & mentibus, huius ergo mammonæ; villicus hoc est Gentilis populus, dissipatæ taliter substantiæ, reus à Domino, per Euangelium conuenitur, vt reddat rationem villicatu-* Optime de diuitiarum amatores. Nota.

tionis suæ; id est naturalis boni cui tunc dicitur; iam non poteris villicare; quando ex finis sæculi, nuntiatur. Huc vsque Chrysologus. Vbi vides quam male, vt inquit Tertullianus, amicos fabricauit de mammona qui seruit illi, qui diuitias, tanto connatu appetit, vt animam pro illis rependat, & parui pendat. De quibus ipse Tertullianus ait: *Quomodo recipis, quæ amissurus es? Quæ caduca sunt.* Quo modo te coronare poterunt?

§. V.

Qui perfecte Christum Iesum sequitur, omnia bona mundi despicit vt cœlestibus viuat, & diues fiat, glorioſus.

Vide Simã cas de mſti tut nibus titulo 45. n. 30. & de inceps.

126.

EX Locupletiſsimo promptuario, cuiusdam doctiſsimi; tibi offerre nõ dedignabor quæ notatione digna sunt, audi quæ sequuntur. In Naui Christum Apostoli sequuntur, hoc enim habet perfecta Christi sequela, quod nullam terrenarum rerum curam admittit, quod ponderauit. Machar hom. 44. sic dicens: *Sicut qui sunt in naui, non aluntur, nec potum de mari sumunt, sed aliunde, portant ad nauem; sic Christianorum, animæ à cœlo cibum summunt, non à mundo, nõ enim mare est adiunctum, & potum sed duntaxat ad transitum; ad viuendum aquæ manantes sunt in fontibus ex quibus auriunt aquam, vt vibant parimodo terrænæ diuitiæ esse debent ad trãsitum: quia cœlestia prouictu, & potu nobis parata sunt.* Aiebat Sponta Canticorum, cap. 3. *Surgam, & circuibo ciuitatem.* Vbi, nota quod dicit, *circuibo*, non dicit, *quiescam.* Audi Psalmistam dicentem: *Circundate Sion, & complectimini eam.* Vbi distinctio, locutionis in promptu est, ait ibi, sponsa. *circuibo*, & Psalmista, *circundate Sion, & amplectimini eã.* Qui complectitur, amplexumdat, qui vero circuit, non quiescit, Sponsa dilecta ab spiritu Sancto ciuitatem mundanam solum circuit, cito transit, læuiter inspicit, quando autem de Santa Sion loquitur, eam amplexatur, in ea quiescit, ratio, in promptu est; quia cœlestia dantur, vt amplectantur, mundana vero; vt cito transeamus per illa. Huc spectat, quod aiebat Abbas Gilabertus, ser. 4. in Cantica, vbi dicit: *Nulla quæ creata sunt, in conditionij suæ statu, infinita sunt ea, ideo mens, quæ circuit, vniuersa vertrãsit, solus ille requies est amanti, & refectio; qui finis est omnium; salutis, qui per mundi alia bona, aliud cupit facere quam transitum; nulla ibi refectio; sed hæc ex Deo, eiusque bonis petenda est.* Et Psal. 22. *Dominus regit me, & nichil mihi deerit in loco pasquæ, ibi me collocauit, super aquam refectionis educauit me.* Notanter dixit: *Super aquam refectionis.* Quia est alia aqua quæ non reficit, sed quæ inficit, quæ ducit ad mortem, quæ dat benenũ, quæ benenosa est, qua propter qui nauigant post Iesum per hanc mundi aquam trasseunt, non tamen ex ea vibere audent: quia meliorem, & dulciorem habẽt de qua inquit Chrysostomus: *Magna ista refectionis aqua est, & alia aqua quæ nõ est refectionis, sed consumptionis.*

Machar. *Cant. 3.* *Psal. 47.* *Gilabertus* *Psal. 22.* *Chrysost.*

Audiamus modo Ieremiam, cap. 20. dicentem: *Foderunt sibi laqueos detritos, aquam mendacem.* Distinguant ergo Christiani, inter aquas istas, & cognoscent, ex quibus potum sumant, solum quidem potus summendus est, de fontibus Saluatoris, in quibus vera reperitur refectio, animarum, quod videns, Esai. cap. 26. dixit: *Vrbs fortitudinis nostræ, Saluator ponetur in ea, murus, & ante murale.* Vbi loquitur de ciuitate cœlesti, ad quam tendimus, & pro qua viriliter decertamus, & cur Saluator gonitur murus, & ante murale illius ciuitatis? Quia Saluator nobis inde ostẽdit tot mysteria futuri sæculi, tot fontes dulcedinum, vt illis refecti, & satiati; nullis mũdi cupiditatibus vincamur, legite Originem hom. 4. in Cantica, vbi ait: *Per id, ostenditur: quia euocans Sermo Dei animam à corporalibus negotijs docere eam de futuri sæculi mysteriijs cupit vt spe futurorum munita in nullo possit illecebris vinci.* Huc spectat, illud Esai. 24. dicentis: *Et erit in die illa, visitauit Dominus super militiam cœli, in excelso, & super Reges terræ qui sunt super terrã; non quod Rex terræ sis, sed quod sis, super terram. Hoc est quod terrenis procumbas iræ Diuinæ ob noxius eris, parce ergo terrenis, & cœlestibus viue; quisquis non iudicẽ sed Saluatorem Deum cupis suscipere. Hæc ille.*

127.

Esai. 26. *Origen.* *Esai. 24.*

Quibus addo, antiquorum fabulam, præsertim ex Vincentio Cartario, & natali comite; capite de imaginibus Deorum c de Iuno pro Dea, diuitiarum, sic: *Non solus, Pluto erat Deus diuitiarum, sed etiam Iuno quibus diuites super aras, offerre consueuerant, sed Iuno Physicæ loquendo significat aerem; in Iuno enim aer adumbratur, vnde sicut Iupiter erat Deus ignis: Iuno erat Dea aeris. Sed quid est quod Dea erat diuitiarum, & aerem*

128.

Cartarius.

signi-

significet? Nisi quod omnes diuitiæ sæculi sunt fictæ, & apparentes, & solum sunt aer. Vt omnes intelligant non esse ponendum cor in rebus mundanis.

Ex quo facile colliges quam vtilis sit Eleæmosyna, pro quo sit.

§. VI.

Quam vtilis, & laudabilis sit Eleæmosina; in qua despectus diuitiarum: in qua amor Dei dignoscitur.

129. *Pierius poniti effigiē Eleæmosinæ notandam.*

EXordiamur ab effigiæ Eleæmosynæ, hanc eleganter tradit Pierius Valerianus, lib. 1 in suis Herolificis: *Cui titulus Eleæmosinæ, seu dantis, & accipientis est. Iste tres charitates tunc incipit, sic tres charitates sorores fuisse traduntur; pingebantur autem iuuenes Virgines, ridentes, manibus implexis soluta, ac per lucida veste, quarum natu maxima, Hæsiodo Authore, ægle, vocatur; media Euphrosyne, tertia Talya.* Quid autem hæc omnia significarent Pulchre docet Seneca, lib. 1. de benefitijs, in hunc modum: *Quare* (inquit) *tres gratiæ, & quare sorores sint, & quare manibus implexis, quare ridentes, quare iuuenes, & quare Virgines; soluta, ac per lucida veste? Alij, quidem videri volunt. Vnam esse quædet benefitium alteram, quæ accipiat; tertiam, quæ reddat. Alij tria beneficiorum genera promerentium, redentium simul & accipientium: sed vtrum libet ex istis iudicaverunt. Quid ista nos iuuat scientia? Quid ille conserti manibus in se redeuntium chorus? Ab hoc; quia ordo beneficijs, per manum transeuntis nichilominus ad dātem reuertitur, & totius speciem perdit, si vsquam interruptus est pulcherrimus sico hæsit, & vices seruauit. Ideò ridentes: quia promerentium vultus, hilares sunt; quales solent esse quidant. & qui accipiūt beneficia. Iuuenes; quia non debet beneficiorum memoria senescere Virgines, quia incorrupta sunt, & sincera, & omnibus sancta, in quibus nichil esse alligati decet, nec adstricti. Solutis itaque tunicis, vtuntur per lucidis autem: quia beneficia conspici volunt.* Hæc Seneca.

Hæsiodus.

Seneca.

130. Nos autem etiam illud minime silentio prætereundum putamus, quod, vna faciem auertere, & occultare fingitur, vt indicet eum qui munus dat, id clam facere debere iuxta seruatoris dictum: *Cum facis Eleæmosynam nolli tuba canere ante te, & alio in loco; nesciat sinistra tua, quid facit dextera tua, Matth. 5. Altera charitas faciem appertam ostentat: quia eius qui beneficium accipit, est id ostentare, & publicare. Tertia partem faciei ostendit, & partem occultat: significans beneficij retributionem celandam esse: ostentandumque ipsum benefitium.* Hucvsque Valerianus. Pulchra profecto, dandi, & accipiendi Imago, & Eleæmosinæ pulcherrima corona: cum ille quidat ipsa coronetur datione: tum in hoc sæculo: tum in futuro; in hoc sæculo coronatur, Regia corona, & Deum habet præconem, & præmium.

Matth. 5.

131. Ego noui quendam miserrimum hominculum, qui cum recepisset stando in extrema fere necessitate, beneficia multa à quodam compatriota, forsitam de suo sanguine, cum aliquando qui dederat necessitate oppressus ad eum, iam aliquo modo abundantem accessisset, beneficiorum oblitus, non solum, non subuenit, dauri sed probrijs, & verbis terribilibus eiecit eum. Sed beneficium negando, maiora in tullit illi approbria in quō summa illius dementia cognita fuit. Summa ingratitudo in eo elatione superbiæ adiuncta visa est. Nam quæ disquiro ingratitudo maior, quam illa quæ benefitium negat? Et quidem benefitium, seu debitum non soluere potest quandoque esse signū necessitatis, & impotentiæ. Tamen benefitium negare, summa est ingratitudo, & existimo, inter alios esse præcipum effectum reprobationis: quod narraui, michi peccatori accidit scit Deus, me multa bona pro posse meo, cuidam propinquo cōtulisse, sed negata irrisione, me vidisse testor egrè tuli, si tamen sustuli mirabundus. Coronatur itaque Eleæmosynæ virtus. Et coronatur qui cum paupere, & egeno facit misericordiam. Non tacebo illud quod satis pulchræ de Diuinitate Eleæmosynæ, & de eius potentia dicit, sermone 8. S. Pater P. Chrysologus, qui præponendo misericordiam ieiunio, sic prorumpit: *Gubernator prudens, à littore cum nauim soluit, cum mare transiturus intrat fluctus, domus, Patriæ, coniugis, pignorum, curas deponit. Et ita totus mente, corpore, sensu, nautricis laboribus occupatur: vt & fluctuum possit superare discrimina & statione lucro si portus pericula victor intrare. Sic nos fratres ingressi, inter abstinentiæ, ieiunij pelagus, quadragesimæ viam, nauigium corporis nostri soluamus à litore mandato: sæcularis patriæ renuntiemus curis, in crucis arbore, tota mentis vella tendamus,*

Ingratitudinis effigies.

Author de se loquitur.

132.

Chrysolog.

mus, virtutum similibus, sapientiæ remis, gubernaculis disciplinæ, nauigij nostri muniamus incessum, & subducti terris, speculemur cœlum, vt ducatum signorum cœlestium liquidos calles latentis vitæ in offensum transeuntes tenere possimus; ac si gubernante Christo, flante Spiritu Sancto. Euictis voluptatum spumis, superatis vitiorum fluctibus, de cursis criminum procellis, transuectis scopulis peccatorij, atque omnium delictorum naufragijs euitatis, paschæ portum, lucrum vitæ, gaudia resurrectionis intremus. Verum quia per campos nudos per falsos hortices, per incertas solitudines ituri summus viam nobis tota est. Esca, & potus portanda substantia; imponamus abundantem misericordiam, nostræ sit archiæ pro futura fratres. Esurit ieiunium, ieiunium sitit, 133. quod non pietatis cibo pascitur, quod potu misericordiæ non rigatur. Aget ieiunium, ieiunium deficit; quod non Eleemosynæ vellus tegit. Quod non miserationis opperit vestimentum. Fratres, quod est terris ver hoc misericordiam scimus esse ieiunio; sicut verni flatus tota facit germina florere corporum: ita misericordia, tota ieiunij germina producit in florem, in cælestem messem, totam ieiunij facit fructificare virtutem; quod oleum lucernæ est hoc ieiunio pietas, sicut lucernæ lumen olei pinguedo succendit, & moderato pastu, facit illud ad totius noctis solatium lucere: sic pietas facit splendere ieiunium, & ad totam radiare continentiæ claritatem. Quod diei, Sol, est, hoc Eleemosyna noscitur esse ieiunio. Sicut iubar Solis, clariorem perficit diem, & totam nubium dispergit obscuritatem, sic Eleemosyna, ieiunij sanctificat sanctitatem totamque cupiditatis mortem lumine excludit; ac ne multis immorer, quod est anima corpori ieiunij largitas hoc habetur. Sicut enim mortificatur corpus, è corpore anima cum redit, ita mors est ieiunij, largitatis obsessus. Est quidem ieiunium, vitiorum mors, vita virtutum; est ieiunium, pax corporis, membrorum decus, Ornamentum vitæ; est ieiunium, robur mentium vigor animarum est ieiunium castitatis murus, pudicitiæ propugnaculum; ciuitas quietis; est ieiunium scala meritorum; magisterij magisterium; disciplinarum disciplina: est ieiunium Ecclesiasticæ vitæ, & militiæ principatus. Sed in his omnibus ieiunium tunc vigebit, tunc vincit, tunc triumphat, cum duce misericordia pugnat, misericordia, & pietas, ieiunij sunt alæ per quas tollitur, & portatur ad cœlum, sine quibus tacet, & volatur in terra. Ieiunium sine misericordia, simulachrum famis est, Imago nulla est sanctitatis. Sine pietate ieiunium Psalm. 14. Matth. 5. cessatio est abstinentiæ non est propositum parcitatis: quia parcitas ista, quamtum siccatur in corpore; tantum esoit in sæculo. Ieiunium sine misericordia, non est veritas, probante Propheta cum dicit. Misericordia, & veritas, obuiauerunt sibi ieiunium, sine misericordia non est virtus, sed Hypocrisis: dicente Domino vos autem cum ieiunatis, nolite fieri sicut Hypocritæ tristes ex terminant enim facies suas, vt videantur ab hominibus ieiunantes. Quinon ieiunat pauperi, Deo fingit; qui ieiunat prandium suum, non erogat, sed deponit, cupiditate probatur ieiunare: nō Christo ieiunantes ergo fratres prandium nostrum reponamus in manu pauperis, vt seruet nobis manus pauperis, quod venter nobis fuerat proditurus. Manus pauperis Abrahæ sinus est: vbi quid quid pauper acceperit, mox reponit. Thesaurus cœli est manus pauperis: quod suscipit ne in terra pereat, reponit in cœlum. Thesaurizate inquit, thesauros in cœlo. Manus pauperis est gazofilatium Matth. 5. Christi: quia quidquid Christus; acceptat ille. Da ergo homo pauperi terram, vt accipias cœlum. Da numum vt accipias Regnum. Da micam, vt accipias totum. Da pauperi, vt tibi des tibi: quia, quidquid pauperi dederis; tu habebis; quod pauperi non dederis; habebit alter. Clamat Deus; misericordiam volo. Qui quod vult Deus; Deo denegat, sibi quod desiderat vult negari. Misericordiam vollo homo petit Deus; sed tibi, non sibi misericordiam vollo; humanam misericordiam petit, vt largiatur Diuinam est in cœlis misericordia; ad quam per terrenas misericordias peruenitur. Domine inquit in cœlo misericordia tua dicturus causam iniuditio Dei pātronam tibi misericordiam per quam liberari possit à summæ; qui de patrocinio misericordiæ certus est, de vento sit securus, de absolutione non dubitet. Misericordia non solum causam præuenit, anticipat cognitorem, sed etiam sententiam reuocat, absoluit addictos. Quod Ninibitæ probant. Ioann. cap. 3. Quos Ioann. 3. idem sententiæ subiectos; pæne traditos ad victimam stantes, morti deditos, misericordia sic rapuit, sic tenuit sic præuenit, vt maluerit Deus deduci sententiam, ne misericordiæ, quid negaret Stabat quidē, & tunc pro causa ieiunium, aspergebat cineres; sternebat cilitium; debat gemi-

tus;

tus, fundebat lacrymas, & quod non poterat excusare verbis, luctibus temperabat. Sed non voluit mutare sententiam, nisi perorans misericordia subueniisset.

2. Reg. 11. 2. Regum cap. 11. *Misericordia, & peccatores liberat, & restituit sanctos; quia nisi affluisset misericordia, & Dauid cum adulterat, à miserat Prophetiã. Et Petrus cum negat, Apostolici Ordinis perdiderat principatum. Et Paulus cum blasfemat, remanserat persequutor:*

Ad Titum. *fatetur hac Paulus, cum dicit.* 2. Titum, cap. 1. *Qui primus blasfemus fuit, & persequutor, & iniuriosus: sed misericordiam consecutus sum. Fratres per misericordias pauperum, misericordiam paremus: vt possimus esse de pœna liberi. De salute securi. Beati inquit misericordes; quia ipsi misericordiam consequentur.* Matth.

Matth. 5. cap. 5. *Gratis misericordiam sperat ibi, qui hic confecerit misericordiam; qui facit misericordiam currit ad præmium, qui non facit misericordiam, decurrit ad pœnam.* Hucvsque Diu. Petrus Chrysologus.

134. Quibus satis explanat misericordiæ erga pauperes magnitudinem, & excelentiam. Vnde si tot tantaque de ieiunio dicuntur, & misericordia præfertur ieiunio, quidquid illi accommodatur, multo melius, misericordiæ dabitur. Vbi noto verbum illud. *Quod est sicut anima respectu corporis, ipsa respectu ieiunij.* Et illud: *Quod reddit Principatum.* Quasi dicat, misericordia facit Reges coronat virtutes.

Nunc ergo videamus, qualiter Eleæmosyna, Reges facit, nõ quidem sine causa Dominus Iesus vocat Eleæmosynam thesaurum, dum inquit: *Thesauricate vobis, thesauros.* Quia in Eleæmosyna multa bona sunt. Primo quidem Reges facit, & Sacerdotes. Octauo prouerbiorum dicitur: *Per me Reges regnant.* Hoc Eleæmosyna præstat. Ruth. cap. 20. dicitur. Quod quando Booz. Vidit Ruth. dicit Sacer textus: *Quod incæpit eam multoties benedicere, & interrogauit ei. Vtrum illam cognosceret an non? Respondit, quod sic nuntiata sunt michi omnia quæ feceris socrui tuæ, post mortem viri tui, & nosco te. Ex operibus bonis factis Noemi, post mortem filij, & viri eius.* Vnde in

Eleæmosyna facit Reges, & Sacerdotes. Prou. 8. Ruth. 20.

Chaldeus. paraphraste Chaldæo, dicitur: *Per Prophetiam nuntiatum est michi fore, vt proueniant ex te Reges, & Prophetæ propter bonitatem, qua à fuisti erga socrum tuã, quam marito tuo de mortuo aluisti.* Itaq; Reges, & Patriarchæ, & Prophetæ, qui fuerunt in populo Dei, de stirpe Dauid, descendunt quasi ex domo solari, ex Eleemosyna, & pietate: quia Eleæmosyna, & pietas liberalis Ruth illos genuit, illos fabricauit, vere dicat pietas, & Eleæmosyna, etiam vere dicat: *Per me Reges regnant.*

Nõ tacebo, quod etiam dicit Chrysologus, ad illa verba. Matth. 12. *Esuribi, & dedisti michi manducare, &c.* Subdit in Regno cœlorum omnibus Angelis, in conuentu resurgentium. Quod Abel passus sit quod mundum confecerauit Noe, quod Abrahãm fidẽ seruabit; quod Moyses legem tulit, quod Petrus Crucem Iesu, primus ascendit Deus tacet; & clamat, & dicit solũ quod pauper, Comedit. dicens: *Esuribi, & dedisti michi manducare.* Qui enim misericors est, misericordia dignus est: Pondero, quod ad Regnãdum vocati sunt misericordes; quibus dicitur: *Percipite Regnum.*

135. Matt. 12. Chrysolog. Matt. 25.

Huc expectat, quod Eusebius Emissenus, dicit, de laudibus Eleemosinę inquiens: *Conclude Eleæmosynam in sinu pauperis, & ipsa exorabit pro te. Orationibus autem, & Eleæmosynis, purgantur peccata, per vtramque ergo rem; sed maxime per Eleæmosynam Dei misericordia requirenda est. Opportet itaque, vt sibi, res vtraque consentiat. Illa rogat, silicet, Oratio; hæc imperat, silicet; Eleæmosyna illa quodam modo iudicis audientiã deprecatur; hæc gratiam promeretur: illa prodit desiderium; hæc desiderij reddit effectum. Illa supplicat, sed supplicantem ista commendat.* Hæc ille, vbi vides, Imperium donatum Eleæmosynæ, quippe, quæ Reges facit Imperium habere, quis dubitauit?

Eusebius.

Casiodorus, singulariter notabit, qualiter Reges à Deo vngebantur: *Omnium, enim, inquit, misereri debes cum possis omnia, nempè hoc ipsum misereri propriũ est Principatus, cogita quod mundus, per misericordiam constitutus sit, & imitare Dominum. Et subdit facile posset Deus neminem facere pauperem, sed ita beneficentiæ ansam addimeret, nec amplius vellet aliquis eondo ere nunc vero alij aliorum gratia, vel diuites, vel egeni sunt, vt locus, & materia beneficentiæ suppetat.* Sicut nec Reges omnes esse voluit Deus, vult tamen misericordes regnare. Vnde eleganter Obidius: *Regia crede mihi res est succurrere lapsis.*

136. Casiodorus

Obidius.

Itaque de huius virtutis commendatione in faciendo Reges multa habentur in Sacris litteris, præsertim Ecclesiastici, cap. 4.

137. Eccles. 4.

cap. 4 inter quæ illud maxime notandum est, quod ait: *Iniudicando, esto pupillis misericors, vt pater, & pro viro, matri eorum, & eris tu, velut filius altissimi, &* Psalm. 67. *miser ebitur tui, magis quam mater.* Sed cur erit veluti filius altissimi? R. quia ipse in Scripturis: *Pater Orphanorum,* dicitur, *& Iudex viduarum.* Rursus vnde habet esse Patrem? Et Patrem Aphanorum? Profecto, ex quo factus est Rex, nã cum nudus esset, & spoliatus super cuius vestes miserunt sortem, statim coronam Matt. 26. Regiam, posuerunt super caput eius. Luc. 23. Matth 26. *Iesus Rex Iudæorum.* Secunde Pater? R. quia Rex: *Quia bonus Princeps nil differt à bono patre.* Ita Ienophõ. Ienophont. Sed vnde: *Iudex viduarum?* R. ex quo egenus propter nos factus est, exinde factus est Rex, & ex quo Rex, exinde Iudex pupillorũ, & viduarum. Ergo vere Eleæmosyna Reges facit, quorum Regiam liberalitatem ostendit, qui vero auarus est vilem ostentat sanguinem, vile genus, ignobilem prosapiam, estote ergo dilecti liberales, vt fitis Reges: *Estote misericordes,* vt habeatis in Deo misericordiam, & Regnum.

§. VII.

Quod Eleæmosyna facit quodammodo Sacerdotes.

138. SAcerdotes antiquitus vngebantur Oleo, vt & Sacerdotium à misericordia inchoaret, & existimo ad hoc factum esse 2. Reg. c. 6. fecisse Salomon ingressu Oraculi: *Hostiola de lignis olibarum.* Sed nunquid pulchrius de lignis Sethim? Nunquid de lignis cædrorum. Quam olibarum? Siquidem magnum, & per magnificum erat ædificium? Voluit ne hac ratione insinuare Spiritus Sanctus additum adorationis officium Sacerdotis ingressum ad Sanctasanctorum; esse opera misericordiæ? Deum enim in Oratione misericordem experti sunt, contra vero, de nõ misericordibus dicitur; qui obturat aures suas, ne audiat pauperem, ipse clamabit; & non exaudietur, non vult Deus quemquam inconspectu suo vacuum apparere: Vnde cum Sacerdotes ad conspectum Dei accedant, si possunt Eleæmosynas porrigant pauperibus, ne vacui appareant in conspectu altissimi.

139. Existimo enim quod Dominus Iesus Christus, quando in extrema illa cæna Discipulis. & in illis omnibus nobis dixit: *Accipite, & commedite: hoc est* Matt. 26. *corpus meum, quod pro vobis tradetur.* Perrinde est atque dixisset: hucvsque peruenit charitas mea erga vos: vt quoniam sine corporis mei cibo; nec Sacerdotium meum, nec salus, & vita vestra constare poterat, ipsum vobis, & corpus, & sanguinem, in extremo vitæ pabulum tradiderim ego Sacerdos; nunc contra vos expendite, quid vicissim michi, pro tanto munere præstare debeatis: quantus ergo pudor est, nec frustrum quidem panis pauperi Christo qui in membris suis esurit, velle porrigere. O Sacerdos qui proto alendo se ipsum dedit Sacerdos ipse magnus! Sacerdotes voco Eleæmosynarios, non miteris: quia quodam modo Sacerdotes facit Eleæmosyna.

Perpendite verba Chrysostomi, hom. 48. Matth. vbi cum loqueretur de his qui panem dant pauperi famelico. Et potum aquæ frigidæ litienti; sic prosequitur: *Considera cui potum præbes, & per horrescas; cogita, quia Sacerdos Christi tu fias, cum propria manu offeras, non carnem sed panem non sanguinem, sed aquæ frigidæ calicem.* Quasi dicat timeat omnis homo quod tam humili prætio, qualiter est potus aquæ frigidæ, & bucella panis; ad tantam quasi Sacerdotalem dignitatem ascendat: quia sicut subaccidentibus panis, & vini, verum corpus, verusque Christi sanguis porrigitur. Sic sub substantia panis exigua, & aquæ potu frigidæ, datur etiam Regnum Diuinæ Maiestatis, ipsaque participata Diuinitus si gratia pro dispositione recipientis datur, quæ participatio est naturæ Diuinæ. 140. Chrysost.

Rursus sicut proprium est Sacerdotis à peccatis absoluere, & peccata mundare, & abluere. Sic suo modo Eleæmosyna à peccatis mundat, & quasi absoluit. Luc. cap. 11. dicit Iesus: *Date Eleæmosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.* Et Ambrosius sermon 2. In Ecclesiasticum inquit, præferens liberalitatem Eleæmosynæ, ad Baptismum: *Salua fide, dixerim, aliquomodo indulgentior est, Eleæmosyna, quam labacrum: labacrum enim semel datur, & semel veniam pollicetur: Eleæmosyna autem quotiens feceris, totiens veniam promereris.* Hucvsque Ambrosius, ratio, quia cum non sit iterabile illud Sacramentum, Eleæmosyna autem iterabilis est. Nam quotiens fæceris; totiens veniam promereris. Videtur, excessum quodam modo habere, vt dicere possimus tanta est Eleæmosynæ virtus, quod quasi Sol, lucet inter cæteras virtutes, quid mirum si faciat Reges. Si induat Sacerdotes? 141. Luc. 11. Ambros.

Rur-

142. Chrysolog. Rursus Eleæmosyna Deum habet præconem, nam in die iuditij, non fiet mentio (ait Chrysologus) sermon. 14. de alijs sanctorum virtutibus; nisi de Eleæmosyna. Eius verba ita sunt: *Quod Abel passus sit, quod seruauit mundum Noe: quod Abraham fidem suscepit: quod Moyses legem tullit: quod Petrus crucem resuppinus ascendit: Deus tacet, & hoc clamat solum; quod commedit pauper. In cœlo prima est esurientis annona; prima stipendia pauperis, prima Diuinis scribitur in diurnis.* Hæc ille, vbi vides pro Eleæmosyna Deum ipsum præconem, vbi maxime pondera, verbum illud: *Prima stipendia pauperis tractantur in cœlo.* Chrysostomus sermon. 15. in cap. 8. epist. ad Romanos, loquendo ad misericordes, sic ait; Dominus te, ô homo, qui feciſti misericordiam cum paupere coram totius Orbis theatro deprædicabo; cunctisque audientibus nutritorem meum ostendam, cum dicam: *Quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.* Matth. 25.

Chrysost. Matt. 25.

§. VIII.

Qualiter triumphat, qui vtitur misericordia cum paupere: & quod est similis Deo, qui misericors est.

143. Drogon. LAudo cuiusdam Authoris ingenium de hoc puncto loquentis, qui dicit; quicunque triumphis Christi Domini inter esse cupis, eiusque de principibus tenebrarum triumphare victorijs operibus misericordiæ incumbe. Tunc enim in Christo triumphas, quando indigentibus subuenis. Huc spectat quod Drogon hostiensis, dicit lib. de Sacramento Passionis, in triumpho Ierosolimitano: *Sterne* (inquit) *inuia ramos olibarum, & opera misericordiæ pædibus accommoda, accipe frondes palmarum, vt triumphes de principibus tenebrarum: nichil in te resideat quod in occursum Iesu non procedat; quia nec vngula in Ægypto Pharaoni relinquenda est.* Etenim cum nulla arbor Palestinis, & Ierosolymitanis frequentior esset, quam oliba, & palma; credibile satis est, ab olibis, & palmis, excissos ramos ab eis, qui Christi Domini triumphum celebrabant. Vnde recte Drogon; Christianorum triumphum, exornat olibis, & palmis; adeo vt sprætis olibis; nimirum misericordiæ opperibus; nullam Deo putet placituram victoriam: *Sterne*, ait, *olibarum ramos, oppera misericordiæ accipe frondes palmarum, vt triumphes de principibus tenebrarum, spreta oliba, palma summenda non est, nec Eleæmosyna abiecta, decantanda victoria.*

144. Cant. 5. Victoriosas Diuinæ Sponsæ cogitationes, vt Sponsus celebraret. Cant. 5. ait: *Comæ capitis eius sicut elatæ palmarum, nigræ sicut corbus.* Ecce totam palmatam mentem, ecce animam, quæ victricibus opperibus placeat Domino. Sed quid sibi vult illa palmati crinis commendatio: *Nigræ quasi corbus?* Paulinus epistol. 4. R. *Bonus iste corbus, nec ille ad arcam reuertendi immemor, sed ille pascendi Prophetæ memor. Sane famelicam hæliam; quotidie corbus pascebat: quo opprobrio pascendi famelicos commendantur victrices Christianorum mentes.* Nulla palma nobis erit, quæ repulsa oliba veniat. Nulla victoria, quæ pascentis corbi studium emulari contemnat. Id quod in omnium virtutum, & victoriarum seminario de ieiunio ponderat. Chrysologus sermone 8. à nobis relato, ait enim. *Est ieiunium castitatis murus, pudicitiæ propugnaculum, ciuitas sanctitatis, est ieiunium inuictus Christianæ militiæ Principatus. Sed in his virtutibus, ieiunium tunc viget, tunc vincit, tunc triumphat, cum duce misericordia pugnat.* Hæc ille.

Paulinus. Nota. Chrysolog.

145. Chrysolog. Matt. 25. Nullum habet virtus aliqua triumphū, sine misericordia, hæc splendet in triumphis, ipsaque sola triumphare semper valet, nam ex eodem Chrysologo, supra dedimus: hanc in cœlis virtutem supra modum coronari: *Quia dedisti mihi manducare.* Sed quid mirabor, si audierim Cyrilum Ierosolymitanum, Cathequesi 3. dicentem: *Cornelius erat vir iustus: & Angelorum visione dignus habitus, cum tanquam columnam vellicam in cœlo, coram Deo suas Orationes, & Eleæmosynas constituisset,* vt intelligas nullum triumphum spreta misericordia venire.

Cyrilus.

146. P. Dam. Et proposita misericordiæ corona; quod Reges facit. Audi celebrem sententiam Petri Damiani, sermon. de S. Bonifacio, vbi ex tollens misericordiam, sic inquit: *Perpendite, quanta Imperatricis misericordiæ sit Maiestas, non ne hæc videtur velut præpotens regina inter cæteras eminere virtutes: quæ nimirum de communi plebe homines, alium ad Prophetiæ prouehit gratiam; alios Martyrio coronat. Illi dat, vt Ecclesiam Christi cœlestis oraculi dapibus pascat, isti præbet, vt ad supernæ gloriæ nuptiale conuiuium post victoriæ palmam, fœliciter epulaturus accedat.* Hæc ille, & qui dubitat nullam palmam sine oliua?

147. Et superadde dum est, tunc veram militum Christi victoriam cognoscendam, quando inductum misericordiam in paupere inuenerimus quem prius, nam si in homine aliquid cæleste, & Diuinum adsit. Id minus non erit, quam præsente inuictrice misericordia. Non tacebo illud, quod Amos cap. 7. vt 70. legunt dicitur: *Ecce vir stabat super murum adamantinum.* Amos 7. Hieronym. Nimirum, vt explicat Hieronymus: *Dominus stabat super Apostolos, quibus donauit vt ipsi adamantini muri essent, vt à nullo possent superari, sed dicerent certus sum, quia nec mors, nec vita, nec Angeli, nec Principatus, nec instantia, nec futura, nec fortitudo, nec altitudo, nec profundum, nec creatura alia, poterit nos separare à Charitate Dei, quæ est in Christo Iesu, Domino nostro.* Et quidem non otiose puto dictum, quod ex Dei in se præsentia dicantur Apostoli adamantes, quando adamas, ad omnia à diuersa durissimus, & indomabilis prorsus, solo hircorum sanguine, seu cruore dissoluitur, & contritum esse videtur. Fieri enim nequit, quod qui Deo impletur inter insuperabiles vires, non etiam hanc recipiat adamantis fortitudinem, quæ prorsus ad sanguinem miserabilium tenera sit.

148. Ecce Paulum Deo plenum, inexpugnabilem factum: qui Actorum, cap. 21. Actor. 21. sic à Ioquitur, *Quid facitis flentes, ac cõterentes cor meum;* vix fletum, vix orbitatem suorum potest videre, & iam molescit, iam conteritur Adamas ille, vbi Chrysost. Chrysostom. hom. 14. in epist. ad Colossenses, ait: *Cum videret quorundam lacrymas, ita perfrangebatur, & conterebatur adamas ille, vt animi ad fectionem, non absconderet; sed mox diceret; quid facitis flentes, & conterentes cor meum? Quid dicis, dicque so, adamantinum animum, lacryma conterere potest? Etiam inquit, nam omnibus resisto, vna demptа dilectione; illa me vincit, ac superat, hoc Deo ita probatur. Abyssus aquarum illum non contriuisset, & modica lacryma contriuit.* Hæc ille. Sic illi, qui Deo placent, conteruntur sanguine, & lacrymis miserabilium pauperum. Vnde si misericordia pulsaris, ad possessionem Regni prouocaris.

146. Huc spectat hystoria Ioseph, vbi fratres videmus ipsius crimine conductos regnante ipso, & coram illo. O qualis tũc eorũ facies! Qualis pabor! Quãtus dolor! Verum adamas ille pudicitiæ inter hæc mira quadam animi teneritudine, & compassione affectus, sic ait, Genesis, cap. 50. Gen. 50.

Nolite timere, num Dei possumus resistere voluntati. Quæ verba ad hoc propositum legit Chrysostomo, dicit enim: *Ne timeatis, Dei enim sum ego.* Perpendamus modo vnde miseri fratres iubentur deponere metum? Et veniam vnde? vnde clementiam sperare ab offenso iudice? Nimirum ex eo quod ait: *Dei enim sum ego.* Quasi dicat, qui ad Deum expectat, non potest, non tangi misericordiæ, non potest, non esse clemens, & misericors. Chrysost.

150. Ad Cõlossenses, cap. 3. monebat Paulus: *Induite vos ergo sicut electi Dei, sancti, & dilecti viscera misericordiæ.* Hæc sit vestis, hic habitus eorum qui ad Deum expectant: nimirum viscera misericordiæ sed ponderandũ est, illud verbũ, *induite vos*, quippe nubes ille gladius, qui nobilitat, & designat strenuos, diuitiacõ bi Æquites, non tam induitur ipse, quam pro honoris indumento incerta parte assuitur, & accõmodatur, ita vt facile possit opperiri indumento. Non sic apponendum insigne eorum, qui ad Dei spectant militiam, non enim dicit, circa pectus ponite viscera misericordiæ; sed induite vos illa, vos vndique cingant, vt quoquo versus pulsentur, appareant cõspicua stemata in affectu miserationis, & suauitatis, quon non contemnendis verbis, explicauit Anselmus inquiens: Anselm. *Internum affectum misericordiæ, circumdate vobis inoppere, vt internus affectus piæ commiserationis, quem erga proximos habueritis vndique appareat inoppe ribus vestris vndique vos ornet, vestis quippe qua induimur, ab omni parte nos tegit. Ita & vos ab omni parte circumtegi debetis visceribus misericordiæ, vt in cunctis actibus vestris fulgeant.* Hæc ille. Colloss. 3.

151. Non sustinet Deus suos æquites, circa pectus solum habere stecma Diuinæ militiæ nimirum viscera misericordiæ, sed ea vndique esse effusa, à capite, vsque ad talos, immõ vsque ad terram ipsam; vt non possit, non vel à longe tangi sensu miserabilium. Huc spectabat illa miserationis Ieremiæ exageratio. Trenorum, c. 2. *Defecerunt præ lacrymis oculi mei, conturbata sunt viscera mea, effusum est in terra iecur meum, super contritione filia populi mei.* Iecur nominat velut præcipuam viscerum partem, & sedem miserationis, & amoris; vt optime notauit Cornelius à lapide. Trenor. 2. Cornelius.

152. Sed qualis illa exageratio compassionis est, quod iecur sit effusum in terram? Nimirum quod in ruina populi, ea indue-

tit

rit misericordiæ viscera; quæ non solum vsque ad talos peruenerint, sed instar Regis amictus, & gloriosæ vestis, per terram etiam diffluetet. Quod clare insinuat Arabicus Alexandrinus, dicens: *dolore affecerunt me viscera mea præ multitudine fletus, cæcidit honor meus super terram, præ dolore super ciuitate.* Et Arabicus, Antioquenus adhuc clarius: *Conuoluta sunt viscera eius in ventre ipsius, & coagulatum est cor eius: quia honor eius, reuolutus est super terram.* Sane honore ducitur bestis in terram vsque diffusa, sed quæ inde non parum affatiat hominem; dum per nimiam frequentiam nequeat non tangi, & pessum dari à pluribus.

Arabicus, Antioquenus

153. Sic Hæremias indutus miseratione, cã vt honoris vestem, vsque ad terram extendens, in tanta multitudine miserandorum, non poterat, non tangi; immò affectibus miserationis pessim dari. Sic quisquis sub militia Dei conscribitur, ea miserationis viscera induat, quæ vsque ad terram producta, non possit, non tangi clamoribus miserabilium. Legite illud quod dicitur Psalm. 132. vbi extollendo beneficentiam erga paupéres, sic legitur: *Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron, quod descendit in oram vestimenti eius* Vt intelligas miserationem esse coronam; quia super caput vnguentum miserationis, & esse vestimenti mentum, quo totum corpus tegatur. *Psal. 132.*

Recte ergo Tertulianus dixit amicos esse fabricandos per misericordiam, nam sicut bestis totum tegit hominem, & ab impietate temporis defendit. Sic amicus pauper Eleæmosynis fabricatus, est domus Regia, qua defendimur abincursibus inimicorum spiritalium, & defendit ab ira iudicis irati, quem paceatum redit, multa alia apud Authores de laudibus Eleæmosynæ reperies. Sed consulto prætermitto, & ad illos scrutandos Lectorem sapientissimum remitto.

CAPVT OCTAVVM.

DOCET PATIENTIA INIVRIAS perferre.

PROSEQVITVR AVTHOR.

DISCVRSVS VIGESIMVSTERTIVS textus est.

154. Ipsam animam, ipsumque corpus sæculo isto expositum omnibus ad iniuriam gerimus, eiusque iniuræ patientiam subimus: minorum deliberatione ledemur? Absit à seruo Christi tale inquinamentum, vt patientia maioribus tentationibus præparata infribolis excidat. Si manu quis tentauerit prouocare, præsto est Dominica monela, verberanti te, inquit in faciem, etiam alteram genam obuerte, fatigetur improbitas patiẽtia tua, 155. qui vis ictus ille sit dolore, & contumelia constrictus, grauius à domino vapulat; plus improbum illum cædis sustinendo. Ab eo enim vapulauit, cuius gratia sustines. Si linguæ maritudo maledicto, siue conuicio eruperit, res-

respice dictum: cum vos maledixerint gaudete. Dominus ipse maledictus in lege est; & tamen solus est benedictus. Igitur Dominum serui consequamur, & maledicamur patienter, vt benedicti esse possimus. Si parum æquanimiter audiam dictum aliquod in me proterbum, aut nequam, reddamet ipse amaritudinis vicem necesse est. Aut crutiabor impatientia muta, cum ergo percusero maledicto, quomodo sæcurus inueniar doctrinam Domini, qua traditum est; non vasculorum inquinamentis, sed eorum, quæ exore promuntur hominem communicari? Item manere nos omnis vani, & super vacui dicti reatum? Sequitur ergo, vt à quo Dominus nos arcet, idem ab alio æquanimiter pati admoneat.

EXPLICATVR LITTERA AVTHORIS.

156. NOn tam facilis qualiter cerda existimat est Authoris textus explanatio. De quo videndi sunt B. Renanus, & Pamelius, qui aliqua tradunt notatione digna. Expendimus modo singula Authoris verba: *Ipsam animam, ipsumque corpus in sæculo isto expositum omnibus ad iniuriam gerimus, eiusque iniuriæ patientiam subimus.* Vbi Pamelius dicit, cum à detrimentis temporalibus, ad iniuriarum patientiam transeat, recte hoc caput inscripsimus de iniuriarium patientia. *Pamel.* Quod ita sentit Cyprianus, lib. de bono patientiæ. Renanus præter hoc nil dicit. *Cyprian. Cerda.* Cerda tamen in annotationibus inquit, à quibusdam tradi: *Qui ipsam animam.* Quod ego in nemine inueni. Solum clarè dicemus, quod corpus, & anima exponentur ad quælibet mala intellige, sibi correspondentia. Nam vt recte aiebat. Cyprianus, lib de bono patientiæ: *Labores, & procellas mundi, quas ingreditur in exordio statim suo ploratu, & gemitu rudis anima testatur.* Et eleganter Sydonius epistol. 14 lib. 7 ex contemplatione horum malorum dixit. *Homines in hunc mundum, non tam editos hoc est productos datos quam eiectos, sicut res peruersa ejicitur ad perditionem, & interitum, & laborem sicut naufragos,* inquit Cerda: *Quasi res parui momenti, eiecti sunt ad erumnas, & labores huius mundi.* *Cyprian.* *Sydonius.*

157. *Expositum omnibus ad iniuriam gerimus.* Pamelius, & Renanus de hoc nihil dicunt. Cerda tamen inquit, quis est mortalium, qui non sæuire in alium possit, verbo, vel facto? Confirmat loco Senecæ, epistola 4. vbi dili facit aliquem contemptorem suæ vitæ Dominum vitæ constituit: *Quis ist securus, quis etiam sinimicum non habeat, securus dormire potest? Igitur, omnibus sumus expositi.* Placet illud Senecæ, epistola 7 vbi, sic, de his qui expositi erant Ludo Meridiano Gladiatorio; sine vestibus, sine armis quibus cumque ictibus, & à spiciebantur ab omnibus, sic ait Seneca: *Omissis mera homicidia sunt nichil habent, quo tegantur adictum totis corporibus expositi, numquam frustra manum mittunt, non Galea, non scuto, repellitur ferrum.* Ita Seneca; bene ergo Tertulianus facit comparationem inter nos, & miseros gladiatores, qui exposiri sunt quibusque ictibus; & nos quibusque malis, & iniurijs. *Seneca.* *Seneca.*

158. *Eiusque iniuriæ patiemtiam subimus.* Cerda solus inter Scriptotes, dicit: *Patiemtiam subimus, vellibus, nollimus:* Quasi, qui sub alio patientiam experitur: *Subit patientiam.* Hoc est malum quod patientia sustinet ad minus quod ab alio infligitur vellim nollim. Vnde Christiani crutiantur ab inimicis crucis Christi sæpius, vellint, nollint. Et sæpius non spectata eorum confessione lacerantur. Hoc est patientiam subire. Sed inrelligo, ad Chatolicam patientiam magis pertinere volendo: nam patientia Christiana

qua-

qualis est, nisi illa, quæ armat milites Christi? De quibus dicitur: *Beati pacifici, quoniam Filij Dei vocabuntur & beati, qui persecutionem patiuntur, propter iustitiam.* Mat. 25. Ita sentio, non recte penetrasse Tertulianum iste Author. Quatenus addit, *vellimus nollimus.*

159. *Minorũ deliberatione lædemur.* Quasi dicat, qui patimur grabissima mala patienter, lædemur minorũm deliberatione. Lædemur quidem sed patiemur minora, qui maiora patimur. Pamelius dicit, quod Author lib. 4. contra Martionem sic legit: *Non decem mensium cruciatur deliberatus.* Vbi, *deliberatus.* Ex Beato Remano, idem est, quod, *liberatus.* Et mox, locum hunc, sic explicat: *Minorum deliberatione.* Hoc est dum soliciti summus: *Vt à minoribus periculis liberemur.* Subdit Pamelius suam sententiam proferendo, qui citauerat alium locum Authoris, aduersus Valentinianus, ex Renano; *Animale mediæ speciei deliberatum.* Explicat, *ad iudicatũ*, vel, *deliberatum.* Subdit Pamelius. Ego, quomodo loci illi intelligendi sunt, illuc Lectorem remitens: *Hic existimo simpliciter accipi debere, pro simplici deliberatione, quæ minimum, à cogitatione differt, vt sit sensus, minorũ iniuriarũ deliberata cogitatione lædemur: qui ad maiores iniurias integrum corpus expositum gerere debemus?* Quasi dicat nonne, qui totum corpus, vbi est anima, & corpus; integrum hominem designans, exponimus quibusque tormentis, & periculis, exponemus etiam partiam cogitationẽ? Hoc est ad maxima torméta totũ corpus exponimus. Sic intelligo Pamelium non multum à mente Authoris alienum.

Cerda. Pater tamen, Cerda, radicitus explicauit; quatenus innitio capitis exponit corpus, & animam, quibusque ictibus. Vnde sequitur Latinium: qui legit, pro, *deliberatione*, *delibratione.* Et ipse, *deliberatione.* Ad hoc quod est, tela aduersus inimicum, *librare.* Hoc est, *iacere, emittere.* Quasi dicat, cum ta homo expositus tis grabissimis, & maximis erumnis, quasi, quia homo es sustines necessario cur tuam patientiam concutit, tantillus malorum gustus, aut prægustus? Vix malum libras, & iam Cerda. lædituꝛ patientia sua? Cerda tamen sic dicit: *Qui in hac milicia malorũ versaris expositus magnis tælis fortitudinæ, vitæ casus, cur admodicum delibratum in te ictum concidis? Non tu bello bonus.* Iubant hanc lectionem, tum quæ præcedunt: *Expositum animum corpusque gerimus.* Quæ de bello, tum quæ in fine capitis, vbi de hac ipsa re dicit: *Tælum delibratum, & obtusum.* Ego sentio, Cerdam penetrasse mentem Tertuliani. Nam sermo est de ictibus quibus experimur patientiam, & inimicorum iaculis in nos missis, quibus lædimur. Aderem ego, iuxta ea quæ superius diximus: *Quod Christus voluit saginari voluptate patiẽtiæ*, c. *Tert. c. 1. de pat.* 1. quasi expirmẽto patiẽtiæ ipsa saginetur patientia; igitur quando magis pinguescit patientia, nisi quando maioribus malis nutritur? Et quando dicam? Tunc profecto quando minoribus afficitur debilitatur. Quod est dicere, qui amat ledi, & pati pro requa amat, tunc, & patitur; & læditur, & saginatur. Sin autem minus patitur, & ut læditur debilitatur, quodam modo. Nec obstat quod Tertulianus dicit, lib. 4. contra Martionem, vbi de Christo Martionis sermo est, sine corpore vt patet. Subdit: *A Serbo Christi tale inquinamentum absit, vt patientia maioribus tentationibus præparata in fribolis excidat.* De quo verbo, Pamelius, nec Renanus aliquid dicunt.

160. *Absit*, inquit Cerda, notentur verba Hilarij. Cant. 16. in Matth. vbi dicit: *Hilarius.* *Ita passionem detestatus est Petrus, vt dixerit; absit à te Domine.* Quo verbo rerum detestandarum execratio continetur: *Vade post me Sathana.* Ait Christus: ex quo si patientia maioribus tentationibus est præparata, quare excidet minoribus, & fribolis? Nam vt bene AEfrensirus, tomo 2. ait: *Turpe est eos* *S. Æfren.* *qui maxima sibi subiecerunt à minoribus vinci.* Prob dolor! Sæpe videmus ignabia nostra vinci minoribus, qui maioribus solemus non vinci laboribus, quod valde turpe est, absit hoc à Servo Christi.

Præparata, idest miles in vello paratus est, & præparatus quibusque ictibus inimicorum. Ita Quintilianus. Declamatione 11. & Seneca, epistola 4. *In fribolis excidat.* Pamelius, & Renanus de hoc verbo nichil. Cerda tamen: *In fribolis.* Ex Nazianzeno, delibramenta, & inania vocat fribola Ego dicam: *In fribolis excidat.* Vt sonat idest in rebus labore minutis, & paruis. *Quintilia. Seneca.* *Nazianz.*

161. *Si manu quis tentauerit prouocare, præsto est Dominica monela.* Renanus, monelam vsurpat, à monendo, pro monitione, sicut à sequendo sequelam. Paulo ante dixit Author: *Posi petræ aquatilem sequelam.* Sperant de Domino ita, lib. 5. contra Mart. Immò inquit, no-

stri monela de cœlo, ita Renanus. Cerda tamen ex verbis deribare consueuit hunc modum dicendi. *Obsecutio*, ab *obedio*, ab obedientia, ob sequela. Ita Hilarius, contra Arrianos. Et titulum Concilij Ariminensis, vocat: *formelam*, tractatus Nysseni: alij *formulam*; & corruptione fidei sæpius vocamus, *corruptelam*. Valerianus, vocat cognationem parentum; *parentelam*. Estque modus vsitatus. Ita Tertullianus vocat sermonē Christi Domini *monelam*, cum ait: *Præsto est Dominica monela*. Et ait: *Verberantite in faciem, etiam alteram genam obuerte*. Subiungit Cerda ponderanda esse verba, Valeriani Episcopi Cæmelensis, hom. 12. & 13. vbi dicit: *Qui te percusserit in dexteram maxillam, probe illi, & sinistram: Istud præbere scio, quod aliquantis ingratum est, qui nesciunt lites cabere, & imminentes supplitiorum pœnas moderatione compescere; infinitum est autem quantam vim patientia sua præstet, si alter solus insaniat: nam sicut duplicatas insepultas excitat, qui repugnat, ita maioris rixæ lucrum facit; qui manus suas alio feriente continuit.* Hæc ille.

Valerian.

Hilarius, Pict.

162. Nota. *Fatigetur improbitas patientia tua.* Hæc mihi semper visa est mirabilis sententia digna tanti Authoris. Eam nullus quem viderim expositorum Tertuliani tetigit. Ego autem eam summopere infra Deo dante expendam. Numquam magis fatigatur Tyranus; quam dum Martyres armantur patientia. Expende.

163. *Qui vis ictus ille sit, dolore, & contumelia constrictus, grabius à Domino bapullet.* Renanus, & Pamelius, dicunt: *Qui vis ictus*. Id est, quantuscunque ictus. Ego addo: *Et qualiscunque*. Qui pertineat ad animam, vt est contumelia, vel ad corpus, vt est dolor: quia anima, & corpus, sunt expolita iniurijs: *Grabius à Domino bapullat*. De hoc solus Cerda, dicit n. 150. *Aliqui legunt bapulauit*. Nec displicet, propter sequentia. Ille bapulat, qui id pessum, & afficitur malis, caue, vt tantum referas ad verba. Et Venantius Fortunatus, in Oratione Dominica, aiebat: *Merito de culpa bapullat, qui Magistri verba declinat. Vnde illud verbum, ad quodcumque genus castigationis extenditur*. Sic etiam Valerianus relatus, hom. 10. & Saluianus, lib. 1. de gubernatione.

Fortunat°

Valerianus, Episcopus.

Saluianus

164. *Plus improbum illum cædis sustinendo*. Coincidit cum sententia relata, nempe: *Fatigetur improbitas patientia tua*. Ita Aug. serm. de S. Innocentibus. Et nos fusius infra, dum ait: *Istos maiora supplitia sustinere, qui faciunt; quam qui sustinere, & sufferre videntur*. Et Hilar. Pict. Can. 4. in Matt. ait: *Pœnam esse seueriorē iniuriosis*. Intellige, quando patiēter fertur iniuria. Hoc Cerda, nam Pamelius, & Renanus nichil.

Aug. ſt.

Ab eo enim bapulauit, cuius gratia sustines, nil notatur ab aliquo: sensus clarus: quia Dominus dicit: *Michi vindictam, & ego retribuam*. Et alibi: *Tacete donec compleatur numerus fratrum vestrorum*. Apocal. 6. dicebāt Martyres: *Vindica Domine sanguinem nostrum, qui effusus est*. Clamabat sicut sanguis Abel, sed Christi sanguinē videmus melius loquētem, quā Abel, de quo dicētur multa varijs in locis.

165. *Si linguæ amaritudo, maledicto, siue cōuitio eruperit respice dictum; cū vos maledixerint gaudete*. Hoc sub silētio præter mittunt. Pamel & Rena. sed Cerda dixit, & bene: *Quod lingua execrabilior est, quā benenā à quo venit amaritudo*; & quare hæc amaritudo beneni linguā sit, probat ex Clem. Alex. 5. stromatum, vbi ex translatione ex Græco fatur: *Anacharsim, scytham, dormientem sinistra quidē tenuisse pudenda. Os autē dextra*; quasi dicat: *Maiori quidē curā, os indiget, ne erumpat in conuitium, quā pudendā; vnde omnis turpitudo emanat*. Ego laudo ad rem locum Tertuliani, in hoc libro de patientia, dū eam depingit, dicit: *Os taciturnitatis honore signatum*, c. 15. Et non abs re dixit Author: *Si lingua eruperit*. Hoc est extra clausira, & extra muros dentium, & labiorū ne sine licentia Cōsilij exierit; quia tūc erit sicut efrænata meretrix, ad omnia mala expolita, ita lingua absque fræno prudentiæ, & Cōsilij efrænata mulier. Quare loquaces, facile labuntur, & dilabuntur, sed non labantur amaculis linguę, quæ cō sultissimo iuditio posita est, sub custodia dentiū, & labiorū. Propb dolor, deficientibus labijs quid fiet, quid si dentes deficiant? Aut os magnum, aut dentium defectus, & loquaces ostentat, & in locutione præcipites; & dissolutos, hoc sæpius, hoc semper, raro, numquam.

Cerda.

Clement. Alex.

Linguæ bi nenum cu stodia illius dentes, & labia.

166. *Dominus in lege maledictus est, & tamē solus ipse benedictus*, vbi Pamel. ait, necessario hoc referri debere ad illud. Deut. 21 *Maledictus omnis qui pēdet in ligno*. Et ad Galat 3. vbi dicitur: *Vt in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Christo Iesu*. Hoc est enim quod addit: *Et tamen solus benedictus*. Quod cum, & Patri tribuatur frequentissime sane debet inteligi, vt Pater non excludatur, sicuti è contrario filius non excluditur, cum de Patre dicitur:

Deut. 21.

Ad Gal. 3.

Soli

Soli Deo honor, & gloria. Ita Pamelius, quem sequitur Cerda, & placet.

167. *Igitur Dominũ sequamur serui, & maledicamur, patienter; vt benedicti esse possimus.* De hoc interpretes nihil ratio est generalis: quia ni Dominus, & Magister aliquod bonum habet, in eo imitari à quibuscumque subiectis debet: quia ad exemplum superiorum facile mouentur subditi, de hoc puncto multa, sup. c. 1. dicta sunt.

168. *Si parum æquanimiter audiam dictum aliquod in me protervum, aut nequã reddam, & ipse amaritudinis vicem necesse est, aut crutiabor impatientia muta.* Authores patũ, aut nihil dicunt, debemus quidem æquanimiter maledictum sustinere; nam si æquæ non fero, & alias impatiens taceo, crutior interius. O quantum patiũtur multi, quã rigorosè cruciantur tacentes, & fele amari cantes cor linguã tacente! Hoc pius malum solet machinare in hostem, aut grande malum dum præparas mortem dolenti. Crutior quidẽ interius, cum impatientiam meam alteri non ostendo, sed apud me reseruo, quo quid benenosius? Sic inuidus. De quo Bern. ser. 6. ad c. 6. Cant. & ad c. 6. Esai. *Propter te dico, ò superbe, & amplius tabescas, & proprio libore torquearis.* Mala igitur impatientia crutiatur, qui taciturnitatẽ seruando taciturnitate; væ illi, ò qualis, ò quãtus crutiatus!

Bernar. in Cant 6. & in Esai.

Cum ergo percussero maledicto quomodo sequutus inueniar doctrinam Domini; qua traditum est; non vasculorum inquinamentis, sed eorum quæ ex ore præmuntur hominem communicari.

169. Sententia difficilis, de qua nihil alij, ni si maledictus, & persequutus persutero, male sequar Domini doctrinam, hoc clarum est, illud tamen difficile nempe: *Non vasculorum inquinamentis, sed eorum, quæ ex ore præmuntur hominem cõmunicari.* Quod ego sic intelligo, quod hominem non coinquinat, quodcumque malum, sed malũ linguæ, & cordis. Iuxta quod dixit Euangelium: *Non quod intrat per os, coinquinat hominẽ, sed quod de corde exit* Matth. 15. Nam secundum Renanum ex Erasmo communicari, inquinamentis est impurum redi hominẽ, & inquinari, aliquis, se ipse sibi inquinat, cum impurum aliquid lingua profert, cum malum, pro malo redit. Apud Iudæos inquit Renanus; commune facere, est aliquid mundum non hoc est in mundum facere. Vnde Aug. sermon. 36. de verbis Domini ore Pharisæi: *E o solus sum, iste de cæteris est.* Id est communis, & impurus; nam ego, qui solus purus. Pa-

Mat. 15.

August.

mel. aliter sentit à Renan. & Cerda, ait enim esse legendũ: *Hominem communicare in voce activa, non vero in voce passiva.* Quod probat ex codice manuscripto Anglico, & infra, libr. de ieiuniis: & quia non constat, ab Authore citari Matth. vt voluit Renan. sed Marc. c. 7. cuius interpres, hac voce: *Communicare*, pro *coinquinare.* Vtitur, vtpote apud quem, non vero apud Matth. recensentur à Christo, Baptismata calicum, cui respondet, quod hic habet Author: *Non vasculorum inquinamentis.* Ita Pamel. sed meo videri nullatenus loquitur ad mẽtem Authoris, quippe qui loquitur, de inquinamentis animæ in patiendis, & sustinendis laboribus, in gladio linguæ. Etsi proferat vocabulum: *vasculorum.* Non est intelligendũ de illis qui benedicuntur ad sacrificia; sed de illis, quibus vtimur adpotum communem, vel melius de corporibus; quæ sunt vasa fictilia: *Nam habemus thesaurum,* id est animam: *In vasis fictilibus.* Et hic accommodatur bene, cum hoc quod est hominem communicari, id est *inquinari, impurari.*

A quo Dominus, nos arcet, Pamelius, & Renanus, de hoc nihil, Cerda vero, optime ait; quod Christus, qui docet patientiam habere; docet etiam ab impatientia arceri. Tres gradus patientiæ ponit Rufinus, dum agit de vitiis Parrum. 3. c 25. dicens, tres enim gradus hominum sunt in passione iræ: *Nam cum voluntarie non cetur, & iniuriatur, & parcit proximo suo; bis secundum naturam Christi est: qui autem non lædit, nec lædi vult, hic secundum naturam Adami est: qui vero nocet, aut iniuriatur, aut calumniam ingerit, aut vsuras exigit. Hic secundum diabolum est.* Hucvsque Cerda.

170. *Ruffi. ponit tres gradus patientiæ.*

Hic iam de patientiæ voluntate. Cerda ait, quod patientiam tenere debemus, imitantes Christum, qui vera patientiæ voluntas est. Appellat Christum ipsam voluntatem patiendi, & patienter mala sustinendi. Sicut sæpius dici solet, ipsa bonitas, ipsa iustitia in abstracto. Quod ponderat loco Hilarij, Canone 20. in Matthæum, vbi dicit: *Multum proficit ad tollerantiæ assumptionem rerum imminentium cognitio, maxime si patientiæ voluntas præsumatur exemplo.* Vbi Christum voluntatis nomine insinuat, summens illum pro exemplo patientiæ. Hoc placet michi. Hæc delitia Authoris.

Cerda. 171.

Hilarius.

Ponuntur sententiæ selectæ.

Tres sententias inuenio, notatione dignissimas.

172. *Prima est de laboribus, quibus opponitur patiens, illis verbis contenta:* Ipsam animam, ipsumque corpus in sæculo isto expositum omnibus adiuriam getimus, eiusque iniuriæ patientiam subimus; minorum deliberatione lædemur?

Secunda sententia, stat illis verbis: Fatigetur improbitas patientia tua.

Tertia sententia, stat illis verbis: Si linguæ amaritudo, maledicto, siue conuitio eruperit, respice dictum, quum vos maledixerint gaudete; aut crutiabor impatientia muta.

Discursus 23. Sententia prima.

§. I.

Homo nascitur ad laborem, & quod exemplo maiorum, mala patienter debemus sustinere.

173. Iob 5. HOmo quidem nascitur ad laborem. Iob 5. Quia non solum corpore doloribus præmitur, sed anima, & labor Spiritus, maximus est inter labores, quis non miretur qualiter experiamur erumnas tribulationes, & angustias, quas passi sunt ab initio sæculi maiores nostri Lego Eccle. 1. siastem, cap. 1. disquirentem: *Quid est, quod fuit? Ipsum quod futurum est, quid est, quod factum est? Ipsum quod faciendum est.* Quasi dicat, ab initio nascitur homo ad laborem. Sic Deus aiebat. Gene. 3. Genes. 3. *In sudore vultus tui vesceris pane tuo, & ad terram, spinas, & tribulos germinabis.* Sed cui nisi homini, sed cui nisi Imagini Dei deformatæ per culpam dicitur hoc? Etenim id ipsum quod maioribus accidit; etiam nobis eueniet: Quod proposuit Author inquiens: *Ipsum animam ipsumque corpus in sæculo isto expositum omnibus ad iniuriã gerimus, &c.* Quis igitur bonus sit, siue malus; à mundo mala quandoque non accepit? Vide primos iustos ab Abel in mundo existentes Vide Prophetas, quod illos mundus persequutus est, merito ait Dominus Sic enim persequuti sunt Prophetas, qui fuerunt ante vos, & nemo aliud à mundo speret, quàm ruinam, & mortem; stultus valde est, qui non idem si ibi reputat, ad venturum, quod primis hominibus aduenisse cognoscit.

174. Tobiæ 8. Prudens ille Raguel! Tobiæ, cap. 8. *Post septem sepultos generos, tandem filiam suam nupsit nepoti suo Tobiæ iuueni, iamque se receperant nuptiali thalamo, & tota domus inquiete, & spectatione erat. Quid plura? Vt factum est ei cæca pullorum cantum, accersiri iussit Raguel seruos suos, & abierunt cum eo pariter, vt foderent sepulchrum. Dicebant enim; ne forte similimodo euenerit ei, quo, & cæteris illis septem viris, qui ingressi sunt ad eam.* Durissima foret Socero, & Generi, & cõsobrini sepultura; tamen non audet prudentissimus vir, aliud sperare nouissimo huic genero, quam id ipsum, quod vidit euenisse septem alijs prioribus. Si ab illo quæramus, cur in tempesta nocte iungit? Cur sepulturam parat? Vnde putat fore, vt tantus iuuenis ipse nuptiarum, & lætitiæ nocte possit sæpeliri? bene eo solum, quod vidit septem alios Priores, similiter fuisse sepultos. Idem prorsus putat sperandum in hoc nouissimo. Disce tu hanc prudentiam, ne vnquam putas tibi aliud eueniendum in mundo, quam quod euenit alijs hominibus, qui præcesserunt: simili quidem voluitur rotatu humanæ vitæ rota: Eadem erit semper Sanctorum conditio, dum fuerint in mundo.

Au-

175. Audi quod dicitur apud Ezechielem, cap. 1. dum triumphalis currus describit elegantiam, ad rotas accedens, ait: *Aspectus earum, & opera; quasi rota in medio rotæ.* Quæ verba applicans ad humanos mores. Ambros. lib. 3. de Virginit. circa finem, ait: *vitæ humanæ rotatum in magnis, & paruis in primis, & nouissimis, prorsus similem meditatur.* Subdit sic: *Rota in medio rotæ, veluti vita intra vitam: quod sanctorum sibi vita non dissonet; sed qualis fuerit superioris ætatis; talis sit, & sequentis; quæ sunt sub eodem axe rotæ eodem voluuntur cursu, vbi primè cæperint se rotare similiter, & cadent, & desinent quæ sequuntur.*

Ex chiel. 1

Amb.

176. Rotæ sunt humanæ vitæ, quæ sub eodem cœli axe voluuntur, vt primæ, sic & nouissimæ. Primæ sanctorum vitæ odiosæ malis fuerunt, suspecte in vise, opprobria sustinere, famem, sitim, mortemque ipsam, similiter nouissimè cadunt, & per eadem omnino, volubili rotatu feruntur. Sapienter quidem Tertulianus aduersus gnosticos prænoscit quid fratribus, quid iustis omnibus euenturum sit in mundo vnum prosferens in medium, & primum iustum, & fratrem Abelum quippe: vt illa prima naturæ rota volui cæpit, sic necessum est, vt voluantur nouissimæ. Verba illius sunt: *A primordio iustitia vim patitur; statim vt colli Deus cæpit inuidiam Religio sortita est; qui Deo placuerat occiditur, & quidem à fratre: quo procliuius impietas alienum sanguinem infectaretur in suo auspicata infectata est.* Hæc ille. Pulchre loquitur; sed quid vltra? Quid prima rota? Sic vergeretur in occassum? Audi vltra: *Ipse denique non modo iustorum, verum etiam Prophetarum. Dauid exagitatur, Hælias fugatur, Hieremias lapidatur, Esaias seccatur.* Sic per singulos percurrit, vt ostendat, quam similiter decidant sanctorum virorum, rotæ ex præteritis quæ nouit, paret se homo ad spectanda similia quippe, qui, ad labores nactus; quare nisi in laboribus viuat antiquitus, & à primo creationis exordio? Vita præsens nostra exposita quidem est ad iniuriam, quantum ad corpus, & quantum ad animam. Quas anxietatis primi nostri patres non sunt passi? Spiritus, & corporis, quid tu vides in te dic michi quæso? Adam dum confusione plenus absconditus est in arbore Paradysi: *Et timuit eo quod nudus esset.* Sed vnde timor? Respondeo, ab iniuria. Vnde nuditas corporis? Vnde tibi nota confusione, & verecundia pleno? Respondetur, ab iniuria tua malitia patrata, & diabolica persuasione secuta: *Eritis* (quidem dixit diabolus) *sicut dij.* Quin multiplicatione Diuinitatis ipsam Diuinitatem non negaret: nam vt inquit Ambrosius: *Qui Diuinitatem multiplicat, Diuinitatem negat.* Tempora ergo posteriora; erunt sicut quæ præcesserunt. Nam vt ait Ecclesiastes, cap. 1. relato: *Quid est quod fuit? Ipsum quod futurum est, quid est quod factum est? Ipsum quod faciendum est.* Sic ergo dicam; quid est quod nunc est? Afflictio Spiritus, & corporis. Quia contra Spiritum semper homines tentauerunt; & quod contra corpus modo se ingerant; quid est? Nisi quod semper fuit: quia vita nostra ad iniuriam semper exposita est. Sed quid mirum si natus est homo ad laborem, & in sudore vultus manducaturus est panem. De hoc puncto legatur Bernardus in sermonibus paruis, Ambros. August.

Tertu.

Genes. 3.

Amb.

Ecclesiast. cap. 1.

177. De laboribus quidem corporalibus, & spiritualibus; quis dubitat maiora esse mala, quæ spiritum lædunt, quam corpus; legi Tertulianum, lib. 2. contra Mart. non enumerantem præmium in hac vita pro afflictione Spiritus filiorum Israel subiugo de gentium Ægyptiorum. Dicit Doctissimè: *Reposcunt Ægyptij de Hebræis, vasa, aurea, & argentea; contra Hebræi, mutuas petitiones instituunt à legantes sibi quoque eorumdem, Patrum nomine, ex eodem Scripturæ instrumento, mercedes restitui oportere, illius opperariæ seruitutis pro latterinis deductis, pro ciuitatibus & villis ædificatis: quid iudicabis? O Martion optimi Dei electior, Hebræos fraudem agnoscere debere, an Ægyptios; compensationem? Nam, & aiunt, ita actum per legatos vtrimque Ægyptiorum quidem repetentium vasa: Iudæorum verò reposcentium opperas suas, & tamen has iustitia renuntiauerunt sibi AEgyptij.* Et post pauca subdit Tertulian. *hodie aduersus Martionitas, amplius alegant Hebræi, negantes compensationi satis esse, quamtumuis illud auri, & argenti, si sexcentorum millium oppere per tot annos, vel singulis nummis diurnis æstimetur. Quæ autem pars maior, repetentium vasa? An in collentium villas, & vrbes? Querela ergo maior AEgyptiorum? An gratia Hebræorum? Vt solo iniuriarum inditio Hebræi*

Tertulian. cõtra Mar. lib. 2.

Nota.

Labor spiritus non coronatur in hac vita sufficienter, quia Deus ita disponit.

Ægyptios repercuterent, liberi homines, in ergastulum subacti, vt solas scapulas suas, scr. be eorum apud subsellia sua ostenderent, flagellorum contumeliosa atrocitate laceratas. Hæc ille, vbi apparet quantum estimetur afflictio Spiritus. Si quidem ab scribis illorum Hebreorum, quasi solum notaretur infamia Spiritus, & tempestas turbationis, solum ad notatur apud Tribunalia: quasi parui pendens laboriosam, occupationem corporalem circa lateres, & villas. Subiungit Tertul.

178. *Non paucis lancibus & scyphis, vtique diuitum vbique, sed totis, & ipsorum facultatibus, & popullarium omnium, collationibus, satisfaciendum Hebræus pronuntiasset. Igitur si bona Hebræorum causa; bona iam & causa; id est mandatum creatoris, qui, & Ægyptios gratos fecit nescientes, & suum populum in tempore expeditionis angusto aliquo solatio, tacitæ compensationis expunxit.* Hæc ille.

179. Et subdit: *Satisfecit plane, minus exigi iussit Hebræis enim etiam filios restituere debuerant.* Hæc ille, vbi vides curam, & solicitudinem Dei pro restituendis laboribus Ægyptiorum vasa aurea, & argentea, tanquam Dominus vniuersalis tribuit, sed nota quod hoc prætiū respondet exercitio corporali. De spirituali tamen labore, & cōtusione, nullum assignat præmiū Tertulianus: nisi dicā illis promisse promissionis terrā, & quantum ad terrā pro præmio respondet labori corporis; & vt est figura terræ promissionis cælestis, quæ est gloria respondet labori spiritus, illiusque persecutioni, & afflictioni, vt intelligas, quod sicut maius est præmiū illud æternū terreno præmio, sic maior est ille labor nempe Spiritus, quā corporis.

§. II.

Amatores Dei diuites fiunt laboribus, & tormentis pro Deo, patienter perpessis.

180. Quis non videat dulcissimā, & suauissimam Christi humanitatem. Cant. 2. ad suos amatores, & dilectos sic à loquētē: *Ego murus, & vbera mea turris.* Quippe murorum à turribus multæ ignescunt machinæ, plumbea iaculantur fulmina nihil nō læthale, & vellicum apparet. Illa est igitur Christi Domini humanitas, cuius vbera nimirum: cuius amor continuos emittit ignes, acutos format gladios, & instar turris muralis, continuo pluit arcū & vellum. De his qui mundialium Regū in delitijs sunt aiebat Eccles. c 9. *Super dolentiam arma ambulabis.* Hoc est, vt inquit Iansenius, ô quanta suspiria, quot ægritudines, Regius fauor parit! Si amaris à Rege, medius ibis inter dolentiū grabata; seu vt aptius Michael de Palatios: *Ambulauit inter pillas, & gladios hostiū iratorum fræmentium, & in cædem tuam ruentium.* Hiccine est amoris, fauorisque regalis partus. Sic æquidem afflictiuntur, qui à Regibus mūdialibus amātur. Immo sic afficit; quos Deus vehementer amat.

Cant. 2. *Eccles 9.* *Ianſen.* *Michael.*

181. Electum emillibus omnium Abrahamum, qualiter tractat, Gen 22. *Tentauit Deus Abraham.* Tentauit in quam illum, ea tentatione, qua fortissimi quique nutarent. Vnicum filiū ab ipso patre petit occidi. O quale hoc tormentum! Cur tanto dolore amicū permit Deus? Nullo equidem minori prætio amicitiam suam nouit Deus vendere. Audiamus Basilium de seleutio, orat. 7. dicētem: *Naturæ fluctus in virum iustum sustulit, vt amicitiæ Diuinæ, nundinatorem miseris.* Expende illa verba: *Amicitiæ Diuinæ nundinatorem.* Ne patent homines ad amicitiā Dei gratis euolare nundinator est Deus iuæ amicitiæ, quam nullus optineuit, nisi magno laborum prætio.

Gen. 22. *Basiliut.*

182. Ioseph quidem amabat fratres suos, sed vide vt illos mille tormētis afficiens amaret expertus est. Lege Gregorium, hom. 21. In Ezechielem, sic procedit historia scyphus in sacco iunioris fratris abscōditur. Furto post eos quæstio mouetur mittitur, vt reducantur, addicti in seruitutem decernitur, apud quem scyphus fuisset inuentus, in sacco vltimi fratris inuenitur. Tunc Benjamin reducitur, & afflicti omnes fratres sequuntur, amantior erat Benjamin, & quia amantior; ideò in sacco illius regalis scyphus mittitur, qui & dolorem excitet, & maiores lacrymarum causas, miraris scyphum regalem, dolorū causam apponi, amantissimo fratri? Non quidem mirandum; cum sciamus dolores, & passiones pro aureo signo donari quo exornantur selectiores Principes, & amatiores, qui frequentiores sunt apud Regē, & in antris Palatij summi Principis.

Greg.

183. Legite Apocalips. c. 6. vbi cum Ioannes vidisset triumphans Dei Templum, notassetque frequentiores ibi Principes. Hos solum meminit dicens: *Vidi sub Altare Dei, animas interfectorum propter verbū Dei.* Nonne erant ibi aliæ animæ? Nonne ibi milia millium ministrātium? Fateor, sed qui præ oculis habebantur, qui frequentiores apud Deum, qui chariores: hi erant mortificati ex carnificati, & laboris interempti.

Non

184. Non tacebo labores filiorũ Israel, erãt quidem afflicti, sed populus Dei erat. Dixitque Dominus ad Moysem, quando ad illum de rubo loquutus est. Exod. 3. *Vidi afflictionem populi mei.* Dilectum vocat populum, & suum vocat: quia Dei non est qui afflictus non est. Legamus modò Tert. lib. de anima, vbi hæc: *Ioanni in Spiritu Paradysi Regio reuellata, quæ subÿcitur Altari; nullas aliàs animas apud se, præter Martyrum ostendit: quia nullis RhonpheaParadysi, ianitrix cædit, qui in Christo discesserint agnosce differentiam, si crucem tuam tollas, & sequaris Dominum, vt ipse præcepit. Tota Paradysi clabis, sanguis tuus est.* Hæc ille, vnde sicut clabigeri Regales, à clabe aurea dicnoscuntur; sic etiam clabigeri Regis æterni, à clabe laborum quibus coronantur facile cognoscuntur.

Exod. 3.

Tertul.

185. Audiamus Gregor. sup. c. 5. Iob loquẽtem in hunc modum: *Amatores huius mũdi, & in hoc sæculo, & in futuro laboribus deputati sunt: serui verò Dei hinc mente à volantes, subse habent omnia quæ contemnunt. Vnde subdit, homo ad laborem nascitur, & auis ad volandum, ad laborem quippe nascitur homo: quia nimirum his, qui accepta est præditus ratione considerat, quod valde sibi impossibile, vt si experegrinationis suæ tempora, sine gemitu euadat. Vnde bene Paulus 1. Tesal. 3. cũ tribulationes suas Discipulis enumeraret adiunxit. Ipsi enim scitis, quod in hoc positi sumus: sed in eo quod caro flagellis afficitur; mens ad appetenda altiora sublenatur. Paulo rursus attestante. 2. Corint. 4. Qui ait, & licet bis qui foris est, Noster homo corrumpatur, tamen bis qui intus est renouatur de die in diem, homo ergo ad laborem nascitur, & auis ad volatum: quia inde mens ad summa euolat vnde caro in infimis durius laborat.* Hæc ille, cuius verba põderatione digna sunt.

Iob 5.

1. Tesal. 3.

2. Cor. 4.

186. Subdit Gregorius: *Potest quoque appellatione hominis; carnalium vita signari. Vnde & Paulus, ait 1. Corint. 3. Cum enim sit inter vos, cœlus, & contentio; nõne carnales estis? Quibus Paulo post subiecit dicens: nonne homines estis; in hac itáque vita homo ad laborem nascitur: quia carnalis cuiusque cum transeuntia appetit; desideriorum suorum se pondere affligit, grabis quippe labor est, hanc ipsam præsentis vitæ gloriam quærere quæsitam quandoque percipere, & perceptam, cum omni circumspectione custodire: grauis labor est hæc cum magna fatigatione appræhendere. Quod is qui appræhendit nouerit diu stare non posse. Sancti autem viri, quia transeuntia non amant. Non solum, nulla temporalium desideriorum pondera tollerant, sed etsi qua aduersa consurgãt, in ipsis suis præsuris, & langoribus non laborant. Quid enim flagellis durius? Et tamen de flagellatis Apostolis scriptum est, ibant Apostoli gaudentes à conspectu Concilij; quoniam digni habiti sunt, pro nomine Iesu contumeliam pati, quid ergo eorum mentibus laboret, quibus, & pœna verberum, labor non est? Homo ergo ad laborem nascitur: quia ille huius mundi veraciter mala sentit; qui eius bona inhianter appetit: nam cuius mens ad altã suspenditur, sub ipsa est, quidquid exterius contra ipsam mobetur. Bene itaque subditur, & auis ad volandum: quia tanto animus à laboris afflictione se subtrahit, quanto per spem ad summa sustollit, an non quasi auis Paulus ad volatum natus fuerat? Qui tot aduersa sustinens, dicebat nostra autem conuersatio in cœlis est? Et rursum scimus, quoniam si terrestris domus nostra, huius habitationis dissoluatur. 2. Cor. 5. Quod ædificationem habemus ex Deo, domum non manufactã æternam in cœlis, velut auis ergo imma transcenderat quem adhuc corpore in terra demorantem; iam iam insublimibus spei penna subleuauit. Sed quia nullus suis viribus valet, sese in alta sustollere, vt cum à visibilibus afflingitur; in inuisibilia subleuetur. Recte mox subditur, quam ob rem ego, deprecabor Dominum, & ad Deum ponam eloquium meum. Ac si apperte diceret; illum rogo, per quem hæc tribui scio. Si enim hoc per se habere crederet; deprecari Dominum, non indigeret.* Hucvsque Gregorius. Ex quo non mirabor tot afflictionibus animæ, & corporis in tueri homines, vt inquit Tertulianus afflictos. Quod pertinet ad diuinam prouidentiam: quia cum Deus animam, & corpus ad gloriam destinasset; eosdem ad pœnas, & passiones submissos fecisset. De laboribus multa, & mirabilia inuenies apud Authores, quibus inspectis tibi ingenium adderit illorum. Vide Mendozam, Baezam, August. Ambr. Chrysost. Salmeronem nostrum Episcopum prieto in Psalmodia Surium, & alios.

2. Cor. 5.

Sanct. Greg.

Pro secunda sententia sit.

§. III.

Ponitur qualiter fatigantur Tyrani, cognita patientia Martyrum.

Secunda sententia erat fatigetur improbitas patientia tua.

187. QVando magis Tyranus fatigatur, quã dum Martyres, & patienter sustinentes tormenta, iusublime positos videt? Sequar Gregorium, eod. c. 5. in Iob dicentem: *Quod hi qui pro amore Dei modo se contemnunt sublimes cum Deo iudices venient, qui ponit humiles in sublime, & merentes erigit hospitate.* Ad quod propositum, inquit Bernardus, serm. de B. Maria Magdalena: *Nunquid, qui vestiuntur purpura, & vise, & epulantur quotidie splẽdide, gaudium, & lætitiam obtinebunt? Absit, vt in terra suabiter viuentium gaudiorum inueniatur materia; cum tantis alternationibus totæ mundi facies immutetur, vt elcuans allidatur, & respiret allisus. Sed est gaudium, continua sibi iuctuditate firmissimum, quod perfectus animus, de securasibi conscientia pollicetur, mens enim ab huius mundi aspergine purè, præsequedetersa, & in Diuinæ contẽplationis, à cumen totum, desideriisui figens affectum gaudeus, gaudet in Domino, & exultat anima sua in Deo salutari suo. Talis anima minas aspernatur, nescit timorem, spem fixam eludit, & omnium scandalorum immunis in pace in id ipsum dormiens, requiescit pax multa diligentibus legem tuam.* 118. *Psal. Et non est illis scandalum. Nouerat enim quia lictores non persequuntur Martyres, sed coronant, cum huiusmodi gaudentibus gaudet Apostolus. & vt abundantius gaudeant tota securitate promittit. Hoc gaudium certum, & plenum est, tantoque certius idem, quanto vicinius circa idem titatem imprimitur.* Huc vsque Bernardus, vbi pondero, illud verbum quod Martyres à lictoribus coronantur, non tamen persequuntur.

188. Ad hæc curiosè quisquam inuestigare poterit. Si Martyres à lictoribus coronantur, testè Bernardo. Et Tertullianus inquit ad Martyrem: *Fatigetur improbitas patientia tua.* Qualis erit Martyr? Quis Tyranus? Quis illorum Martyr respectu alterius? Vidi Laurentium super craticulam, quasi fortissimum ducem claustra, Paradysi gladio igneo inclusa inter fenestras illius instrumenti deuorans gladius flameus, gladius quidem positus erat in manu Cherubim ad hostium Paradysi. Sed intrat Laurentius, penetrat igneos gladios deborat, ab summit, & patientia saginatus, dum flameos craticulæ deborat gladios ardet maiori gladio amoris, quo armatus Tyranum trucidat patientia ignea. Et tunc afflictus Tyranus Laurentium videt, & intuetur vincentem, atque dicentem, *à fatum est iã versa, & mãduca.* Ipsum ipse victum, & famelicũ irridet anxium de tanta Martyris patientia, & fortitudine, Martyr redditur Tyranus ipse, & Laurentius vocari poterit Tyrani Tyranus, cuius patientia fatigatur improbitas, quis gladius ferocior? Quæ acrior sagitta? Etenim patientia gladius, sagita, venenum, tormentum, crutiatus mors Tyranorum est. Quo circa eleganter Tertulianus in hac eadem clausula dixit: *Grabius à Domino vapullat* (licet Tyranus) *qui vis ictus ille sit, dolore & contumelia constrictus plus improbã illum cædis sustinendo.* Numquam villa est maior plaga affligens Tyranos, quam Martyres, & humiles, quos persequuti sunt ũ viderint in sublime positos, & stellis coronatos.

Martyr est Tyranus Tyrani, quia patitur ab illo, ita Laurẽtius Martyr.

Tert.

189. Huc spectat locus D. Gregorij, super hunc locum: *Sic in sublimi humiles ponuntur; quia his qui nunc pro Dei amore despecti sunt, tunc cum Deo Iudices venient; quod prima veritas pollicetur humillibus.* Mat. c. 19. *Vos, qui secuti estis me, in regeneratione cum venerit filius hominis in sede Maiestatis suæ sedebitis, & vos, super duodecim sedes iudicantes duodecim Tribus Israel. Tunc merentes Dominus hospitate erigit: quia hi qui eius desiderijs accensi, prospera fugunt, aduersa patiuntur crutiatus persequentium tollerant: seque ipsos per lamenta castigant tanto sublimiorem nc hospitatem recipiunt, quãto nunc cunctis mundi gaudijs deuote moriuntur. Hinc etenim per Salomonem dicitur.* Prouerb. 24. *Cor, quod nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio eius non miscebitur extraneus. Humana etenim mens animæ suæ amaritudinem scit, cum æternæ patriæ desiderijs accensa, peregrinationis suæ*

Greg.

Mat. 19.

Prou. 24.

suæ pœnam, flendo cognoscti; sed in eius gaudio, extraneus non miscebitur; quia qui nunc à mœrore compunctionis alienus est, tunc particeps ad lætitiam consolationis non est. Hinc est, quod in Euangelio veritas dicit. Amen, Amen dico vobis quia plorabitis, & flebitis vos, mundus autem gaudebit, vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.

190. Gregor. Et post pauca subiungit Gregorius: *Sancti itaque viri foris despecti sunt, & velut indigni omnia tollerant, sed dignos se superius sedibus confidentes, æternitatis gloriam; cum certitudine expectant cumque laborant foris aduersitate persecutionis admunitam recurrunt intrinsecus arcem mentis: & indecuncta sub se ire despitiunt inter quæ transire corporaliter, etiam semetipsos cernunt; minas non metuunt; quia & tormenta patiendo contemnunt. Hinc enim per Salomonem. Prouerbiorum 28. dicitur iustus quasi leo confidēs absque terrore erit.* Huc vsque ille.

Prouer.

O quam certe videmus Martyrem, patienter tormenta sustinentem esse iudicem, & superiorem respectu Tyrani; ille quidem torquebatur, anima: iste corpore læditur, disquiro, quis maior dolor? Animæ, an corporis? Ille quidem veluti, pauperculus Christi, corpore fatigatur: ille vero quasi Diaboli superbi fortius; diues auarus animo, & affectu, & toto crutiatur corde, optime Tertulianus, exhortat dicens: *Fatigetur improbitas, patientia tua.*

Tertul.

191. Inter pauperculum Martyrem, & diuitem Tyranum, hanc inuento differentiam, quod diuites, & Tyrani crutiantur in spiritu, pauperes vero & humiles, corpore patiuntur, quis non videat laborantem pauperculum fame, siti frigore, & nuditate? A mane quidem vsque ad vesperam laborat, vt adhuc in sudore vultus vescatur pane suo. Diues autem, & abundans, corporis afflictiones nescit, quæ disquiro media, non præparantur, & disponuntur pro defendenda comoditate? fugit à frigore igneo rotatus calore, fugit à calore aura leni, & frigerante volutatus, tamen humilis pauperculus corporis dolores sentit, non spiritus, quiescit post laborem arator, & dulci somno recumbit, diuites vero, & potentes afflictione spiritus torquentur: iam de amissione charorum, iam de Regis indignatione, iamque de inuidia, qua torquetur videns Martyrem pauperculum, patienter Martyrium ferentem, & postea locum iudicantis, & Præsidentis occupantem.

192. Leuit. 4. Ordinauit Dominus Moysi, Leuitici cap. 4. sacrificia illi offerenda, & postquam varijs gentibus diuersa peteret sacrificia cum ad agendum de Principe, & de populo accessisset, dicit: *Si turba Israel fecerit quod contra mandatum Domini est; offeret, pro peccato suo vitulum.* Et post pauca. *Si peccauerit Princeps; offeret pro peccato suo, hyrcum de capris.* Super quæ verba, dubitat. Rodulfus Flabiacensis, notans distinctionem oblationis, quare pauperes, & humiles, popularesque homines, offerant vitulum, & quare Princeps oblaturus est solum hyrcum; vel hædum? *Cur Princeps, pauperculam oblationem, pauper vero ditiorem, & meliorem, nempe vitulum? Nunquid apud Deum consilium est sicut inter homines?* Sæpius quidem videmus pauperes grabatos oneribus, diuites vero non. Sed meo videri, id factum non sine mysterio; nam teste Origine, & Hesichio: *Vitulus, seu bos, animal est ponderosum, & grauedine fatigatum; quod corpori materiali, & grabi, respondet: vacca enim seu, vitulus significat carnem, laboribus oppressam, at vero hyrcus, velocissimus est, respōdens ad spiritus eleuationem, quæ dum mente in cœlestibus habitant; velut capreæ in montibus pascuntur.* Iaquit Philo Carpatius, super cap. 7. Canticorum. *Et consuetudo est, in Sacris litteris adiungere illa duo genera sacrifitiorum, nempe, vitulorum, & hyrcorum.* Nam si legamus. Paulum ad Hebræos, cap. 9. dicentē de Christo Domine: *Nec per sanguinem hyrcorum, aut vitulorum sed per proprium sanguinem, introiuit semel in Sancta, &c.* Inueniemus coniuncta semper esse, ista duo genera sacrifitiorum; quod sic explicat doctissimus Episcopus Thenæ quia antiquus Pontifex, per alienum sanguinem, immo, & Velluinum, nempe hyrcorum, aut vitulorum, introibat in Sancta Sanctorum: at Christus, nouus Pontifex, per sanguinem rationalem: immo, & per proprium sanguinem, introibit semel in Sancta. Ille introibat quot annis semel, sed absolute pluries; quia multis, immo, & omnibus annis introibat: & ideo pluraliter dicitur; per sanguinem, hyrcorum, aut vitulorum, vt notat S. Thom. erat enim peccatum multitudinis, expiandum, immolatione vituli; iubeatur vero, Pontifex immolare vi-

Rodulphus

Origen. Hesichius.

PhiloCarpatius.

Hebræ. 9. 193.

Doctor Thenas.

S. Thom.

vitulum; vt recordaretur, quod Aaron Pontifex peccauit, vitulum aureum fundens, vt à populo adoraretur: & ita se cõmonefaceret peccati, primi Pontificis: immo illius destructionẽ figuraret, Deo vero immolando vitulum, quem Aaron adorandum exhibuit populo; & pariter populus immolabat, vt recordaretur peccati commissi, in eius adoratione, & ita illud detestaretur.

194. Hyrcus vero animal est fœtidum, & deforme, & caprini gregis dux; ideoque eius immolatio illis præscribebatur; qui peccata Principis à se transferunt in multitudinem per immitationem, & ita male olent: quia offendunt populos sibi commissos, & in maximam ruinam trahunt, sicut peccatum Heroboam; quod fuit scandalum decem Tribuum, nam ille fecit duos vitulos aureos quos decem Tribus, adorauerunt, & ita Leuitici, c. 16. iubeantur: *Quod sanguine, vituli, & hyrci, Pontifex aspergeret, & mundaret Sãcta Sanctorum; inferretque sanguinem eius intra velum:* sicut præceptum est, de sanguine vituli, vt aspergat, è regione oraculi, Christum enim significari per hyrcum, certum est ratione carnis peccati, similis carni peccatrici, ad Rom. 8. *Deus Filium suum mittens, in similitudinem carni peccati; sed sine vllo peccato, tantum autẽ per omnia, pro similitudine absque peccato.* Etiam figuratur, per vituli, ratione fortitudinis; & quia vtitur duobus testamentis; tanquam duobus cornibus Hab. 3. *Cornua in manibus eius.* Ita hic, Sãctus Thomas, quod placet sed plus placuit tradita declaratio Carpatij.

Leuit. 16.

Ad Rom. 8.

Habac. 3.

3 Thomas.

195. Sed quis non videt, nos debere Deo, hostias offerre; animæ, & corporis? Quibus dicitur significationibus, obtulisse vitulum, & hyrcum, vt integra sit hostia, & Deo placens, exigit ergo Dominus vtrumque sacrificium, à popularibus, & humilibus; in quibus est labor corporis; & fatigatio membrorum, perit vitulum; apotentibus, & superioribus, siue sint Tyrani, siue non; exigit hyrcum, in quo significantur labores spiritus, vt intelligas illa genera dolorum diuisa, & partita esse, nam humilibus, & patientibus eueniunt labores corporis potentibus tamẽ labores animæ vt nc intelligamus, quod sicut maior est dolor spiritus, quam corporis, ita etiam de illis dolendum gloriandum tamen de Passione humiliũm ad quos Tertuliani sententia dirigitur, dicentis: *Fagetur improbitas; patientia tua.*

§. IIII.

Exaltantur, qui patienter sustinent tormenta, & forsitam est necessarium, vt torqueantur ne cadant, quorum exaltatione fatigantur Tyrani.

196. LEgite ad hoc propositum; doctissimum quendam nostrorum temporum cuius verba referre non vereor (Baeza) ait enim; quam fœlix est iustorum hominũ Sors, qui cretiantur lingua, verberantur approbrijs impiorum, quid tũc de iustis erit? Audiamus dominum dicentem cinctis suis: *Lucernæ sint ardentes in manibus vestris.* Lucæ 12. lucernas ardentes petit in manibus persecutorum, vt plus luceant dum plus persecuti sunt, & ardentes lucernas, vt fatigatione patienter sublata, fatigetur improbitas persequentium, sed quando persecutores non fatigantur? Quando persecutus, lucidior non euasit? Vidisti Laurentium caput coronantem corona illa, quã flama construxit, ita Tertulianus, lib. de corona militis, cap. vltimo: *Erubescite Romani commilitones eius iam non ab ipso iudicandi, sed ab aliquo mithræ milite, qui cum initiatur in spe eo, in castris vere tenebrarum; coronam interposito gladio sibi oblatam, monetur obuia manu capite depellere, & in humerum transferre si posset, dicens mithram esse coronam suam.* Vbi corona illi datur interposito gladio, sic interposito gladio ignis datur corona Laurentio, vidi Stephanum Lapidatum, exorãtem pro illis, à quibus lapidatur, sed lapides mittit, quibus præmuntur aduersarij; sed qui lapides? Lapides exorandi, & patienter sustinendi: vidi strenuissimam Virginem Catharinam machinam patienter sustinendo frangentem, & emittentem stillas super capita coronantium eam, martyrio ipso fatigantur quidem persecutores martyrum, patientia ipsorum.

Baeza.

Lucæ 12.

Tertul.

197. Non tacebo illud quod eleganter de se loquitur, Naziancenus oratione 28. vbi dicit: *Vnus ego audax, vt apparet, vnus in rebus orrẽdis, spe bona subnixus, vnus constanter aduersa tollerans, & publice propositus, & priuatim contemptus, ex vellis, quæ mihi inferuntur, Orienti, & Occidenti notus.* O insignem audaciã: *Si consistant aduersum me castra non timebit cor meum.* Hæc ille, sed cur timeat inimicorum castra, qui persecutione fit splendidior? Qui notior toti Orbi? Persecutiones quidẽ non obliuioni dant Martyres

Greg. Naz.

Machab. 7 tyres sed præconi. Machabeorum, cap. 7. narrat, passiones septem fratrum, & dicit: *Quartum vexabant, similiter torquentes.* Ponit Græcus. *Basanizontes.*

Ambrosius Quod secundum Ambrosium, est idem, quod *Rotam agi.* Quod est notissimum tormentorum genus, usus erat in Rota martyrium dare, & qui in Rota erat, non poterat deorsum moueri; quim toties in sublime appareret sic dum viri iusti quasi Rotari, ab hostibus cernuntur, & sublimiores, & glorioßiores, humana fortuna apparent, ex quo pulchre Ambrosius lib. 11. de Iacob. cap. 11. ait: *At ille cum torqueretur immaniter dissoluis inquit corporis membra, sed adiungis gratiam passioni, nec eripis solatium morti, est enim vox tonitrui in Rota: quia in bono, & in offenso vitæ istius cursu, cœleste resultat oraculum: itaque illud quod legi nūc manifestius, recognosco quia Rota intra Rotam currit, nec impeditur, teres enim vita sine vlla offensione, in quauis passione versatur, & intra hanc quoque Rota currit.* Hæc ille, duo ponderabo, ex Ambrosio. Primum *Rota intra Rotam currit, & sine vlla offensione currit.*

Ambr.

198. Huc spectat illud Ezechielis cap. 1. vbi dum mistici currus explicat Rotas, ait: *Aspectus earum, & opera; quasi sit, Rota in medio Rotæ.* Circa quæ verba, quæstionem faciunt Expositores quomodo Rota non in medio Rotæ, possit circumagi, & voluí? Quomodo Rotæ non impediuntur? Quæstionem soluit, Ambrosius: *In passione viri iusti, cuius vitas steres, & vndique æqualis, medijs incurriculis maleuolorum hostiū agitur, mordetur, impugnatur, laceratur, tūc sane Ezechielis panditur miraculū & Rota in medio Rotæ currit, nec impeditur; quia iustorum vita, teres, & æqualis absque vlla offensione, in quauis persecutione versatur, immo tunc ostenditur iam quasi incurru triūphali.* Sed age expendamus illud primum, nimirum: *Quod vox tonitrui in Rota.* Quia in bono vitæ istius cursus, cœleste resultat oraculum. Psal. 76. *Vox tonitrui in Rota.*

Ezechiel. c. 1.

Ambr.

Pro Sãcta Catarina.

Psal. 76.

199. Nec facile inueniebatur Rota, supra quam cœlestia omnia tonarent, quã Rotam inuenit Ambrosius, in persecutione iustorum, vbi enim iustorum vita æqualis ab hostibus circumagitur, impellitur Rotatur, immo reptatur; tunc pro iusto extollendo, Diuina resultant oracula, & cœlum, & nubes, tertium nomine, intonant eorum gloriam, & persequentium infamiam, tunc vox tonitrui, & iustos clarificat, & contra persecutores fulmina mittit; quibus misere, perdantur nũ quam enim persecutio iustos, non exaltat, & persecutores non confundit. Illa exagitatur, quæstiõ à Iustino, quæstione 74. Cur non possit timeri, quod Gentilismus, iterum reuiuiscat, & Ecclesiam Christi perdat? Respondet ipse. *Enim vero hæc tormenta quibus, & ante vsus est Gentilismus sperans hac ratione se se cõseruari posse in integrum, & Gentilismũ à voleuerunt, & Christianismum stabiti sunt.* Hæc ille.

Ambr.

Ambr.

Psal. 45.

Lucæ 22.

Iustinus.

Psal. 117.

Raymũdus non natus.

200. Vane quidem putat Gentilis perdere Christianorũ nomen persecutione; quando persecutionis tormenta non coronauerunt? Quando persecutores aboliti non sunt? Quare Dauid, Psalmo 117. dicit de persecutoribus suis: *Circundederunt me sicut apes.* Sed quare sicut apes? Nã apes in inferendo vulnere primo ipse cadunt, accenditur ira apicula, & totã an helans, vultum hominis aggreditur eupidem in figit, & subito ipsa moritur, rem explicat Ambr. Psal. 45 in iuda proditore. Lucæ 22. factus dux latronum Iesum aggreditur, & impudentissimus omniũ, audet Iesum osculo petere, in figit oscũlum, capitur amicitiæ signo, Iesus ipse, quid tunc? Non multum post adhuc viuente Iesu, proditor ipse suspendio perditur, accipite pulchra Ambrosij verba: *Osculum dedit proditor, infudit benenũ, mortem irrogauit, cuius aculeum quidem Christus obtudit; sed solus proditor, non euasit. Sic in inferendo vulnere, solæ apes pereunt. Sic in inferenda iniuria solus persecutor perditur.* Quid loquitur Raymundus noster nonnatus, quãdo persecutor os illud aureum claudit durissimo ferreo vecte? Loquitur profecto pulcherrima verba, tacet Tyranus; quia irridetur ab illo, amplius torquetur, & proprio tabescit libore, ergo fatigatur improbitas, patientia Martyris.

Secundum quod noto, ex Ambrosio est, verbum illud: *Dissoluis corporis membra, sed adiungis gratiam passioni* Quia dum lædunatur Martyres coronãtur, dum absentes adeo, & quasi de relicti videntur, tunc ad eum magis accedunt, tunc illius gratiam cummulatiisime recipiunt.

(.?.)

§. V.

Quod Dominus ponit Martyres in sublime, & qualiter dissipat cogitationes malignorum, ne impleant manus eorum quod cœperunt.

201. Licet certe existimare, has, & similes alias locutiones, sublimandi humiles, & abiectos, & econtra de ijtiendi Tyranos; & licitum etiam est respicere, ad antiquam Regum, Magistratuum, virorumque nobilium consuetudinem sedendi in loco sublimi 3. Regum, cap. 10. dicitur: *Quod thronus Salomonis habebat sex gradus.* Et 2. Regum, cap. 6. dicitur: *Eleuetur thronus Dauid super Iudam, ideſt ſit, Rex, & reliquo populo ſedeat ſublimior.* Circa quod Esai. cap. 6. *Vidi dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum.* Vbi describitur excelsitudine throni Diuina Maiestas, tum etiam publicis conuentibus, aut disputationibus, erant primæ, & sublimides Cathredæ, reliquis sedibus eminentiores, Matth. cap. 23. Marci 12. Lucæ 20. & forte erãt in conuiuijs, & triclinijs, quidam electi, aut sedes electorum, reliquis sublimiores, quod apparet, ex 1. Regum, cap. 20. *Sedit Rex ad comedendum panem ſuper Cathredam ſuam, ſecundum conſuetudinem.* Cum quo recte quadrat, quod in parabola de inuitatis ad nuptias dixit Christus Lucæ c. 14. intendens, quomodo primos accubitos eligerent; ascendebatur enim ad illos: *Amice aſcende ſuperius: quia omnis qui ſe exaltat, humiliabitur.* Et Prouer. 25. *Ne glorioſus appareas coram Rege, & in loco magnatorũ, ne ſteteris, melius eſt enim, vt dicatur tibi, aſcende huc.* Nec est dissimile huic illud quod Virgilius docuit Eneidos 2. *In de thoro pater Eneas ſic orſus ab altò:*

Nam thorus altus cui accumbebat, profecto, non alius erat, quam thori pars, sedesque sublimior, sic etiam eo loco, secundum Donatum: *Scilicet ea altitudo, vnde melius audiri, viderique poſſet Eneas, ſcio altum, ideſt primum, ſummumque locum, ante medium, ab alijs accipi; ſed ego coniecturam facio, non omnino infimam; ex ipſis verbis, & proprietate ſignificationis.* Huc etiam pertinet, illud Psal. 26. *Honorificati & exaltati.* Et Psal. 26. *Exaltauit caput meum ſuper inimicos meos.* Et Ecclesiastici, cap. 15. *Exaltauit illum, apud proximos ſuos.* Abiectissimum autem locum, qui valde humilis sit, & terræ proximus; ipsa res, & verba humiliandi, abijtiendi cadendi, descendendi, sedendi in puluere, & terra, indicant Esai, cap. 47. *Deſcende, ſede in puluere virgo, filia Babilon, ſede in terra; non eſt ſolium filiæ Chaldæorum.* Esai. cap. 14. *Qui dicebas, in cœlum conſcendam; ſuper aſtra Dei, exaltabo ſolium meum: ſimilis ero altiſſimo: detracta eſt ad inferos ſuperbia tua; quomodo cæcidiſti in terrã?* Atque is erat ille afflictorum, & miserorum, mos: *Sedendi in puluere.* Lucæ 1. *Deppoſſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles* Psal. 112. & 2. Regum: *Suſcitat, de puluere egenum, vt ſedeat cum Principus.* Et 3. Reg. 16. *Exaltauit te de puluere.*

In qua enim alia honorificentiori sede, sederet pastor; quam recubans in solio sub cœlo? *Et poſui te ducem, ſuper populum meum.* Inde eos qui subito, in honores conscendunt; Hispane dicimus: *Que ſe leuantan del poluo de la tierra* Et sæpe suspectos habeo illos honores, ita Tertullianus contra Marc. lib. 2. *Suſpectum habebitur, omne quod exoruitarit, à regula.*

202. Scio, hæc quæ adduximus loca, posse, ad Ordinem dignitatis, & honoris, non etiam solum ad loci altitudinem, & eminentiam referri, sed simplicius, vt sonant verba; ad ascensum; atque descensum ex loco, in locum, aut celsiorem, aut humiliorem referri confirmat S. Iacobus epistola 2 cum loquitur de acceptione personarum dicens: *Si introierit in conuentum veſtrum, vir aureum anullum habens in veſte candida; introierit autem, & pauper, in ſordido habitu, & dixeris ei tu, ſede hic, bene ſede,* in Hæbreo, *chalos*, i. honestè honorifice, ritu, secundum ordinem, & gradum tuæ dignitatis, pauperi autẽ dicatis tu, sta illic; aut sede sub scabelo pedum meorum, en locum ignobiliorum, infimum esse; nobiliorum vero, superiorem, & nobiliorem, quod explicuit Amb. ex 1. Corint. 14. *Sicut releuatum fuerit ſedenti*, subdit, *hæc traditio, ſinagogæ eſt, quam nos vult ſectari: quia Chriſtianis quidem ſcribit; ſed ex gentibus factis non ex Iudæis*; vt scientes, disputent seniores dignitate, in Cathredis, sequentes in sub sellis, nouissimi, in pauimẽto super multos. Et eo procul dubio, pertinet, quod dicit, Ecclesiastes, cap. 10. est malum: *Quod vidi ſub ſole, poſitum ſtultum in dignitate iudicis; magiſtratus doctoris ſublimite, & diuites ſedere deorſum.* Igitur de abiecta cõditione, de Passione martyrij, de perse-

cu-

201. 3. Reg. 10. 2. Reg. 6. Esai. 6. Matth. 23 Marc. 12. Luc. 20. 1. Reg. 20. Luca 14. Prou. 25. Virgil. Donatus. Psal. 36. Psal. 26. Eccles. 15. Esai. 47. Esai. 14. Luc. 1. Psal. 112. 2. Reg. 3 Reg. 16. 202. Tertul. 203. Iacobi 2. Ambr. Eccles. 10 Nota.

cutione tyranica de pacifica humillitate, Præsidente patientia, scit Deus, eos eleuare ad thronos, & loca Regalia, vt ille qui aliquomodo in tribulatione fuit, sedeat super sedes iudicantiam duodecim Tribus Israel igitur, ò tu persequutor, vide qualiter, inuidia tua te fatigat, & qualiter patientia Martyris, crutiatur improbitas tua.

204. Vide, Diuinæ Maiestatis Ordinem, quæ dissipat cogitationes malignorum, ne possint implere manus eorum malum, & crutiatũ quod cœperant, incipit persequutor; sed non perficit: *Tres pueros vidimus in camino ignis ardentis.* Incepit Tyranus parando ignem, litores disponit ligat puerulos, in fornacem ignis ardentis mittit, sed disquiro vbi furor? Ibi gaudent, ibi coronantur, & coronantur, ea corona quam efflagitãt, nam quæ alia inquit Aug. nisi vt sit Martyr cum Filio Dei, sic ait textus: *Quartum vidi, similem Filio Dei.* Crutiatur Tyranus cuius cogitatio non impletur, coronatur Martyr, cuius animus, & patientia vincens erigitur, sedet in sublimi loco.

Dan. 3.

Igitur cum abiectos, & humiles eleuet Deus, malignorum dissipex conatus, dicuntur enim maligni *acharam*, quod est: *Callidum esse, aut astutum, vafrum.* Quæ vox, cum in vtramque partem accipi soleat in Scriptura, ex adiunctis discerni opportet in bonum ne an in malum accipi debeat. Et *callidi*, ideſt, *ad animi sui bonum attenti.* Et quidem in bonum, nõ semel accipitur; quod Prouerb. 14. dicitur, illud idem: *Sapientiæ callidi, est ad animi sui bonum attenti; de suo profectu solliciti, sibi suisque moribus diligenter, caute, sedulo prospitientis finem suum, mortemque considerantis.* Et quo tãdem humana omnia, recidere debeant; est intelligere viam suam, & imprudentia stultorum errans; ideſt, dolos machinatur proximo; tum etiam sibi dolosã, nocua, errans est; non aliter, Prouerbiorum, cap. 22. *Callidus* (cautus) *vidit malus, & abscondit se innocens pertranſijt, & afflictus, & damno.* Atque hæc est illa astutia, quam Diuina sapiẽtia, parualis, ideſt, peccatoribus, stulteſcentibus, communicat, hoc autẽ loco, & frequenter alias, in malum: rursus interpres super cap 5. Iob non dixit, *Callidum*, aut *Astutũ*, nec *versutum*, sicut 70. *sed malignum.* Malitiosum: cuius sit deprauata, peruersaque voluntas, mali genij hominem inuidum, sic enim, Psal. 82. *Super populum tuum, malignauerunt consilium.* Hieronymus, *contra populum tuum, nequiter tractauerunt, nequam maligna inuida consilia capientes, astutia carnis pollentes, non sapientes, quæ Dei sunt, sed quæ carnis.* Aliqui, dicunt, proprietatem originalis vocis, significare, Hiſpanicæ: *Vn hombre doblado, de muchas bueltas, in volutum vafrum, malitiosum.* Cuius in animo plures sint flexiones, & diuerticula, atque ita ex proprietate vocis dicitur Genesis, cap. 3 *Serpens erat calidior cunctis animantibus.* Ideſt multis nodis implicitus, & alibi dicitur: *Spiritu furoris tui congregate sunt aquæ.* Vbi vides obscuram, & cæcam multarum aquarum atque fluctuum congeriem, quo malignorum astutia, apperte describitur.

Prouer. 14.

Prouer. 22.

Iob 5.

Psal. 82.

Hieron.

205. Congruitque nomẽ cogitationis, quod non affert simplicem cogitatum, sed ex cogitationem, inuentum dolum, animo conceptum, & machinatum; quo lædere possit, sicut dicitur Geneſis, cap. 50. *Vos cogitastis deme malum.* Et Psal 55 *aduersum me, omnes cogitationes eorum in malum.* Quas, deinde subiungit: *Inhabitabunt, & abscondent ipsi calcaneum meum, obseruabunt.* Et Psal. 39. *Dominus sollicitus est mei;* in Hebræo, *Dominus cogitauit pro me.* Ideſt attente, & sollicite, prospicit; quid deme futurum sit, sicut eodem Psalmo; dixerat: *Multa fecisti tu Domine Deus meus mirabilia tua, & cogitationibus tuis non est tibi similis.*

Genesis 3.

Exod. 15.

Genes. 50.

Psal. 55.

Psal. 39.

Psal. 39.

Iam ergo dissipate cogitationes malignorum erit eorum machinas destruere, in fatuare consilia; sic pro verbo: *Dissipandi*; dicitur 3. Reg. 15. *peto, vt venias, & irritum facias fœdus quod habes cum Rege Israel.*

3. Reg. 15.

206. Sed quomodo, disquiro, Deus dissipat cogitationes malignorum, & qua ratione? R. quod multis modis: primo dum efficit ne ad finẽ desideratũ, cogitationes suas perducant, qui modus in eisdem verbis postulatur, ita dicitur: *Ne possint implere manus eorum, quod cœperant.* Et sic tandem irrita euadunt eorum machinamenta, sic intelligo Tertullianum, cũ dicit: *Id circo quis te lædit, vt doleas: quia fructus lædentis in dolore læsi est, ergo cum fructum eius e erteris non dolendo, ipse doleat necesse est, amissione fructus sui.* Tunc tu non modo illesus ibis, quod etiam solum tibi sufficit; sed in super aduersarij tui, & frustratione obledatus, & dolore offensus, sic frustrantur cogitationes Tyranorum.

Tert. De p. c. 8.

207. O quam fœlices sunt cogitationes ser-

norum Dei, & quam firme! *Consilium autem Domini in æternum manet, & cogitationes eius à generatione, in generationem.* Firma sunt consilia Dei, consequitur quidem omnis eius conatus quod vult, cuius effectus est æternus, & cum disponat omnia suauiter, attingit à fine, vsque ad finem; sunt enim isti duo fines extremique rei perficiendæ, videlicet, cogitatio, & inuentio mediorum, atque dispositio, & electio alius vero finis est, ipsius finis cõsequutio exitus rei, cogitat ergo Deus, & perficit, quod eleganter dicitur 1. Reg. c. 2. *Deus, scientiarum Dominus est, & ipsi præparantur cogitationes.* Septuaginta legunt: *Deus præparans, ad inuentiones suas.* Pagninus, *ipsi directa sunt opera*, ideſt, *recta*, vt tendant ad finem optatum. Idem est sensus Tygurinæ Paulo dilucidior; *etiam iuxta fontem, Conatus eius perficiuntur.* Quoniam vero nunquam Diuina consilia, irrita euadunt, nunquã quoque Deo opus sunt, prætextus quidã, excussationesque quas confingunt, hi, quorum consilia, ad optatum exitum perducta non sunt, conijctãtes culpam; fortuita quædam, cassoque incurrentia impedimenta, ideo Simachus vertit: *Non sunt apud eum prætextus, & excussationes.*

Psal. 39. *1. Reg. 2.* *Septuag.* *pag.* *Tygurina.* *Simachus.*

208. Secundo, Deus cogitationes malignorum dissipat resistendo, & contradicendo; ne qui cum fortior sit, alicuiusque superior, cõnatibus, & studijs contradicit, illa plane dissipat in hac significatione Vulgatus, accipit Verbum Originale; *dissipandi*, cum de voto, aut iuramento vxoris ait numeri, cap. 30. *Si autem, vir, contra dixerit.* Sic ergo hoc loco dicetur Deus contradicere cogitationibus malignorum, quod Petrus, & Iacob dicunt: *Deus superbis resistit* 1. Petri, cap. 5. Iacobi, cap. 4. quod illorum conatibus, atque consilijs impedimenta opponit, nam cum huiusmodi maligni, propria virtute, atque sapientia fulti, sibi suisque cogitationibus, fœlicem exitum polliceantur, atque consiliorum perficiendorum, stabilitatem, & diuturnitatẽ, certe quod diuinitate proprium est, videntur rapere velle, ideo huiusmodi superbis, vt se quasi tueatur Deus resistere dicitur, potius quam alijs peccatoribus.

Vulgata. *Num. 30.* *1. Pet. c. 5.* *Iacob c. 4.*

209. Nec est potestas humana contra decretum Diuinum, optabant Iudæi gloriam Christi Domini obscurare, procurantes, vt gentes post illum non abirent, sed quid tunc? Profecto, triumphans intrat Hierosolimam, magno cum commitatu, & acclamatione: *Osãna dicunt filio Dauid.* Tunc Iudæi dixerunt: *Videtis quia nichil profficimus, mundus vadit post eum.* O dementia terribilis? Quippe, qui voluntati Dei, resistere non potestis curatis perdere Filium Dei?

Mat. 21.

210. Cum enim Christus Dominus in Cruce erat ponendus: *Milites diuiserunt sibi eius vestimenta sortem mittentes.* Solũ de tunica dixerunt: *Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cuius sit?* Notauit Euãgelista Ioannes: *Quod erat tunica inconsutilis, & de super contexta per totum.* Vbi Toletus notat causam, quare tunica illius non fuerit diuisa, sed sorte tradita, ait enim: *Tunica de super contexta per totum.* Vt intelligamus quod; quia tunica erat à parte superiori contexta, propter hoc non est diuisa: quia si ab alto iuditio Dei, est vna, est vnita, est contexta, quomodo potest ab humano cõsilio scindi? Cætere autem vestes, non sic erant contextæ de super, & à Suppremo Dei Consilio vnitæ, sed poterant diuidi, & ita diuiserunt vestimenta eius; non vero tunicam desuper contextam per totum, itaque cogitationes hominũ, si sunt contra Diuina consilia, impleri non possunt: vnde nichil consistens per ficere poterit manus eorum in nichilũ reducentur, omnes illorum conatus, & nichil consequabeis poterit contra Dei voluntatem atque Consilium.

Mat. 27. *Ioan. 19.* *Toletus.*

211. Igitur, cum Deus impedit ne perficiãt, quod excogitauerant, tunc vehementer torquentur ab eo, & cunctorum ludibrio exponuntur, vt omnes qui viderint incipiant illudere, dicentes, ecce homo qui cœpit edificare, & non potuit consummare. Ecce, quorum manus non possunt implere, quod ceperant, hoc est illud. Prober. 3. quod enim Petrus, & Iacobus, ex Prober. c. 3. Secundum lectionem septuaginta dicunt: *Deus superbis resistit*, nos habemus. *Deludet illusiones.* Nam cũ posset Deus vnico ictu percussum impium perdere omnino, finit tamen Paulis per ex sententia agere, multa ex cogitare connari agredi, nihil tamen implere, aut perficere, quod patet in Nabucho donosore, Danielis 3. cui cum Dominus ostendisset statuam diuersorum metallorũ, ex argento & Ære insignũ diuisionis, & destructionis illius, ipse tamen, ad perpetuam sui durationem; statuam confecit auream; putans contra Dei consilium resistere posse; sed Dominus illius factus irrisi-

Prouer. 3. *Petrus.* *Iacobus.* *Dan. 3.*

irrisſor, eum ad nichilum redigens, inter veſtias deputauit. Sic illuſſor illius Dominus oſtendit potentiã ſuam, quod ſignificatur verbo, *Reſiſtendi*. Quod non tam eſt oppugnare, & perdere: quam impedimenta apponere, & prohibere conatus malorum, ne perdantur amplius, ne etiam impleantur.

212. 4. Reg. c. 6. Nõ tacebo illud, quod videre eſt apud Regem Siriæ, 4. Reg. c. 6. cuius cum cõſilia, multoties diſsipaſſet, prodidiſſetque Eliſæus *conturbatum eſt cor Regis Siriæ pro hac re*. Et cor ipſius Regis maxime anxiatum. Sic video turbatos Tyranos, quando noſtrum Raymundũ Nonatum aloquem, & prædicantem viderent, dum illius labia transfigũr, turbantur lapidatores Stephani, dum eum vidēt orantem pro illis, turbantur perſecutores Laurentij, & Catarinæ, videntes illorum fortitudinem, & conſtantiã, enim vero inditia Dei contradici non poſſunt. Sic habetur Geneſis c. 11. Vbi cum immenſæ molis, opus molirentur filij ſuperbiæ, cumque deſcenderet Dominus, vt videret ciuitatem, & turrim dixit: *Cœperunt facere, nec deſiſtent à cogitationibus ſuis, donec eas oppere compleant*. Sed reſiſtit, & prohibuit illorum cõnatus, dicens: *Venite, deſcendamus, & confundamus linguam eorum; vt non audiat vnuſquiſque vocem proximi ſui*. Atque ita diuiſit eos Dominus, ex eo loco in terras vniuerſas, & ceſſauerunt edifficare ciuitatem. Ita accidit quando Iulianus tentauit inſtaurare Templum Iudæorum, flamæ mirabiles è bomuerunt baſtauerunt eum, diſsipateque ſunt lapides & fundamentũ. Omnibus ab cuẽtu de territis, nec potuerunt implere manus eorum, quod cœperant. Sic etiam cõfracta eſt machina, qua Catharina cruciabatur, & patientia illius fatigati ſunt Tyrani, quod dixit Author fatigetur improbitas patientia tua.

Gen. 11.

TERTIA SENTENTIA ERAT IN *hunc modum.*

Si linguæ amaritudo, maledicto, ſiue conuitio eruperit reſpice dictum, cum vos maledixerint gaudete, aut crutiabor impatientia muta.

§. VI.

Qualiter lingua venenoſa depingatur, eiuſque malignitas apperitur: exemplo Picæ, vbi late D. Bernardus de lingua.

213. DE Linguæ amaritudine longiſsimum poſſumus texere ſermonem, quã ſpeciali prouidentia forſitam iudicauimus intra clauſtra dentium, & labioram collocaſſe Dominum, etenim mors, & vita in manibus linguæ ſunt.

Pierius. Sed præ cæteris placuit Pierium Valerianum referre, lib. 23. in ſuis Hieroliſicis ſpecialiter agens de homine garrulo, & denimia loqua citate. Pingit, *Picam*, de qua ſic à loquitur: *Eſt, & picæ docilitas ad humana verba: ſed quoniam non ita, liquide, nec concine loquitur, ſicut, Pſitacus, & quadam omnino raucitate ſermonem offuſcat, præfacioque ſono ſyllabas enuntiat, eſtque memoria, minime tenaci, vt niſi quæ didicit frequentius replicari audierit, facile obliniſcatur; ideo non meruit, vt Pſitacus, eloquentiæ titulum ſibi vendicare*. Hæc ille, ideoquè à Galeno inepta immitatione, Syrænis taxatur, lib. 2. de differentia pulſus. Galenus.

Sed de garrulitate, & loquacitate, ſubdit idem Pierius: *Sed pro garrulæ potius loquacitatis Hieroliſico poſita eſt, Pica, quod, & in rudis pleueculæ ore, quotidiæ verſatur garrulos, picæ cognomento vocitãtes, ea enim, & loqua citate plurima, & aſidua vocum mutatione, inſignis eſt vt pote, quæ diebus fere ſingulis, diuerſam emitit vocem, cuius quidem garrulitatis ergo, Baco dedicatur, vt Plutarchus affirmat, dicacitate enim plurimum ebrij valent, & arcanũ, dement, detegit ebrietas atque, vt apud oratium eſt, fœcundi calices, quem non fecere diſertum? Sed enim ſuper hoc plurima, apud Platonem, in legibus, vbi nullum tormẽtum, ad veritatem elitiendam, bino, efficatius, adhiberi poſſe diſeri. Mira ſunt quæ de Pica Plutarchus refert, quæ alioquim, loquaciſſima; auditis Romæ Buccinatoribus,*

214. Pierius. Picæa. Plutar. Oratius. Platon. Plut. Nota.

ribus, obstupefacta siluerit euestigio; tantoque ita silentio, dies aliquot meditata repente, quasi expergefacta, omnem eum Buccinarum, onum armoniam, & numeros; summa omnium admiratione rediderit.

215. Celsus. *In portentis quoque Pica sermonis significationem habet, vt ea quæ ex Celino, in feltrinos mobenti, facta obuiam, & in eius humeros delapsa, inditium fuit poculum, cui plurimum in loquendi studium, ad eius authoritatem se, nullo negotio collaturum; pauloque post, antea quam menibus appropinquaret affuerunt ab eo urbe legati, qui se duci dederunt, pecataque ad eius arbitrum, omnia nuntiarent, non nulli vero, scribunt huiusmodi Picam, millitari signo in sedisse, quam manu captam, & in augurij, omen acceptam, Tyranus ipse expeditionibus, omnibus serio circum tulerit.* Huc vsque Pierius testibus, natali comitis, lib cap. 12. *Cur, baceo Pica, dicata.* Epistola, ad Torquatum, idem Plinius, lib. 14 c. 22. hinc illud Athenæi, lib 2. *Binum, & veritas.*

Plin. *Athenæus.*

216. Bern. *Venenum est mala lingua.* Notemus D. Bernardum, sermone de Custodia, manus, linguæ, & cordis vbi, dicit: *De lingua, quod si dixeris rarus est, qui sermones suos, in iuditio disponere videatur, vel ex hoc disces, quam sit rara perfectio, cum nec perfectum inueneris omnibus esse communæ, quis sane numeret quantas modicum linguæ membrum, contrahat sordes? Quam multiplex in labijs in circumcisis, inmunditia coaguletur: Quàm sit grauis pernities? Oris in circunspecti. Est enim lingua dissoluta in sermonibus otiosis, est lingua impudica, est & magni loqua; quarū prima lasciuiæ sequens arrogantiæ famulatur, est etiam lingua doloſa, & item lingua maledica; quarum altera, in falsi loquam, & adulteratoriam sub diuiditur, altera vero nunc in faciæ contumelias irrogat, nūc detrahit in occulto, quod si de omni, vel otioso verbo, quodcumque locuti fuerint homines, Deo sunt redituri rationem in die iuditij, quanto districtius, de verbo mendatij, mordaci, aut detractorio, iudicabuntur.*

217. Prosequitur Bernardus: *Quam vera sententia fratres; in multi loquio, non effugiendum peccatum, vt enim præteream cætera; si propterea est otiosum verbum, quod nullam rationabilem causam habeat; quam rationem de eo redere poterimus, quod est præter rationem? Nemo vestrum fratres, parui estimet tempus quod in verbis consummitur otiosis, si quidem tempus acceptabile est dies salutis, volat verbum irreuocabile, volat tempus irremeabile, nec aduertit insipiens, quid amittat, libet confabulari, aiunt, donec hora, prætereat! O donec prætereat hora! O donec pertranseat tempus! Donec hora prætereat; quam tibi agendam pœnitentiam, ad obtinendam veniam, ad aquirendam gratiam, ad gloriam promerendam, miseratio conditoris indulget, donec transeat tempus quo Diuinam tibi repropitiare debueras bonitatem, properare, ad Angelicam sotietatem; suspirare ad amissam hæreditatem aspirare ad promissam fœlicitatem; excitare, remissam voluntatem; flere, commissam iniquitatem.* Nota.

218. Bernard. Prosequitur Bernardus: *Sic nimirum, sic agricolæ, cum diu desiderata affuerit opportunitas seminandi, sic binitores, cum spectatum tempus putationis aduenerit, inuenisse occupationes, & quasi irrepræhensibiliter, sine oppere diem transegisse lætantur, sic instantibus nundinis institores nectere moras, occasiones quærere solent, nequem forte sibi ex eis quæsitum prouenire contingat. Sic denique pauperes mendicantes, cum multis clamoribus euocatus, tandem affuerit eleæmosynarum distributor, diuerticula captant, & concurrentibus sotijs, vacuos ambiunt occupare recessus, & sobere latebras in angulis platearum, vtinam tamen, vel solum tempus vitæ amitteretur in verbis, sed multi in bijs etiam, vitam amittere comprobantur; nec modo ipsæ amittere, sed addimere quoque, & hoc fratribus suis; an non amittunt vitam detractores Deo odibiles, odibiles vitæ? Fugit vita quos odit, & quos vita fugit, mori necesse est, an non, & ipse moriturus qui benænum bibit: Quod ei sua detractoris lingua propinat. Si quidem furtim ei dilectionis vita subtrahitur, & dum nescit, paulatim in eo faterna charitas refrigescit, arditurus est forsitam ipse quoque cui detrahitur, vndique enim verba volant, & multorum prius ora sermo pertransiens difficile fieri potest quim singulorum creuerit linguis, & quasi iam prouectus referatur à Deum, ad cuius expectat offensam: itaque scandalizauitur audiens, & tabescet, eoque facilius extinguetur in eo charitas; quo amplius ante viuere videbatur Si inimicus ait, meus, maledixisset michi, sustinuissem vtique: & quidem cabet sibi prudens auditor, cabet, & ipse, si non desipit; qui sibi nocuerit*

uerit esse detractum. Ille ne, beneno infitiatur. Ille, ne scandalo perturbetur.

219. Prosequitur idem: *Sed quod in se est, tamen lingua maledica, & illius percutiens conscientiam, & istius vulnerans charitatem, secum pariter utrumque perimit nunquid, non vipera est lingua ista? Ferocissima plane nimirum, quæ tam letaliter; tres infitiat statu suo uno nunquid, non lancea est ista lingua? Profecto, & acutissima, quæ tres penetrat, ictu uno, lingua inquit Dauid, gladius accutus gladius, equidem anceps, immo, triceps est lingua detractoris, nec vero eiusmodi, linguam, ipso etiam mucrone; quo Dominicum latus confossum est; crudeliorem dicere verearis, fodit enim hæc quoque Christi corpus, & membrum de membro, nec iam exanime fodit, sed facit exanime fodiendo ipsis, quoque nocetior est spinis, quas illi tam sublimi capiti, furor militaris impossuit, sed etiam clabis ferreis, quos Sanctissimis manibus illis, & pedibus consummatio Iudaicæ iniquitatis infixit, nisi enim huius quod sunt pungitur, & transfoditur corporis sui vitam illius vitæ corporis prætulisset; nūquam illud pro istorum mortis in iuriæ, Crucis ignominiæ, tradidisset.*

Bernardus

Lingua detractoris crudelior mucrone quo Dominicum latus confossum est.

Nota.

Crudelior, quā spinæ, quam clabi

220. Subdit idem: *Et dicimus, læuis res, sermo, tenera, mollis, & exigua caro lingua hominis, quis sapiens magni pendat? Læuis quidem res sermo, qui læuiter violat, & grauiter vulnerat, læuiter transit, sed grauiter urit, læuiter penetrat animum, sed nō læuiter exit profertur læuiter, sed non læuiter reuocatur, facile volat, atque ideo, facile violat charitatem, tenerum membrum lingua, at tamē vix teneri potest, substantia quidem, infirmum, atque exiguum, sed usu, magnum, & validum inuenitur, modicum membrum est; sed nisi cabeas magnum malum.* Hucusque Bernardus. Certe verba illius ponderatione dignissima sunt. Vnde inuenies quod à principio, cœpit delinquę amaritudine differere, circa finem tamen, eam comparat instrumentis Passionis Christi, & crudeliorem ostendit, & in fine omnia accutissime quæ dixerat, confirmat.

§. VII.

Linguam malignorum est quodam acerbissimum tormentum, quo denouo, Christus Dominus patitur, & execratur.

221. NOn tacebo, quod Domino Iesu accidit, dum linguam soluerit maledicam hominis: *Infremuit*, qui inter dirissima mortis instrumenta, sicut Agnus coram tondente se, *obmutuit*. Sed quid est, quod ad illa tormenta non gemuit, ad linguæ tamen solutionem infremuit? Est ne impiorum lingua sæuior, omni mortis iaculo? Iam legimus Bernardum loco nuper citato, late & accute, & deuote loquentem: *Nec vero huiusmodi linguam ipso etiam mucrone, quod Dominicum latus confossum est crudeliorem, dicere verearis; fodit enim hæc quoque Christi corpus, nec iam, ex animæ fodit ipsis quoque nocentior est spinis, quas illi tam sublimi capiti, furor militaris impossuit, seu etiam clabis ferreis; quos sanctissimis manibus illis, & pedibus, consummatio Iudaicæ iniquitatis infixit.* O novum, & graue linguæ tormentum, adhuc Christum lacerans in membris.

222. Est æquidem, longe ori illius ipsi Iesu, linguæ spiculā, quam omnia alia tela, à perfidis Iudæis contorta, legite Psal. 63. vbi exorat ad Patrem, & dicit: *Protege me à conuentu malignantium, & à multitudine operantium iniquitatē quia exacuerunt, vt gladium linguas suas.* An non significantius diceret: *Quia exacuerunt, gladios suos.* Parauerunt iaculā, spiculā, cuspides spinarum? Cur relictis, veris iaculorum, & spinarum spiculis, ad mystica linguarum tela transiuit R. Gilabertus, ser. 20. in Cant. *Horret Christus magis, aspiritatem morum, linguæ simulos quam aculeos spinarum, in his præsertim, qui in silentij vocati sunt solicitati, in charmatis negotiū, & otij quietem in humilitatis scholam, in subiectionis votum, & vinculum vnitatis; sed ni est bonum vinculum, quando sibi mutuo confederantur, & in alionum, obtrectationem dexteras conserunt, Iudeorum more, dicentes to. iamus ipsum; quia inutilis est nobis & contrarius, operibus nostris.* Hæc ille, vbi vides, quod vnus linguæ aculeus, traxit à Iesu pectore, mille suspiria; quod non fecerunt instrumēta Passionis. Legite Matth. cap. 27. dicentem: *Prætereuntes autem, blasphemabant eum, mouentes capita sua, & dicentes, ha. qui destruis Templum Dei, & in triduo reædificas illud. Si Filius Dei es, descende de Cruce, similiter, & Principes.* Quid ad hæc Iesus? Talia Iudæi fantur: *Et Iesus clamans voce magna dixit: Deus, Deus meus, vt quid de reliquisti me? Dimitte illis.* Ecce quod spiculæ, & clabi non potuerunt, Iudæorum lingua facit; quod notans Sanctus Cyprianus lib. de Passione, ait: *Cla-*

Pſal. 63.

Gilab.

Caueant qui Religiose viuunt linguā detractoris.

Luc. 23. Iam. 3. & Matth. 27.

223.

Cyprian.

bis Sacros pedes terebrantibus, fossisque manibus, de bulnerum anxietate non loqueris; de spinis Sacrum caput, pungentibus, non quereris: sed satagis, expositus contumelijs, & ludibrijs Iudæorum, nec mireris, quod à Deo Iesus, præ omnibus alijs linguarum spicula sentiat; nã quæcunque alia, tella, & si atrotia in vnius hominis ordinantur interitum: verum linguæ tellum, in totius Orbis ruinam extenditur. Transuerberat lancea pectus Iesu, clabi, spinæ, & alia corpus illius perdunt, verum Iudæorum linguæ petunt Crucis descensum, quo totus Orbis intereat. Ecclesiastici cap. 10. dicitur: *Labia insipientis: præcipitabunt eum.* Ecclesiast. Caldæus. Caldæus Complutensis, ait: *Labia viri stulti plena sunt increpationibus: propterea consumitur omne sæculum.* Et alibi: *Labia insipientis hominis, increpationem inuehunt, atque à Deo, vniuerso Orbi interitum. Sic linguæ tella ad totius Orbis tendunt ruinam, quod Iesus Orbis assertor sentit.* Hæc ille.

224. Incogn. Psal. 70. Quibus superaddendũ est, illud quod tradit Doctor Incognitus Psal. 70. ex Chrysost. quod considerans Ecclesia se à Christo redemptam, cum exultatione, gratia, agens, ait: *Exultabunt labia mea cum cantauero tibi* Idest cum prædicauero charitatem; qua me redemisti, & tibi gratias adducam per fidem; & si quæras, quæ est causa, talis exultationis? R. *Anima mea quam redemisti.* Qualiter autem redempti sumus per Christum; alibi dicitur, & nota, quòd ad hoc quod labia nostra digne de Deo cantare valeant; multas conditiones debent habere. Primo scilicet; quia debent esse labia discreta, Psal. 10. contra verborum temeritatem. Prouerb. cap. 10. *In labijs sapientis inuenitur sapientia.* Secundò, labia modesta, contra Prob. 5. verborum superfluitatem. Ita Prouer 5. dicitur: *Disciplinam, labia tua conseruent.* Tertiò, labia honesta, contra verborum inhonestatem. Prouer. 22. Prob. 22. *Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum; habebit amicum Regem.* Quartò, labia iusta, & recta: contra verborum iniquitatem. Prouer. 23. Prob. 23. *Exultabunt renes mei; cum locuta fuerint recta, labia mea.* Talibus ergo labijs exultando Ecclesia, Deum laudat, dicens: *Exultabunt labia mea, cum cantauero tibi.* Hæc ille.

225. Hinc colligo totum hominis honorem à lingua pendere, sit bonus, in alijs rebus homo: habeat tamen linguam venenoplenam totus homo resultat malus. Sit etiam malus in alijs rebus, sit tamen in lingua bonus, totus resultare videtur bonus. Esaias, *Vidit*, c. 6. *Dominum sedentem, & Seraphim super illud thronum.* Esai. 6. Seu solium disquirit Chrysost *Tuò Propheta vnde nosti Angelicos illos spiritus, de genere Seraphinorum esse?* R. quod lingua illos cognouit. Etenim clamabant, dicẽtes: *Sanctus, Sanctus, Sanctus* Quasi dicat, Angelus est de genere Seraphinorum, qui laudando loquitur, nam quis in Diuinas prorrumpere valet laudes, sicut Angelicus spiritus? Angelus est, qui laudat Dominum, Seraphim est, qui semper dum labia ad loquendum apperit laudando loquitur. 1. Petr cap. 2. ex eo colligit, Christum nullum habuisse peccatum: *Quia in ore eius, dolus non est inuentus.* Quomodo ergo bene compatitur bona lingua, cum peccato? R. non cõpatiuntur, disponat ergo vnusquisque linguam suam, sicut disponi debet ad mortem. Psal. 111. *Disponit sermones suos in iuditio.* Marcus Flamianus dicit. *Disponit sermones suos cum iuditio, quasi qui disponit domum suam; quia cras est, moriturus.* Ita dicitur. Psal. 111. *Iucundus homo; qui miseretur, & commodat: disponit sermones suos in iuditio; quia in æternum non commobebitur.* Incognitus, sic explicat: *Quia secundum iuditium rectæ rationis, verbi qui pauperi, loquitur disponere debet, vt non superbè, respondeat: sed affabiliter, & prompte, quod si sic faciat, nempe, quod disponat sermones suos in iuditio, nempe, rectæ rationis, talis non commobebitur in æternum, scilicet; per superbiam, vel iram contra pauperes; iniurioßa verba proferendo.* Hæc ille, quibus addit, intelligi posse de operibus misericordiæ, subueniendo, & subeundo pauperculos; quibus operibus loquitur, itaque dispositionis verborum, tanta est necessitas, vt difficilime securus ad iuditiũ possit accedere absente bona dispositione linguæ. Psal. 111. Flamian. Psal. 111. Incog. *Ad iuditiũ secura non accedit lingua dolosa*

226. Quibus addere possumus, esse laudabilem sententiam asserentium esse maximè necessarium frænum linguæ: quia nõ sine causa, vt supra diximus, lingua, labijs, & dentibus frænata est à natura: vnde Chrysost. in opusculis, hom. 22 dicit: *Linguam sub duobus septis, dentibus, dico, & labijs; Deus concluſsit, vt tanquam verecũda virgo, nihil indiscretum loquatur.* Hæc ille, vbi nota, illud verbum: *Tanquam verecunda virgo.* Vbi singularis facta est similitudo linguæ, ad Virginem verecundam: nam fama, ho- Chrysost.

nor, & gloria domus, stat in virgine honesta, & clausa; quia existimo, clausuram, esse honestatis custodiam: dummodo nimia non sit; ne animus Virginis irritetur, & per fenestras emittat se; sed suauis, & prudens, & amabilis clausura sit: nam ex hac nimia sit sæpius scandala oriuntur, & incommoda multa: quod experimur quotidiæ. Sit ergo custodia Virginis prudens: alias mulierem vagam, & plateas discurrentem vocare non vereat in honestam. O lingua virgo verecunda, quam fabile ostium curris, vt honorem amittas! Serua, & obserua virginitatem tuam: esto in custodia dulciter, & intra muros, dentium, & labiorum, taciturnitate coronata, virginitatem laudabis, qua propter Nyssenus oratione de amandis pauperibus, dixit: *Id circo tenuis illa membranula, quæ cum ipsa lingua mentum; inferius deuincit frænullum dicitur, ne in epte loquatur: & inconcinnæ.* Hæc ille, quasi dicat dum fræno lingua detinetur præcipitium, in consideratione, nos & amentiam, nescit, & ruinam, quæ scit cabere colloquium.

Nota.

Prudens sit custodia Virginum.

S. Nyssen.

227. Videte dilecti Christum Dominum, in domo Pontificis tacentem; mirantem iudicem, & interrogantem: *Nihil respondis ad ea; quæ isti aduersum te dicunt testimonia?* Matth. 25. *Iesus autem tacebat.* Expectauit quidem iudex si forte verbum aliquod emitteret; quasi ab illo, aliquod verbum emitteretur in ordinatum, & quomodo id fieri posset, cum author sit veritatis? Tacuit quidem Diuinus Magister. Videamus modo Laurentium Iustinianum lib. de agone Christi, cap. 10. dicentem: *Obseruabat Cayphas calide, si forte, ex ore mediatoris, aliquem incompositum sermonem, agnosceret: propterea cernens, quod nichil, falsis obiectionibus respondisset, tentauit, si quomodo ipsum concitaret, ad loquendum, in tacentis quippe lingua nihil reperitur indignum.* Hæc ille putauit quidem sæuissimus iudex, ex verbo incomposito, honorem detrahere Christo; sed vnde hoc? Nonne cognoscebat, quod peccatum non fecit? Non ne cognoscebat, quod dolus inueniri non posset in ore eius? Quomodo ergo, qui Filius Dei est peccati haberet? Quomodo qui summa Sanctitas est, dolum in lingua? Absit hoc à Dei Filio abiit, à Sanctitatis, & veritatis fonte, est enim lingua bona, Sanctitatis mirabile signum.

Matth. 25

Laurentius Iustin.

§. VIII.

Bona lingua Virginis Santissimæ Mariæ, fuit signum Sanctitatis eius. Et mala lingua est signum perditionis eius-cuius est.

228. AB Hoc vltimo incipiamus. Psalm. 140. postulat Dauid custodiam ori suo, ita inquit: *Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circunstantiæ labijs meis, vt non declinet cor meum ad verba militiæ.* Quod explicat Incognitus, dicens; petit vt à Deo custodiatur, maxime in Tribus, primo, ne verba vana proferat. Secundo, ne facta mala defendat. Tertio; vt malorum sotietatem deserat, & quantum ad primum, inquit, sciendum, quod os, est duplex; & os corporis, & cordis: vnde S. Gregorius ait, si os cordis; non esset nequam, nequaquam Psalmista, diceret: *Labia, dolosa in corde, & corde locuti sunt.* Et Psal. 118. *Os meum apperui; & attraxi spiritum.* Hic autem accipitur; os, pro ore cordis, vnde hic postulat Psalmista, vt Deus ponat custodiam in ore cordis, ne iniqua cogitet, & ponat ostium labijs; ne stulta, & vana loquatur.

Psal. 140.

Incognitus.

Gregor.

Psal. 118.

Sed notandum est; quod non petit, vt suum os claudatur, vel quod labia claudantur, ne loquatur, sed quod in corde, ponatur custodia, & ostium labijs custodiæ apponitur in ore cordis, ne aliquid indignum cor intret, vel producatur indigne; sed dignæ cogitationes in corde permitantur intrare ad limitum, & exire similiter, ostium postulat imponi labijs, ostium enim aperitur, & clauditur, vt labia claudantur, ne vana proferant, aperiantur autem, ad composita verba, per omnia enimista verba vult Psalmista dirigi ad deuitè tacendum, deuitèque loquendum, & ad istum intellectum ista verba inducit Gregorius VII. moral. cap. 26. dicens: *Studiosè lingua, sub magni libraminis moderatione frananda est; non in solubiliter liganda; ne, aut laxata in vitium desinat aut restricta etiam, ab vtilitate, te pescat.* Hinc namque perquendam sapientè, dicitur: *Sapiens tacebit, vsque ad tempus.* Vt nimirum, cum opportunum considerat, posita censura silentij, loquendo quæ congrunt, in vsum se vtilitatis impendat. Hinc Salomon ait: *Tempus tacendi, & tempus loquendi.* Discrete quidem, vicissitudinum pensanda sunt tempora, ne autem restringi lingua debet, per verba in vtiliter soluat;

Greg.

aut eum loqui vtiliter posse, semetipsam pigra restringat, quod bene postulat Dauid, dicens: *Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labijs meis.* Ostium namque apperitur, & clauditur, qui ergo ori suo, nequaquam, poni obstaculum, sed ostium petijt; aperte docuit, quod & per disciplinã retineri lingua debeat, & ex necessitate laxari; quatenus os discretum, & congruo tempore vox aperiat; & rursum congruo taciturnitas claudat. *Psal.140.*

220. *Augustin.* Non tacebo S. Augustinum super hæc verba aientem: *Pone, Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labijs meis, non dicit claude, vel claustrum ori meo, pone, sed ostium, ostium enim clauditur, & apperitur, ergo, si ostium est claudatur, & apperiatur, apperiatur, ad confessionem peccati, & claudatur ad excussationem peccati, & ita erit ostium circumstantiæ, non ruinæ,* Glossa, *pone Domine custodiam ori meo,* nempe, *cordi ne iniqua cogitet, & pone, ostium circumstantiæ, labijs meis ne fluita promant.* Glossa.

Et dicitur hoc à similitudine illius, qui circumstat ostium, ne intret, vel exeat; quod non licet, quod notans Gregorius, lib. 1. moraliũ, c. 36. dixit de Isboseph: *Qui ad custodiam suæ domus, mulierem posuit, & non virum; ideo mortuus fuit, vt constat ex 2. Regum, cap. 4. & ita inquit, se ipsos custodire nesciunt, nisi hi qui prius quam cogitationes ad opus prodeant; munire mente, nouerunt. Vnde recte inopinata morte Isboseph, extinctus dicitur; quem Scriptura Sacra, non in domo, ostiarum, sed ostiariam habuisse testatur; dicens, venientes autem filij Remon, Rechab, & Baanaa, ingressi sunt, ad domum Isboseph feruente æstu, qui dormiebat; assumentesque spicas tritici, latenter ingressi sunt; & percusserunt, eum in inguine, & mortuus est.* Greg. 1. mor. c. 36. 2. Reg. 4.

230. *Greg.* Subdit Gregorius: *Ostiarij, enim triticum purgat; cum mentis custodia, discernendo virtutes à vitijs separat, quæ si ob dormierit, in mortem Domini sui, insidiantes admittit: quia dum discretionis solicitudo cessat, ad interficiendum animam, malignis spiritibus, iter, pandit; qui ingressi, spicas tollunt: quia mox bonarum cogitationum germen auferunt, atque in inguine ferunt: quia virtutem cordis, delectatione carnis occidunt.*

231. Subiungit idem Sanctus: *Nequaquam vero Isboseph iste hac morte succumberet, nisi ad custodiam domus, mulierem posuisset, ideo ad mentis additum molem custodiam posuisset fortis, nãque viriliſque sensus, præponi cordis nostri foribus debet; quem nec somnus opprimat negligentiæ, nec ignorantiæ error fallat Isboseph quippe vir confusionis dicitur, vir autem confusionis est; qui forti, mentis custodia os munitus non est: quia dum virtutes se agere æstimat, sub intrantia vitia nescientem necant; quare semper petenda est, virilis custodia labiorum.* Huc vsque ille, vbi vides quanta diligentia custodienda est lingua; quæcunque illa sit.

232. Ad titulum autem assumpti satisfacere conemur respondentes, vbi dicebatur, quam magna oriatur perditio à lingua æffrenata laudat Sponsus, Cant. 4. Sponsæ suæ pulchritudinem dicens: *Labia tua sicut vitta coccinea.* Vbi signare tentat ostium oris; sigillo taciturnitatis, quod vocatur à Tertulliano, signum honoris, cum dicit, lib. de Patienta, cap. 15. *Ostaciturnitatis honore signatum.* Cant. 4. Tertul.

Olim ergo Virgines, & nouiter nuptæ seu matres, vitæ explicari solebant similitudine, fuit autem Vita tam Virginum, quam matronarum duplex vna maior, quæ mithra quoque dicta, qua capilli contegebantur, altera verò minor, quæ etiam, *resticula*, vt loquitur D. Ambrosius, vel vt alij, *resticulum*, vocabatur, vt superiorem illã funiculi more constringens, ad collum descendens, illic in nodum colligebatur: vtraque sepæ coccineã fuit de minore docet Salomon de maiore Catullus carmine de parcis. sic Cintã. Catullus.

At rosæ niueo residebant verticæ vittæ.

Sic legendum est: quia cano capite annus iste tremulæ erant, & quia matronarum, vitta inferior latior, quam Virginum ideo, vt hoc obiter dicam, forte Poeta idem cæcinit de iam de integrata, à Sponso.

Non illã nutrix Oriente luce salutans.
Extenuato posset collum circãdare filio.

Hoc est vitta ista, nisi malis, ad partem mantiam referre, tali ergo filio, seu vittæ confert Sponsæ labia, vt indicet, ea, nec nimis esse depressa, nec nimis prominentia, sed modica, & equalibus vtrinque lacu nullarum rimis rotunditate arcuata, quasi filo rubro circinata, & summos dentes, immis labrij, etiam dum ridet contegentia, *coccinea*, dicit vt intelligas non fusca, lurida, vel liuida esse, sed rosea, & coralina, splendore quodam rutilantia, velut ex purpura ignescente.

DE BEATA VIRGINE

Rupertus.

233. *Rupertus.* QVa pulchritudine ornatam videmus Deiparam Virginem Mariam, nam teste Ruperto: *Labia illius fuerunt sicut vita coccinea: quia semper concordans verbum cum veritate, emisit. Vnde si vitam huiusmodi Eua habuisset, amicitiam inter se, & Deum, proterua defensione, non dissolueret, & si vinculo huius perfectionis, quod est, dilectio, se se, creatori, astrinxisset paries inimicitiarum in medio non surrexisset, etenim in labijs, Mariæ, Sanctitas, & magnificentia est Eua Deo, nata fuit Mariæ anima Dei ardentissima mente, suauissima voce magnificauit, se autem ipsam humiliauit, charitate ignea sic Deo colligata, adhæsit; vt vnus cum eo spiritus esset, ideo labia eius coccinea vitæ similia; sed ideo talia: tum quia dissentientes ad vnitatem, semper connata fuit reducere, & connatur hodie, vt id ipsum omnes sentiant, & dicant, tum etiam; quia illud lubricum verbum tositurnitatis virtute prudēter præcinctis compescuit, quæ virtus non minima est, cum dicat Esaias, cultus iustitiæ silentium.* Et Iacobus Apostolus: *Qui in verbo non offendit, perfectus est vir.* Hæc ille.

Esai. *Iacobi.*

234. *Guillelm.* *Parum est*, ait Guillelmus: *Si dicam in ore eius, non esse inuentum mendatium, cum otiosum in ore eius verbum vnquam fuerit, Esai* dixit, *vir pollutus labijs, ego sum.* Et causa: *Quia in medio populi, polluta labia habentis, ego habito.* Eximium, & singulare fuit Mariæ, in medio talis populi habitare, & labia prorsus impolluta seruare, non ne hæc labia, sunt vitæ similia? Sicut enim vitæ, fluentes capillos stringit; ita se labia eius per discreti censuram silentij stringebant, ne quod ex eis Verbum inordinatum, vel inutile effflueret, eteenim erat gratia diffusa in labijs eius. Sed cur vitæ coccineæ, labia similia? Per rubentem cocum: Passio Dominica significatur; itaque sicut vita coccinea labia eius, quoniam cum patientem cerneret Filium, silentij districtionem non remisit, adeo vt nec tam acerbus Materni affectus dolor, eiulatum, vel clamorem femineum, vel vocem vllam, animi fracti indicem extorqueret, viderat Filium sicut Agnum coram tondente obmutescentem, & non aperientem os, suũ; Filio compatiens Mater stabat iuxta Crucem, doloris lacerutatem sacro silentio præmens; erat enim tunc tempus tacendi, & virtutis taciturnitatis cognata est virtus verecundæ honestatis, & ita genæ eius fuerunt, sicut fracmen mali punici, quo indicat, indiuiduam virginitatis eius commitem extisse, in gænuum pudorem ingænnis cruorem referentem pudoris, cuius effusio, mundi redemptio extitit. Hæc in Beatissima Virgine Deipara immo, addiderim pudorem illũ, taciturnitatisque honorem, non mediocre signum esse Maternitatis Deificæ etenim, quæ alia id videndo taceret? De hoc puncto eleganter Reuerendissimus Salmeron in suo Mariali.

Eximium in Maria labijs impollutis in medio populi pollata labia habẽtis habitare.

Visso Filio in Cruce tacebat Mater.

Sed quid in verecundiæ fuit, in illis, qui præteribant? *Increpabant quidem, eum dicentes similiter, & Principes.* In illis quidem aderant verba, blasphemiæ, verba perditionis; nam æffrænata lingua summa perditio est, forte quisquam existimauit; Dominum ingemuisse, quando adsoluendum linguam hominis muti, accessit, quasi prænoscens quantum obsit lingua saluti eximium est impedimẽtum vitæ, & victoriæ. Video gradi tem, cum Israelitico populo. Exodi cap. 14. cui ob fabricare Rubrum: *Sed cum extendisset Moyses, manum super eum, abstulit eum Dominus.* Vbi vide totum mare obsistere Moysi; sed non valuit, dum pergeret ad terram promissionis, & postea, num cap. 20. dum eleuat manum, *vt percutiat petram*, ad extrahendas, & auriendas aquas statim se Diuina sententia, impetum sentit, ne terram promissionis ingrediatur; cur modo, par ius fons impedit, quem magnum nõ impediuit mare? Ibi tacitus Moyses eleuat eleuat manum, & mare fugit; hic vero manum cum virga eleuat, & voce clamitat: *Audite rebeles, & incredeli.* Vbi in ordinata loccutio illi obstitit; ne terram ingrederetur promissam, quod tamẽ non valuit mare.

235. Exodi 14.

Num. 20.

Notæ.

236. S. Ephrem.

Num. 20.

Legite S. Ephrem de malo linguæ eleganter loquentem ait enim: *Pluribus licet signis claruisset Moyses, vbi modicæ linguæ lapsus est, ætera promissionis excidit magnum, & horrendum mare, ei viam præcludere non potuit; sed verbum vnictum ab eo prolatum; velut murus aliquis ipso obstitit, ne vlterius pro gredi posset.* Hæc ille, vbi nota, quod cui mare recessit, quem bastissima filua nõ potuit impedire; quo minus in terram pergeret promissam, vbi iam proximior erat Regioni numeri, cap. 20. irritatus aduersus populum ait; *Audite rebelles, & in re-*

duli, nunquid de petra hac aquam vobis poterimus eijcere? Quid plura? Ecce propter Diuinam sententiam, non introducetis hos populos in terram quam dabo eis. Sic lingua, quod facere non potuit fremens mare ingressum in terram promissionis, tantis viris impedibit. Sic linguæ lapsus, deiecit Moysem, quod valtissimi heremi tractus nequiverunt efficere.

237. Merito Ecclesiastes, cap. 14. ait: *Beatus vir, qui non est lapsus in lingua sua.* Eccles. 14. Non ait cuius lingua non: *Labitur*, sed, *qui non est lapsus in lingua.* Quasi ab vno linguæ lapsu nascatur pene totius hominis ruina, quod notans Isidorus Pelusiota, lib 1. epist. 459 ait *Obtabilior est enim lapsus, epauimento quam à lingua multi quippe cum cæcidissent surrexerunt; lob prolatum autem sermonē interierunt.* Adeo insanabilem plagam Pelusiota. linguæ esti nabat Valerianus, hom. 5. vt diceret: *Non difficile est medico vlcera, quamuis tumentia in oculis posita herbarum beneficio castigata mollire habet, & vis veneni remedium suum; quod antequam in vltima viscerū sede dominetur salutaris tamen poculi vndaperquiritur; linguæ vero, insanabilis plaga est:* Hæc illæ, quasi dicat vna lingua difficiles prorsus redit vias salutis illas ob cludens: Valerianus. Insanabili plaga linguæ. Vnde non otiosse insanabilis ille epullo, dives proponitur. Lucæ c. 15. postulans ex Lazaro *Vt intingat extremū digiti sui in aquā vt refrigeret linguam suam.* Cur miser, non postulas manus aliquod refrigerium? Cur non potius petis, vt Iordanis influat in os tum? Sed dū taxat petit gutulam pro lingua? Nouerat dives, difficilem viam, salutemque difficilimam ex refrigerio linguæ. Lucæ 15.

238. Nō tacebo illud quod Ecclesiastici, c. 10. dicitur: *Si mordeat serpens in silentio nil eo minus habet, qui occulte detrahit, & merito serpentinus homo habetur, homo detractor.* Sed maxime in rem præsentem, notanda est lectionum varietas, *pro detractore*, ponit Chaldeus, apud Regiā, *fraudulentum*, Siriacus, & Arabicus, *maleficum*, Biblia Veneta, *linguosum*, Biblia Chald. Siria. Ara. Veneta lib. floscoueri, ab eū te: *Lingua conuitiatore.* Tygurtina, maledicum Batab, *blateronem*, Campensis, *delatorem*, & pro his Tygur. Bat. Camp. omnibus S. Hieronymus ex Hebræo ponit: *Habentem linguam* Etenim legit; sic totam clausulam *Si momorderit serpens in silentio, non est amplius habenti linguam.* Hæc ille, quasi dicat, *eo* Hieron. solum quod quis linguam habeat, his omnibus malis est proximus, nec habet aliud amplius quod præstet, quamvulnera; quam crimina, quam pestem, & merito, Ambr. Psalm. 118. in Octonaria 17 explicans litteram, *Phe*, ait, *Phæ*, littera 17. Latine significat: *Erraui, seu os aperui!* Quasi idem sit, aperire, os linguam exercere, & in mille errores incidere. De Pharisæo dicitur, Lucæ, cap. 18. *Hæc apud se orabat Deus gratias tibi ago: quia non sum, sicut cæteri homines raptores adulteri.* Vbi vides, quod nemini parcit, nullum non lædit; sed miror si semel linguam exerit? S. Cœnon Psal. 130. dicit: *Lingua intonat, caretque, nunquam benēno serpentis.* Quasi dicat, nescit lingua non offendere. Cœnon. Ambr. Psal. 118. Luc. 18.

239. Hinc, ni fallor ortum duxit, illius hominis, cui Deus linguam restituit quod mutus esset, quare Dauid. Psal. 51. quasi sentiens linguæ benēnum aiebat: *Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua, sicut nouacula accuta, fecisti dolum.* Cum enim intellectus intelligat; volūtas amet; lingua erit signum vtriusque, sed totum deuium prouocat, tota die iniustitiam cogitat lingua: quia vir loquax linguosus, errans continuo est, & tota die sicut nouacula accuta facit dolum; vnde sicut nouacula ferit taciturnitate, & silentio, ita lingua benenosa, ita Dauid: *Dilexisti omnia verba præcipitationis lingua dolosa.* Et Psal. 119. *Domine libera animam meam à labijs iniquis, & à lingua dolosa.* Et Psal. 30. *Abscondeme in abscondito faciei tuæ, à contradictione linguarum.* Et quam impertransibile mare inquit Dominus: *Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi, ad linguā dolosam?* Sic Beatus Iacobus, de lingua repetit: *Omnis enim natura bestiarum, & volucrum & serpentium, & cætorum domantur, & domite sunt à natura, lingua autem, nullus hominum domare potest, inquietum malum, plena benæno mortifero.* Et sic Iob, lamentabiliter loquens, cap. 19. ait: *Et de relicta sunt tantummodo labia circa dentes meos.* Et forsitan Dominus, Iob cap. 1. *Vallauit domum eius, vallasti domum eius, vniuersamque substantiam per cuitum.* Vallauit etiam linguæ gladium, labijs, & dentibus, vt sic habita licentia Domini dum in eius laudes prorrumperet, diceret: *Domine labia mea apperiet, & os meum anuntiauit laudem tuam.* Vnde facile nouimus, quod si Dominus labia non aperuerit, certa erit perditio nostra. Psal. 51. Psal. 51. & 119. Psal. 30. Psal. 119. Iacobi epist. sua, c. 3. Iob 16. Iob 1. Psal. 50.

§.IX.

§ IX.

Significat, assistentiam Spiritus Sancti; quod cum homo loquitur; loquatur semper bene, & laudabiliter prorrumpēdo in laudes Dei (adminus coniecturalem) assistentiam.

240. *Cōiectura litter dignoscitur spes Dei in homine vere semper vera loquēte. Matth. 10.*

SPiritus Diuinus descendit, in forma linguæ super Apostolos, vt semper veritatem, docerent, & prædicare sine lapsu monebat Dominus Discipulos suos, Matth. cap. 10. *Cum autem tradent vos, nolite cogitare; quomodo, aut quid loquamini dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini, non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.* Cur solus Spiritus Patris præmittitur tunc loqui? In fide prædicanda non verabantur fideles cogitare, quomodo loquerentur, nec in corripiendis mundi sceleribus, cum ad populum concionem haberent, immo nec pro tunc dicitur, quod vnus Dei Spiritus loquebatur in illis cur ergo, hoc solum cauetur, vbi fideles fuerint coram, præsulibus? Cur eo in tempore præcipue, loquela vitatur humana? & solus permittitur loqui Spiritus Patris Diuini? Tunc tēpus erat præliij, in quo magis timeri solet lapsus propter inimicorum violentiā, qui lapsus minime cauerentur, nisi interdiceretur opus linguæ humanæ, & vnius Diuini Spiritus permitteretur halitus.

241. *Cleates. Teodoretus.*

Audiamus Cleatē Philosophum, Ethnicum; teste Teodoreto lib. 8. de martyribus, vbi sic ait: *Theodoretus de illo, ille in quā Cœno cleates, cum cogeretur proffere coniuratione secreta, constantissime, tormentis omnibus restitit nichil assatus, vtque ait errātos tenes, timens ne victus excessu, tot centorum proderet aliquid ex compositis rebus conscioſque coniurationis nominatim efferret, linguam, dentibus abscissam, in Tyrani facie conspuit.* Hæc ille, cum atrociter præliandum erat, & cum vehementissimis hostibus configendum, inuicti animi vir, non potuit non timere vnius linguæ infirmitati, quam funditus perdidit; non aliter securum se reputans ab eius lapsibus, quid plura: Christus Dominus in conflictu durissimorum certaminum, infirmiorem partem, linguam recognoscens humanam illam cohibens illius loco inserit linguam Diuini Spiritus, quæ licet in illo libera esset à lapsu, tamen; vt timeas linguam præponit tibi Diuinum Spiritum, quo libera redditur, sed quid timere potest, mendatium ille qui Author est veritatis? Non timet decidere; sed vt timeas, ipse ait: *Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.* Matth. 25.

Nota.

Quis non videt Iobi cap. 2. *Amicos illius sedentes & sederunt cum eo in terra septem diebus, & septem noctibus, & nemo loquebatur ei verbum.* Non placet D. Greg. hoc silentium amicorum Iob; sed cur non placet? An, quia diuturnum? Immo ideo non placet: quia non est perpetuum; sed post septem dies, & totidem noctes, tūs finitur, dum loqui incipiunt; dum enim lingua humana non silet prorsus, sed loqui incipit, minime fieri potest, quod lapsus vitet, ait D. Greg. lib. 3. moralium, cap. 10. *Tenuerunt linguam ne propere inciperet, sed incipientem semel, nequaquam moderati sunt, ne se ex cōsolatione ad vsq; contumelias effrenaret, & bona quidem intentiane ad consolādum, venerant, sed hoc quod pia mens, Deo mundē obtulit; locutio præcipitata, citiauit.* Hæc ille, vtinam non septem diebus siluissent, sed semper; potuerunt enim septem diebus linguam silentio cohibere, dum tamen incipiunt loqui, non cohibent, sed lingua quæ in consolationem cœpisse videtur, prosequuta est in contumeliam, & quidem nūquam certius victoria est reportanda, ab errore: quam vbi nostra silet lingua; & solus Deus in nobis loquitur. Iam vidimus solicitudinem Matris Machabeorum cap. 6. lib. 2. *Anxia erat inter crutiatus, ne aliquis filius errori succumberet, Rex tamen impius, iussit ei, qui prior fuerat locutus amputari, linguam quid gloriosius.* Inquit Stephanus Cantuariensis: *Potuit matri contigere, quam videre amputari linguam, in qua erat periculum.*

Gregorius.

Machab. lib. 2. c. 7.

Stephanus Cantua.

Respiciamus Balaam in cuius ore, posuerat Deus Verbum suum; sed ipse madile vsus est Verbo Dei. Numeri, c. 23. sic citur: *At ille assumpta parabola sua ait, sta Balach. & ausculta, audi fili Sephor, non est Deus quasi homo, vt mentiatur, nec vt filius hominis, vt mutetur dixit ergo, & non faciet? Locutus est, & non implebit?* Expendamus quot verba conglomeranit Balaahc, filius Sephar. *Ausculta, audi, non est Deus quasi homo, nec quasi filius hominis,* dixit, *locutus est, non faciet? Non implebit?* Vix aliud percipitur, qui crebra eiusdem verbi repeticio, vt vocum cultu, magis quam iniuriæ spinis sufocetur, & adulteretur Verbū Dei. Vbi Rupertus, lib. 2. ad cap. 23. numeri. ait: *Bene ergo, & ipso locutionis modo, formam illorum exprimit qui Verbum*

243. *Num. 23.*

Rupertus.

Dei adulterat, qui dum benedictiones cătitant de virtute verborum, non curant; magisque vocabula sua tripudiant; quam Diuinorum Maiestatem attendunt sensuum cesset ergo, humana lingua, in qua error fere semper est, cum semper esse debeat Verbum Dei manifestandum legatur, Augustin. tit. 25. In Ioan. vbi latissime, de humana loquitur lingua.

Augustin.

244. Vere enim ex lingua iustus cognoscitur, & amicus Dei, nam Apostolis inter lupos missis, dantur Diuini Spiritus arma sed, dantur in linguarum ignis speciæ

Act. 2. actorum, c. 2. *Et apparuerunt illis dispertite linguæ tanquam ignis.* Sed quare igneæ lingue dantur? Apostolis? R. Ambr.

Ambr. *Vt non esset dubium per Diuinam inspirationem animis fidelium, vtilem affectum, rationabilem sermonem ministrari.* Expende illud, *vt non esset dubium*, nam vbi viri iusti, linguam mouent nullum desinunt dubitare, de eorũ Sanctitate nam quis excusabiliter ignorauit; illos esse iustos, quorum linguæ vndique in Ecclesia sonant pietatem doloremque peccatorum, & gratitudinem beneficiorum Dei: legite Aug. super Psal. 95. vbi multa ad rem, & Gilabertus, serm 18. in Cant. vbi sic ait: *Memento ostium cœlestibus oraculis consecratum sacrilegium puta, si quid non dulce, non Diuinum non de Sacra pagina sonet.* Hoc procurat Dauid Psal. 80. *Buccinate in neomenia tuba, in insigni die solemnitatis vestræ.* Et subiungit Gilabertus, cap. 18. *Omnis dies esse debet solemnitatis vestræ.* Et sequitur pulchræ discursum de bona lingua recte ergo Tertullianus aiẽ, in sua sententia timẽdam esse linguam, ne exeat extra claustra dentium, & labiorum, & si eruperit solum sit laudando Deum, & honorãdo, & hæc de hoc dicursu.

August. Psal. 95. *Gilaber.* *Psal. 80.* *Gilaber.*

DISCVRSVS VIGESIMVS QVARTVS.

PROSEQVITVR AVTHOR.

TEXTVS.

245. Hic iam de patientiæ voluntate, nam omnis iniuria, seu lingua, seu manu incussa, cum patientiam offenderit, eodem exitu dispungetur, quo telum aliquod in petra, constantissime duritiæ libratum, & obtusum; concidet enim ibidem irrita oppera, & infructuosa, & nonnunquam repercussum in eum qui emisit, reciproco impetu sæuiet, nempe id circo quis te lædit, vt doleas: quia fructus lædentis in dolore læsi est, ergo cum fructũ eius euerteris non dolendo, ipse doleat necesse est amissione fructus sui, tunc tu, non modo illæsus ibis, quod etiam solum tibi sufficit, sed in super aduersarij tui, & frustratione oblectatus, & dolore defensus, hæc est patientiæ vtilitas, & voluntas. Huc vsque Author. in capite octauo.

EXPLICATVR LITTERA AVTHORIS.

246. REdi citur textus ad hoc; quod talis debet esse patientia martyris, quod sit potens ad cruciatum, & dolorem Tyranni, & quod ex defectu dolendi, doleat

Ty-

Tyranus; carendo fructu spectato ab illo. Quare dicit Author: *Id circo quiste laedit, vt doleas* Quia fructus laedentis, in dolore laesi est: *Ergo cum fructum eius euerteris non dolenso ipse doleat necesse est, amissione fructus sui. Haec est, patientiae vtilitas, & voluntas.*

Sigillatim explicemus.

Cerda. *Hic iam de patientiae voluntate.* Cerda refert Iunium afferentem: *Non iam, sed iam.* Sic etiam: *Ad moneat etiam de patientiae voluntate.* Fallitur, nam vt inquit. Hilarius Cant. 20. in Matth. multum proficit, ad tollerantiae assumptionem; rerum imminentium cognitio; maxime si patientiae voluntas praesummatur. Exemplo. Sic ait Tertullianus, incumbendum patientiae sumpto prius exemplo à Christo; quę mera est patientiae voluntas. Hac vsque Cerda, Pamelius, & Renanus, de hoc nil dicunt.

Hilar.

Dispungetur eodem exitu; quo tellum aliquod in petra constantissimae duritiae libratum, & obtussum. Apperte indicat. Hic Author, quod cum lingua suo beneficio librat contra patientiam, eodem exitu dispungitur. Id est inquit Cerda: *Euanescit irritus fit connatus.* Renanus dicit: *Dispungetur, dispungere* Idem. *quod delere, & inducere.* Sumpta translatione à ceratis tabulis, nomina continentibus; in quibus ea quae dissoluta sunt graphio dispunguntur, delenturq; nam hoc verbum

Vlpianus. ad ratiocinia pertinere; docet Vlpianus, Iurisconsultus, cum inquit: *dispungere,* est conferre accepta, & data, ff. de verbor: significatio. Haec Renanus.

247. *Tellum aliquod in petra constantissimè libratum.* Pamelius, *librare.* Hic, pro *magna vi proijcere.* Quod imitatus est

Pamel. Virgilius, Aeneidos 9. *Summa tellum, librauat ab aure.* Alioqui significatio propria longe alia est, pro *ponderare.* Hucvsque Pamelius, Cerda, tamen praeclara cõparatio hominis constantissimi impatiẽdo. Ita demosthenes in chersoneto scopulis, homines constantes vocat. Vt etiã

Theodor. Theodor. lib. 4. hist. cap. 23. Nicetas Dauid de sancto Ignatio Archiepiscopo Constantinopolitano, ait: *Sed non minus immotus atque rupes maritima, altis in terra defixa radicibus, omnibusque fluctuum in subtribus obiecta.*

Nazian. Nazianzenus orat. 27. constantem hominem cum petra, quae irruentes vndas, & ventos, tangit, atque obtundit, & orat. 18. ait de sancto Cypriano; *Propulsa se illum, omnes impetus, vt marina petra incursiones fluctuum.* Et D. Cyprian. lib. de mortalitate, ait: *Fratres dilectissimi; mens solida est, & fides firma, & anima; debota; quae ad praesentis mortalitatis copiam, non mobetur, sed tanquam petra fortis, & stabilis, turbidos impetus mundi, & violentus saeculi fluctus frangit, potius, ipsa, nec frangitur; & tentationibus non vincitur, sed probatur.* Haec ille tamen, Magnus Antonius, comparabat hominem patientem, cum lapide, caelo, & nichil respondente, nec arbitrante sibi fieri iniuriam, quod habetur, lib 7 dictis Patrum, Pater Basilius, dicitur à fratre Iysseno: *Petra inconcussa, & mons.* Cassianus collat. 16. cap. 6. & collat 12. cap 6 Dixit: *Immobilem patientiae lanitatem.* Certissime locutionem traxit, *ab scopulo* Plane optima lectio est, & michi placet, nam debet esse sicut petra durissima, quae percussa solet verti sustinendo in ipsum percussorem.

Antonius.

248. *Concidet enim ibidem irrita oppera, & infructuosa* Pamelius, & Renanus, de hoc nichil Cerda tamen dixit, ex Prudentio Physico, contra ponendo iram, cum patientia: *Sed resilit duro loricae excussa repulsu, retussam aciem ferri & truncа, tum mucronem in fragmina.* Saepius inculcans dando caulam Circuncisionis Christo Ex D. Hilario: *Vt finem imponat Circuncisioni & aliam incipiat maiorem* Accesisit gladius ille Circuncisionis ad petram Christum: quia Christus, est lapis angularis; & scissus est patienter sustinens circuncidi, sanguinem emittit, sed circuncisionem occidit, antiquam, & ex tunc cassa fit.

Hilar.

249. *Et non numquam repercussam, in eum qui emisit; reciproco impetu saeuet* Pamelius, & Renanus, de hoc nichil. Cerda tamen, ait, apud Tertullianum, idem est, *repercutere.* Quod apud Senecam *respuere.* Nam Seneca epist. 33. ait: *Nullum tellum in corpore Philosophiae laedet; munita est solidaque quaedam, de fatigat, & velut laeuia tela, laxo, sinu eludit, quaedam discutit, & in eum vsque, qui miserat respuit.*

Cerda. Seneca.

250. *Id circo, quis te laedit, vt doleas: quia fructus laedentis in dolore laesi est, haec est, patientiae vtilitas, & voluntas* Pamelius, & Renanus, de hoc nichil. Cerda tamen bene loquitur, dicens. Quod Quintilianus declamat 11. hoc multis absoluit. *Tunc est poena, cum per turus trepidat haeret, cum refringit suppremo vincula connatu: vollo periturí, prius videre valorem audire gemitus, vollo circunspiat, vollo quaeratur.* Quasi dicat. Haec

Cerda. Quintil.

nisi

nisi faciat læsus, nullam habet fructum, qui læsit, Immò, & dolet grabius. Ambros. lib. 1. offic. cap. 5. ait: *Sitac eas, plus sumpitur, victum se reputat, irrisum, post habitum, atque illusum, & cap. 6. melior est itaque, qui contemnit; quasi non sentiat, quam qui dolet; qui enim ita contemnit, despicit: qui autem dolet; quasi senserit torquetur.* Optimè Plautus. *Nisi doleres tu, ego dolerem.*

Ambros.

Plautus.

251. *Hæc est patientiæ utilitas, & voluntas.* Et quæ maior voluntas patientis, quam quod inimicus non coligat fructū? Sic est patientia utilis; sic delitiosa, & grata est, cum patienter sustines; improbum cædis ipsum triturās, de mergis; & quasi turris firmissima, undas aquarum turbulentium frangis. Hucvsque de littera Authoris.

252. Solum pro eius elucidatione, dabo tibi verba. Cypriani lib. 6. de duplici martyrio. Vbi de patientia Christi Domini. Sic ait: *Nemo miratus est Dominum, humano more spirantem, ac respirantem. Sed dum in cruce, clamore valido emisit Spiritum. Simul intellectum est illum, & verum fuisse hominem, & verum Deum. Hominem, quod iuxta naturæ Ordinem, vbi vitalem flatum emisisset, desiit viuere. Deum, quod simul cum ingenti clamore, mortuus est: declarans se volentem, ac spontaneum deponere vitam. Quod humanarum virium nemo nescit non esse sentit efficax testimonium. Marci. 15. Spiritus vicinus Centurio.* Sic enim narrat Beatus Marcus, *videns autem Centurio, qui ex aduerso stabat; quia sic spirasset. Vere hic homo, Filius Dei erat, quid morte abiectius, iuxta carnem: Sed nihil morte potentius, ixta Spiritum erat, & illud, præter naturæ cursum; quo è latere examinati corporis, sanguis, & aqua profluxit: vt absolueretur, triplex testimonium, totum effudit Spiritum, vt nos absolueremur, quidquid federat in corde sanguis emisit, vt nos confirmaremur Atq; haut scio an perperam faciam; hæc tria inter se conferens cum sint vnum, non natura, sed in mysterio. Si qua tamen est discretio sanguis in testimonium, & testimonij rationem potissimum celebratur. Quod in hoc Scriptura testatur esse vitam animantis, & ob id à ciuis, sub mobeatur, edito legis præterea magis, magis est expositus hominum oculis, sanguis, quam Spiritus, aut aqua. Vita Domini, qui fuimus fiunt Martyr, quique, & bodiep. gnat, & vincit in martyribus, piurimis fiunt offendiculo, non iam loquor de Phariseis, & scribis ipsis etiam cognatis ac fratribus, fuit detestabilis, cū dicerent, illum in furorem versum: sed mors illius non solum pijs, sed impijs, etiā fuit admirabilis: nec alibi magis verum fuit, quod Dei virtus in infirmitate perficitur. 2. Corint. cap 2. Ibi facta est, Sathanæ Tyranis, ibi de victi sunt in feri, ibi triumphatum est de Diabolo, ibi dejectus; arcus cælum appertum nimirum, hoc erat, quod instante mortis tempore deprecabatur, Dominus Pater clarifica filium tuum. Ioann. c. 17. Vt filius tuus, clarificet te. Quid homine mortuo contemptius? Quis enim, vel cæsarem mortuum metuat? Sed Christi morte quid efficatius? Vellum templi scissum est, terra concussa saxa dilapsa, apperta sunt monumenta. Reuixerunt sepultorum corpora, Sol medio die, obtexuit faciem suam: nunquam per omnem vitam magis declarauit potentiam suam, mox refractis omnibus mortis re pagulis, viuum se Discipulis exhibuit. Nimirum hoc est efficax illud Sacrosancti sanguinis testimonium, qui solus potuit dirimere macerie, quæ Deum ab hominum genere separauat. Solus potuit vnica litura delere totū illud Chirographum, quod erat contra nos, & Sathanæ in nos, ius vindicauat. Nec enim sanguis hyrcorum, aut vitulorum potuit abolere peccatum, vmbræ erant illa, & typi futurorum. Nec vllus hominis sanguis, poterat tollere peccatum mundi; præter vnius illius agni sanguinem: cui Baptistæ, tribuit testimonium dicens. Ioann. cap. 1 Ecce, qui tollit peccatum mundi, plus est tollere peccatum, quam peccata, & peccatum non huius, aut illius, sed mundi Corpus enim peccati mundum vniuersum occuparat, hoc per Christum esse sublatum, sanguis ipsius pro nobis effusus reddidit suidens testimonia. Melius pro nobis loquens: vt inquit Apostolus, ad Hebræos 12. Quam sanguis Abel. Si quidem ille clamans de terra, loquebatur vindictam At Christi sanguis de cruce clamans, pacem loquitur, & reconciliationem, quin idem sanguis, quoniam à nobis bibitur, si modo digne bibitur clamat in cordibus nostris verba pacifica, & solatij plena. Et illic triplex est testimonium, licet spirituali quodammodo clamat Spiritus, qui nobis Arrabonis loco datus est. Abba Pater, testificans quod summus Filij Dei clamat aqua per quam renati sumus, quod condonata sunt nobis omnia peccata: & siquis adhuc dubitat: accedit sanguinis testimonium cla-*

Nota.

Marc. 15.

Ioann. 1.

Ad Hebr. 12.

clamantis. Quid adhuc hæsitas, quid adhuc pauitas, Tyranum Sathanam? Ecce pretium, quo te redemit Filius Dei. Huc vsque S.Cyprianus: vbi vides, qualiter patientia Christi, & turbantur Iudæi, & manet ipse triumphans, & coronatus. Et subdit idem Cyprianus, lib. de mortalitate, ab initio: *Agnoscere enim se debet, fratres dilectissimi. Qui Deo militat, qui positus in cælestibus castris Diuina iam spirat, vt ad procellas, & turbines mundi, trepidatio nulla sit nobis, nulla turbatio.* Sentio quidem ad vincendum, arma esse fortissima patientiæ: quibus, & miles coronatur, & Tyranus vincitur, & fatigatur improbitas. Quid iucundius, quid fructuosius patientia? Vbi, & gaudium est Martyris, & euanescit fructus Tyrani. Hæc de littera Authoris.

DISCVRSVS VIGESIMVS QVARTVS.

TOTVS TEXTVS VNICA, ET NON læuis sententia est: pro qua sit.

§. I.

Eo plus quis æternaliter lætatur, & eo plures consequitur palmas, quo plura sustinet patienter pro Domino tormenta, & increpationes.

253. LAbores, quando sustinentur pro Christo Domino, potius lætitiam; quam dolorem pariunt. Gaudia quidem consequuntur æterna Martyres post mortem: Non ita Tyrani, qui devicti, merorem experiuntur, & tristitiam; æternaliterque dolent. Abacuc, cap 3. dicitur: *Ficus enim non florebit, & non erit germen in veneris mentietur opus olibæ, & arua, non afferent cibum, abscindetur de obili, pecus, & non erit armentum in præsepibus. Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo. Deus Dominus fortitudo mea, & ponet pedes meos, quasi ceruorum, & super excelsa mea deducet me victor in Psalmis canentem.*

Abac. 3.

Ecce tibi, media in iactura omnium bonorum nichil dolet iustus homo; quin potius gaudendo iacturas committatur, eo quod transactis doloribus se ingressurum ad gaudi à Domini spectat. An doleret Sponsa, quod paries rumperetur, post quem nouit stare dilectum? Ita, nec Christianus habet quod doleat, sed potius habet quo gaudeat; cum viderit eminere cælestia. Legamus Cyprianum lib. ad demetriadem: *Vinea licet fallat, & olea decipiat, & herbis, sic citate morientibus æsticans campus aresçat: quid hoc ad Christianos? Quid ad illos quos Paradysus expectat. Exultat semper in Domino, & mala, atque aduersa mundi, fortiter tolerant: dum bona, & prospera futura prospectant. Dum futura bona ob oculos nobis sunt non est cur nos moueat iactura præsentium. Cælestia rimemur, immensas Paradysi copias, delitias, glorias, frequentias patiamus contuitu. Et læti, atque hilares, temporalium iacturas aspitiemus, vt quæ præmitti debent, ad illorum aduentum. Cur doleam, & non gaudeam potius: quibus paratur Regnum?*

Cyprian.

Non tacebo illud Tertuliani, ad Martyres, vbi ait: *Auferamus carceris nomẽ, secessum vocemus. Etsi corpus includitur, etsi caro detinetur, omnia Spiritui patent. Vagare Spiritu, spatiare Spiritu & non stadia ò pacca; aut porticus, longas proponens, sed illam viam quæ ad Deum ducit; quotiens eam Spiritu de ambulaueris non eris, nichil crus sentit in nerbo, quum animus in cœlo est. Totum hominem, animus circunfert, & quo uelitit transfert: vbi autem erit cor tuum ibi erit thesaurus tuus, ibi ergo sit cor tuum, & cor nostrum, vbi vollumus habere thesaurum.* Hæc ille, vbi pondero verbum illud, nichil *crus*, sentit in nerbo: *Quum animus in cœlo est.* Illud verbum, *crus sentit in nerbo.* Explicat Gerda; sic veteres Attici, *nerbum*, vocabant, *lignum.* Vnde, qui ex lege nexierant, dicebantur in legibus Athenienlium, vt notat Iosephus Scaliger. Plautus, *in aululatia ligatos*, esse ad palum, *apud te, me in nerbo ad necem.* Et Valerianus Episcopus, homil. 16. sic dicebat: *Nemo ergo diffugiat, si ita vsus fuerit, sonitus cathenarum, & tenebrosis sedibus otiosa supplitia in vsum impiorum parata nerborum.* Et subdit orat. 2. Themistij. Sed ne tunc quidẽ cum ab Athenienlibus damnatus esset, nec

254. *Tertul.*

Gerda.

Scaliger. Plautus, Valerian.

cum

cum in nervo detineretur, quidquam infracti, aut abiecti animi fecit, aut dixit apud sotios, qui in carcerem conuenerant: *in Græco est ligno.* Ita etiam Arator. lib. 2. historiæ Apostol. ait vestigia quorum ligno mors à cauo vinclis tenuere beatis. Et apud Plutarchum de Deo Socratis, inuenies, quod aliqui sint ligneis compedibus vincti.

Arator.

Quid ergo, si nervus est genus illud ligni, quod variis distinctum foraminibus, in quæ pro scelerum meritis, aut Tyranorum libidine, ita inserebantur Martyrum crura, vt supra naturalem modum diuaricata, & disiuncta laxarentur. Et hinc dixit Eusebius: *Ad quintum usque foramen distraberentur, quo vero, quis ad plura foramina damnaretur, eo magis distorti crura, crutiabatur.* Prudentius dixit. De S. Vincentio Martyre, in hoc barathrum conijcit truculentus hostis Martyrem, ligno que plantas inserit, diuaricatis cruribus. Hoc genus supplicij quotidie pro rebus læuissimis experiuntur Religiosi, dum ad lignum damnatos, eo quod aliquando à laudabilis contemplationis exercitio, vel matutinas cæssarint. Videmus, & quoties videmus! Lignum foraminosum, vocamus, *el cepo.*

255.

Eusebius.

Prud.

Videò amicos Dei, dum talia patiuntur, pro æternis suspirare bonis: irridet Tyranos; quia dum patientia vincit, Tyrani vincuntur, & Martyres Dei vident suffragia, Angelumque consolantem intuetur. Quid miraris, qui Stephanū vides intuentem cœlos appertos, & Iesum stantem à dextris virtutis Dei: & vides Tyranum mittentem lapides in eum, & dolentem: quia lapides cor illius lacerant. Vide Isacum, qui dum gratissime sperat sub gladio paterno mortem Deo gratiosam, tunc meretur ab Angelo liberari, & parenti lætissimo de filij immolatione redi, sed Iepte filia, dum immolanda accedit, minime liberatur ab Angelo ibi, vitam potius amittit, & tristem etiam, amittit Patrem. Sed quæ nam erit ratio huius differentiæ? Cur Deus, vt vita Isaci lætificat Abrahanum, non sic lætificat Iepte, vita suæ filiæ? Cur Isacus seruatur, & Virgo hæc in morte derelinquitur? Sane Iepte maxime dolebat, in filiæ victima, & ipsa filia licet se morti obtulerit in Dei Religionem; tamen prius voluit flere duos integros mēses, & non nisi magno fletu, & lacrymis accessit ad mortem, quam Religionis causa suscipiebat: vnde tam Pater, quam filia indigni sunt habiti Diuino beneficio. Rem

256.

attigit Anastasius Nyssenus, quæst. 36. dicens: *Nec Pater erat dignus beneficio Abrahæ post illam in credulitatem, & de voto pœnitentiam, & victimum dilaceratione, lamentatione: nec filia Isaaci vita: post luctum impium, & duorum mactatum eiulatum: vt quæ iudicaret hoc sacrificium esse quauis calamitate grauius.* Hæc ille. Deo enim placet, qui in tormentis propter Deum suscepis a laceris, & Hilaris ostenditur cælestia spectans: quia tunc non solum Dei amorem ostentat, sed etiam Tyranum perimit: & fructum quem de Martyris impatientia spectanat, Patientia Martyris violat, & siccat; nam patientiæ fructus est, & voluntas fructus fraudare Tyranorum.

Anastasius

Rursus palmas victoriæ glorioſe portat patientia. Vnde si pro dulcissimo Iesu, vulnera sustineas, hoc erit tibi signum victoriæ, non calamitatis. Nam qui persecutionem patiuntur, propter iustitiam, profecto, in ipsa persecutione cælorum Regnum possident. Nam ibi, palma, ibi triumphus. Nonne Beatus Iob passus est persecutionem? Et quidem plagatus totus, iacuit insterquilinio, sed dum ab hoste maligno trituratur, Dum ab amicis duris verbis affligitur, ad est Dominus, & subito fedissima illius vulnera pulchra sunt, oraque canentia laudes Domini: *Sic nomen Domini benedictum.* Ad hæc,

257.

Iob cap. 1.

Audiamus modo Augustinum dicentem, serm. 24. de tempore: *Pœna fugata, reuertitur sanitas, & cicatricibus fœlitior reditur medicina: cælerius curat Dominus, quam vulnerat inimicus, in gaudia gemitus migrauere, & in fossis vulnerum, numerabantur muniminenta victoriæ.* Hæc ille. Qui militant sæculo multo labore columnas erigunt, & turres; vt de super, victoriarum suarum monimeta rutilent. At Christi milites nulla expectatione fraguntur, in ipsis fossis vulnerum receptorum, victoriarum monimenta enumerant, vbi vulnus est, laurea est, decus, & corona, Regnum inquam cælorum est misserimus dives ille, dum in inferno pateretur, non poterat sustinere Lazarum quiescentem in sinu Abrahæ, & ne Abrahamum clamauit. Lucæ, cap. 16. *Rogote Pater Abraham, vt mittas Lazarum in domū Patris mei.* vbi à Regno cœlesti illum cupit, ad locum vulnerum persecutionum, & paupertatis reuocare, nimirum ad domus suæ ianuam, amplius dicam, ad domum perditam, nam illa erat domus Patris

258.

Augustin.

Luc. 16.

eius

eius. Sed quidem misere fallitur, dum putat athletam Dei posse alicubi esse sine insignibus gloriarum. Sine virtutũ laureis, quando, & locus dolorum, & vulnera ipsa, & sanies, monimenta sunt gloriæ. Quo ibit miles Christi, sine insignibus gloriæ? Præsertim quando lætus patitur, quo ibit, quando rutilant vulnera vermiumque scabies multitudo.

259. *Chrysol.* Accute Chrysologus, serm 66. *Miserum convincit stultitia; quid miser rogas? Vt mittat Lazarum in domum Patris mei, ante quam bene iacuit, vbi postes tuos, suis vlceribus laureauit, ad illam Ianuam in qua fame sua, in humanitatis tuæ titulos fixit, vbi sanie sua pixit micas tuas patere, ergo, stare, vices iã deponere dolos licet: quia tu Lazarum nõ potes videre, scitur: quia plus te fœlicitas Lazari; quam gemmæ, torquet incendium* Hæc ille.

Tertul. Vbi pondero, illud verbum: *Plus te fœlicitas Lazari; quam gemmæ torquet incendium* Quibus consonant, verba Tertuliani dicentis: *Plus improbum illum cædis sustinendo, quasi tellus aliquod, in petra constantissimæ duritiæ libratum.* Num numquam maius tormentum patitur Tyranus; quam dum coronatum videt suum persecutum, quare optime dixerat Paulo ante D. Chrysologus, qui postquam clamorem diuitis e pulonis expressit subiungit. Sed audiamus iã, quid responderit Abraham: *Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala; nemo putet, audiendo ista: quia, dives pro bonis receperit bona, quando hic magis reus est, quod cum à Deo pro malis receperit bona; bona pro bonis Deo, reddere contempsit, nam de diuitijs tantis, nec victum dedit pauperi; nec sacrificium Deo, minima oblatione rependit. At pauper, dives vulnere censu nudus, exutus corpore, vestitus pœnis; animam quam solam non tenebrant vulnera, Deo in hostiam, iugiter offerebat.*

Nota. *Hinc est, quod recipit, pro doloribus requiem, pro opprobrio gloriam, pro contumelijs honorem, pro despectu gratiam, pro pœnis immortalitatem, pro vulneribus præmia, positi refrigerij fontem, pro fame, cælestis mensæ delitias sempiternas; & quem diuitis Angulus non cepit, sinus Diuinæ consolationis includit.* Hæc ille, quæ verba ad nostrum intentum accommodatissima sunt.

260. Vide colligo, inutiles esse dolos, contra Dei seruos, quorum vel vulnera, vel vlcerum sanies, aspirant ad cælestia, & gloriæ prosferunt palmas. Sive in sinu Abrahæ sint, sive primum vulnerum pro siliant scama, vbique tamen lauros ostentant, & monimenta gloriarum, & tamdẽ in illis est Regnum cœlorum. Audiamus Abbatem Guarricum, sermon. de festo omnium Sanctorum dicentem: *Non ait, ipsorum erit Regnum cœlorum, sed est, Regnum cœlorum, non solum propter ius firmissimum; sed etiam propter vsum fœlicissimum, non solum: quia paratum est, eis Regnum ab Origine mundi; sed etiam quia iam in quamdam, ipsius possessionẽ, cæperunt introduci, iam habentes thesaurum, in vasis fictilibus; iam portantes Deum in corporibus suis, & in cordibus.* Vel primum persecutiones prò Christo pateris. Vbi, vulnera sustines, iam Regnas, nullam habebis de corona moram, sed in vulneribus, diademata ostenduntur regalia. *Guarricus Abbat.*

261. *Mat.20* Non tacebo, petitionem Matris Filiorum Cæbedei factam ad Iesum, exigit pro illis mater. Matth. cap. 20.. *Dicet sedeant, hiduo filij mei, vnus ad dexterã tuam, & alius ad sinistrum in Regno tuo.* Cui Dominus: *Non est meum dare vobis.* Et quidem multa alia, petita fuere ab Iesu, & numquam tale responsum dedit. Petierant quidem alia multi oculos, manus sanitatem, &c. Et nemini dixit: *Non est meum dare vobis.* Cur ergo huic dum taxat fœminæ sic respondit? Etenim Regni petitio, non simpliciter struenda erat, sed cum probatione meritorum, adductis etiam testibus, qui ius ad Regnum testarentur. Ita Dominus, vt ait Basilius de Semitentia, orat. 24: *Si leprosus curationem quærit, virtutem exero, si mortuum e tumulo resurgere necessum est, potestatem ex primo, quod si tyrannum. quis petat, & Regiam potestatem quærat, fussum proprietate fudorem testibus reposco.* Hæc ille, est enim magna res, Regni cœlestis postulatio, nec statim solvenda, sed examinanda, & terminis probatorijs adhibitis, & testibus adductis, sagaci, & prudenti Consilio ponderanda, has probationum, testiumque moras sustinet, qui nichil passus integro corpore Regnum cœleste ambit, qui vero persecutionem passus est, qui vulneribus confossus adest; nullam moram patitur, nulla probatione eget, nullos testes requirit; ipsa passione Rex est, & Regnum suum habet. *Basilius.*

262. *Cassiodor.* Cassiodorus libr. 3. variarum, cap. 10. *Vulnera oppinio inseparabilis, sine assertore præconium, propria lingua virtutis, quæ licet ad præsens periculum ingerant; re-*

reliquum tamen vitæ tempus exornant, eget enim astipulatoribus corpus illæsum quærit alios, qui vissa vulgent de fortitudine, vulneribus probata non ambigitur; quæ tali testimonio comprobatur. Hæc ille, qui illæsus est, probet ius suum ad Regnum exhibeat vetustos codices, adhibeat oratores, ad vocatos; qui vulneribus, & persecutionibus, & patientiæ stimulis adest, nichil illorum eget; iam ipsa sua patientia coronatur, Regnat, vincit, destruit, iam gloriæ candida tenet.

263. *Ad Ephes. 4. Chrysost.* Non tileam illud, Pauli, ad Ephesios c. 4. *Ego vinctus in Domino.* Vbi Chrysostom. hom 8. dicit: *Magna dignitas, Regno quouis, & consulatu longe maior; nichil ita splendidum; vt vinctum esse pro Christo vinctum esse propter Christū. Illustrius est, quam siue Apostolorum, siue Doctorum, siue Euangelistarum esse. Si quis erga Dominum ardet, is nouit, quæ sit vinctorum virtus. Hic vtique prius habebit optione data, vincula ferre propter Christum, quam cœlos intrare, quo vis auro splendidiores; quo vis diademate regali illustriores manus illis ostendit. Non enim caput ita splendidum reddit imposita corona margaritis conspicua; vt catena ferrea, quæ pro Christo fertur. Tunc videlicet ipsis Regijs illustrior erat carcer ipso etiam cœlo. Quid dico Regijs? Vinctum enim habebat Christi.* Hæc ille, quid illustrius in Petro, Catenis duabus vinctо? Quid pulchrius, in Paulo flagellis cesso? Quid illustrius in Stephano lapidato, quia fœlicius in sanctissimo Patriarcha Ignatio. Tot laboribus, & erumnis dato, quid fœlicius in Iaberio celeberrimo Indiarum Apostolo, tot vigilijs, & solicitudinibus oppresso? Manus video multorum martyrum oppressas, sed Tyranos video adeo dolentes; caput video Martyris contusum, sed diademate Tyranni penitus obuoluto, & deleto. Et tandem dum contemplor corpus Martyris in æqueleo torqueri, Tyrannum irrisum, & illusum abijsse, & patientiam Martyris coronatam, atque victorem, hæc quidem est ipsius patientiæ vtilitas, & voluntas, hæc patientiæ Felicitas. O quanta patiētia armatum vidi Iaberium meum, quem ab Infantia eximia deuotione sum prosecutus, tum quia dulcem eloquio spiritali, tum quia valde potentem, non natura quidem, sed gratia, non proprietate, sed commissione Diuina opificis innumerabiles insanitas pœne animas Domino laboribus sanauit, lingua nutriuit, & opperibus auit. Hoc patientiæ encomium, hoc

Pro sancto Petro.

S. Iaberius valde potens apud Deum, & homines fuit.

patientiæ præconium, tot coronasse, quot lingua enarrare minime sufficit.

§. II.

Deus agit causam seruorum suorum: armat, & summendo contra Tyranos & Principes, & magnates.

264. QVis non mirabitur Diuinam prouidentiam, amorem quo Dominus; tāquam verus Pater, verusque custos, prosequitur suos amatores, tormenta pro eo patienter tolerantes? Pugnat verus ille dux, pro defensione suorum. Exemplum est timor ille; quem Dominus immisit, super quinque Reges amorreorum. Dum contra Gabaon pugnarent: *Irruit enim super eos repente tota nocta, ascendens de galgalis, & conturbauit eos Dominus à facie Israel, contriuitque plaga magna in Gabaon.* Subitus igitur Iosuæ aduētus, & improuisus, Castra Regum ita turbauit, vt non hominis aduentus esse videretur; sed numinis; Gabaonitarum voto propitij, vnde verba illa nempe: *Et conturbauit eos Dominus à facie Israel.* Indicant immissam à Deo huiusmodi formidinem, Regum animis, vt nescirent quid facto opus esset, hoc fieri à Deo cum libet, multa docent argumenta, atque illud in primis ex historia Indiarum collectum; apud Malucas, quæ Malacha soluentibus Insulæ sunt, in occasum versus meridiem protense. Aliqui, ex indigenis à Christo defciuerant, & in reliquos Christianos, arma sumpserunt Lusitani Christianis opē laturi, pauciſsimi præ hostium multitudine aduenerant. Res mira! Vbi inconspectum se dedere, hostes fidei, continuo trepidare; loco, haud posse consistere; arma vix manibus tenere, terra tremere, Sol, obscurari tanta lapidum ignitorum vis, è cœlo cadere; vt edifitia omnia prosterneret Idola comminueret, arbores cōuelli visse viæ, quas væpribus, & ferreis clabis hostes, nostris obstruxerant cinere, & saxis, ad eberādam vim veprium repleri. Laccus prope, positus sic intumuit, vt cuncta deijceret domus dumtaxat permansit intacta, quæ iuxta templū erat, quod male sani hostes diruerant. Vidiit formidine à numine immissa, turbari, & vinci perditos homines.

Iosu. c. 10.

265. *Fortissime pugnant Galli, sed relicta Castella insanissime ruunt.*

Hoc antiquitus, nonne consideras nostros præliantes Hispanos, hoc tempore nostro. Ab anno 1637. vsque 1639. cum alienorum nationibus, quid igitur accidit pugnauit pro nobis (ita multi dixerunt.)

runt.) Beatissima Virgo, inspatioso illo, & vasto camporum spatio fontis rabiæ, vbi oppressi fugam pro remedio ad sum munt Galli. Quid de Rege Suetiæ dicam à numine Suppræmo (si fas est dicere) miraculose, occillo dicant qui signa viderunt cælestia, narrent qui arma sumpsere.

266. Audiamus modo, sacrarum litterarum præconia, Prouerborum, cap. 1. sic dicitur: *Cor Regis in manu Domini, & quocumque voluerit vertet illud.* Nec verò solum Regum cordibus ita Dominus Deminatur; sed etiam hominum cæterorum. Vnde in pœnam scælerum. Læuitici, cap. 26. dicitur: *Iudæis, qui remanserint de vobis dabo pauorem in cordibus eorum, in regionibus hostium, terrebit eos sonitus fily volantis; & ita fugient quasi gladium, cadent nullo sequente, & corruent singuli super fratres suos, quasi vella fugientes.*

Leuit. 26.

Prou. 21.

267. Secundo sicut metum ita, & quemcúque alium affectum immittit Deus, cum vult impetus humanum; vt Diuinæ seruiat voluntati. Vnde 4. Regum, cap. 19. Regi Senacherib, ne oppugnaret Hierusalem, inquit Deus: *Ego immittam ei Spiritum, & audiet nuntium, & reuertetur in terram suam.* Citans hunc locum Abulensis, super cap. 10. Iosuæ quæst. 7. dicit: *Ille Spiritus, quem Deus dicebat, se missurum in Senacherib, erat aliquod desiderium, quod causaret in corde eius, ad reuertendum in terram suam, & recedendum de Hierusalem. Ita hic misit Spiritum in corda Cananæorum, ad conturbandum eos, vt nescirent sibi consulere in hoc casu.* Hæc ille.

4. Reg. 19.

Abul.

268. Tertio, similis turbatio, immissa est in Madianitas, nam Iedeone mox super venturo, parauit Deus victoriam iniecto somno millitibus, in quo ipsi Iedeonem interpretabantur Castra Madianitica deleturum, & vero apparentibus, subito de nocte, *trecentis viris*, cum trecentis buccinis, & amphoris, ex quibus emicabant faculæ; ita conterriti sunt, vt quiescente Iedeone, quilibet, in contubernalem suũ ferretur, & mutuis se gladiorum ictibus perimerent, rem bellicam geri aduersus Iedeonem putantes, vt habetur in lib. Iudicum, cap. 7.

Iudic. 7.

Iudic. 7.

269. Quarto, maioris turbationis exemplũ habes. 2. Paralip. cap. 20. pugnante namque Iosaphad, Rege Iudæ: *Contra Moab Amon, & incolas, montis Seir.* Aliasque gentes, quæ in pernitiem Israelitarum conspirauerant; hostes, qui erant in insidijs, vt Hebræos, Deo laudes modulate canentes, quos proxime ad esse putabant, absque effugiêdi spe, interciperent, emergentes contra sotios suos, qui pugnabãt hostes esse credentes, tamdiu conggressi sunt: quo vsque ne vnus quidẽ superstes relinqueretur. Vides, hic nichil à Iudæis actum? Procul enim haberant, & vt Rei magnitudinem ex comparatione æstimes. A Iedeone de nocte, & cum strata gemate pugnatum est. A Iosaphad, verò, & Hebræis, qui illios sequebantur vexilla, nec gladius districtus est, ipsi se hostes de die mete turbata peremerunt. In Chananæos Reges non tanta iniecta est turbatio, vt se mutuis concidrent vulneribus; solum infugam metu Diuinitus in eorum corda, sub aduentum Iosue immisso compulsi sunt.

2. Paral. c. 20. n. 22.

270. Abulensis, super cap. 7. lib 4. Regum, quæst. 34. notauit adeo dupliciter turbari hominem. Primo immutando intellectum, ita vt non cognoscat quæ agit. Secundo affligendo eum exterius. Ita S. vbi, per inde noceat ac si extra mentem positus insaniret. Exemplum, primi modi habes, in Madianitis: qui non pugnante Iedeone, præ turbatione se ipsos occidebant. Exemplum etiam est in excæcatione Syrorum, qui voluerunt comprehendere Elisæum quem enim antea nouerant, & præsentem habebant, turbati amentia; quæ cognitionem simul hostiũ suorum, & loci, in quo erant auferebat, nunc nosse non poterãt. Vide, cap 6. lib. 4. Regum. Idem accidit pugnantibus cõtra Iosaphad, qui in meridie absentibus Israelitis, se invicem tamquam hostes, obcæcatimente iugularunt.

Abul. 4. Regum.

Cap 6. lib 4. Regum.

271. Secundus modus habetur. 4. Reg. c. 7. vbi ex trema afflictione hoc est sonitu; tãquam hostilis exercitus; in fugam conuersi sunt Syri, qui Samariam obsidebant. Adeoque efficax fuit ille strepitus, vt nichil prætiosum, quod maxime volebãt, exportari à fugientibus linere: cum tamẽ nemo illos insequeretur. Attende timorem primi Parentis; qui post peccatum, Dei præsentiam formidabit. Genes. c. 3. vnde Hilarius. Super illud, Psalm. 52. *Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt.* Sic dicit. *Non cum declinant, inutiles fiunt; sed cum inutiles cæperint esse declinant, & virtutem dicti, facile est, ex consuetudine humanæ demmutationis intelligi, nam cum ex bonis, mali esse cæperimus, & ex prudentium familiaritate, & ex publicæ famæ honestate, peruitia nos, & dedecora, relinquimur esse*

4. Reg. 7.

Genes 3. Psalm. 52. Hilarius.

Et per id inutiles; tunc omnium probabilium virorum declinamus occursus sectantes dauia, & præsentiam bonorum, conscientiæ nostræ pudoræ vitamus.

372. *Denique Adam, per peccatum inutilis factus, tunc Dei declinauit aduentum, viuens autem aliquandiu innocens, & per mandatorum obseruantiam vtilis; familiarem sibi occursum antea, Dei simulatque inutilis cæpit esse defugit.* Hæc ille. Profecto illa erubescentia, & timor qui peccantes cruciat; turbatio censeri potest illique similis quæ quinque Reges populum Dei oppugnantes torquet, & in spelunca latebras infert. Quem ergo culpæ admissæ, & cõmissæ non pœniteret? Declinatio ipsa honesti timoris, in turbationem qua inutiles redimur nos præcipitat: quod Diuina prouidentia fieri, vt tandem facti, nos pæniteat, certum est. Non enim vult, vt turbatio hæc, in damnationem euadet, quod accidit, Amorreis, sed incorrectionem.

Hilarius.

273. Videte dilecti, quãta celeritate Dominus ad fouendos suos accurrat. Quantaque potentia irruat super eos, qui nomen Dei blasphemant, & Sanctos suos impiè persequuntur. Cor eorum durissimum est, sed tamen Petra, quæ est Christus firmissima; lapidea frangit corda. *Nam si fructus lædentis, in dolore læsi est*, vt ait Tertullianus, qui patitur & dolorem non sentit, triumphat. Lædit aduersarios, non dolendo, immo, amplius dicam, Dominus cuius causam agunt pugnat pro eos. Quod viderũt Hispani antiquitus in vello contra Mauros, qui in surgentes contra millites Christi: in campo Auñonis, circa oppidum dictũ Clauijo in terra Rio gensi, prope Iuliobrigam ciuitatem, quæ prope est, cum monte Cantabresium, & cingitur copioso flumine libero circumdatur aquis crystali ireguæ, & non tam pulchra est, multitudine turrium, & murorum: quibus efficitur inexpugnabilis (vt galli sciunt) quam amænitate, & fructuum copia quippe, quæ Paradysus parbulus nuncupari potest præ nimia, arborum olibarum, pomorum, & vinearum, hortorumque multitudine, & aliis ciuitas, nobilis, fidelis, merito dicitur (vbi ego nactus educatus, & nutritus, à Iulio cessire fundata. Teste Volaterrano, fol. 5 *Igitur in campo illo, vt faberet nostris Apostolus Iacobus in veste candida armatus, & super Aluum Æquũ, à multis fuit visus, & victoria consecuta, in cuius Rei testimonium, Ecclesia ibi, illius nomine dicata, & constructa est.*

Tertul.

Victoria Hispanorũ quæ dicit de Clauijo. Volaterranus.

Vide Historiographos. Latè sequentes de hoc puncto.

274. Placuit tamen apperire, quibus lapidibus; Dominus aduersum Chananæos pugnauerit. Nam Iesuæ, cap. 10. dicitur, mortuos esse multos: potius: *Lapidibus grandinis*; quam gladio filiorum Israel. Certum iudico, non esse asportatos lapides de terra, ab Angelis, & postea esse de cœlo missos contra Chananæos: quia certum est, etiam posse, in aeris regione lapides grandinis per grandes gigni, vt sufficerent sua densitate, & duritia, quos percussissent occidere, quod tradit, & confirmat. Matthæus, Palmerius Florentinus in suo Chronico, Imperante Ludouico filio Caroli Magni, Summoque Pontifice, Eugenio, secundò ann. Domini 825. in Gallia miræ magnitudinis cæcidisse grandinem, & peccora multa, atque homines interemisse. Affirmat Abulensis, quæst. 9. Quid dicam de grandine miraculosæ factæ: Num lapides grandes, qui tempore Moysis, Ægyptum, Diuinitus inferiarunt, impunæ cæciderunt? Constat Exod cap. 9. Homines, & iumenta illorum ictibus interfectos: *Et grando* (inquit) *& ignis mixta, pariter ferebantur.* Tantæque fuit magnitudsnis, quanta ante numquam apparuit in vniuersa terra Ægypti.

Iosuæ 10.

275. *Palmerius*

Abulensis.

Exod. 9.

276. In hac plaga; quæ septima fuit, tria in Ægyptios fæuierunt elementa, aer per tonitrua: à qua per grandinem ignis per fulgura: vt vel inuiti compellerentur Ægyptij fateri pertinaciter se repugnare elementorum, & mundi omnipotenti Dei, vt enim scriptum est. Sapientiæ, c. 5. *Omnis orbis terrarum pugnauit pro Deo aduersus insensatos.* Et omnis creatura armabat se aduersus impios. Impij Deos quosdam cœli præsides, quosdam aeris, alios terræ constituebant, & quidem Syri, dicebant Deum Israel esse Deum montium, & non vallium. 3. Reg. c. 20. Id circo Deus, per multiplices Ægypti plagas, & hanc Chananæorum se vnicum esse ostendit, & verum, rerum omnium Dominum; cui elementa deserbiant, in eoque Diuina virtus eximiæ eluxit, quod in terra Iesem, vbi filij Israel erant, grando non cæcidit, nec in descensu vetorum, Hebræus aliquis grandine percussus est.

Sapient. 5.

3. Reg. 20.

277. Porrò, vt miraculum agnoscas, grandine Ægyptiaca petratum ait Moyses, talem magnitudinis fuisse, qualiter numquam, ante apparuit in vniuersa terra Ægypti. Vnde Philon. Iudæus inquit: *Ægyptum hiemem nescisse, circa brumã irro-*

Pphilon.

irroratur paruis, rarisque plubÿs in locis dumtaxat maritimis. Tunc igitur repente aer, nouam sumpsit faciē, grando enim inter mixta ignibus, nec ipsa liques cebat, nec extinguebat fulmina, sed vtraque eodem deferebātur impetu, nec solum inclementia cœli, contriuat Incolas; verumetiam Rei nouitas; credebāt enim, nec falso abirato Deo mutari omnia tempestatibus insolitis arbusta, & segetes vastantibus, simulque per euntibus, non paucis animalibus, partim frigore assumptis, partim clisis. Grandine ruente in morem lapidum. Hæc ille.

278. *Iosephus.* Iosephus lib. 2. antiq. affirmat grandinem, numquam ante hanc plagam, visam in Ægypto fuisse: *Cum Rex*, inquit: *non resipisceret; grando numquam ante in Ægyptio cœlo visa; tunc vero maior, quam apud alios Hyberno tempore, aut Septentrionali regione verè, iam aduleo superne ruens, omnes eorum fructus contriuit.* Plinius lib. 2. cap. 20. *Causam redi, cur rara decidant fulmina in æstate, & hieme frequentia vero, in vere & autumno: maxime in Italia. Hic enim melior aer mitiore hiemi, & æstate, nimbosa semper quodam modo vernant, vel autumnat.* *Plinius.*

279. Id ipsum in grandine, terræ Chanaam; de qua nobis ferme est, certum est, in regione hac quæ valde calida est; ac proinde rariores habet impræssiones Metheoricis; non potuisse naturaliter gigni grandinem tantæ magnitudinis, & denitatis; vt quos tangeret, statim occideret. Adfuit, hic Dei potentia; quæ materiam immisso frigore, diuinitus densari fecit. Et in magnos lapides concrescere, quibus Angelorum manibus dejectis, multi cōrnerunt. Vnde in hac persequutione, totus fere periit quinque Regum exercitus; nam quidam lapidibus grandinis, alij Hebræorum cæciderunt gladio, qui cæteri? Vix pauci ad præludia contingere potuerunt.

280. *Gregor.* S. Gregorius Nazianzenus, oration. de plaga, grandinis non solum immissam à Deo censet grandinem, ad supplicium Ægyptiorum, & Chananæorum, qui obstinati Diuinæ resistebant voluntati, sed vel hodie immitti, ad coercendam hominum peccandi licētiam: *Expone* (inquit) *vnde sterilitates, & habentis in potestate calamitates, & grandines, præsens nostra plaga, & castigatio? Vnde aeris corruptiones. Vnde morb.? Vnde cœlitus iniecti terrores: Quomodo creatura, ad vsum hominum affecta à naturæ sua decidat, atque in diuersum mutetur; vt quibus ornati gratiam Deo habere neglexerim us, ÿsdem nunc castigemur, atque ex his quæ patimur, potentiam eam cognoscamus, quam ex beneficÿs in nos collatis, nequaquam agnouimus, quo item modo alijs de manu Domini, duplitia peccata damnantur, ac per huiusmodi dupplicationem, mensura scelerum impletur, secundum quam etiam Israel emmendatur. Alys rursus, per septuplum in suum reditum peccata exhauriuntur, quæ nam præterea, sit illa Amorreorum mensura nondum cummulata, hæc decet conscientia. hoc est domesticum, & verum Tribunal.* Hæc ille.

Vnde illud Esai. c. 4. *Accepit Hierusalem, dupplitia peccata*, interpretatur Nicetas dupplices pennas pro peccatis. Mēsura vero Amorreorum, respicit locum, Genes. cap. 15. vbi Deus, cum Abraham loquens; inter cætera ait: *Nondum completæ sunt iniquitates Amorreorum, vsq; ad præsens tempus, vbi Nicetas, & si Amorrei impiè, & flagitiosè viuunt. Tamē eorum scelus, nondum, eo magnitudinis peruenit, vt gentis illius interneciōne vindicandum sit.* 281. *Esai. c. 40.* *Nicetas.*

A peccatis igitur abstineamus, ocius, ne elementa numine pennas interroganteslicut in Ægyptios, & Chananæos sæuiant. *Sunt autem, quatuor concretiones à quo se humiditatis; quæ est in aere: quarum duæ fiunt super terram, nempe. Nix si exigua sit humiditas: grando, si magnus sit humoris: duæ item in terra, nimirum roi si minor sit copia humoris: glacies, si maior.* Ita Nicetas Author in suis Metheoris multa ego de hoc locutus sū. 282.

Hinc patet, vbique Deo arma esse, quibus hominum scelera vlciscatur. Reges, vnum locum habent, ad arma seruanda: Deus vero totum mundum; flammas illi vindices, illi ignis suppeditat. Vide in tribus pueris existentibus: vel vt melius dicam; cantantibus in fornace ignis ardentis, vbi disquiro, quem illorum læsit ignis Tyrannum, an pueros? Profectō flammas ignis misit, & globos igneos, contra Tyranos aer grandipem, & fulmina. Historiographos vide, quid dicant, de victoria illa parta contra Mauros, pugnantes contra populum Dei. Vulgo: *Las nabas de Tolosa.* Tunc mare intumuit, ductus ad cœlos emisit; illos oppressit Diuina potentia, sed miror his visis; quod contra Deum pugnare audeat humana improbitas. De quo late Theodoretus, præsertim dum de victoria Dei agit sup. c. 21. Numeri. 283. *Theod. Num. 21.*

Vnde si Deus, Sanctos, & pacificos suos, ita defendit, vt ictus lapidum ignitorum, quos aduersus patientiam, & patientiæ sectatores mittit hostis; quasi firmissima petra, & lapis Adamantinus refundit frãgit? Merito laudanda est, Tertuliani sententia dicentis: *Fatigetur improbitas patientia tua, plus improbum illum cædis non dolendo ipse doleat necesse est, de carentia fructus sui. Hæc est patientiæ vtilitas, & voluntas.* Et hæc de hoc discursu, & capite.

CAPVT NONVM.

DISCVRSVS VIGESIMVSQVINTVS.

PROSEQVITVR AVTHOR.

TEXTVS EST.

Ad caput nonum, vbi dicitur, quod est habendus doloris modus, in amissione charorum.

284. Ne illa quidem impatientiæ species excusatur in amissione nostrorum, vbi aliqua doloris patrocinatur assertio, præponendus est enim respectus renuntiationis Apostoli; qui ait, ne contristemini dormitione cuiusquam, sicut nationes, quæ spe carent, & merito. Credentes enim resurrectionem Christi, in nostram quoque credimus, propter quos, & ille obijt, & resurrexit. Ergo cum constet de resurrectione mortuorum, vaccat dolor mortis, vaccat, & impatientia doloris. Cur enim doleas, si perijsse non credis? Cur impatienter feras subductum interim, quem credis reuersurum? Profectio est, quam putas mortem, non est lugendus, qui antecedit, sed plane desiderandus. Id quoque desiderium patientia temperandum. Cur enim immoderate feras abijsse, quem mox subsequeris. Huc vsque Author.

EX-

EXPLICATVR TEXTVS AVTHORIS.

Ne illa quidem impatientiæ spes excussatur in amissione nostrorum.

285. PAmelius,& Renatus de hoc nil,Cerda tamen,ait;quod patientia etiam locum habet in amissione charorum. Vere enim dolor debet reperiri tanquam Patronus,patienter tamen debemus sustinere talem dolorem. Vnde,bene explicatur solitudo,quam absentia amici,& dilecti, per hanc vocem *amissio*: quia amittit,& perdit thesaurum, qui perdit amicum. Ad luctus mortuorum, bene applicatur, *Ambros.* & verbum est vsu acceptum. Ita Ambros. orat. funebri Imperatoris Valentiniani: *Eius quem amissum dolemus commemoratione requiescimus* Et de obitu fratris Satyri,ait. *Nec amissum credo quem adhuc cerno præsentem: nec mortuum puto, cuius adhuc officia, non requiro.*

286. *Vbi aliqua doloris patrocinatur assertio.* Quidam legunt patrocinatus, *affectio.* Cerda improbat: quia si dicatur affectio destruitur futilitas sententiæ melius, *assertio*: quia dolor est assertur impatientiæ, melius dicam, dolor est præco impatientiæ, non dolor, qui sentitur, sed qui nuntiatur. Cerda vocat dolorem, defensorem impatientiæ. Displicet Cerda, in eo quod dolorem vocat defensorem impatientiæ, cum potius dolore crescat, & quo maior ille, maior illa est. Itaque vtrãque lectionem, tamdem probo, & quod posit, dici: *Affectio doloris.* Loco assertionis: quia dolor est affectus animi de amissione charorum cuius Index tristitia est, vel quod dolor dicatur præco impatientiæ, vel assertor: quia vt dixi est Index illius.

Textus. 287. *Præponendus est enim respectus renuntiationis Apostoli, qui ita denuntiat; non contristandum de mortuis, sicut nationes, quæ spe carent, & merito.* Qui lugent immoderate considerent attente locum Pauli. S. Hieronymus in epitaphio *Hieron.* Lucini ponit hæc verba: *Beatus Apostolus vetat, de dormientibus contristari.* 1. *Thesal.4.* Thessaloni, cap. 4. *Vt quos dormire nouimus, suscitari posse credamus, & post digestum soporem vigilare.*

Cyprianus Legite Cyprianum, lib. de mortalitate in fine, vbi inquit: *Spei nostræ, & fidei, præuaricatores summus, simullata ficta fucata. Videntur esse quæ dicimus, nichil prodest verbis præferre virtutem, & factis, destruere veritatem improbat denique Apostolus, & obiurgat, & culpat si qui contristentur in excessu suorum, nec contristemini, sicut & cæteri, qui spem non habent, eos contristari dicit, in excessu suorum, qui spem non habent.* Hæc ille.

288. Dormitionem appellari mortem, commune est apud Patres. Hieronymus in *Hieron.* suis epitaphijs, Ambros. lib. de obitu fa- *Ambros.* tyri. Et in vita Ioannis Eleæmosynarij, inquit: *Non dum breui tempore transacto dormiuit cum pace, in cœllula sua sanctus vitalius.* Et agendo de gentilibus, plorat, quod ipsi tantum plorent, mortes suorum; & enim plorant: quia non credunt resurrexisse Christum. Vnde postquam Gentilium solatiola. Posuit Amb. agendo de nita satyri, sic ad nos conuertendo sermonem, inquit: *Nos vero, vt erectiores præmio; ita etiam patientiores, solatio esse debemus; non enim amittimur, sed præmittimur videntur, quos non absuntura mors, sed æternitas receptura est.*

Seneca epistol. 99. in consolatione lu- *Seneca.* cili, in morte filij. Et Ruritius Episcopus *Ruritius.* Læmonicensis, ait: *Fleant liberos suos, qui spem resurrectionis habere non possunt, quam eis perfidia sua adimit, quos in perpetuo æstimant interisse, illi nullã mœroris sui habeant requiem; qui non credunt esse requiem mortuorum.* Cum enim credimus, resurrectionem Christi; credemus etiam, & nos resurgere: quia Christi resurrectio nostræ etiam resurrectionis firmissima causa est.

S. Cyprianus loco citato, subiungit: 286. *Qui autem spe viuimus, & in Deum credimus & Christum passum esse pro nobis, & resurrexisse, confidimus in Christo manentes, & per ipsum, atque in ipso resurgentes, quid aut ipsi recedere istinc, de sæculo nouissimus, aut nostros recedentes, quasi perditos plangimus, ac dolemus? Ipso Christo Domino dicente. Ego sum resurrectio, & vita; qui credit in me, etiam si moriatur; non morietur in æternum* Hæc ille. *S. Cyprianus.*

290. *Ergo cũ constet de resurrectione mortuorum, vaccat dolor mortis.* Pamelius, & Renanus nil, solus Pamelius dixit. Cur enim doleas, qui credis, quod Iesus mortuus est, & resurrexit? Procul ergo doleas. S. Hier. ad Paul. de obitu filiæ blesis- *Hieron.*
sæ, ait: *Lacrymas pro defunctis, quæ mo- Prudens sit luctus pro defunctis.*
dum non habent esse gentilium, & plenas sacrilegio, & plenissimas in credulitate: nam qui credunt, non ita debent lugere.

291. *Vaccat dolor mortis, vaccat, & impatientia doloris: quia otiose flum desles, qui nunc dormit, & excitandus est. Cur enim doleas, si periisse non credis? Cur impatienter feras subductum interim, quem credis reuersurum?* S. Nyssenus orat. de mortuis; *similes lacrymas*, ait, dici posse fusas. 1. Innaniter effusas. Seneca epist. 99. Non Nyssenus: *Super vacuum est dolere, si nihil dolendo proffitias, non enim ex multo lacrymatu suscitabis mortuum tuum.* Et sentio, quod Tertullianus solum damnat dolorem de amissione charorũ: quando talis dolor plenus impatientia est. Sic dicit, *vaccat, & impatientia doloris.* Quasi dicat triumphante impatientia, ne multum doleas, sed dole flendo seruandó tamen moderatum modum flendi, non enim moderatus fletus, & dolor damnantur. Verba Senecæ tibi do: *Licet imquam naturæ obsequi, grauitate seruata. Vidi ego in funere suorum, verendos in quorum ore amor eminebat, remota omni lugentium scena, nihil erat nisi quod veris dabatur affectibus.* Est aliquis, & dolendi decor. Nude Concilium Toletanũ 3. c. 22. Vetat rixantes, lacrymas, excitantes tragedias, & motus ridiculos; his verbis: *Qui Diuina vocatione, ab hac vita recedunt, cũ Psalmis tantum modo, & Psalentium vocibus debere, ad sepulchra deferri. nam funebre carmen, quod (vulgo) defunctis cantari solet, vel impectoribus se, aut proximos, aut familias cædere omnino prohibemus.* *S. Nyssen. Seneca. Tertul. Concil. Toletanus.*

292. *Cur enim doleas si periisse non credis?* Non cogitat Author facere distinctionẽ inter bonos, & malos; sed solum dicit, de morte resurrecturorum; non esse multum dolendum. Ratio est hæc: *Profectio est, quam putas mortem.* Cerda optime addu cit Hier. ad Salbinam, quæ sic extullit maritum, vt cum *profectum*, crederet non amissum, & in epitaph. fabiolæ morte vocat *peregrinationem*, & in consolatione ad Paul. *migrationem.* Concinunt certe, hæc tria *profectio, peregrinatio, migratio.* Cassianus. Cassian. lib. 5. c. 28. *transmigrãtem*, dixit Chrysost. morientem, *ita* Chrysost. hó. 5 ait. Quid *migratio*, ad tempus *somnus*, consueto lõgior, & ho. 2. ad populum mortui sunt *peregrinantes.* Athanas. lib. de Virginit. loquens de morte iustorum, ait: *Non mors, sed translatio.* Quo verbo vtitur Theod. lib. 2. hist. c. 3. dicens, de Constant. Mag. *Translatus ad Regnum immortale.* Quod desumpsit ab Euseb. lib. de vita Constantini, cap. 4. *Cerda. Hieron. Cerda. Athanas. Theod.*

293. *Non est lugendus, qui antecedit, sed plane desiderandus*, vbi noto verbum illud, *qui antecedit.* Est enim argumentũ, quod tu illum sequeris, vt non lugeas antecessorem tuum, sed appetas. Ita Ambros. lib. de obitu Satyri: *Talibus igitur perfunctũ virtutibus ereptũ periculis, desiderio magis, quam amissione flebo.* S. Cyprin. li. de mortalit. ait: *Mortuos desiderare debemus non flere.* S. Chrysol. ser. 33. *Peior est dies mortis pignora cũ præcedunt; & magis dolet Patres mortes filiorum; quã suã.* *Amb. Cyprian. Chrysol.*

294. *Id quoque desiderium, patientia temperandum.* De hoc sicut, de præcedentibus nil Pamelius, nil Renanus, Cerda, tamen ait. Patienter debes desiderare illum. fortiter tegerere. In hoc desiderio, quod sumitur. Ex Senec. epist. illa 99. vbi sic loquitur: *Non est dolor iste, sed morsus; tu illum dolorem facis. Sine dubio, multum Philosophia profecit, si puerum nutrici ad huc quam Patri notiorem animo forti desideras.* Hunc modum loquendi, vocat Greg. Nyssenus orat. de mortuis, *luctum laudabilem.* Et cum virtute coniunctum, & ita est, nam prudens luctus, cum temperari debeat patientia, & amorem ostentat, & prudentiam. Etenim lugere debemus, sed considerato luctu. *Text. Cerda. Ex Seneca. Greg.*

295. *Cur enim doleas, cur enim immoderate feras, quem mox subsequeris?* Huc vsque littera Authoris. Laudo Senecam, dicentem: *Quem putas periisse præmissus est.* Quasi dicat: non perijt, sed antecedit, de mentia est flere, à te demetiendum. Hier. de Regul. Monach. *Hoc solatio erigimur, quod in breui, visuri summus eos, quos dolemus absentes.* Verbum illud, *subsequeris.* Ita explico, ex Isidor. lib. æthimologiarum à nomine, & æthymologia exequiarum, vbi cum fiunt exequiæ defunctorum, & portantur ad Ecclesiam, vt sepelliantur, præcedunt Sacerdotes, sequitur defunctus, & subsequuntur amici, & inuitati. Ex quo argumentum summere debemus, quod sicut mortuum sequimur committantes, etiam sequemur morientes. Non ergo plorandus est impatienter à te, quem mox subsequeris. Hæc de explicatique litteræ Authoris. *Hier. Isidor.*

TOTVS TEXTVS PRO SENTENtia est.

Pro Discursu 25. sit.

§. I.

Laudabile est flere, & sepilire, mortuos ex doctrina S. Hieronymi cuius totus est discursus.

296. MVltis ab hinc diebus desideratum habui. D. Hieronymum, cuius de hac materia mirabilis est epistola illa celebris ad Paulam, vbi agit de obitu blesillę filiæ, cuius hæc sunt ad vnguem verba. Hic tenor epistolæ.

Hieronym. ad Paul. Nota. Hier. 9. Luc. 9.

Quis dabit, capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo, non vt Hieremias, ait cap 9 Vulneratos populi mei, nec vt Iesus, Lucæ 9. Miseriam Hierusalem. Sed plorabo sanctitatem, misericordiam, innocentiam castitatem plorabo, omnes pariter, in vnius morte defeciſſe virtutes: non quod lugendo sit illa quæ habuit: sed quod nobis impatientius sit dolendum; qui talem videre desiuimus. Quis enim siccis oculis recordetur, viginti annorum adolescentulam, tam ardenti fide crucis leuasse vexillum, vt magis amissam Virginitatem, quam mariti doleret interitum? Quis sine singultibus transeat orandi instantiam, nitorem linguæ, memoriæ tenacitatem, accumen ingenij? Si Græce loquentem audisses; Latine eam nescire putares; si in Romanum sonum lingua seuerterat, nihil omnino peregrini sermo redolebat.

297. *Iam vero quod in origine quoque illo, Græcia tota miratur, in paucis non dicam mensibus, sed diebus ita Hebreæ linguæ, vicerat difficultates, vt in discendis, canendisque Psalmis, cum matre contenderet. Humilitas vestium, non vt impleriſque solet, tumentes animos arguebat, sed cum interiori semente deiecerat, inter ancillarum Virginum cultum, dominamque nichil medium: nisi quod in eo facilius dignoscebatur, quod neglectius incedebat. Vacillabant ægritatione gressus, & pallentem, ac trementem faciem vix collum tenue sustinebat; & tamen, aut Prophetam, aut Euangelium semper in manibus tenebat lacrymis ora complentur: singultus occupat vocem, & hærentem linguam visceta commota non laxant, cum sanctum corpusculum fabricam ardor ex quo quaeret, & semi animæ lectulum vallaret circulus propinquorum. Hæc in extremo verba mandabat.*

Sapientia erat prædita.

Orate Dominum Iesum, vt michi ignoscat: quia implere non potui, quod volebam, secura est michi Blesilla, confidimus probas, vera, quæ dicimus. Numquam est sera conuersio. Vox hæc primum dedicata est in latrone: Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradyso. Lucæ 23. Post quam autem sarcina carnis abiecta, ad suum animam, reuolauit Authorem, & in antiquam possessionem Diu peregrinata conscendit. Ex more parantur exequiæ, & nobilium ordine præeunte, aureum fœretbro vellamem obtenditur. Videbatur michi tunc clamare de cœlo: non agnosco vestes; amictus iste non est meus, hic ornatus alienus est, sed quid agimus? Matris prohibituri lacrimas, ipsi plangimus.

Moriens sic loquitur filia Paulæ.

298. Luc. 23.

Confiteor affectus meos, totus hic liber fletibus seruitur, fleuit & Iesus Lazarum: quia amabat illum. Ioann. cap. 11. Non est optimus consolator, quem proprij vincunt gemitus, cuius viscerib us emollitis, fracta in lacrymis verba desudant. Hæc ille: pondero tria. Primo, quod funeri datum puella. Secundo, quod lacrymatur de illius morte. Tertio, quod ab spe eternæ vitæ consolantur. Nota illud verbum, *numquam est sera conuersio.* Et illud: *Non est optimus consolator, quē proprij vincunt gemitus.*

299. Hier. Ioan. 11.

Subiungit, cur autem durum sit, quod quandoque patiendum est? Et cur dolemus quemquam mortuum? Ad hoc enim nati non summus, vt maneamus æterni. Abrahams, Moyses, Esaias, Petrus, Iacobus, Ioannes, Paulus, electionis vas, & super omnia, Filius Dei moritur: & nos indignamur aliquem exire de corpore; qui ad hoc forsitam raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius? Placita enim erat Deo, anima illius, propter hoc properauit educere eam de media iniquitate. Ne longo vitæ itinere dæmijs ob errarret an fractibus

Hiemus.

Nascimur, vt moriamur, nō vt maneamus in hoc loco.

300. *Vereplorandus quidam natur.*

Lugeatur mortuus, sed ille quem gehenna suscipit, quem tartarus devorat, in cuius pœnam, æternus ignis æstuat nos, quorum exitum Angelorum turba committatur, quibus obviam Christus occurrit, gratemur magis, si diutius in tabernaculo isto mortis habitemus, quid quandiu hic moramur peregrinamur à Domino, illa nos cupido teneat, hæ mihi! Quia peregrinatio mea prolongata est à me, habitavi cum habitantibus cedar, multum peregrinata est anima mea. Si cedar tenebræ sunt, & mundus, iste sunt tenebræ: quia lux lucet in tenebris, & tenebræ eam non comprehenderunt. Fabemus Blesillæ nostræ, quæ de tenebris migravit ad lucem, & inter fidei incipientis ardorem consummati operis per cæpit coronam. Hæc ille. Vbi noto illud verbum: *Lugeatur mortuus, sed ille quem gehenna suscipit, quem tartarus devorat.* Non illos mortuos: *Quorum exitum Angelorum turba committatur.*

Hieron.

301. Hieron. Ad Thessal.

Subiungit Hieronymus: *Si viventem crederes filium, numquam plangeres ad meliora migrasse. Hoc est, quod per Apostolum metuam inferam.* 1. Thessalonicensium, cap. 4. *Ne de dormientibus in similitudinem gentium tristaremini. Erubesce, bestiæ comparatione supperaris. Melior diaboli ancilla, quam mea est? Illa in fidelem maritum translatum fingit in cœlum: tu mecum tuam filiam commorantem, aut non credis, aut non vis. Sed dicis quomodo lugere me probes; cum & Iacob Ioseph in sacco fleverit? Congregatisque ad se omnibus propinquis.* Genesis 37. *Nolluerit consolari, dicens, descendam ad filium meum lugens in infernum? Et Dauid, Absalon, coopperto capite planxerit repetens fili mi Absalon?* 2. Regum, cap. 18. *Moysi quoque, & Aaron, ceterisque Sanctorum, solemnis sit luctus exhibitus?* Deut. 34. Genes. 1. Luc. 16. *Per facilis, ad ista responsio est.*

Genes. 37.

2. Reg. 18.

Deut. 34. Genes. 1. Luc. 16.

302.

Luxisse, Iacob, filium, quem putabat occisum, ad quem, & ipse erat ad inferos descensurus descendam ad filium meum lugens in infernum: quia nec dum Paradysi Ianuam Christus effregerat: nec dum flameam illam romphæam, & vertiginem præsidentium Cherubim, sanguis eius extinxerat. Vnde, & Abraham; licet in loco refrigerij; tamen apud inferos cum Lazaro fuisse describitur, & Dauid iuste fleuisse filium parricidam: quia alium parvulum postquam, vt viveret impetrare non potuit: quia scieuat non peccasse, non fleuit.

303. 2. Reg. 12. Acta c. 8. Stephano.

De Moyse vero, & Aaron. 2. Regum 12. *Quo eis ex veteri more sit planctus exhibitus non mirandum est: cum & in actis Apostolorum, iam Euangelio corruscante, Stephano fecerint Hierosolymæ fratres planctum magnum, & vtique planctus magnus non in plangentium ex animatione, vt tu putas: sed in pompa funeris, & exsecbiarum frequentia intelligendus sit. Denique Iacob, vt loquitur Scriptura Geneseos, cap.* Genes. 50. *50. Et ascendit Ioseph, sepelire Patrem suum; & ascenderant cum eo omnes pueri Pharaonis, & seniores domus eius, & seniores omnis terræ Ægypti; & omnis domus Ioseph, & fratres eius, & post Paululum, & ascenderunt cum eo quadrigæ, & equites, & facta sunt castra grandia nimis.*

304. *Planctus iste solemnis, non longas Ægyptijs imperat lacrymas, sed funeris monstrat Ornatum Iuxta quem modum Aaron quoque, & Moysem flectos esse manifestū est, neque Scripturæ satis laudare mysteria, & Diuinā sensum in verbis licet simplicibus admirari, quid sibi vellit; quod Moyses plangitur, & Iesus nabe, vir Sanctus refertur sepultus; & tamen fletus esse non scribitur, nempe illud, quod in Moyse, idest in lege veteri, sub peccato Adam, vsque ad Moysem, etiam super eos qui non peccarunt in Iesu vero, id est in Euangelio; per quem Paradysus est apertus, mortem gaudia prosequuntur, fletesque hodie Iudæi, & nudatis pedibus, incinere volutati, sacco incubant, ac nequid desit superstitioni, ex ritu vanissimo Phariseorum, primum cibum lentis accipiunt Videlicet ostendentes, quali edulio primogenita perdiderint: sed merito, qui in resurrectionem Domini non credentes; Antichristi præparantur aduentui. Nos vero, qui Christum induimus.* 305. *Et facti summus inxta Apostolum; genus Regiū, & Sacerdotale: non debemus super mortuos contristari, & dixit inquit Moyses, ad Aaron, & Eleazar, & Thamar, filios eius, qui relicti erant: caput vestrum, non denudabitis, & vestimenta vestra, non scindetis, ne moriamini, & super omnem Synagogam veniat, nolite inquit, scindere vestimenta vestra, & luctum exhibere Gentilem, ne moriamini.* Leuitici, c. 20. *Mors nostra peccatum est.* Leuit. 20.

Et quod forsitam crudele, alicui videatur, sed fidei necessarium est. Leuit. cap.21. scribitur quomodo Sacerdos magnus ad Patrem, Matrē fratresque vel liberos mortuos prohibeatur accedere ne videlicet anima, Dei sacrificijs vacans, & tota in illius mysterijs occupata, aliquo impediatur affectu. Hæc ille.

306. ☞ *Idem subdit. Ignoscimus matris lacrymis: sed modum quærimus in dolore. Si parentem cogito, non reprehendo quod plangis, si Christianam, & Monacam: istis nominibus mater excluditur, recens vulnus est, & tactus iste, quo blandior, non tam curat, quam exasperat at tamen, quod tempore mittigandum est; curatione non vincitur?* Hæc ille. *Vbi pondero, quod modum componit lacrymandi. Subdit, quid vetera replicem? Præsentia exempla fectare.*

307. Hieron. *Iacent in Sancta Mellina nostri temporis inter Christianos vera nobilitas, cum qua tibi Dominus, michique concedat in die habere partem. Cadente ad huc mariti corpusculo, & nec dum humeto, duos simul perdidit filios. Rem sum dicturus incredibilem, sed esse Christo, non falsam, quis illa tunc non putaret more Limphatico (id est tamquam furiessa) sparsis crinibus, veste conscissa, Lacerum pectus in vadere? Lacryma gutta non fluxit, stetit immobilis, & ad pedes ad volutа Christi quasi ipsum teneret arrisit. Expeditius, inquit, tibi seruitura sum Domine: quia tanto me onere liberasti: sed forsitam superatur in cæteris, quinimo, qua illos mente contempserit, in vnico post ea filio probat.* Hæc ille. Et post pauca, concludit contra eos qui niniæ plorant: *Detestandæ sunt iste lacryme plenæ sacrilegio, in crudelitate plenissimæ, quæ non habent modum, quæ vsque ad vmeā mortis accedunt; vllullas & exclamitas, & quasi quibusdam facibus accensa quātum in te est (o Paula) tui semper homicida es, sed ad talem, clemens ingreditur Iesus, & dicit, quid ploras? Non est mortua puella, sed dormit, irrideant circunstantes. Ista infidelitas Iudæorum est, te quoque si ad Sepulchrum filiæ volueris volutari, Angelus increpauit: quid queris viuentem cum mortuis? Quod quia Maria fecerat Magdalenæ postquam vocem Domini se clamantis agnouit. Luc. 24. Ioann. 20. Ad eius pro volutа pedes audit: ne tetigeris me, nec dum enim ascendi ad Patrem meum; ideſt. Non mereris tangere resurgentem, quem mortuū existimas in Sepulcro.* Hæc habet S. Hieronimus in epist. relata, quæ ponderatissima sunt pro modo flendi mortuos.

Nota.

308. Contra eos qui niniæ plorant inordinate. Hieron. dicit.

Luc. 24. Ioann. 20.

☞

SEPELIRE MORTVOS laudabile valde est.

MOs sepeliendi mortuos, valde laudabilis est. Plurimū Deo placens. Vnde. 1. Regum legitur quod: *Postquam de Saule triumpharunt Philistæi inuenientes eum mortuum cum filijs, amputauerunt caput eius, & arma in Templo Idoli sui posuerunt, & corpus de muro suspendentes irrisserunt ipsum. Quod cum resciuissent habitatores Iabes Galaad: nocte illuc euntes tulerunt corpus Saulis, & liberorum eius, & honorifice sepelierunt. Quod factū, cū venisset in noticiam Regis Dauid 2. Reg. gratias ipsis egit, pro huiusmodi bono opere: Et ait. Benedicti vos à Domino; qui fecistis misericordiam hanc cum Domino vestro Saul & sepelistis eum, & nunc retribuet vobis, quidem Dominus misericordiam, & veritatem, sed, & ego reddam gratiam, eo quod fecistis verbum istud.* Videte etiam, quam honorifice Abraham sepelierat Sarram coniugem suam. Item quam honorifice fuerint sepulta, ossa ipsius Iacob, quin, & Ioseph, commendauit fratribus, vt ossa sua asportarent in terram Patrum suorum, & ita in tumulo seruata sunt per quadringentos annos, vnde etiam in Exod. c. 13. dicitur: *Tulit quoque Moyses ossa Iosephi secum, eo quod adiurasset filios Israel dicens, visitauit vos Deus afferte ossa mea hinc vobiscum.* Videte etiam, quomodo Angelus commendauerit curam, quam habebat Tobias in sepeliendis mortuis. Sic ergo solliciti summus in hoc misericordiæ opere præstando, cum firmiter credamus carnis resurrectionem. Vnde Iob, ait: *Et rursum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum Saluatorem meum, firmiter etiam hoc ipsum credebat Iudas Machabeus, qui iussit offerri Ierosolimam, duodecim millia dragmas argenti: vt ibi offerrentur pro mortuis, iuste, & Religiose de resurrectione Cogitans: nisi enim eos, qui ceciderant resurrecturos speraret, superfluum videretur, & vanum, orare pro mortuis, sed quia considerabat quod bij, qui cum pietate dormitionem acceperant optimam haberent repositam gratiam.* Id circo orauit pro mortuis, & obtulit pecuniam il-

309. 1. Reg. 2. Genes. 23. Genes. 50. Genes. 50. Iosue 24. Exodi. 13. Iob 7. 2. Machab. 12.

lam, quã obrem sancta est, & salubris cogitatio pro defunctis exorare, vt appeccatis soluantur.

310. Videte ergo quomodo luerantur multa bona, tradendo, & committendo mortuos ad sepulturam, nam præterquam, quod præclarum misericordiæ opus exercetur, etiam reducitur ad memoriam ipsa mors; quam habemus oblitam. Nam vt inquit Hieronymus: *Facile contemnit omnia, qui sæpè cogitat se moriturum.* Hoc habes in epitola modo relata ad paulam.

Hieron.

§. II.

Quod luctus pro mortuis sit prudens, & modestus, & qualiter est dilatatio cordis in luctu honesto de amissione charorum.

311. *Lazarus mortuus est.* Ait Iesus. Ioann. c. 11. *Et lacrymatus est Iesus.* Debilitati aſcriberem si non ardenter amaret. Ita Iudæi: *Ecce quomodo amabat eum.* Nascuntur ab affectu amoris lacrymæ, noluit Dominus, non flere, cum voluit amicorum lacrymas tergere Apocalipsis, cap. 7. *Et absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum.* Disquiro, quare plorat Iesus in morte Lazari? Varios inuenio dicendi modos. S. Basil. homil. de tristi, ait: *Fleuisse non quia Lazarus mortuus est, quem sciebat resurrecturum, sed vt daret exemplum.* Ita etiam August. tract. 49. in Ioannem. Idem Hilarius, & præter hoc dicit fleuisse, vt ostenderet humanitatem suam, & propter infidelitatem Iudæorum. Sed quid causæ quæris in corde lænissimo Christi? Vtinam, & Angeli de cœlo descendissent ad celebrandũ illum fletum Christi, vbi thesaurus est cœlestis. S. Ambros. libr. de pœnitent. c. 7. Chrysost. hom. 62. aiunt Christum fleuisse, cum vidisset Magdalenam lacrymas emittentem, sed non fleuisse, cum fleret Martha, sed rationem disquiro, flet Christus ad fletum Mariæ, & non flet flente, Martha, cur hoc? R. quod lacrymæ sunt indices cordis, cum ergo Maria amaret Lazarum, fratrem, & Iesum toto corde, & de morte fratris, quem amat luget, & de præsentia Christi, quem ardenter diligit lacrymatur, flamas emittit amor in corde residens, ignis ardebat in corde, quo amauit, flimas, id est lacrymas mittit incendium amoris plorat, & lacrymatur Chrysstus. quia amat ardentissime, & Lazarum: *Quem diligebat Iesus.* Et Mariam cui multa dimisserat peccata ab amore cordium, quo diliguntur nacte sunt

Ioann. 15.

Apocal. 7.

Basil.

August. Hilarius.

Ambros.

lacryme, & puerule oculorum colloquuntur lacrymis amatores ad inuicem. Ita dicit Spiritus Sanctus. Prouerbiorum cap. 14. *Cor quod nouit amaritudinem animæ suæ in gaudio eius non miscebitur extraneus.* Quasi dicat Maria vtitur pane lacrymarum, & eodem cibo vtuntur amasij. Cant. *Dilectus meus michi, & ego illi.* Ascendebant quidem exhalationes de terreno corde Mariæ, & in altissimo corde Mariæ, & in altissimo cœlo oculorum Christi recipiebant, & iterum ad terram descendebant, vt fœcundam facerent illam, nam quod rependit amor reciproco redit amore, de Martha autem nõ canitur elogium amoris. Quod frigida nibis natura coalescat, & calida redatur (peccatorum intelligo) ad pedes Domini, non miror quippe, qui scit opperire multitudinem peccatorum corumq; maculas delere mirabor tamen Solem splendidissimum iustitiæ lacrymas emisisse.

Prouer. 7.

Cant. 2.

312.

Fleuit quidem, sed cum gaudio fleuit, dicens: *Gaudeo propter vos,* vt eius exemplum sequamur; flentes cum moderatione, fletuque Religioso. Ezechielis, cap. 24. dicitur: *Fili hominis ecce ego tollo à te desiderabile oculorum tuorum in plaga, & non planges, nec plorabis, nec fluet lacrymæ tuæ.* Si ita ibi, quomodo fleuit super Lazarum mortuum? Huic dabo tibi solutionem sapientissimi, & celeberrimi concionatoris. De sacratissima Seraphici Francisci familia. Fr. Didacus Arce, in sermon. habito pro exechijs Reginæ Margaritæ Hispaniarum, in ciuitate Neapolitana ann. 1612. §. 7. admirabundus, ait. Quid est, quod Dominus dicat, *non planges, nec plorabis, nec fluent lacryme tuæ.* Quasi ad Regem respitiens, ait (ò Philippe) oculi tui carebunt lacrymis? Quid est hoc? Nonne eximio ploratu deberet talis euentus recipi etenim quot maius malum infligitur, quam amissione bonorum: Quorum præcibus tota sustinetur Reipublicæ machina?

Ezech. 24.

Arce.

Non tacebo Hypocratis verba dicentis: *Beati profectò sunt populi, qui sciunt bonos viros sua esse munimenta, & non turres, nec muros: quia quæ magis firmissima turris defensionis, quam boni viri?* Vnde Psalmo 47. dicitur: *circundate Syõ, & complectimini eam: narrate in turribus eius ponite corda vestra in virtute eius.* Vbi Chrisost. ait, Petrum, & Paulum, Deus alloquitur: *Circundate nouã hanc Syon.* Id est Romam: *Et complectimini eam.* Hoc est: *Custodite tueamini: præcibus munite, vt quando irascar in tem-*

313.

Psalm. 47.

Chrysost.

tempore aspiciens vestrum sepulchrũ irã indulgentia superem vestra deprecatione, qua illa nititur, legationemque suscipiam. Hæc ille. Certe ita est, quod Sanctorum præsentia munimenta sunt Regnorum.

314. Incognitus Doctor, alludit ad Prædicatores, quibus dicitur: *Narrate in turribus eius.* Quasi dicat præcones estis, manifestate prædicate, vt audiamini à tota ciuitate: *Circundate Syon complectimini eam.* Id est amore charitatis circa omnes per circuitum. De Apostolis dicitur etiã atque de Prædicatoribus defendẽtibus Ecclesiã à toto vitiorũ genere hinc colligo iustum fuisse planctum super Stephanum, cum lapidatus esset, & pro inimicis exoraret. Tunc dicitur, Actorum cap. 7. *Actor. 7.* *Sepelierunt Stephanum viri timoratum, & fecerunt planctum magnum super eum.* Vnde ergo planctus tam singularis? Profecto magnus esse debuit, non tam de amissione vitæ, quam de amissione tam insignis viri, sub cuius tutella erat populus. Vnde Eucumenius, ait: *Eucumen.* *Planxerunt tanto præfecto, tanto patrocinio, tanta doctrina priuati.* Hæc ille: ploranda quidem semper debet esse mors iustorum. Audiamus Lucam dicentem de sancto Stephano: *Postquam ille defecit facta est in illa die persecutio magna in Ecclesia.*

315. Huc spectat, quod dicitur, Genes. 19. de Angelis, qui fuerunt ad euertendas ciuitates nefandas: *Venerunt duo Angeli Sodomam.* Oleaster addidit: *Nam tertius, qui Dei personam gerebat, & forte, Deus erat disparuit, aut mansit cũ Abraham, parum temporis.* Lypomanus inquit: *Duo Angeli Sodomam accesserunt; alter quidem, vt eam vrbem euerteret alter, vt tueretur* Hęc ille, vbi ponit vnum Angelum defensorem, alterum vero destructorem: *Cumque cognouissent Sodomite lasciua moti, Domum Loth circumdederunt existimantes, vti posse iuuenibus illis pulcherrimis, sed Dominus oculos eorum Sodomitarum clausit, & repente facti sunt cæci.* Videte dilecti iram Dei super malos illos. Tunc dixerunt Angeli ad Loth, vtrum haberet parentes cõsanguineos, vt e ciuitate exirent, eo quod vellent ambo illam pœnitus euertere dicunt enim: *De leuimus enim locum istũ.*

316. Sed numquid vnus illorum Angelorũ, erat victor, alter vero defensor Loth? Quomodo ergo vnus, & alter inquiunt, *de leuimus*, quare victor, non dixit de lebo? R. quod optime dixerunt, ambo simul Angeli, *de leuimus*, & forte melius ille, qui ad defensionem venerat, nam iste potius, quam alter de leuisse videtur, non quia ciuitatem euerterit, non quia turres, & muros deiecerit, sed ratio hæc est: quia vnus illorum, qui venerat ad defensionem Loth, vt eum defenderet, eum simul cum sua familia de ciuitate eduxit, & hæc eductio viri sancti, è ciuitate destructio fuit eiusdem ciuitatis. Recte ergo dicit Angelus: *De leuimus locum istũ.* Vnus quidem euertendo ciuitatem: Alter vero spoliando eam à viris iustis, & sanctis. Vnde fleuit Ambrosius lib. de obitu Valentiniani Catholicissimi Imperatoris, inquiens ad Ecclesiam: *Ambros.* *Percussa eras Ecclesia in maxilla tua, cum amitteres Gratianum præbuisti, & alteram, quando tibi Valentinianus ereptus est.*

317. Sic etiam Dominus per Osseam, c. 7. cum enarret iniustitias Ephraim, ait: *Ephraim in populis ipse commiscebatur, commederunt alieni robur eius, & ipse nescivit, sed, & cani effusi sunt in eo, & ipse ignorauit.* Quasi dicat; inter herrores populorum Ephraim effusus est canos ignorauit cecidisse, sed quid est illud *cani effusi sunt.* Nisi quod de medio populi, expulsi sunt senes, & prudentes de conspectu illius. Tunc humiliabitur superbia eius, & in facie, quasi à lapa percutietur, etenim quæ à lapa vilior, quam effundere senes, hoc est sanctos prudetes, quibus muniebatur. *Osseæ 7.*

318. Quare ergo dicit Spiritus Sanctus: *Non planges, nec plorabis, nec fluent lacrymæ tuæ* Fleuit Iacob filium suum Ioseph, Genes. 39. Dauid, Absalon. 1. Reg. 18. fleuit Israel Moysem, & Aaron, Numeri, cap. 20 fleuit Christus Lazarum, *Lacrymatus est Iesus.* Non tacebo, quod Ambros retulit lib. de obitu Theodosij, vbi dicit in huius morte: *Facta sunt portenta multa terremotus magni per loca, pluuiæ de cælo vehementes tenebrosum tempus* Vidimus nos terræmotus, pluuias tempestates, in mari ad ventantes, quid nisi talem annuntiabant mortem. Vnde si fractum est, vt inquit Hieronymus epist. 24. Dum lamentaretur de morte Paulinæ vxoris Pamachij fractum est prætiosum margaritum. Igitur si inobitu illius Reginæ, fractum est prætiosum margaritum, quare lacrymas effundere non debemus, cum tantarum virtutum plena sit Regina nostra Margarita. Huc vsque contionator ille. *Genes. 39. 1 Reg. 8. Num. 20.* *Amb.* *Hieron.*

319. Soluit totum hoc explicando locum Ezechielis, cap. 24. Hector pinto dicens, hæc est altera metaphora cuius hic est sen- *Ezech. 24.*

sus:

Nota.

sus: *Ecce ego auferam à te vxorem tuam charissimam interitu repentino, & tamen non plorabis.* Solent homines oculos in rem dilectam conijcere. Et Ezechiel, vt par erat vxorem suam magno
Ad Ephes. prosequebatur amore: *viri*, inquit Apostolus. Ad Ephes. cap. 5. *Diligite vxores*
cap. 5. *vestras, sicut & Christus dilexit Eccle-*
Colloss. 3. *siam.* Et ad Colossenses, cap. 3. *Diligite vxores vestras, & nollite amari esse ad eas.* Et tamen præcepit illi Deus ne mortem vxoris suæ, quam ardenter in Deo amabat lacrymis, & lamentis prosequæretur. Excessit enim charissima Ezechielis vxor, & fuit ei mors hæc grauissima, & accerbissima, & insuper augebat illi
Nota. dolorem, non posse suum dolorem deplorare: *Est enim in corde fons doloris.* Cuius à quæ nisi fluãt per oculos obruunt, cor ipsum, & cogitationem à langoribus à vertere non sinunt, vt magnus, frequensque fumus ex nigro igne exhalans, nisi habeat lucidiorem viam, suam, aut appertam ianuam, qua eggrediatur foras, totam domum denigrat. Sic meror, ex igne calamitatum procedens in cordis domo inclusus eam efficit nigredine, & atra vile corrumpit, nisi per os, & oculos erumpat, & hat suspiriorum exhalatio, quæ ab immo pectore eggrediatur.

AD IDEM.

320. SVnt enim oculi, cordis fenestræ per quas ex eũt vapores tristitiæ, & exhalationes afflictionis, quæ sunt lacrymæ. Iob illud testificat, cap. 3. qui repetit:
Iob cap. 3. *Antequam comedam suspiro, & tamquam inundantes aquæ, sic rugitus mei.* Sed disquiro quare ante prandium ad lacrymas currit Iob, quis tale vmquam? R.
Gregor. san Gregorius in eodem loco Iob 3. dicens: *Antequam cõmedam suspiro cõmedere namque est animæ supernæ lucis cõtemplationibus pasci suspirat ergo antequam cõmedat, qui prius gemitibus tribulationis afflicitur; & post modum contemplationis refectione satiatur, nisi enim suspiret, non cõmedit: quia qui se in hoc exilio, per desideriorum cælestium lamenta non humiliat æternæ patriæ gaudia non degustat: à veritatis enim pabulo ieiuni sunt, qui in hac peregrinationis inopia lætantur, suspirat autem, qui commedit, quia quos veritatis amor afficit, etiam refectio contemplationis pas-*
Psalm. 12. *cit. Suspirans Propheta, Psal. 12. cõmedebat, cum diceret fuerunt lacrymæ meæ panes. Luctu enim suo anima pascitur, cum ad superna gaudia flendo sublevatur: & intus quidem doloris sui gemitum tolerat, sed eo refectionis pabulum percipit, quo vis amoris per lacrymas emanat.* Huc vsque Gregorius: vbi eleganter ostendit qualiter, dilatatur cor, cum lacrymarum fontes scaturiunt, & cum vis amoris gemitibus, & lacrymis diffunditur, quo vides, & amorem ostendi, & cõfussum cor dilatari.

321. Vidi Senecam dicentem, epistol. 1. suaSenec. soria quod: *Sinus maris sunt quædam spiramenta suæ magnitudinis, & similiter quod lacrymæ sunt in homine afflicto, spiramenta doloris.* Vnde ad præsentiam lacrymarum, cessat dolor cordis Euripides *Euripid.* dicit: *Esse in luctu aliquam gratiam.* Ba- *Basil.* silius, hom. de gratiarum actione inquit: *Nouimus non paucos calamitatibus deploratis vtique nec curabilibus obvallatos, ne dissimularent lacrymas sibi temperasse, sed quid illis accidit? Profecto* (inquit Basilius) *hi quidem in varios, & immedicabiles affectus inciderunt ceu sunt Apoplegia, & Paralysis.* Hæc ille. Et Gregorius Nissenus, dixit lacrymæ sunt sanguis effusus per animæ vulnera; & est *Greg.* optima locutio: quia ad præsentiam lacrymarum auferuntur animæ fatigationes. Ego voco lacrymas afflatus cordis fatigatur dolens, & afflictus, dum non in lacrymas, scito prorumpit.

322. Dotibi dilectemi memorabilem histo- floriam, quam tradit Elianus, lib. 14. cap. *Elian.* 22. De quodam Principe Tyrano, cui nomen erat *Trizonius.* Qui cum à suis *Nota.* popularibus maximo esset odio prosecutus, ipse Tyranicæ accurrens, decreto quodam impediuit. Ciuium communicationem, & locutionem, ipsi tamen ad assummendum solatium; ad lacrymas, de tanto tormento persecutionis recutrunt, sed prob dolor! Ipse Tyranus tenatius aduersum populum exurgens impedit, impio ædicto, nequisquam lacrymas effundat, quis vnquam tale audiuit? *Vnde factum est, quod cum eorum corda, essent nimio persecutionis dolore, & pondere grauata; sustinere non potentes interdictum lacrymarum: solemni à plausu ad occidendum suum Tyranum Principem Triconium ac currunt: ipsum trucidant, & angustias suas morte illius ad lacrymas tradunt existimantes pro magno lacrymas semper haberi debere.* Quibus effusis, serenum tempus, tranquillaque manet anima. Et vt aiebat Chrysost. homil. 47. in *Chrysost.* Matth. *Post vehementes pluuias, mundus,*

ac purus aer efficitur. Ita & post lacrymarum pluvias serenitas sequitur mentis, & tranquillitas. Hæc ille.

323. *Augustin.* Lacrymas laudat S. August. serm. 11. ad fratres in hæremo, vbi inter alia dicit: *Lacryma passionis Domini est Vicaria.* Quam dicat, tam efficaces sunt lacrymæ, quod loco passionis Christi tollunt peccata: disquiro, quid est, quod aqua, & sanguis de latere Christi fluxerunt? Ioannis, *Ioan. 19.* cap. 19. *Quid est, quod Christus cum clamore valido, & lacrymis emisit Spiritum?* Hebr. cap. 5 quid est quod lacrymatur, quando Lazarum est suscitaturus? Quid est, quod cum videret ciuitatem Hierosolymæ: *Fleuit super eam?* Ad quid omnia hæc. R. lacrymæ sunt in quibus reconditus est thesaurus Diuinæ pietatis, de latere Christi, emanant Sacramenta, ibi sanguis, ibi aqua, cum lacryma tur dans Spiritum est: quia ostendit, quod vi lacrymarum emisit Spiritum, quo viuant homines, Lazaro, dant vitam, lacrymæ Christi, & ciuitatem Hierusalem lacrymis vocat ad pœnitẽtiam, quare Psal- *Psalm. 40.* mista 40. ait. *Ego dixi Domine miserere mei, sana animam meam.* Sed disquiro, cur petit, vt animam sanet? R. *Quia peccaui tibi.* Non audis quod peccatum ponit, pro causa, vt sanet animam? Sed nam quid peccatum est offensa grauissima cõtra Deum? Fateor, sed Dominus conferuauit eum, & viuificauit eum, & Dominus oppem feret illi, super lectum doloris eius. Sed vnde tantus fauor, tamque insigne beneficium? R. non aliunde est nisi: *Quia peccauit.* Hoc est: quia plorauit peccatum, quod lugens confiteretur commississe, nam peccatum ploratum, iam est virtus: quia est pœnitentia. Ex quo facile cognoscitur, quod sic lacrymæ, Beatum faciunt, non minus, quam opera virtutum: quia vt dixi peccatum ploratum pœnitentia est: *Beati misericordes.* Hoc est opus pietatis erga proximum: *Beati pauperes.* Ecce opus humile pietatis. Ergo etiam, cum dico: *Beati lugentes* quia ibi bona pœnitentia est, & strenuissima: quia oculi sunt testes veræ contritionis residẽtis in corde. Dicamus ergo pro magno semper habendas esse lacrymas.

Peccatum ploratum virtus est.

324. 2. *Paralip.* 11. *Nota. Filio Salomonis.* Notauit quidã doctissimus, quod dicitur in 2. lib. Paralip cap. 11. de Roboã, quod per viam rectam ambularet: *Ambulauerunt in viis Dauid, & Salomonis, annis tantum tribus.* Sed inquiro, quomodo dicitur, quod gressus Dauid, & Salomonis fuerint idem? Quia vnus quisque illorum ambulauit vias difficiles, & diuersas, nam Dauid occidit Vriam æthæum, & adulter fuit; postea tamen ambulauit, *coram Deo*, vt dicitur 3. Re- 3. *Reg.* 15. gum, cap. 15. Salomon autem, longe diuersum iter, nam sacrificauit Idolis, fana construxit, & secutus est Deos illarum quibus cor suum tradidit: non ergo viæ Dauid fuerunt, sicut Salomonis, & forte, non inueniemus in Scriptura locum clariorem ad affirmandam pœnitentiam finalem Salomonis præter hunc.

Ponderemus, quod traditur à Iosepho, 325. lib. 8. antiq. cap. 3 prope finem denita, Salomonis, vbi dicit: *Qui dum fuisset omnium rerum glorioſissimus, & prudentia, & diuitijs excelleret vniuersos; qui ante eum Hebræorum tenuerunt Principatũ; non his vsque ad terminum vitæ suæ permansit; quoniam relinquens solemnitatũ paternarum, non fine simili rerum quas de Dauid, prædiximus conuersatus est; sed circa mulieres, & benereamin temperantiam turpiter exardens, non Prouincialium solum modo delectionem habuit fœminarum, sed etiam multas, ex alienigenis gentibus duxit vxores. Sydonias, & Tyrias, etiamque Ammonitidas, & Idumæas: & leges est præuaricatus Mosaycas: quibus ille contradixit alienigenis mulieribus Hebræas debere misceri, & Deos illarum cæpit colere, vt mulieribus, earumque amori placuisset: cum legislator prædixisset. Ne Hebræus, alienæ Religionis, vxores duceret, ne forte illarum solemnitatibus mixtus, & Deos illarum coleret, & à veneratione proprij Dei, pariter se abstineret, sed hæc quidem despexit Salomon; irrationabili amori constrictus & ducens vxorem; Principũ insignium virorum filias numero. L. xx. alias septingentas, & trecentas concubinas. Super has autem, & filiam Regis Ægyptiorum. Repente captus abeis est: ita vt earum sectaretur quoque culturas. Et ideo cogebatur fauoris sui præbere, & dilectionis indicia, vt more earum patriæ vineret, & quæ illis essent grata compleret ætate, siquidem præcedente, & ratione propter tempus, pariter infirmante: cũ iam non posset studia patria retinere, Deum quidem proprium; non solum illicitis vxoribus iugiter in honorabat, sed etiam ante hæc peccauerat, & circa legũ custodiam, iam deceptus fuerat quando boum æneorum sine ilitudines fecit, quos mari subiecit: & Leonum, quos in suo Solio regali decoris causa disposuit. Non enim hæc facere, fas erat: dum optimum, & familiare, paternæ gloriæ, & virtutis* *Iosephus de Salomone.*

ha-

habuisset exemplum; quod ei propter Dei pietatem fuerat relictum, hoc ergo non immittatus, cum secundo eum Deus per somnium Patrem monuisset sequi in gloria, huius Rei expers effectus est, venit ergo Propheta missus à Deo dicens: quia nec iniquitas eius lateret eum, nec diu in his esset lætaturus; in criminatus similiter: quia ei quidem non auferret Imperiū; quomodo Dauid Patri eius fuerat promissum, moriente vero eo, citius hoc amittere, non tamen omnem ab eo populum recessurum, sed decem quidem tribus eius tradderet seruo; duas autem nepoti Dauid eius filio reseruaret; & propter illum qui dilexit Deum, & propter Hierosolimarū vrbem, in qua Templum habere decreuit. Hæc audiens Salomon contremuit, & valde turbatur, ex omnibus pœnè bonis in quibus erat, repente est mutatus, non multo tempore transeunte, ex quo hæc ei ipsa peruenere, quæ prædicta fuerant à Propheta: mox suscitauit super eum Deus inimicum, Adad nomine. Hucvsque ille, & post pauca ponit persecutionē, Adad contra Salomonem; & contra Hæroboam. Subiungit tamen Iosephus, *mortuus est itaque Salomon, valde longeuus: qui Reegnauit quidem annis quadraginta, vixit autem, quatuor, & nonaginta; & sepultus est in Hierosolimis, cunctos fœlicitate, & prudentia, & diuitijs Reges excellens, præter illa in quibus circa senectutē deceptus, mulierum ardore præuaricatus est, de quibus, & de malis, quæ propterea prouenerunt Hebræis opportunius explanabo.* Huc vsque ille de Salomone, & eius deceptione, & morte.

Pœnitētia finalis Salomonis adstruitur.

In quibus verbis declarat Salomonis finem, cum præuaricatione; & secundum mentem huius Authoris. Immittandus non est in senectute, in qua nichil de pœnitentia dicit, an autem post tot crimina, post tot ingentissima peccata luctum habuerit, atque dolorem? Id tacet Iosephus, tamen multi Catholici Scriptores, Christiana pietate ducti, eius pœnitentiam finalem astruunt, & fatentur probabiliter colligi ex lib. 2. Paralipomenon, cap. 11. Rationem reddunt dicentes: quia textus dicit: *Ambulasse roboam, in vijs Dauid, & Salomonis, annis tantum tribus.* Et Fortasse in tota historia Sacra, non inuenitur locus, ex quo æquali probabilitate colligatur, Salomonem fecisse pœnitentiam, ante Obitum, & Idololatriam reliquisse, sicut de loco citato.

2. Paralip.

326.

Petrus de Natalibus & alijs

Petrus de Natalibus, in vita Salomonis, mense Augusti, citat Iosephum, sicut nos, & præterea addit ex Hebræis: *Salomonem fecisse pœnitentiam, per aliquot annos, & imperasse quibusdam iudicibus; vt per platæas Hierusalem ad verbera traderetur, vt esset publica pœnitentia; sicut peccata: ipsos tamen in vnctum à Domino manus iniecisse nollentes, ipse suis manibus (vt iste Auctor narrat) se cedebat, & per plures dies lacrymatus, lauit lacrymis maculas criminum, & sic inter Sanctos eum reputat.* Quod pie, & laudabiliter, quisque poterit in Dei pijssima misericordia confidendo, sustinere. Quod tamen ad exemplar placuit adducere, vt videamus, varium esse rerum finem, vt ne multum quisque fidat, in fauoribus quandoque receptis à quibus, & decidere quispiam potest, quandoque gratia Dei, instatu amicorum perseuerare, hoc magnum Dei consilium est. Ego quidem huic sententiæ libenter adhærco. Tum quia summa Dei bonitas summopere splendet in fœlicissimo pœnitētię actu. Tum etiā, quia dictis Salomonis, laudatur quotidie Deus, & pie tenendum est in æternum, ab eo laudari in cælestibus.

327.

Supposito ergo, quod fleuerit Salomon, vt verius puto, quomodo dicemus esse easdem vias, Dauid, & Salomonis? Hoc non alio meliori modo; quam à ferendo, quod lacrymæ eam habent virtutem, vt virtutis nomen clarum summant, & non solum nomen, sed virtutē, & efficaciam, quare licet vnus, nempe Salomon Idola fecisset, & phana, dijsque immolasset, alter vero, nēpe Dauid summo Deo, viuo, & vero sacrificia obtulisset. Tamen: quia abominatio Salomonis fuit lacrymis & fletibus plena, fuit consequenter ipsis lacrymis lota, & decorata, & sic lacrymarum vbertas diuites facit, & Beatos: vtinam Salomon Beatus, lacrymarum adiutorio, & ita manet certū lacrymas, aufferre dolores, Angustias pellere, corda dilatare, solatium parturire, quibus vsus est Christus, tum dum suscitat Lazarum, tum dum emittit Spiritum, tum etiam aquam præbet, dum parit Ecclesiam: *Vt de iniuria perinde latens eius, vera mater viuentium formaretur Ecclesia: inquit Tertulianus.* Cur ergo sitam vtiles lacrymæ: inter dicuntur? R. quod prudentes lacrymæ non vetantur, & cum modo, & Ordine, ab illis qui de resurrectione cogitant. Lacrymę tamen Gentilium interdicuntur, qui non credunt carnis Resurrectionem.

§. III.

Luctus pro mortuis est valde laudabilis, & Religiosus, cui committatur spes resurgendi.

328. LAudo quendam doctissimum Scriptorem aientem à Religiosa disciplina alienum non esse, pro mortuis luctum prudentem adhibere, nam vt dicitur in Eccle-
Eccles. 38. siastico, cap. 38. *Fili produc lacrymas in mortuo, & quasi dira passus, incipe plorare, & non despitias sepulturam illius.*
Paulino. Paulinus epist. 35. Laudat Pamachium lacrymantem vxorem defunctam, dicens: *Quam nō vacuam fletibus, nec vano, pomparum honore committatus, sed remedijs salutaribus, & viuis operibus (hoc est Eleæmosinis) prosecutus es debito ordine. Primum charo funeri iusto persoluēs pijs lacrymis, & largo charitatis rore perfusus, Religiosas exechias honorasti, itaque pietatis opus in te laudo: nam id quoque Deo placitum monstrat Scriptura cum dicit, fili produc lacrymas.* Quod quidem ostendit Christianæ charitatis vinculum.
Eccles. 22. Ita Ecclesiasticus c. 22. *Supra mortuum plora; defecit enim lux eius.* De quo Ber-
S. Bernar. nard. serm. 26. in Cant. lacrymatur de morte Gerardi, & ait. *Fateor vinctus sum exeat necesse est foras, quod intus patior, exeat sane ad oculos filiorum: qui scientes in commodum planctum humanius æstiment, dultius consolentur. Scitis, o filij, quam iustus sit dolor meus; quam dolenda plaga mea! Cernitis nēpe quam fidus comes deseruit me inuia hac qua ambulabam, quam vigil ad curam, quā non segnis ad opus quam suabis ad mores. Quis ita michi per necessarius? Cui, æque dilectus ego? Frater erat genere. sed Religione germanior dolete queso vicem meā vos, quibus hæc nota sunt, infirmus corpore, eram, & confortabat me; piger, & negligens, & excitabat me, quo michi à vobis ereptus es: Quomichi raptus a manibus? Homo vnanimis, homo secundum cor meum.* Hæc ille.

Nota pro morte defuncti charissimi.

329. Admirabilis vtique Bernardus, in omnibus, sed in hoc puncto, admirabilior, quid maius prolugenda defuncto charissime dilecto excogitari potuit? Sed audi, quæ sequuntur. Ex eodem S. Bernardo eodem loco ait enim: *Amabimus nos in vita: quomodo in morte famus separati? Amarissima separatio, & quam non posset omnino efficere nisi mors. Quādo enim me vitius vivum de fevereS Omnino, opus mortis horrendum diuortium, quis enim tam suaui vinculo mortui nostri nō peperciisset amoris, nisi totius suauitatis inimica mors? Bene mors, quæ vnum rapiendo, duos furiosa peremit! Amarum mors, etiam michi? Immo plus michi, cui vique omni morte infœlitior vita seruata est. Viuo vt viuens moriar, & hoc dixerim vitam? Quam mitius me privares, o austera mors vitæ vsu, quam fructu: nam vita sine fructu grabior mors.* Hæc ille. Profecto Notari iuste debent, verba ista præsertim illud. *Totius suauitatis inimica mors, bene mors, quæ vnum rapiendo duos furiosa peremit.* Et illud: *Vita sine fructu grabior mors.* Expende.

Nota pro Virgine, iuxta crucem.

330. Item subiungit Bernardus: O *virum industrium! amicum fidelem! Et amico gerebat morem, & officijs charitatis non deerat. Quis vacua ab eo recessit manu? Si diues, cōsilium. Si pauper subsidium reportabat. (Et circa medium, ait exite lacrymæ, iam pridem cupites, exite: quia his qui vobis mea tum obstruxerat commeant, apperiantur Gabaraclæ miseri capitis, & erumpant fontes aquarum, si forte sufficient sordes diluere culparum, quibus irā merui.* Et Paulo post: *Videmus nempe mortuos, quotidie plangere mortuos suos; fletum multum, & fructum nullum, non culpamus affectum nisi cum excedit modum, sed causam.* Et tādem subdit: *Non sum insensibilis mortem horreo meā, & mearum: meus Gerardus erat, meus plane an non meus? Frater fuit sanguine professione filius solicitudine Pater, consors Spiritu, intimus affectu. Is recessit à me, sentio læsus sum, & grauiter; plango primum, super mea ipsius plaga atque huius iactura domus, plango deinde, super pauperum necessitatibus quorum Gerardus Pater erat, plango certe, & super vniuerso statu, nostri Ordinis, nostræ professionis, qui de tuo, Gerarde cœlo, consilio, & exemplo, robur non mediocre capiebat, plango postremo, & si non super te, propter te tamen. Hinc prorsus, hinc afflictior grauiter, qui vehementer amo.* Huc vsque melifluus Pater. Eius verba, non audebo amplius ponderare fateor meam in becillitatem, ingenium rude.

Modus lugendi cum modo.

331. Laudat Basilius de Seleutia, sermone de Lazari suscitatione effusionem lacrymarum, dicens: *Interdictum ne est homini mortuorum causa lacrymas fundere? Istud ego non dico, non enim, ne lugeas inhibeo, non exui hominis sensum immanis aut crudelis quispiam, noui naturam dolore præsam solamen, familiarumque con-*

Basil. Sel.

conſuetudinem inquirere ſolere, fas eſt vtique dolore tangi: nam ſuo hoc Chriſtus exemplo oſtendit, fleuit enim ſuper Lazarum. Hæc ille. Idem affirmat Paulinus ad Pamachium, qui notat verba Eccleſiaſtici, cap. 7. vbi dicitur: *Mortuo non prohibeas grātiam*, vbi pro gratia intelligo lacrymas, quæ ſunt inſtar gratia: quia ſicut lauat culpas, & pulchram redit animam, etiam lacrymæ, vt iam diximus.

Paulinus. Eccleſ. 7.

332. Recte ergo Tertulianus. Lacrymarum virtutem commendat, oſtendit tamen debere eſſe ploratum, cū moderamine. Etenim damnantur lacrymæ Gentilium, exiſtimantium corpus, & animam ſimul perire. Tamen qui de reſurrectione cogitant, & Catholici ſunt flendi poſſunt; tamē Gentilium modus cōdemnatur. Eſt enim reſurrectio mortuorum, vtiliſsimum remedium ad comprimendum lacrymas. Quare hoc nobis inſinuatur, in Sacris literis, mortuorum reſurrectionem credere, quod valde odoratus eſt. Balaan, Numeri, cap 22. cum inquit *Moriatur anima mea, morte iuſtorum* Vbi Ambr. libr. de fide reſurrectionis ait: *Qui viderat ortum Chriſti, vidit eius triumphalem mortem, vidit in eo, perennem omnium reſurrectionem. Et ideò mori non timet reſurrecturus.* Hæc ille. Et Macharius, hom. 5. ait: *Id circo enim, qui reuera, & ſtrenue Chriſtiani ſunt confidunt, & gaudēt, migrantes è corpore: quia domum habent illam, non manu factam: quæ quidem domus, eſt virtus Spiritus Sancti in illis habitans.* Hæc ille. Non ergo plorandum eſt, more Gentilium, ſed more Chriſtianorum: *Vt non contriſtemini, ſicut cæteri, qui ſpem non habent.* Ad Theſal. c. 4.

Num. 22. Ambroſ.

Macharius.

Theſal. 4.

333. Inſpiciamus quod. 1. Reg. cap. 20. dicitur inſidijs Saulis exagitatum pauidū, & aſſerentem coram Ionatha: *Viuit Dominus, & viuit anima tua; quia vno tantum (vt ita dicam) gradu ego, & mors diuidimur, quem Ionathas totis viribus connatur conſolari, & ſecurum efficere, & ſemel, & iterum, iubet mœtum mortis deponere, & eſperare ſalutem ueui Dauid: dimitte ergo me, vt abſcondar in agro, vſque ad veſperam diei tertiæ.* Ecce ſub quo ſigno, ſub qua conditione ametu mortis, voluit Dauid liberari nimirum, quod per triduum abſcondi liceat, vbi abſque dubio aliquid inſpirabat de Chriſto? Poſt triduum reſurgente. Igitur cum viderimus certam reſurrectionis ſpem dubitare vtique non debemus, lacrymas effundendas eſſe modicum; ingenioſè docuit illud, Tertulianus vetans imprudentem lacrymarum effuſionem; conſulens lacrymarum mediocritatem, inquiens. Quid ploras præceſsiſſe illum, quem tu ſequeris? Lacrymæ enim laudabiles ſunt: ſed laudabiliores, dum adiunguntur, cum ſpe reſurgendi.

1. Reg. 20.

§. IV.

Mors, vt ſecura ſit debet præuideri, antequam experiri.

334. QVid eſt quod timor mortis conturbat in orto Filium Dei? Etenim portio inferior, ex vehementi mortis imaginatione refugere potuit; immò ipſa mortis memoria ipſum armauit ad prælium. Rex enim ad præliandum, iam paratus erat, vel vt vno verbo dicam, vt exemplū daret, nullo maiori munimento, nos armari contra aduerſarios; quam ipſa mortis memoria. Vnde Eccleſiaſtici, cap. 7. dicitur: *Memorare nouiſsima tua, & in æternum non peccabis.* Vbi notare oportet, qualiter S. Lucas, cum de agonia mortis loqueretur, non dixit: *Quod pateretur agoniam*, vel, quod habuerit illam, ſed dixit: *Factum eſſe in agonia*, vt intelligamus differentiam, inter agoniam quæ oritur ab executione mortis, quæ potius dat finem vitæ, in qua agonizans deficit: ab alia agonia, quæ originatur ex memoria mortis: hæc enim potius efficit, fortes, & potentes contra aduerſarios, quam deſitientes: quia tunc fortior efficitur homo, cum infirmatur, hoc eſt, ipſa memoria mortis roborari, quod in Chriſto factum eſt.

Eccleſ. 7.

Memoria mortis facit fortes ad moriendum, cum victoria.

335. Hinc intelliges; qualiter Moyſes cum exiret de terra Ægypti, vt occaſionibus præueniretur. iam circa impatientiam, ex populi incredulitate; iam circa lænitatem apud eos quos captiuos duceret, vel victos ſubiugaret; iam circa inobedientiā, contra aliquod Diuinum mandatum; iamque Idololatriæ prabo exemplo, ipſe tamen loco repræſalium, aureorum, & argentorum, quibus ditati abierant Hebræi, ipſe, oſſa Ioſeph aſportauit. Vnde, Exod. cap. 13. dicitur: *Tulitque Moyſes oſſa Ioſeph ſecum*; quaſi diceret ſola mortis memoria, ſecum tradit plenā periculi ſecuritatem: *Vbi*, enim, *eſt thesaurus tuus ibi eſt, & cor tuum.* Vnde, ſi pro theſauro habemus mortis memoriā; ibi erit cor noſtrum, ſed quale theſaurū, ſicut oſſa Ioſeph? Irrideo vaſſa aurea, & argentea Ægyptiorum, lapideſque pretioſos, pro nichilo habeo multitudinem di-

Exod. 13.

Memoria mortis diuites facit & cōparatione illius bona non sāt.

diuitiarum: parùm æstimo sumptus, & dignitates, domorum apparatus, æquorũ multitudinem famam mundanam superborum committatus, potentiam magnatorum: quia incomparatione ad ossa Ioseph, & memoriæ mortis arena sunt exigua flatus aeris, spuma gracilis folium, quod facile rapitur vento arundo quassata, nichil tádem sunt sine memoria mortis.

336. Genes. 6. Non tacebo, quod Genesis 6. dicitur: *Quod cum omnis caro, corrupisset viam suam.* Dominus decreuit, homines, & iumenta destruere, & vniuersali diluuio submergere: *Tunc Patriarcha Noe assumpsit Ossa Adami primi parentis, & reposuit secum in arca.* Vt ait, Iacobus Edessinus, & Andræas Masius, sup. cap. vltimum Iosuæ, & post siccatum à diluuio, terrarum Orbem, illa inter suos liberos simul cum Orbe ipso distribuisse: *Et post modum illa ossa diuisit dando vnicuique trium filiorum, simul partem terræ, partemque de ossibus Adami.* Ex quo quidá deducunt, positam esse calbariam in loco vbi fuit fita crux Christi: audiamus Petrum Anatalibus. Mense Ianuario, folio 42. vbi agendo, de Adamo: *Sanctum vocat illum, & postquam illius gesta narrauit, sic inquit legitur quoque, quod dum Adam ægrotaret, filius eius Seth accessit ad Ianuam Paradysi, & petijt ad Angelo de Oleo, misericordiæ, quo Patrem vngeret, vt sic ad sanitatem rediret. Cui Angelus plantam de ligno in quo Adam peccauerat tradidit, & vt eam plantaret admouit dicens, quod quando fructum faceret, Pater eius conualesceret, qui rediens Patrem mortuum reperit, & eum in hebron, vt quidam afferunt sepelliuit, quidam dicunt. In eodem horto, vbi, & Dominus crucifixus est, & sepultus. vnde post modum, & cum eo resurgente Adam exitit suscitatus plantam vero Seth conseruit super tumulum patris, quæ in arborem crescens durauit vsque ad tempora Salomonis; quam ille post modum excidit, & in domo saltus, in edifitio posuit, quod Regina Sabba vidit, cum Salomonem visitauit, eique (per Christum) prædixit, quod in ligno illo, quidam fuerat suspendendus: per cuius mortem, Regnum Iudæorum fuerat destruendum. Salomon ergo, lignum amobit, & in visceribus terræ profundius inclusit, quod tamen Passionis Christi, tempore enatauit; & lignum principalius fuit in quo Christus confixus extitit. Hæc de ibi o Genesis, cap. 2. & 3. & ex Hieronymo, & Iosepho, & ex chronicis Guillelmi.* Hucvsque Petrus de Natalibus Episcopus Equillinus, de beneficijs: hunc Authorem antiquissimum; veneratione in multis dignum in venio: nescio tamen, an omnia quæ scripsit vera sint. Immò scio aliqua falsa esse, quod patebit legenti in eodem Authore vitam sancti Iosephi, & sic non omnimodo illi fidem adhibeo, nec de historia modo prolata sententiam meam profero vbiquisque quod licite videatur poterit allummere, alibi sæpe in multis Authoribus fere. Hæc eadem quæ modo retuli, invenientur, sancta tamen Mater Ecclesia regula fidei, illud ita esse sicut hic narratur non declarauit: Hucvsque, nec declaratum est ita pie tamen accipienda sunt multaque declarata, non sunt.

Edessinus Masius. P. de Nat. Nota.

337. Andræas Masius, dicit Seht, namque, quem præferebat cæteris calbariam dedit, & cum ea regionem illam, quam modo Iudæam appellamus. Itaque ossa primi parentis, dum sepulta fuerunt, & in oblitione posita, nuntiauerunt Orbis ruinam: quia oblita mors. Postquam autem Ossa mortuorum, Adami, & Ioseph ad memoriam venerunt viuentium. Iam tunc terra posita est in securo, nam quæ maior securitas, quam mortuorum memoria? Sed disquiro, vnde res tam debilis qualiter est memoria mortis, inimicos de vincit. Amicos fortes facit, & ab insidijs diaboli defendit? R. Profecto, quia in morte sunt munimenta virtutum, & in eius memoria, armatura fortium, vinciuntur, peccata delentur vitia, quis ad gullam properat cum mortis memoria præsens est? Fæditas eius, carnis intemperantiam frænat, contra abaritiam, vide fundonem, qua cadauer in voluitur, contra iram, vide terram Sepulchri, vermibus plenam, quis tam insipiés qui irascatur in fratrem cum se viderit sub bernium potestate futurum? Contra, superbiam, insugent, humantes ministri pedibus calcantes elationem tuã humare dicuntur. Vt fumus superbientis humilietur, omnia sunt remedia, & medicamenta cunctorum peccare affectantium, & res mundi diligendi.

338. Genes. 6. Igitur, postquam Noæ Ossa diuisit Adami, inter filios dum essent in arca: *Clausit à foris ostium Dominus.* Custos factus illorum, quos Deus in arcam incluſ sit ad nauigandũ diluuij tempore. Nam qui mortis memoriam præferebant; arma contra ipsam mortem per lucida, & fortissima præ habent. Sic dominus, ne

illis aliquid mali contingat, ne moriantur custodit. O qualis, & quam bonus custos! Sic etiam, & Moyses, adducens secum ossa Ioseph sæcurus, & gaudens, ambulabat per medium maris sicci, & quamuis Dominus custodiret eos, & educeret de Ægypto præcedebat tamen eos, incolumna nubis per diem, & incolumna ignis per noctem. Ne aliquid mali eis contingeret, ne perirēt: quia iam armati ibāt ossibus Ioseph prodigia multa; & miracula Dominus fecit, cum seruum suum Moysem diligeret, sed ossa Ioseph, tantū Domino asportata placuerunt, quod non solum eos indemnes abire fecit, sed etiam ipse eos committatus est, nam vbi memoria mortis, ibi Deus; & vbi Deus, ibi omne bonum.

§. V.

Ponitur quod, est maximè suspecta mors, si multum oblita, & subsilentio sit posita.

339. DAbo tibi dilectemi integram; & satis ingeniosam concionem. Attende. Maximum est beneficium, præmanibus habere mortis memoriam, & enim, vbi melius, & constantius armantur milites Christi; quam in platea sepulchrorum? Quando certius debellantur aduersarij, quam in Templo Dei, vbi corpora sepulta sunt mortuorum? Quæ lingua efficatior, qua persuaderi possit mortis memoria; quam luminaria, quæ muto vociferata clamantia cōtemplantur Quæ gloria maior, quam illa, quam causat veritas. Et quæ maior pœna, quam illa, quæ ex mendatio sequitur? Enim vero mors, & vita fallunt, & ad inuicem cum aduersantur fallatiam rollunt. Mors dat vitam vitę, & vita dat vitam morti, primum cum mors differtur, dat vitæ durationem; quod est dare vitam, & fallit, obliuione vitæ finientis, dat autem vita vitam ipsi morti, dum citius vita finitur Tunc antecedit mors, & item fallit aduentu repentino mortis. Væ illis, quibus mors immatura

Apoc. 19. succedit: *Fugiant aues cœli.* Ait Spiritus Sanctus. Apocalypsis, cap. 19 *Ad nuptias agni, clamitat Angelus, qui est in Solę, vt volent ad arcem.* Sed aues cœli, non possunt deficientibus pœnis ad volatum. Nā

Cyrillus. vt optimè Cyrilus: *Aues ille sunt animæ in purgatorio existentes.* Quæ vocantur ad nuptias agni cœlestis. Sed volare nequeunt: si Aquila magna Christus, suo sanguine, Spiritum non emittit ad volatum, quod exechijs funeralibus, & defunctorum sacrificijs efficitur, animæ igitur solatium de tali memoria sentiūt. Immò, & corpora defunctorum.

Flæuit quondam, concubina Saul, super septem filios, & cadauera ad ortum Solis exposita, quasi affectu lacrymarum, rorem cęli recipiunt: per multos dies plorauit, super corpora defunctorum, & inuenit misericordiam Dei. Induta, atque vestita poterit apparere Iudic vestimentis iucunditatis suæ, vt ad vitam reuocet vitum suum, in cuius ornatu libertatem contemplor, ciuitatis beruliæ, inquit Ambrosius: *O vere veritatis experimentum, o salutare diuinæ pietatis auxilium, currant parbuli, currantque prædiuites ad mortis memoriam, & choros Angelorum committetur, Esai. Quia Spiritus hominis, alterno cantico efficere potest, in laude Diuina canticum. Væ mihi, quia tacui:* Ter pronuntiat, sed qui tacuerat semel ad relationem ductus, semel iterum, & iterum canit, *Sanctus*, cap. 6. *Sanctus, Sanctus*: quia etsi homo natura inferior sit Angelis, gratia tamen superior esse potest. Ad mortis memoriam valde necessaria semper gratia.

340. *Iudic. 8. Iosue 1.* *Ambr.* *Esai. 6.*

Ad exemplar, mortis Christus in Eucharistia ostenditur, qui postquam panē, & binum in carnem, & sanguinem conuertisset, illa protulit verba: *Hæc quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis.* Quia vt inquit S. Thomas: *Consecratio est mistica mactatio.* Mistice Christus moritur, dum subspeciebus panis, & bini ponitur: quia diuisio illa consecrationis panis, à confectatione bini significat mysticæ separationem animæ, & corporis Christi, ajebat enim Tertulianus, lib. de Baptismo circa medium: *Nichil sine ex exemplaribus dominus fuit demolitus.* Et si forte, capax suspitionis esset mors Christi (quod absit) tamen si capax esset suspitionis, si tamen præuenta mors illius ab illio non esset, suspitionem forsitam haberet. Nam vt ait Tertulian. lib. 2 contra martionem circa medium: *Suspectum habebitur omne quod exorbitarit à regula, non enim ipse Christus, fuit subito missus, nec subito filius, nec subito Redemptor, sed prædicatione dispositus, & dispositione Diuinus, non enim tantum opus, sicut opus Redemptionis subito erat effitiendū.* Fuit quidem Prophetatus, antequam veniret, quod erat venturus, fuit ab Angelo annuntiatus ante carnis assumptionem, fuit à Patre declaratus filius, antequam cognitus à nobis, vt Filius Dei clare, & distincte, quamuis in multis cognosci posset

341. *In Sacro Canonæ Missæ.* *S. Thom.* *Tertul.* *Tertul. Fere similia sunt verba hæc.* *Esai. & alij Prophetæ.* *Lucas, & alij Euāgel.*

fet esse Filium Dei, fuit per Prædicatores declaratus Redemptor, qui sanguinẽ emisit, & Spiritũ dedit in cruce alias forsam sub specie suspitionis staret quibusdã Redemptoris Maiestas, non quidem subito statim atque natus consummauit opus suum, sed de cursu temporis, ad hanc hominum notitiam peruenit. Immò transactis nouem mensibus nascitur. Ità Tertul. in hoc lib. de patientia, c. 1. dixit: *Natus adolescere sustinet, & adultus non gestit agnosci, in vtero patitur matris spatio nouem mensium.* Hinc colligo suspectã me habere dignitatem subitaneam, non præuentam meritis, non consequutam virtute. Ita de quibusdam diuitibus, quos vidimus pauperrimos heri, & hodie oppulẽtissimos intuemur suspecta quidem mors in matura subito veniens, non præuenta, oblita: quia in qualibet materia suspectũ est omne quod exorbitarit à regula.

Tert.

Audi rem incredibilem nobis. Immò impossibilem executioni datã nostro rudissimo intelligendi modo. Christus Dominus in quantum Deus, quia impassibilis naturæ. Tamẽ sibi quodammodo fuit exẽplar moriendi, modo impassibili. Explicat Aug. tr. 19 in Ioan. Explicans illa verba: *Patris mei præcepta seruaui Sicut mandatũ dedit michi Pater sic facio*, ait: *Intelligenda esse de Christo secundum Diuinitatem, & non solum secundum humanitatem.* Quem locum tradit Lorca, Cõplutensis Theologiæ 19. professor; loco infra à legando, vt intelligatur, illis verbis: non declarari præceptum rigorosum; sed minus rigorosum, & solum dicere cõmunicationem decretorum Diuinorũ, & cõmunicationẽ voluntatis paternæ: quia Pater, & filius sunt æquales: *æqualis Patri secundum Diuinitatem.* Vt Athanas. in symbolo, & inter æquales esse non põtest præceptũ, quod præceptũ rigorosum vere sit, & loquendo in rigore sermonis, quod late explicat Reuerendissimus, & sapientissimus meus Magister Lorca, qui illam oppinionem elucidauit, & defendit. 3. p. q. 19 de merito Christi, vbi ait, quod Christus non habuit rigorosum præceptũ moriẽdi. Sed minus rigorosum, & soluit difficultatem, hortam ex loco citato: *Patris mei præcepta seruaui, & sicut mandatum dedit michi Pater sic facio.* Dicendo Aug. intelligere illa, de Christo secundũ Diuinitatem, cui in quantum Deus nullũ potuit imponi præceptum. Et de Christo adhuc secundũ humanitatẽ, solũ intelligi de præcepto minus rigoroso, non includente partẽ illam, seu vim coerciuã præcepti: *Si non feceris erisum ichi inimicus.* Quod nos fortitan inferius dantes scolasticam disputationem, cum Suario sapientissimo Et Lorca declarabimus Deo date.

342.

Aug.

Ioann. 14. 11. & 12.

R. P Lorca 3.ª q. 19. Athanas.

Igitur cũ Verbum Diuinum procedat ex cognitione eorum, quæ sunt formaliter in Deo, & ex cognitione creaturarum possibilium, quæ eminenter continentur in essentia Diuina tursus futurarũ creaturarũ cognitio saltem concomittanter intercesserit in productione Verbi Diuini, tanquam obiectũ cuius cognitio simul est cum ipsa verbi productione, videtur non posse, non relucere in eius generatione aliquid de futura morte secundũ humanitatem, cum fieret homo, & de instrumẽto mortis nempe de cruce, & ita cum *Deus*, vt inquit Aug. tom 7. & 8 super Ps. 122. *Antequam creasset cœlum, & terram, & habitasset in sanctis; in se habitabat Deus: quia in se est Deus, & apud se est Deus.* Refidet quidem, & habitat in se ipso, & in sua Diuina essentia in qua æternaliter quiescit. Et cũ ipsa Diuina essentia, sit causa superior, & eminentissima, in qua eminentissimo quodammodo, naturæ inferiores continentur, vt inquit Aristi *Natura inferiores, eleuatæ ad aliquam naturã superiorem, ibi sunt nobiliori, ac perfectiori modo, quã in propriis naturis.* Hinc est, quod Crux Christi, quæ in tempore Passionis, fuit instrumentũ, in quo passus, & mortuus est Christus, ipsa Crux continetur in ipsa Diuina essentia, modo eminentissimo: sicut cætere creaturæ. Vnde fit, vt cum Verbum Diuinum æternaliter in essentia Diuina quiescat: *quia apud se est Deus, & in se est Deus.* Similiter quiescit in Cruce, quæ in ipsa Diuina continetur essentia. Immò illa Crux, ibi inteligibiliter videtur esse. Vnde cum dicit sapientia Diuina. Eccl. 24. *Abinitio, & ante sæcula creata sum, ante omnes colles ego parturiebar, & in ciuitate sanctificata similiter requieui*, vbi nota Verbũ. *Illud similiter requieui.* Quasi dicat Diuina sapientia requiesco, & requieui æternaliter in essentia Diuina, & requieui similiter in Cruce, quæ in illa eminenter continetur, modo quidem impassibili æternaliter requieuit in Cruce, quæ ab æterno in essentia Diuina continetur eminenter. Ita quidem, vt quasi iam laborasset, & à laboran do cessaret inquit: *requieui similiter* ita inquit: *in laboribus à iuuentute mea*, id est: *Ab æternitate mea*, vt nostro modo intelligendi dicamus nos Deum se ipsum constituisse exemplar moriẽdi, vt posteà cum homo fieret Deus, & nobiscum con-

343.

Aug.

Arist.

Eccl. 24.

uersaretur, & pati posset, & mori, vt homo, se ipsum intra secreta æternitatis respiciens quodammodo Crucifixum occisum ab origine mundi, iam iam mortem, quam gustaret in Cruce nō horreret, nec inusitam, aut sibitam haberet, & suspitione careret. Ita ait Tertul. *Suspectum habebitur, omne quod exorbitarit à regula.*

344. Et cum in natura illa Diuina, quæ impassibilis est, pati Deus non posset naturā assumpsit humanam in qua pateretur, illāque formauit, ad cuius formationem, ait Tert. Tertul. 2. lib contra Martionē, & lib. de vera carne Christi: *Iunxit Dominus plasmationem cum sepulchro*, & lib. de anima quando misit soporem in Adam, nā sopor ille, seu dormitio, fuit imago quædā mortis. Modum tamen formationis, eleTert. ganter exprimit Tertul. dicens: *Quando limus exprimebatur Christus cogitabatur homo futurus*, vbi pondero Verbū illud, *exprimebatur*, quod significat, quod ad formationē hominis, quando exprimebatur materia illa luti de manibus Domini formantis hominem fugitibus (ita dicā) currebat, & exibat limus: *Como quando se esprime el barro en las manos, se eslixa de ellas*, in hoc apparet imago mortis ipsius hominis, nam quę maior mors, quam fugitiuus homo de manu Domini? O pietas Diuina! O bonitas infinita Dei! Quia tunc: *Quando limus exprimebatur Christus cogitabatur homo futurus.* Quasi dicat, ecce medicus: quando notatur ægrotus. Existimo diabolū existimasse, & pro certo habuisse mortē, & esse stipēdiū peccati, & ipsius peccati remedium, cū Gen. ad quē dixit, *nequaquam moriemini*: quia existimauit, ad æternaliter viuendum nullum remedium melius, quam mortis meditatio, quam remobere cupiēs diabolus, inquit, *nequaquam moriemini*, ecce, homo qualiter ad optinendam mortis securitatem, & fine eo quod sit suspecta, quam efficax mediū sit arma resumere de prōptuario, ipsius mortis: quia suspectum habeitur omne quod exorbitarit à regula. 345.

Tert. Gen. 3.

Prosequitur ad idem.

§. VI.

Quam dulcis est mors præuenientibus illam, quam felix, quam triumphans, quā gloriosus euadit in periculis imminentibus, qui meditatur illam!

IPse qui omniū Doctor, & Magister est, ipse Dominus, sub specie humana, ad domum Abrahæ processit, & carnē accepit non natam: quia pro tunc nondum moriturā, vt postmodum acciperet carnē natā; postmodum moriturā, vt quodammodo Gen. 10. discat esse iudicem, & esse Redemptorē, etenim quis melior iudex, quam ille, qui pergit ad domū Abrahæ, vt sciat ex tanto patriarcha iuditium facere, & redimere. Tert. Audi Tertul. acutissimè loquentem, lib. de vera carne Christi: *At qui tunc quoq; inter illos Angelos ipse Dominus apparuit Abrahæ, sine Natiuitate, cum carne scilicet, pro cadē causæ diuersitate. Sed vos hoc non recipitis, non eum Christum recipientes (ô martionite) qui iam tunc, & adloqui, & liberare, & iudicare humani generis ædisebat in carnis habitu, tunc assumpsit carnem in habitu non in veritate, vt Angelus Thobiæ, non nata adhuc: quia nondum moritura nisi prius, & mortalitas adnuntiaretur.* Hæc ille (loquitur contra marcionitas negantes, & verā carnem, & veram Christi Natiuitatem) & quidem dū ille Patriarcha locutus est, factus iudex, *aut pater multarum gentiū.* Teste Genof *bonus Princeps, nil differt à bono patre*, vbi Princeps, qui etiam iudex, qui etiā pater aditamentum habuit, illius litteræ nempe *H.* in qua teste Hieron. de nominibus Hebraicis, significat numerū præceptorū, vbi vides in domo Abrahæ, vbi carnem recipit pro tunc non moriturā, sed postmodum dū fiat homo, & carnem accipiat natam, ibi etiā recepisse dicitur lectiones, & documenta iudicandi, & loquendi. Sic Tertul. dicit: *Tunc & adloqui*, ædificebat, ideſt, & iudicare, de obseruatione mandatorum Dei. Vlterius nō hoc solū ediscebat in domo Abrahæ; sed etiam, *& liberare genus humanum*, quod est opus Redemptionis, de cuius munere est, quod proprio filio suo nō parcat, sed exponat, vt sanguinem effundat, vt moriatur pro redimendo humano genere. Vnde cū Abraham filium obtulit, & gladius ibi Gen. 22. iam paratus. Gen. 22, mortem Isaac tunc non gustauit, moriendo sanguinem non emisit puer, potius ab Angelo impeditur. Tunc Angelus Domini apparuit, dicens: *De cœlo Abraham, Abraham ne extendas manum tuam super puerum.* Duo ponderabo, ad rem hanc primam, quod sit Angelus. Quare Angelus gerens vicem Domini, aut Dominus per Angelum. R. primo sic solitum esse Deū loqui. Secundo: quia Angelus fuerat primo edisceus in domo Abrahæ, & nouerat, quod

Nota. 346.

ibi tantum dabantur documenta moriendi, & effundendi sanguinem, non tamen effundebatur sanguis, quasi dicat, Angelus, dolet, quod filij sanguinem effundas, qui testis fuit, pro tunc sanguinem nō esse effundendū de carne nō nata: quia pro tunc nondum morituræ. & setius eram illius, qui morituri postmodum figurā gerebat. Id circo Angelus loquitur ne sanguinem effundas filij pro tunc non morituri: quia ad exemplar positus est Isaac, & pro typo futuri Isaac immolādi in cruce. Hinc solutio secundi quod notatur, nempe quare impedit Isacci mortem? nēpe: quia solū ediscebat redimere, ad quod sola gladij elevatio, aut brachij paterni extensio sufficerat solaque obedientia filij vnici, iam ligati, iamque positi superstruem lignorum, ne effundas sanguinem in figura, quam in veritate effundet Isaac in lege promissus Filius Dei. Hæc ratio, etiam in homine illo ascendente in arborem, vt videret Filiū Dei intrantem Hierusalem: *Quia statura pusillus erat ascendit in arborem sicomorum, cui Iesus dixit Zachæe festinans descende.* Quasi dicat solus ad arborem sumas censurus, iam scio, iam documenta teneo in domo itaque Abrahæ ediscebat primo, & ad loqui, & redimere, & indicare genus humanum, vt cū morti appropinquasset Magister, & Doctor moriendi lectionem sæculis daret.

347. Luc. 19.

Hinc colligo, non sine speciali Mysterio factum esse, vt antequam mortem gustaret in cruce pendens, eam gustaret, sub speciebus panis, & bini. Ipse ubi gladius, ipse sibi attulit mortem, sed quomodo? Quia, vt iā, §. antecedenti dixi consecratio. Est mistica mactatio, vt S. Thom docuit, & tunc ad Discipulos ait. *Vos vocatis me Magister, bene, Dicitis sum etenim. & vere.* Magister, qui experimento Sacramentali moritur antequam à corpore anima reali separatione, & Phisica separetur. Id est antequam moriatur in cruce, manus eius crux erant, vbi Crucifixus mystice moriebatur, *vt tota officia amātis impleret*, inquit Ambrosius.

1. Cor. 11. S. Thom. Ambros. 348. Ioann. 12.

Vt tota officia amantis impleret, sic moritur, & sine suspitione, quæ illi impossibilis erat moritur: morte fœcunda: qua parit filios Ecclesiæ. Suscitat Lazarū. Ioan. 12. *Manibus, & pedibus infitis.* Et cum sindone de sepulchro exiuit, qua corpus emortuum erat inuolutum. Sed cum Christus resurrexit amor tuis, nudus egressus est de sepulchro, quid hoc? Quare Iesus nudus è sepulchro Lazarus vero nō nudus, sed cum sindone suscitatus exiuit? R. Iesum egressum de sepulchro nudum Lazarum vero non, vt tota officia amantis impleret, cum enim Christus Lazarum suscitauit nondū de morte fuerat tota victoria reportata: quia hoc quod est ad vitam caducam redire iterum moriturus signum erat, quod mors iterum erat triūphatura de Lazaro. Ideo secum, vt seruet instrumenta mortis tullit sindonem qua fuerat inuolutus in sepulchro, cum vero Christus surrexit à mortuis de sepulchro: quia moriendo destruxit mortem nostrā, & morti, (Ita dicam) mortē dedit: quia ipse iam non erat iterum moriturus. Sed mortua mors in sepulchro manebat. Æquum erat ipsam mortem gerendo vicē defuncti. Secum habere linteamina quibus inuolueretur defuncta mors. Et ideo remanserunt in sepulchro Christi linteamina, vt videatur, quod instrumenta, & arma quibus resurgendo Christus vitā reparauit, ijsdem mortē destructā ostēderet. Et sic tota officia amātis impleuit, nō enim sufficiens victoria est inimicum vincere, si non emedio tollatur inimicus, vt dilectus à Deo glorietur in morte peccati, ex quo facile ad intentum dicimus grande beneficium esse mortis memoriā, quippe quod facit fortes ad vincendum, & glorioſos in prælio, & sine suspitione mors expectata venit.

Sic cum diximus Christum in Cruce strenuissimum se ostentasse præliatorem, & fortissimum ducem Magistrumque, & Doctorem, nō abstre, ad Angelos, qui astiterunt in domo Abrahæ possumus dirigere sermonem forte aliquis illorum fuit Gabriel, qui interpretatur fortitudo Dei & postea forte etiam idem Angelus Gabriel apparuit in horto, vbi ante mortem orabat Christus, cōfortans eum, vt veluti testis exemplaris prioris, testis etiā esset executionis moriendi cōfortabat eum, & de virtute, & robore laudabiliter commonebat ad moriendum, cum semper victor, & triumfans euaderet, qui mortem ab origine inspexit. 349.

Multoties fœlices Hebræi multoties infœlices Ægyptij, quid hoc? Vnde tāta nationum diuersitas fœlicitatis? R. quod Hebræi fuerunt fœlices in exitu de Ægypto: *Petierunt enim ab Ægyptijs vasa aurea, & argentea, &c.* Fugiunt ab Ægypto, & ad ora maris rubri accedunt stupent vident contemplantur mare: ad Deum respitiunt opperatorem bonorum, & summe potentem: aquas vident vsque ad cœlos insurgentes, ibi auisus parens, intumescentes ollas: procellas maris superbire intuentur, attergo Ægyptios irruentes super eos: mors, in procella ma- 350. Exod. 13.

ris, mors in aqua, mors in periculo eminenti: *O mors, quam amara est memoria tua!* Tristitia impleuit cor eorum, sed Dominus de summo respitiens cœlo afflictionem populi sui, decreuit, vt Moyses Virga ferret aquas, sed quid tunc? R. aquę diuisæ sunt: via, populo Dei præparatur gratiosa, aque ante tumentes, murum faciunt. Huc illucque detinentur, & quæ superueniunt aquę imperioso quodam ipsarum aquarum iussu detinentur obedientes; quasi dicerent, ecce transeunt filij Israel, nec vos estis, quæ eos morti tradere debeatis, nec deglutiatis Hebræos, sed aquæ quas mortis meditatione viberunt adora maris, ipse erant, quæ illos oppressissent; si tali memoria mortis carerent, cum vero auidissimè mortem in periculo maris cõtemplassent, iam vibidã mortẽ intrauerant, cũ aquas viuerẽt periculi, contẽplatione. Victores, & triũphantes euasserunt, non miror triumphet de morte, qui mortẽ consideratione præuenit, Ægyptijs vero, euentus contrarius fuit, nam defectu considerationis periculi, in quo mors latebat intropidè, intrant imprudenter se opponunt potentiæ conditoris reluctentis in aquarum multitudine, & cum nõ attenduut mortis Imperiũ, in medio maris ipsius mortis subitiuntur potentatui, ac tãdem submersũ sunt quasi plumbũ in aquis vehementibus: quia Dominus fortis, & potens, currus Pharaonis, & exercitũ eius proiecit in mare: sed disquiro causam huius? R. eã esse: quia oblitisunt mortis, non miror ad tales deuenisse fines, qui media, & remedia contra impetum mortis non requisiuit: in ipsius mortis memoria, nam: *Qui viuens moritur, numquam moritur.*

Nota.

Remedium efficax nũquam moriendi est, viuẽdo mori, nam qui viuens moritur nunquam moritur.

351. Ad Heb. 9. Ad Hebr. c 9. dicit Apost. Paul. *Statutũ est, hominibus semel mori.* Quasi dicat. Vna dumtaxat vice morietur homo, ergo debemus inspicere, tũ qualiter hæc mors accedat, tum etiã fugere secũdam mortẽ.

Vegetius. Vnde Veget. li. 3 c. 22. *Aiebat ratio manifesta sit, semper inotio debere fieri, quod necessario faciendum vicetur in prælio. Vt bonus miles instrictus ad vellã, vincat tẽpore velli.* Hæc ille, legimus enim. 4. Reg. c. 25. Fortissimũ Hebreũ Sopher: *Probasse tyrones de populo terræ.* Sept. vertunt: *Militare faciebat*, alij: *Exercitabat populũ terræ*: quia vt inquit Cassod. lib. 1. epist. 40. *Ars vellandi, si non præluditur, rã necessaria fuerit, nõ habebitur.* Discat ergo miles in otio proficere quomodo possit in bello igitur, cũ vita hominis militia sit supẽr terrã, edoceri debet, & multoties disponi, ad præliandũ in tempore velli, cũ hoste, qui paratus est ad prælium mortis; quia teste Diuina Scriptura Eccl. 9. *In medio laqueorum ingredieris, & superdolentium arma ambulabis* quia cum omniũ terribiliũ sit mors terribilis, vt inquit Arist. est tucut Leo rugiens, quis nõ timuit? tamẽ sicut Leo cõmunicatione mã suefecit; sic mors cõmunicatione placatur.

Eccles. 9.

Arist.

Placuit ad hoc propositũ aducere illud insignẽ ad victoriã tropheũ, quod his litteris pro epitafio continetur, *dies & ingenio*, depingitur: *Leo magnus apprehẽsus, & freno per maxillas manuductus humana*, vbi D. Idiota lib. 5 c. 5. ait: *Effice tibi mortẽ cogitatione familiarẽ; vt si tua fors tulerit possis obuiam ei exire*; est namque magna sapientia frequenter cogitare de morte, quod exẽplo Christi testificat. Cœ non ser. 4. de Natiu. Christi, qui affirmat in ventre matris, exerceri ad præliandum in cruce. Ego dicã; etiã in vtero patris: *Ex vtero ante Luciferũ genuite.* Ps. 109. *Ipsa quidem generatione, vbi mortis præsagia, & quasi signa eminebant in carne mortali postmodum moriturus etenim filius Dei ab æterna sede descendens in prædestinatæ Virginis templũ sibimet castra metatur.* Hæc ille, vbi verbum illud, *sibimet castra metatur*, debet põderari, quasi dicat in secreto veteri. Expertus sit ad mortem consideratione, & contẽplatione ipsius mortis. Vegetius iam citat. lib. 1 c 9. subiungit: *A singulis autem tyronibus singuli Pali defigebantur in terra, & sex pedibus eminebant contra illum palum; tãquam contra aduersariũ tyrones se exercebant.* Hæc ille, Ita debet miles Christi exerceri ad vincendum, vt cũ mors accesserit vincat illam. Vnde mors illius, qui ad vincendam mortem exercitio moriendi datur; absque dubio laudandus est. Et cantandus victor: quia exultat ipse moriendo antequam moriatur, & gaudet de triumpho futuræ resurrectionis.

Cœnon.

Psal. 109.

Vegetius.

Lando, & veneror toto corde morem ponendi cinerem in frontibus filiorũ Ecclesiæ, vt cum transierit percutiens Angelis super habẽtes signa Thau, accedat gratus atque benevolus etenim, quis efficacior cõtionator? Quam horrendum mortui spectaculũ. Aiebat enim Studita: *Quã eximia Cathechesis quã frugis admonitio est, quæ intẽtos ad officij functionẽ vigiles que præstes, id ad eo facere negligamus quã nec cessem à cogitatione, & à corporis deiectu.* Hæc ille, nota verbũ illud, *eximia Cathechesis*: quia nullatenus, quis melius Cathequizatur, quam a Magistra morte

353. Exod. 12.

Theod. Studita. Mors Magistra nominatur.

Gin-

Gimnasium, & Scolam mortis appellat
Cle. Alex. mortem Clemens Alexandr. in pedagogo. lib. 3. cap. 2. Vbi sicut in Academia, omnes facultates, omnes artes, omnes scientiæ ædocentur, sic in ipsa mortis meditatione, quæ Academia est, non dicatur, fœlix Æphron, qui spelunca vendidit. Genesis 23. Abrahamo, quid dicam spelunçam? *Speluncam duplicem pratio emit ab illo* Circa quem locum Abulensis, doctissimè dixit: *Ideo ista spelunca erat duplex; quia erat in duas partes diuisa, vna pro corpore, alia pro cruribus. Et erant iste due partes subordinate, id est vna sub alia, non directe, ita quod cadavera sepeliebantur sedentia, tanquam in Cathreda; quia ibi sepelienda erat Sarra, ibi Abrahamus.* Hæc ille, vbi duo pondero, primum, quod datur vnum sepulchrum pro cruribus, vbi, & fœmur intelligo, vt sciamus ad omnem posteritatem illius datam esse lectionem morien di. Secundum quod noto est, quod quasi sedeant cadavera, & multoties Reges, & maximi Principes, sedentes sepeliuntur, vt intelligatur ibi, & inquam melius in cathreda moriendi sedisse, vt doceat omnes quomodo disponendi sunt ad mortē.

Genes. 23.

Abul.

Defuncti sedens cadauer docet mortis scia docet mori.

354. Cuiusdam moderni ingenium laudo,
Ioan. 11. quatenus notat, quod cum Christus Dominus suscitauit Lazarum, Ioan. 11. dixit. *Soluite eum, & sinite eum abire*: quasi fuerum relinquendo, & sine noua aliqua aduertētia de morte fuerit facta illi, cum vero plurimos curasset infirmos, à
Ioan. 5. & 8. langoribus suis, Ioan. 5. & 8. facta curatione dicebat: *Noli peccare*, quid hoc? Quem suscitat non aduertit, de non futuro peccato, quem vero non suscitat, sed sanat. De non futuro peccato aduertit? R. quod suscitatus à morte, non eget alio Magistro aduertente: quia mors illi Magistra est, cum vero sanat à langoribus, ipse Christus Magister est, qui docet, quomodo cauendum sit à peccatis, vnde colligo Christum, & mortem; esse Magistros, docentes quomodo sit ad morte properandum sine. Peccato cauete ergo ab ignauia, & obliuione mortis: quia vt
Tert. sæpe dicimus cum Tertul. *Suspectum habebitur omne quod exorbitarit à regula.* Et pro fine huius discursus notemus verba S. Chrysologi, ser 101. ad c. 12. Luc. ad illa verba: *Nolite timere eos, qui occi-*
Chrysolog. *dunt corpus. Subiungit, audistis fratres,*
355. *quem admodum milites suos Christus, Regia exhortatione compellat, vt despecta mortis interfectores corporis non pabescant; & Paulo infra, vobis dico, id est nō omnibus, sed amicis, vobis ante dico, quos mors absoluit ista non fecit, vobis dico, quos corporis resolutio promouet ad melius, non transduxit ad pœnam, vobis dico, quibus morte, vita inchoatur, non finitur, vobis dico, quorum mors pretiosa fit, nō sui qualitate, sed causa: dum vitæ magis lucra inuenit, quam vitæ perdat vsuram, sed audiamus, quid dicat amicis suis. Ne terreamini ab his qui occidunt corpus, audiant, qui de bono mortis, veterum, vetusta volumina detriuerunt. Nichil tamē inde capere virtutis, aut consolationis aliquid inuenire valuerunt: quia etsi totis eloquentiæ viribus ad tollerantiam mortis armarunt animos, siccarūt lacrymas, suspiria sustulerunt, negauerunt gemitus, incluserunt dolores: nichil tamen, aut de spe certa, aut de perpetua vita, aut de vera suis lectoribus salute, conquisierunt, quis homini, quis sapienti dicat? Mori natura est: necesse est deperire, nobis dixerunt veteres, viuimus, non futuris: nemo sibi quod non potest tolli, velle virtutis est, suscipe voluntarius ad quod vrgeris inuitus. Mors antequam veniat non est, eum autem venerit, venisse nescitur. Nec ergo amisisse te doleas, quod cum amisseris non dolebis: sed hæc talia cū dixerint, dicunt totum de sententia non decisa: quia vnde, & quando, & quomodo tibi, & per quem mors venerit, nescierunt nobis cūtem Author vitæ prodidit mortis Authorem.* 1. Sapiēt c. 2. *Inuidia diaboli mors introibit, in orbem terrarum.* Hæc ille, vbi pondero inter alia, verbum illud, *suscipe voluntarius ad quod vrgeris inuitus.* Quasi dicat mors necessaria est suscipiamus eam voluntariæ currendo ad illam; quia tunc nō in natura veniet mors, sed expectata, sed prob dolor! Quia vt inquit, Paulo inferius. Idem Chrysolog *Tu* (homo) *alijs occupatus semper, tibi nunquam.* Quasi dicat in rebus mundanis occupatus homo sui obliuiscitur, cū de morte non agit, vtinam elementa inspicerer, vtinam cœlorum motus, rerum mutationes, Solis, & Lunæ æclypsim, ex quibus edoctus esset ad moriendum inspiriendo eorum interitum. Vnde ad hoc explanandum subiungit Chrysol. *Dicis rogo, quid pulchrius cœlo? Quid splendidius Sole? Quid ornatius Stellis? Quid Luna gratius? Quid salubrius Terra? Quid vtilius Mari? Aut quæ in istis vetustas, quæ sicut nata, vel facta sunt perseuerat; quod vtique gratius esset ista stare, quam perdere; homo forsitan esse inuenisset, sed non vtilius: Nam istis stantibus*

Nota. Pretiosa mors, non qualitate, sed causa.

Suscipe voluntarius, ad quod vrgeris inuitus, ita Chryso log.

1. Sap. 2.

Chrysol.

S. Chrysol. Nota.

bus tu, nutasti: istis lucentibus, cæcatus es ni videres. & decoré deceptus horum, bonorum opificem, tu negasti, istos confussus es Deus, quos tua verus Deus subiecerat seruituti. Hæc ille. Quibus apperte insinuat Chrysologus, quod si homo inspiceret attentè creata hæc, eorumque pulchritudinem, tandem defectura: pro Magistro haberet, vt nec in puncto deficeret a mortis meditatione: *Vtinam Deus loquatur ad cor tuum.* O Sponsa perfidem Christi: *Et ducat ad vallem Achor ad apperiendam spem.* Osee 2. Sed disquiro, quod Mysterium est, vt eam ducat ad vallem Achor. R. quod ad apperiēdam spem Regnandi: quia in valle illo sepultus fuit Acham, & lapidibus inuolutus, & incinerem reuersus. Vnde si Sponsa per consideratione ponitur in valle Achor, cū viderit cineres miserrimi Acham recordabitur mortis, & numquam melius apperitur spes resurgendi, ad vitam immortalem, quam in valle Achor, vbi memoria mortis semper habetur. *Osee 2.*

DISCVRSVS VIGESIMVSSEXTVS.

PROSEQVITVR AVTHOR.

PONITVR ET EXPLICATVR Textus.

LITTERA HÆC EST.

356. Cæterum impatientia, in huiusmodi, & spei nostræ male ominatur, & fidem præuaricatur, & Christum lædimus, cum euocatos quosque ab illo, quasi miserandos, non æquanimiter accipimus cupio, inquit Apostolus recipi iam, & esse cum Christo. Quanto melius ostendit votum Christianorum? Ergo votum si alios consequutos impatienter dolemus ipsi consequi nollumus. Hæc Author in cap. 9.

EXPLICATIO TEXTVS.

357. OStendit Author, quam sinistre segerat, qui mortem amici, quem videre sperat, impatienter sustinet, deficit fides, deficit spes. Deficit fides de qua dicebat Apostolus: *Cupio dissolui, & esse, cū Christo.* Deficit spes, quia sicut Gentiles impatienter lugebant, mortem charissimorū, in eis deficiebat spes eos videndi. Quippe, qui nihil sperabāt, de altera vita; sed pro certo habebant, animas simul cū corporibus perire, ergo ne impatienter lugeas; nec impatienter absentiam tuorum feras, ne deficere videaris in spe, & fide. Hucusque Pamelius. *Philip. 1.*

Cerda specialiter notat locum Nysseni, oratione de dormientibus, vbi ait: *Nos vero, qui magno resurrectionis ex mortuis fidei iussori, ipsi Domino omnis creaturæ credimus, quis Deo quoque mortuus est, & resurrexit; vt re ipsa, & opere resurrectionis doctrinæ, atque sermoni fidem faceret, indubitatam bonorum spē habeamus, quæ si præsto fuerit, mœstitia propter mortuos locum, non habebit.* Hoc insinuat, Auctor cum dicit: *Cæterū impatientia huiusmodi, & spei nostræ male ominatur, & fidem præuaricatur, & Christum lædimus: cum euocatos quosque ab illo,* *Gregorius. S. Nyssen. Cerda.*

illo, quasi miserandos; non æquanimiter accipimus.

358. Et præterquam quòd huc spectat, locus Apostoli. 1. ad Thessalon. cap 4. vbi ait: *Thessal.4.* *Nollumus autem vos ignorare.* Vbi Cerda, ait mihi videtur Authorem expectauisse, aut inspexisse, sententiam illam Gentilium, quam repræsentat Sinesius Episcopus Cyreneus, epistola 4. *Putabant Gentiles animas, quæ diffactæ in aere essent, perpetuas fore, & numquam perituras, non ita illas, quæ perijssent aquis, vt scilicet, contrario elemento, quo ignea animæ natura omnino extingueretur. Ex qua opinione fiebat, vt primi illi moderatè lugerentur; isti immoderatè: vt quorũ animæ, iam perijssent, & nusquam essent. Narrat ibi Sinesius; milites in tempestate cum essent in nabis, tabulato traxisse gladios; quos cum ipse interrogasset, cur hoc facerent respondisse pulchrum esse in aerem animam eructare, non autem ianundam biantes. Ideòque vocabat, homericos milites: nam homerus; cum dicat animas eorum, qui bello Trajano cæciderunt vissas in inferno vnius Aiacis animam, ait perijsse; nec ibi vissam, nam undis interierat. Ergo, ait Tertulianus vos, qui immoderate lugetis mortuos, & spem, & fidem læditis.* Quasi anima immortalis non sit. Nam, & Gentiles, iam moderatum luctum summebant, pro illis tantum, quorum animas putauerant perijsse. ita Cerda: *Fidem præuaricatur.* Iã dixi, quod more Gentilium flere est præuaricari fidem. Cyprianus, lib. de mortalitate, ait deficere videtur fides; immò præuaricari, dum impatienter feras: *Quẽ postmodum subsequeris.* *Sinesius.* *Cerda.* *Cyprian.*

Quia si euocatos à Deo. Credis ad præmium, & ad gaudia cælestia, tanquam ad præmium lugere impatienter, non debes, de quo latè Cyprianus, lib. de mortalitate. Sed sciet euocatos esse adeò, quos nouimus, quis disquiro? Euocatos quidẽ ad æterna gaudia. Hoc dubium timere nos facit, & trepidare, nam si ego scirem Patrem, & amicum: ad gaudia æterna euocatum; gauderem vtique non lugerem. Sed tamen fides illud temperat de Catholicis, vellit Deus euocatos fuisse antecessores nostros ad gaudia æterna, & non lugeuimus, etsi recipiuntur, vt sedeant. Reẽ cantauimus, canticum Apostoli, dicẽtis cupio dissolui, & esse cum Christo. Sic intelligo votum Christianorum, fidentes esse sperent cum ipso regnaturos, vbi apperte insinuat Author, non esse flendam, nec lugendam imprudenter mortẽ Christianorum, quia ita lugere est Gentiles immitari, sed prudenter, tanquam à vocatos adeo ad gaudia æterna, sed tamen, vt cum consolatione viuamus de morte charissimorum inducenda est doctrina sanctorum aientium mortem, non suspectam habere exercitio morien- di. Hæc de littera Authoris. 359.

DISCVRSVS VIGESIMVSSEXTVS.

DISCVRSVS PRO SENTENTIA, & totus textus.

§. 1.

Ad palmam obtinendam de rebus huius mundi, est necessarium, vt homo se habeat in illis, tanquam mortuus.

360. VErè est, & dicitur Christianus, qui se ita ad ea, quæ huius sæculi sunt componit, vt tanquam mortuus appareat. Notemus Apostolum Paulum ad Galatas, c. 6. dicentem: *Mihi mundus Crucifixus est, & ego mundo.* Hoc primum signum, & hanc primam ad monitionem facit nota tam, Christus Dominus suis amicis. Quæ verba Macharius, homil. 1. sic explicat: *Ad Gal. 6.* *Macbar.*

Sicut corpus mortuum est, cum exierit anima, nec vltra vinit, ea vita, qua viuebat. non audit, nec ambulat: sic vbi Christus, per gratiam virtutis suæ mactauerit, & occiderit mundo vitam nostram extincta, & quo ad improbam vitam, qua viuebat, nec amplius audit, aut loquitur, nec conuersatur in tenebris peccati propterea; quod nequitia affectionum erat tanquam anima eius, per gratiam decessit. Quod Apost. clamans, ait mihi mundus Crucifixus est, & ego mundo.

Expellit Christus, per gratiam suam diabolum, & vitia nostra pellit; vt manea mus tanquam defuncti, ad vitam caduci. 361.

Clemens. Vbi Clemens Alexand. lib. 3. stromat. hoc putat debere esse hominis studium, dicens: *Euenit enim, vt qui recte Philosophantur, non animaduertantur ab aliis, in vllam rem aliam studium suum conferre, quam vt moriantur, & sint mortui.* Hæc ille. Ecce studium veri sapientis; vt non solum semel moriatur mundo, sed quod quotidie è mortuis fiat, & hoc esse debere edocendum ab illis, qui prædicationis Euangelicæ munus gerunt: *Quotidie morior*, inquit Paulus. 1. Corinth. 15. Sed quid est quotidie mori? Est profecto; quotiescumque erigere ad æterna cupimus mori mundo. Nyssenus, hom. 12. in Cant. *Quotidie moriebatur, ex quo semper ad nouam quandam vitam contendebat, nam tunc est proiectus in illa spe ille, qui semper moritur mundo.* Genes. 49. Vnde Genes. cap. 49. vbi Iacob ad filios suos, ait. *Ego congregor ad populum meu sepelite me cum patribus meis in spelunca dupplici.* Non enim cæci sancti Patres cupiebãt dupplicem spelunçam, nisi quia deberent homines, dupplici spelunca sepelli. Vna quidem viuendo in ipsa memoria mortis, iam in amissione, charos ã prudenter lugendo; cum spe resurgendi ad vitam; altera, dum iacerent in sepulchro, vt sic vtilis memoria mortis esset ad mortem ipsam triumphalem inuenendam.

1 Cor. 15.

Nyssen.

362. Gregor. Notare oportet illud, quod D. Gregorius, lib. 6. in cap 25 Iob ait: *Actiua quippe vita sepulchrum est: quia à prauis nos operibus mortuos tegit: sed contemplatiua perfectius sepelit: quia à cunctis mundi actionibus funditus diuidit.* Sed melius de his qui solum cælestia non cõtemplantur, ait lib. 8. cap. 7. Iob ad illa verba: *Memento, quia ventus est vita mea, hi etenim vitam carnis, quasi permanentem diligunt, qui quanta sit vitæ sequentis æternitas, non attendunt, cumque soliditatem perennitatis non cõsiderant exilium patriam, tenebras lumen, eur sum stationem putant: quia qui maiora nesciunt, iudicare de minimis, nequaquam possunt, ordo quippe iuditij exigit, vt quod examinare nitimur transcendamus, si enim præ esse rebus omnibus nõ valet, nequaquam de his certa à quibus vincitur videt. Id circo itaque mens reproba præsentis vitæ cursu æstimare non sufficit: quia admirationi illius ex amore succumbit. Sancti autem viri cum ad æterna cor eleuant, quam breue sit, quod fine claditur pensant, & tandem sensibus villescit, quod præterit, quo intellectu mediante inter lucet, quod acceptum aliquam recedit, cumque infinitatem perennitatis aspiciunt, nequaquam iam pro magno desiderant quidquid finis angustat; sed subleuata mens extra temporum terminos ducitur, etiam cum carne in tempore tenetur: & tanto altius finienda despicit quanto verius infinita cognoscit, sed hæc ipsa humana breuitatis consideratio Authori nostro, magnæ virtutis oblatio est.* Hæc ille. Vbi innuit, nos debere esse mortuos mundo, vt viuamus Christo: quia, qui multum viuit de rebus sæcularibus, quanto in illis doctior fit de inhibilibus arcana nescit. Sit igitur bonus Christi Discipulus nesciens, & quasi mortuus ad terrena, vt ad cælestia sit sciens, & viuus, nam vbi considerat alterius vitæ granditatem ab strahit se à sæculi bonis, & vitijs, quæ in delitijs sunt, & quanto resurrectio ad nouam vitam illi occurrerit; tanto mors omnem horrorem, & difficultatem perdit. Euadit fortis, qui moritur ante agonem, & luctam.

Cum Dominus Iesus de aduentu suo glorioso loquitur, comparat se cadaueri, dicens: *Vbi fuerit cadauer congregabuntur Aquilæ*, Iob 39. Translatio Græca, sic legit, *vbi quærimus*, quæ nam est causa, quare dum agit de resurrectione, memoria facit cadaueris: Quare dum agitur de gloria loquuntur resurrectionis, non habent pro horrore, nec tædio mortis terribilem aspectum, sed potius gaudent. Primus enim homo, statim atque de Paradyso fuit eiectus, tenebras sensit, Solem obfuscatum vidit cum peccauit, timuit quidem. Sed cæpit lætari, cum Solem nouum vidit apparere, & de horrore mortis, iam nichil timebat, quod carminibus declarat. Dracontius, in Exameron dicens. 363. Iob 39. Dracontius

Vt cernunt migrare diem discernere Solem.
Nec lucem remeare putat terrena propago.
Subductisque nigris quo lucet luna tenebris.
Ast vbi purpureum surgentem exequo cernunt.
Luciferum vibrare iubar, flammasque scire.
Et reducem super astra diem de Sole rubentem.
Mox reuocata fobent externa in gaudia mentes
Temporis, & requiem noscentes lucæ diurnæ
Cæperunt sperare diem ridere tenebras.

Hæc ille. Sed

364. Sed cur tenebras, non riſſus, & gaudiorum habeat materiem, qui illas euanescere videt, inter clariſsimos reduces dies, aureoſque de nobo ſurgentes Soles? Erat æquidem tenebroſſæ mortis, vel nomen horrendum; cum viſſa mortis obſcuritate non dum experimur vitæ reſurrectionem; ſed tamen vbi glorioſſa corpora de ſepulchris incipiunt Atolli, inter reſurgẽtes Soles, totus tenebroſſæ mortis euacuatur horror. Immò eius nomen aſſumnitur pro fomento gaudiorum, & merito, nequit manere vllus horror mortis, vbi corporum ad vẽtus noui, videntur ad
Matt. 17. gloriam. Vnde, Matth. cap. 17. dicitur, quod in transfiguratione Chriſti: *Reſplẽduit facies eius ſicut Sol, & ecce apparuerunt illis, Moyſes, & Helyas, cum eo loquens.* Vbi notat Anſelmus. *Quod Moyſes, de ſepulchro eductus, & Helyas de abſcondito adducti, inter glorias corporis Chriſti teſtes ſiunt.* Sed diſquiro, quid loquuntur cum Ieſu? Lucæ, cap. 9. *Loquebantur de exceſſu, quod completurus erat Hieruſalem* Profecto, loquebantur, vt ad gloriam aſcenſuri teneant inter glorias ipſas, mortis memoriam. Vt facilior ſit illis additus, & facile ad gloriam mortis currant, nam videntes, & gloriam, & mortem, ad conſpectum gloriæ mors illis pulchra eſt. Ita nec horrebunt illius ferocitatem, nec gloriæ difficultatem timebunt. Nam penſata dulcedine gloriæ mortis amaritudo euaneſcit, quod elegãter ponderauit. S. Leo, ſuper hunc locum, dicens: *Apperit ergo Dominus coram electis teſtibus gloriam ſuam, & communem illam cum cæteris corporis formam, tãto ſplendore clarificat, vt facies eius, Solis fulgori ſimilis, & veſtitus candori nibium eſſet æqualis in qua transfiguratione, illud quidem principaliter agebatur, vt de cordibus diſcipulorum, crucis ſcandalum tolleretur.* Hæc ille, & quidem ſcandalum ablatum eſt; cum iam canendo victoriam mortem ſpernere iuſti poſsint, & dicere cum Paul. 1. Corin.
1. Cor. 15. 15. *Abſorta eſt mors in victoria; vbi eſt mors victoria tua? Vbi eſt mors ſtimulus tuus?*

365. Non tacedo, verba Chryſoſt. dicentis: *Vides animum generoſum? Iam igitur velut de victoria triumphãs, & afflatus futura, quaſi præterita quodammodo cernens, mortem rideti atque inſultat. Proſtratæ deiectumque caput triumphali voce inuehitur, ſtrenue in hæc verba exclamans; vbi tuus mors aculeus? Nimirũ tranſijt, periit euanuit pœnitus.* Hæc ille.

Sed quid miror præſentia glorioſſæ victoriæ Regis noſtri, irriſiam eſſe mortem? Nam vt bene ponderauit Chryſologus, ſerm. 118. *Fratres ſemper de reſurrectione libet dicere iugiter de reſurrectione delectat audire; quia mori numquam libet viuere ſemper delectat. Reſonet ergo in ore noſtro reſurrectio ſemper, ſemper reſurrectio ad noſtræ mẽtis tranſmittatur auditum: vt mors, quæ noſtros ſemper obſidet ſenſus, cum terrore ſuo, cum lamentis ſuis, à noſtris ſenſibus effugetur: quia ſic agricola fructus vberes, & exatiatas æpulas cantat; vt inminentem bomeris laborem, non ſentiat, & ſudorem: ſic nauta, portus modulatur, & lucra, ne vndarum ruinas, nec maris diſcrimina pertimeſcat Sic milles, ne vulnera metuat, vt gladios non pertimeſcat, prædas perſonat, & triumphos; vnde reſurrectionem, mente, ore, oculis expectet: cantet, cogitet, Chriſtianus; vt totam mortis poſsit deſpicere, & calcare formidinem. Mors eſt fratres, deſperationis domina, crudelitatis mater, germana corruptionis, inferni parens, diaboli coniux, omnium malorum regina; quæ omne genus hominum tali ordine in explebili impugnat; vt primum ſuſurratricem ſuam deſperationem præmittat; talia ſuadentem. Homo, cur tua perdis tempora? Ecce domina mors tua venit animam tuã in nichilum redigens: carnem tuam putredine, Oſſa tua vetuſtate conſumẽs, vt te qui non fuiſti antequam naſceris, faciat nõ eſſe poſt mortem, rede ergo debita ante mortẽ, moriturus cito, vbi etatibus tuis da luſibus infantiam; da delitijs adoleſcentiam; da voluptatibus iuventutẽ; da ſeneẽtutem michi. Ne ſine cauſa de ſpe cogites deſperatus.* Hæc ille, cuius Patris verba ponderare ingillatim debes, qui triumphare de morte moriẽdo ante mortem deſideras.

Chryſolog.

Nota.

§. II.

Qui vſque ad mortem, in obſequio Dei ambulat, ſerui Dei nomen conſequitur, immò qui ſeruus Dei eſt, in vita, & in morte triumphat, vbi de nomine Ieſu.

366. MVlti viri vocantur ſerui Dei, non ſolum in tempore vitæ, ſed etiam in morte inter quos Moyſes, ob excellentem virtutem ſervus Dei vocatus eſt, Abrahã, Iacob, & alij, ſed omnium Dominus Ieſus, ob inſignem obedientiam, & humilitatem nomen accepit, quod eſt ſuper om-

ne

ad Phil.2. ne nomen. Ita Paulus ad Philipenses, c. 2. dum ait: *Iesus Christus factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem Crucis; propter quod, & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu, omne genuflectatur.* Moyses ergo in eductione populi Israel ex Ægypto, duo nomina comparauit, nam & vocatus est Deus Pharaonis, & etiam vocatus est Redemptor Israel: *Ecce constitui te Deum Pharaonis.* Et quia qui Deus est habet Prophetas. Aarõ frater tuus, erit Propheta tuus. Exod. 7.

Exod.7.

A dulatio humana multos mortalium, Deos appellauit. Sed stulta fuit huiusmodi ambitio, cum nichil illis contulerit, quibus nomen dedit. Deus autem quando Moysem, Deum Pharaonis constituit, gratiam simul, & virtutem illi contulit; qua Diuinam repræsentaret potentiam, vt Pharaonem timere faceret, tonitruis, & potentis. Alij uero, qui ab hominibus dij appellati sunt, fuerunt elati superbi. Legamus Rupertum, sup. cap. 7.

Rupertus.

Exodi, vbi dicit: *Gloriosa virtutum regina humilitas, quæ in cœlum volare cõsueuit, loquuta est in moyse dicente se incircuncisum esse labijs, & id circo pro sua reuerentia, magnificum accepit responsum: vt audiret homo priuatus, regnantis hominis esse Deum: dixitque Dominus ad Moysem, Ecce constitui te (sub audi) à constitutione mundi; tu ad infima terræ ipsum de primis: Ego autem sustollo, te vsque ad altitudinem nubium, faciamque te, Deum Pharaonis: non quem adoret; sed quem formidet, & timeat, vt imperes aquis, pro potestate Dei: vt ranas creet, vt facias cinifes, & vesicas, imperans terræ: imperes aeri; vt pestem generet, imperes igni, vt cum grandine mixtus feratur super peccatores: ita imperando elemẽtis; Deus eris Pharaonis: non quidẽ, sicut est Deus in mortalis, sed cũ illo aditamẽto; Deus Pharaonis, id est quod, Deus Deorũ Dominus, dabit tibi illud ministerium; vt quasi esses Deus, loco illius, & eius virtute, hæc mirabilia facias: & quia Pharao, cum huiusmodi Deo saltem loqui non est dignus; Aaron frater tuus, erit Propheta tuus plagas quas tu facies pronuntiaturus: siue tanquam minister illaturus.*

Cayetan.

Hæc ille. Vbi Cayetanus addit: *Magnanimus esto non ibis tam, quam inferior ad Pharaonem, sed tanquam superior, vtpote agens Deum iudicem Pharaonis.*

367. Origen.

Rursus Iosuæ, antequam vinceret Amalech, ausés vocabatur & post insignem illam victoriam nuncupatus Iesus Origenes, hom. 1. super Iosuæ, ait hoc nomen Iesus, nulli fuisse concessum à sæculis; nisi Iosuæ, qui futurus erat typus Christi, ait enim: *Donauit illi Deus nomen, quod est super omne nomen; est autem nomen, quod est super omne nomen Iesus, id circo in nomine Iesu omne genuflectitur; cælestium terrestrium, & infernorum. Et quia est hoc nomen super omne nomen; id circo in multis generationibus, à nullo cognominatum est. Scripsit Moyses librũ Geneseos, in quo legimus Abraham, & eos, qui ex eo generati sunt, in quibus sunt iusti quam plurimi: sed nullus ex ipsis, Iesus meruit nominari. Nec Abel, Iesus dictus est, nec ille qui cæpit in vocare nomen Domini Dei: nec ille, qui placuit Deo, & translatus est, nec ille qui in generatione sua, solus iustus inuentus est apud Deum. Sed nec ipse quidem Abraham, nec Isaac, nec Iacob. Moyses fidelis erat in omni dono eius, non tamen vocatus est Iesus. Sed Iesu nomen primo inueni in Exodo, & vollo in tuere, quando primo nomen Iesu cognominatur.* Hæc ille. Subiungit.

Iosuæ. Orig.

368. Orig.

Venit (inquit) *Amalech, & expugnabat Israel, & dixit Moyses ad Iesum in Raphidim.* Hæc est prima appellatio nominis Iesu: *Elige*, inquit, *tibi viros potentes ex omnibus filijs Israel, & aggredere, & conflige cum Amalech.* Vbi Moyses confitetur, non posse se exercitum ducere, nec populum seruare incolumem, quãuis eum de Ægypto extullerit. Et ideò Ausem vocauit nouo nomine Iesum, id est Saluatorem à quo deuellatum iri hostes, tanto nominis auspitio confidebat, audiamus ad nostrum intentum Tertullianum, qui tertio lib. contra Martionem circa initium sub num. 9. apud Renanum, & in lib. de mirabilibus Tertuliani nos dicimus, num. 546. Igitur de impositione huius nominis Iesu facta Iosuæ. Sic loquitur Tertullianus: *Cum successor Moysi destinaretur auses filius naue transfertur certe de pristino nomine, & incipit vocari Iesus. Certe in quis (ò Martion) hanc prius dicimus figuram futuri fuisse: nam quia Iesus Christus secundum populum (scilicet) Gentilem, quod summus nos; nati in sæculi desertis, introducturus erat in terram promissionis melle, & lacte manantem, id est vitæ eternæ possessionem; qua nichil dultius, idque non per Moysen, id est, non per legis Disciplinam; sed per Iesum, per Euangelij gratiam prouenire habebat: circuncisis nobis petrina acie; id est Christi petra enim Christus: Ideo is*

Tert. Renanus. Notate verba.

vis

vir, qui in huius Sacramenti, Imagines parauatur; etiam nominis Domini si, inauguratus est figura. Iesus cognominatus (& infrà) identidem, nomen suum cõfirmauit, quod ipse ei indiderat: quia non Angelum, nec auſem; ſed Iesum eum iuſſerat exinde vocari. Hæc ille. Quæ verba fere eodem modo relata ingenies apud aut horem, libr. contra Iudæos.

369. Origen.

Et Origenes, ad verba ſupra relata quaſi complectens verba Tertulliani ſubiungit, dicens: *H. ergo vbi primum diſco, nomen Iesu, ibi continuo etiam myſterij video Sacramẽtum; ſed quale myſterium? Vt eo nomine Ioſuæ ſeruus Dei vocetur, quo vocandus fuerat Filius Dei Chriſtus liberaturus erat populũ ſuum ab inimico generis humani diabolo. Et ideò vocatus eſt Iesus, Ioſua vero, cum antea auſe diceretur, poſtquam explorata promiſſionis terra, per teritis omnibus ſolus ſub leuauit lapſos; deſperationemque populi, ſolus erexit. Tunc, à Moyſe Iesus nominatus eſt.* Hæc Origenes.

370.

Sed quid eſt, quod cum nemo poſſet prænimia claritate, intueri vultum Moyſis, Ioſuæ, non ſolum faciem contuetur, verum etiam in interiori tabernaculi parte, myſteriorum conſilius perſeuerat? An non Chriſtum cognominæ, vel hac vna prærogatiua figurabit? Cuius anima, ab Incarnationis ſuæ exordio, Diuinitatis habuit aſpectum vidit, quidem anima Chriſti ab inſtanti Cõceptionis ſuæ Diuinam eſſentiam, & mortalibus dum viuũt, iminet, & mirabitur quiſpiam ſi ſerbi Dei, nomen capiat, dum moritur, mortis memoria antequam moriatur cruce? Sit Moyſes Dei ſeruus, qui Chriſti typus.

Alter eſt Dauid, qui rexerat, & diademate coronatus. Sed nomen eius præ cæteris erat ſeruiDei, Pſal. 115. *Seruus tuus ſum e o. filius ancillæ tuæ.* Sed quo modo ſeruus Daui electus in Regem, ſed ex his duobus, nempe eſſe ſeruum Dei, & eſſe Regem, quod eſt illi iucundius eſſe Regem, an vero eſſe ſeuum Dei? R. quod electio, ad dignitatẽ ſerui Dei. Vnde Aug. vertit: *Ego vernaculus tuus.* Quaſi dicat, non ſeruus emptitius; ſed à te ſeruus nutritus: quippe, qui eloquia Dei exiſtimabat ſuper aurum, & topationdum enim ſeruus Dei, nam data cuſtodit; mortem meditatur, illam vocat, vt pugnet cum illa tunc ſpernit, non timet illam, ad iudicem tunc minus trepidat per venire, qui mortem ipſam ſuperant moriendo ipſam quaſi vinculis ligatam tenent. Vnde Pſal. 101. dicitur: *Dies mei, ſicut vmbra declinauerunt, & ego ſicut fenum arui.* Et alibi: *Quoniam mille anni ante oculos tuos, tamquam dies externa quæ præterijt, & cuſtodia in nocte; quæ pro nichilo habentur, eorum anni erunt.* Vbi brevitatem humanæ vitæ delineat: quia ſi vita noſtra, æternitati conferatur; licet, per mille annos duraſſet Eſſet tamen quaſi dies externa, quæ præterijt, cuius nullum iam reperitur veſtigium: & quaſi cuſtodia in nocte.

Pſal. 115. Auguſt. Pſal. 101. 371. Pſal. 89.

Secundum Hieronymum, ſup. cap. 4. Matth. *Venit, ad eos quarta vigilia noctis.* Stationes, & vigiliæ militares, diuiduntur in ſpatium triũ horarũ, ſic quod quælibet cuſtodia, vel vigilia, continet tres horas: quia nox diſtinguebatur, quoad cuſtodias militũ, in quatuor partes: quarum quælibet, dicebatur vna vigilia. Vnde quælibet cuſtodia, aut vigilia ad ſummum tres horas continebat. Quadrat meraphora humanæ vitæ. Primo, quia plena eſt obſcuritate, & ignorantiæ tenebris. Secundo, quia ſecundum illud, Iob, cap. 7. *Militia eſt, vita hominis, ſuper terram.* Cuius tata brevitas eſt, quod non ſolum diei eſternæ, ſed tribus horis nocturne vigiliæ eam comparat: *Tamquam dies externa, quæ præterijt.* Sed ad huc magis brebiatur. Vt legit Hieronymus: *Percutiente te eos, vt ſomnium erunt.* Felix dicit: *Rapuiſti eos, vt impetus aquarum ſonus ſunt.*

Hier. Iob 7. Hier. Felix.

Nunc videte dilecti, quibus rebus cõparatur vita humana, rapido curſu fluvij. Repentinæ nimborum præcipitationi, & ſomno, his conſiderationibus mortis Dauid Rex comparauit ſerui Dei nomen claturam: *Quia cinerem tanquam panem manducabam.* Pſal. 102. vbi Balduinus, ait: *Cinerem tanquam panem manducabam id eſt memoriam infirmitatis & cõditionis meæ, qua meminime pulueremi, & cinerem eſſe panis michi eſt; refectio mea eſt.* Quaſi dicat Rex, in medio triumphi, & ſolemnitatis meæ panis michi erat memoria mortis. Vnde Aug. exagerat in petitione panis memoriam mortis, ſerm. 126. de tempore, dicens: *Panem noſtrum quotidianum dà nobis hodie. O ſapientia vera, & Diuina prouidentia, quæ docuit, & panem ſolum petere, & hodie nominare. Hoc enim dicto, & habiditas eius abſtitia tollitur: & humanæ vitæ inſinuatur interitum: competenter ergo oramus panem noſtrum quotidianum, dari nobis hodie: quia craſtinus dies, quid pariat ignoramus.* Hæc ille.

372. Pſal. 102. Balduin. Aug.

Vbi apperte fragilitatem vitæ præſen-

tis

tis insinuat, cum de crastino nichil dicit ignorans an viuat in crastino. Expendam ego illud verbum: *Panem nostrum quotidianum*. Quod de nostro habemus peccatum est; quia homo de se non habet nisi peccatum, & mendatium, de peccato mors orta est. Sed si mors est nostra, quare petimus illam. R. petimus non mortem, quæ nostra est, sed illius memoriam. Secundum illud Psalm. *Puluerem tanquam panem manducabam*. Non quidem exiguam recepit Dauid mercedem quando illi datus est pro cibo mortis, nõ solum serui Dei nomen est consequutus, sed de Goliad fortissimo inimico victoriam reportauit.

§. III.

Quod Abraham, & Iacob, & Paulus, & alij iusti, nomina excelentissima obtinuerint, ob insignem mortis memoriam.

373. Genes. 25. MOyses narrauit Abrahami mortem, Genes. cap. 25. dicens: *Mortuus est Abraham in senectute bona, prouectæque etatis, & plenus dierũ*. Quasi dicat mortuus est Abraham seruus Domini. Vnde in Sacris litteris ille dicitur bene mori, qui sanctam vitam egerit vsque ad mortem. Quare Philon. Iudæus, in lib. cui titulus; quis rerum Diuinarum sit hæres? Enarrans illa verba, quæ Abrahamo dixit Deus, Genes. cap. 15. subdit sic: *Tu autem ibis ad Patres tuos cum pace, sepultus in senectute bona. In pace* (inquit) *degenti bona senectus promittitur; ea vero est non longeuitas, sed vita cum prudentia. Nam fœlices dies multis annis, meliores sunt: sicut brebis lux; melior est quam eternæ tenebræ. Salubriter enim vir quidam Prophæta, dixit, male se vnam diem cum virtute viuere, quam mille annos in vmbra mortis, per vmbram malam vitam sub iudicans. Idem nunc quoque re magis, quam verbis, Moses docet. Namque Abraham, cui bonam senectutem pollicetur, brebioris vitæ facit, quam vllum de maioribus eius Philosophicæ, nos erudiens, quæ nam sit bona senectus, ne hoc promissum intelligamus de senectute, quæ apparet in corpore probosis, sæpè fœditatibus plena: sed de prudentia, animique constantia dictum accipiendo honestatem, & sapientiam prædicemus de senectute, á qua nimirum seniores denominamur honoris gratia. Discegitur hoc docma nostri legis latoris. Soli, bono viro, bonam senectutem, & longeuitatem contingere: malum vero, quamuis longissimi æui breuissimam tamen vitã viuere, vel virtuti iam esse mortuum.* Hæc ille. Vbi docet Abrahamum obingentem mortis memoriam: multa bona fuisse consequutum, & seruum Dei, fuisse nominatum.

Genes. 15. Philon. Qui male, si & longe viuat, parum vivit.

Ipse enim Abraham, cum esset magnis insignitus virtutibus seruus Dei est appellatus. De quo Genes. cap. 17. dicitur: *Eris Pater multarum gentium, nec vltra vocabitur nomen tuum Abrã, sed appellaueris Abraham: quia Patrem multarum gentium constitui te*, vbi Hebræi de nomine suo quod est, *Tbetragamaton*, tulisse litteram, *bæ*, eamque ædedisse Abrahamo, insignum eximiæ dilectionis. Iam non Pater excelsus; sed Pater multorum appellaueris, sed huius causam existimo duplicem sepulturam eximio cœlo quæsiuisse: emitque ab Hæphon campum ad sepulchrum sarræ, & suum ipsius. De quo aliqua supra retigimus. 374. Genes. 17.

De Iacob quid memorem? Cui propter innumeras molestias, & longam seruitutem, in qua à Diuinæ legis præcepto non recedens, & parentum suorum, voluntati obsequens desudauit: Deus subplantatoris nomen in Israelis vocem, quæ Deum videntem significat commutauit, sed vnde quæso tanto nomine fuit insignitus, nisi quia iacuit in puluere: *Dormiuit in eodem loco, vidit scalam & Dominum inixum scalæ.* Dominum videt, qui in terra dormit. Rursus, cum Angelo luctabatur, & terram calcat, puluerizabat, & tunc videns Deum, factus est post pugnam, ipse ait: *Vidi Dominum facie ad faciem.* Non miror, Deum videri à Iacob, si oculos suos honorat, & clarificat cinere, super terram dilatat cor, contemplatur limum ex quo formatus fuerat, & veluti in speculo se inspicit, iam sepultum, vt morte vicina vitam inde fectibilem possideat, fœlix memoria mortis, quæ facit homines immortales! Per gratiam, quos peccatum dederat morti. 375. Genes. 39.

Non tacebo, quod dixit P. Damianus, sermon de Inuentione sanctæ Crucis, vbi sic ait: *Præferimus Crucem in fronte; sed eandem Crucem multo salubrius recordamur in corde, in vtroque poste sanguine percussor Angelus videat, vt exclusus euadat, non perempturus irrumpat.* Hæc ille, quasi dicat, quid in exterioribus prodest signum, quod ab intimis longe est. Vnde existimo Iacob, non solum habuisse cineres coram oculis, cum lustam haberet 376. P. Dam.

cum

cum Angelo: sed etiam quod ibi, summæ humilitatis, & bilitatis habens confessionem victor exsistens, & Angelum superans corruscat: dum magis eius viscera abscinduntur consideratione humilitatis, consideratione pulueris.

Facit ad hanc rem, illud Regis Baltasar, qui turbatus est. Danielis 5. *Eo quod vidisset articulos manus scriuentis in superfitiæ parietis.* Sed quid est, quod turbatio Regis, non intrat, nec penetrat vsq; ad cor ipsius Regis? Quid est, quod sic turbatus non facit pœnitentiam. Non petit veniam? siquidem Daniel declarauit Regnum eius esse diuidendum? Turbatur Rex, sed nō turbatur, exterius turbatur in vultu, & corpore turbatur, sed non turbatur in corde; id est non mutatur in melius: quia Scriptura illa, non erat limita, & sculpta in corde Regis, sed dumtaxat in parietis superfitiæ. sed circo pœnitentiam non egit, nichil pro sunt exteriæ declamationes, si ad intima cordis non transit timor. Sic ergo, & nos in monte habere debemus, & in secreto cordis thesaurum, quod est memoria mortis, vt serui Dei nominemur, & simus, & vt videntes Deū cum Iacob nuncupari merito possimus.

Daniel. 5.

377. De Apostolo Paulo, nonnulla referam, certum quidem est, datum fuisse illi nomen honorificum ab Spiritu Sancto: quia hoc nomen *Paulus*, apud Hebræos significat *admirabilem*, quod nomen, etiam si nomen, sit Dei tamen non mirum, quod seruus Domini sui, nomen accipiat. Hoc nomen, vel illi datum fuit, quando raptus fuit vsque ad tertium cœlum: vel quando per manuum impositionem, destinatus fuit Apostolus gentium, propterea quod initio nascentis Ecclesiæ, in Mynisterio prædicandi futurus erat admirabilis. Sicut Petro datum est, nomen Petræ ob firmissimam constantiam, & fortitudinem, in rebus fidei; ne vnus alteri inuideret prærogatiuam. Elegit enim Spiritus Sanctus Paulum fidelem seruum, vt nomen Dei portaret ad omnes gentes. *Vt portet nomen meum.* Recte ergo, ipse Apostolus Paulus, ad Romanos scribens, non alio titulo se voluit commendare, quam quod sit seruus Iesu Christi, ait enim Paulus, seruus Iesu Christi. Hanc ille seruitutem omni libertate meliorem dicit. Rationem dat Origenes, dicens: *Seruit Christo, non in Spiritu seruitutis; sed Spiritu adoptionis.* Quia omni libertate, nobilior est, seruitus Christi: *Qui semetipsum exinanibit formam serui accipiens.*

Actu. 9.

Origen.

Hanc quoque seruitutem, sanctus Edimundus. Cantuariensis Archiepiscopus aspexisse, magnificauit, & sæpius, secum assistentem vidit puerum Iesum, & tenuauit multosies pulcherima faciem illum aspexisse, quem novit esse Iesum, eo quod in fronte legebat scriptum: *Iesus Nazarenus, &c.* De quo videndus est, sanctus Antoninus 3. part. titulo 19. cap. 10. à §. 1. vsque ad 3. vbi apperte dicitur. Titulum serui Dei habuisse ob insignem mortis memoriam, quippe, qui in omnibus sequebatur Paulum dicentem: *Prædicamus Christum, & hunc Crucifixum.* Mortuum Christum, & Crucifixum prædicat Paulus, quid mirum, quod serui Dei nomen accipiat, & fateor id esse: quia in finæ vitæ ittenus Christi miles in ventus est Paulus.

Edimund.

S. Antoni.

Dicebat Sponsa. Cant. 4. *Surge Aquilo, veni auster, & perfla hortū meum.* Quasi dicat Sponsa, in horto meo vbi sunt flores honoris, & honestatis; Aquilo fugiat. Auster veniat vnum ventum amat alio sepulto, & despecto, sed quid hoc? R. notando quod docuit Aris, in problematibus, sect. 26. num. 41. dicens: *Aquilo vt magnus incipit, ita parvus desinit. Auster contra; vt paruus incipit ita magnus cessare solet.* Hæc ille, iam enim, rem hāc nouimus, nam Paulus, in principio Saulus erat; postquam vero vocatus est ea vocatione, qua ad terram vsq; peruenirent; ex tunc factus est fortis, cuius fortitudo in eo consistit, quod terram proprio corporis, & cordis tactu gustaret, nam eo vsque homo debilis inuenitur, quod de morte agat: quod præ manibus, pulberem teneat. Tunc seruus Dei factus insigne nomen adquirit. Sed quare nomen grande, non habebit, qui cum memoria mortis emisit spiritum Christi in cruce pendentis, atque dicentis: *Pater in manus tuas commendo spiritum meum?* Tūc emisit spiritum, sed disquiro, quem spiritum? R. quod emisit spiritum viuificantem, & tunc maxime viuificantem dico spiritum, cum morti traditur cum sepelitur.

378. *Cant. 4.*

Aris.

§. IIII.

Ponuntur conditiones, quibus serui Dei coronatur inter quas, non infimum locum tenet memoria mortis.

PRima conditio est, lætitia, qua in laudes Domini prorrumpit, vnde Esai. 45. dicitur: *Serui mei, laudabunt me,*

379. *Esai. 45.*

cum

Genes.47. *cum exultatione*. Sic olim, Genesis 47. Apud Iosephum, Ægyptij lætam Regi, pollicebantur seruitutem: *Salus nostra, in manu tua est, respiciat nos tantum Dominus Deus noster, & lætiseruiemus Regi*. Legi Parisiense.

380. Secunda conditio est vitæ honestas, & munditia. Lucæ, cap. 1. *In Sanctitate seruiamus illi*. Et Apocal. cap. 7. qui Diuino fruuntur conspectu: *Lauerunt stolas suas in sanguine agni*. Et inueniemus tãtam esse puritatis, & Virginitatis excellentiam, quod, quodammodo potiuntur, & gaudent, nomine Dei æterni, dicebat Dominus ad Moysem. Exod. 3. *Ego sum, qui sum*. Et ipse: *Qui est misit me ad vos*. Vbi illud, *qui est*. Significat ipsum Deum, à quo mittebatur: *Tunc sie Virgines, qui sequũtur agnum, qui sunt? Et vnde venerunt? R. hi sunt, qui de alvauerunt stolas suas in sanguine agni: Virgines enim sunt*. Vbi vsurpant nomen Dei, qui dicit, ego sum, qui sum, quasi dicat, qui stolam suã lauat in sanguine agni, qui pependit in cruce, qui stolam lauat in mortis memoria, nomen Dei, *qui sum*, quodammodo sibi vsurpat: *Virgines enim sunt*.

Luc.1. Apoc.7. Exod.3. Apoc.7.

381. Tertia conditio est, moderatus vsus cibi, & potus. Turpissimum quidem est, quod seruus coram Domino suo ructet crapulam, inquit enim Diuinus Spiritus. In Ecclesiastici, cap. 33. *Onus, & Virga, & cibus asino, panis, & disciplina seruo, cum oppere*. Multa, de gulla solent adduci, sed sufficiat nunc dicere, quod Hebræi propter gullam ab sente Moyse conuersi sunt ad vituli conflationem, & adorationes, recedentes à Cultu veri Dei. Vnde Hieronym. ait, lib. 2. contra Iobinianum: *Aurum conflat populus in vitulum, & Ægyptium bobem præfert Domini Maiestati: tot dierum labor vnius horæ saturitate perijt frangit audacter Moyses tabulas; sciebat enim Dei sermonem non posse audire tæmulentos*. Hæc ille, vbi notamus, quod peccatum Hebræorum sequutum est ad gullam: & cum Vitulus reduceretur ad potum, fuit illis simul pœna culpæ. Vbi S. Gregorius Nyssenus, ait: *Peccatum simulacri cultus erat vituli, quod à Moyse contritum, à quaque dissolutum, ipsis qui peccauerunt factus est potus, ita omnino modo ea materia, quæ peccatum subministrauit deleta est*.

Eccles. 33. 6. Mist. Greg.

382. Itaque seruorum Dei apellatione decorari, nullo modo possunt, quotũ Deus venter est. Ex hoc enim vitio, ad alia multa turpiter prolabuntur homines, quod probat experientia: *Manducauerunt, & saturati sunt, & surrexerunt ludere*.

Quarta conditio est, obedientiæ prõptitudo. Eccles. cap. 4. dicitur: *Qui seruiunt, ei obsequentes erunt*. A qua prõptitudine Adam recedens in Paradysso, numquam ad gratiam Dei redire posset; nisi ipse Dominus sua benignitate illi viã apperuisset salutis. Ita Barcephas Syrus ad illa verba: *Et cum audissent vocem Domini Dei deambulantis in Paradysso formidabilis, Deus apperere voluit peccantibus, concutiens gressu suo terram, & Paradysi arbores præsis vestigijs, treme faciens vt nimirum, pabidi confitẽatur sua delicta, & veniam implorent*. Hæc ille, vbi notauimus peccatum primi parentis esse peccatum in obedientiæ per medium gullæ, de quo puncto forte agemus inferius latius.

Eccles. 4. Barcephas. Genes. 3.

383. Quinta conditio est perseuerantia, vsque ad finem vitæ, qui enim magnum illud perseuerantiæ donum consequitur coronam accipit in Regno Patris altissimi plenus dierum, in senectute bona, dicitur in Sacris litteris. Vnde Angelo Sardis Ecclesiæ, Apocalip cap. 3. dicitur: *Non inueni oppera tua plena coram Deo meo*. Quæ verba, variè exponuntur. Vnde inter alia de quibus Christus conqueritur, cum Sardiensi Episcopo illud est, quod non inueniat eius oppera, *plenam coram Deo*, id est, vt explicat Græcus, *in-pleta*, vbi notãdum est, illud appellari plenum, quod habet totam perfectionem suæ naturæ conuenientem. Quo sensu Genesis 41. Septem illæ spicæ, quas vidit Pharao, fertilitatem septem annorum portendentes; appellantur plenæ, atque formosæ, sicut econtrario; vacuum, & innane dicitur, quod eam non habet, quo sensu terra in principio mundi, dum non erat vestita floribus, ornata arboribus referta animalibus, *inanis, & vacua dicebatur*. Genesis, c. 1. Quia finem illum cuius gratia creatur illud, quod vacuum, & innane est, non consequitur. Ex quo multa intelliges, quæ in Sacris litteris dicuntur habere, aut nõ habere plenitudinem. Primum enim is, qui illud vitæ spatium sibi à natura diffinitum attingit. Nec casu, aut euentu fortuitu, aut ex Dei inditio ante illud ætnita tollitur dicitur obire diem suum. Genes. 25. dicitur de Isaac: *Completi sunt dies Isaac centum octoginta annorum consumptusque ætate moritus est, & appositus populo suo, senex, & plenus dierum*.

383. Gen. 41. Gen. 1. Gen. 25.

Con-

384. Athanas. Lib 5.

Confirmat nostrum intentum. Athanasius, in Apologia de fuga tradit illud, quod dixit Eliphat amicus Iob, cap. 5. *Venies, si iustus fueris in sepulchrum, vt seges, matura suo tempore de messa, & vt manipulus aree in tempore collectus.* Vel vt nos habemus: *Ingrederis, in abundantia sepulchrum, sicut infertur acervus tritici, in tempore suo.* Vbi notandum est, nullum virum appellari, *acervum tritici*; quia post laborum trituram, plenus dierum in Dei horreum congregabitur, quē admodum, dicitur. Matth. 3. teste Gregor. lib. 6 Moral. cap. 29. *Recte dicitur* (ait) *sicut infertur à cervus tritici in tempore suo; frumentum enim, in segete, Sole tangitur, ventis concutitur, atque aream ad actum trituationis pondere præmitur, vt à pallearum connexione soluatur, denique relictis palleis, ad horreum, ducitur, sic enim anima iusti in hac vita à supernō lumine illustratur, tentationibus exercetur cœlesti, disciplinæ suposita. dū correctionis flagella percipit, à sotietate carnalium mundior recedit; & relictis palleis, ad horreum ducitur: quia foris remanentibus reprobis; ad supernæ mansionis gaudia æterna subleuatur, dum en nr post afflictionem iusti præmia patriæ cœlestis inueniunt, quasi post præsuras, ad horreum grana deferuntur.* Hæc ille è contrario de inconsiderata, & in matura morte impiorum. Vnde Psalm. 54. dicitur: *Viri sanguinum, & dolosi, non dimidiabunt dies suos.* Et Ecclesiastici cap. 7. *Ne impiè agas multum, & nolli esse stultus; ne moriaris in tempore non tuo.* Sed quale dicitur tempus alienum? R. illud profecto alienum tempus est, cum nemi potest disponere sui qui morti appropinquat.

Matth. 3.

Psal 54. vers. 7.

385. Epbr.

Vnde non tacebo, quod docuit S. Ephrem, tom. 3. in sermone ascetico, de vita Religiosa, vbi admonet eos, qui Deo seruiunt, vt normam viuendi teneant, quam sancti viri amplexati sunt: *Ne scilicet, hodie abstinentia maceremur, & cras epulis diffundamur, ne hodie aquam viuamus, & cras vini potationi nos demus.* Ne hodie, *cilitio vtamur, & cras molibus delicatisque vestimentis opperiamur, ne hodie nudis pedibus incedamus, & cras pretiosis & per politis calceis vtamur.* Hæc ille, subiungit: *Ne hodie mittes, & humilles apparemus, & postea superbi & elati simus, ne hodie modestos, & obedientes nos præbeamus, & cras dissolutos atque inobedientes, ne hodie moriamur sæculo, & cras viuamus mundo.*

Subiungit idem S Ephrem: *Probatissimi olim Patres iactis firmiter vnius viuendi regulæ fundamentis perfecti euaserunt. Si quidem illum canonem, ac regulam, quam semel arripuerunt ad finem vsque vitæ retinuerunt; nam alij quinquaginta annis alij pluribus, vno abstinentiæ, atque continentiæ suæ gradu indefessi cucurrerunt, nūquam vitæ ordinem mutantes: esti duritiem humilitatem; mansuetudinem charitatemque stricte seruāntes in vigilias, & orationes assiduos lacrymis, ac compunctione irrigatas salubriter incumbentes, cœlestia contemplantes, & Deo iugiter seruientes; risum illis vltra vultus serenitatem erumpere numquam sinebant superbiam autem prorsus conculcabant, iram plane remittebant, aurum pro nichilo reputabant. Seque ipsos ab omni peccati sorde mundos, nitidosque reddebant.* Hæc ex Beato Ephrem sunt deducta, & multa alia possem tibi offerre de viris, qui taliter mortem expectabant, vt in toto vitæ discursu solum fuerunt ita mortem meditati, vt pro nichilo habuerint res huiusmodi incomparatione, tam insignis memoriæ, tamque desiderabilis.

S. Ephr.

§. V.

Qualiter, sit, mors appetenda, & quam pro magno habenda illius memoria ex humanis, & diuinis litteris, & testimonijs.

386. Plutarch.

PLutarchus in epistola consolatoria, ad Apolonium increpat eos, qui mortem malum existimant dicens: *Quam inique mortem hodie prosequuntur mortales; quippe quæ maxima malorum est malorum medela.* Et Cicero, in somno Scipionis, ait: *Hi enim viuant, qui ex corporum vinculis tanquam è carcere euolauerunt; vestra vero quæ dicitur vita, mors est.* Et Seneca, lib. de breuitate vitæ, ait: *Si vellis credere altius veritatem intuētibus; omnis vita supplitium est.* In hoc profundum, inquietumque mare proiecti, æternis æstibus reciprocum, & modo eleuans nos, subiectis incrementis, modo maioribus damnis deferens assidueque iactans numquam stabili constituit loco pēdemus, & fluctuamus, & alter in alterum illidimur, & aliquando naufragium facimus semper timemus, in hoc tam procelloso, & in omnes tempestates exposito mari, nullus nauigantibus portus, nisi mortis est. & lib. 6. naturalium quæstionum, diffinit mortem sic: *Mors natu-*

Cicero.

Seneca.

lex

lex est tributum officiumque mortalium, malorumque omnium remedium est, hoc vnum iucille meditare, ne mortis nomen formides efficit illam tibi, cogitatione multa familiarem: vel si ista tulerit, possis illi, & obuiam exire. Multa alia ad nostrum intentum dicit. Idem, Seneca epistol. 24. & 62, & 71. & 78. & libr. de consolatione, ad Martiam.

387. Xenocrates. Xenocrates, Philosophus, Platonicus, libr. de morte, amissionem vitæ huius (à malo, in bonum translitum vocat) qua propter inquit Deus rebus hominum præuidens: *Quos amat, breui ad se ex hac reuocat vita.* Et refert exempla Agamedi, & Theophonis, qui cum molliti essent Deophythio templa, quod ve optimum foret præcarentur: cõfestim somno præsti numquam postea surrexerũt. Et ipsum refert, Argiuæ, Iunonis Sacerdotibus contigisse.

Valerius Tulius. Valerius Maximus, lib. 8. cap. 9. circa finem, & Tulius, lib. 1. tusculanarum, quæst referunt Aegesiam composuisse, quendam librum: in quo referens incõmoda vitæ, & laudem mortis ita refert, quod multi sibi ipsis manus inferrent. Vnde à Tholomeo Rege prohibitus esse, dicitur illa in scollis dicere. Eo quod multi his auditis mortem sibi darent, vt referunt Authores isti; quibus fabet illud, Agati disticon.

Mortem, quid timetis,
Quietis genitricem
Sedamtem morbos.
Et paupertatis dolores?

388. Herodot. Solinus. Herodotus, lib. 5. & Solinus, cap. 15. memoriæ pro diderunt thraces puerorum. Multa ploratione puerum prosequi, qui recentes, quæcumque necesse est illum, qui vitam ingressus sit perpeti ac omnes calamitates humanas: hominem vero fato functum, per lusum, atque lætitiam, terræ demandare referentes, quod malis exemptus sit. Vnde Hypocrates, Comentario de Atræbilis agitatione disquirens: *Quare sibi aliqui mortem consciscant?* Respondet: *Quod se scilicet putant, maioribus malis, liberos fore.*

Hypocrat.

389. Calentius. Epitaphium mortis dedit Calentius fratri suo, ad monendo eum ne mortem timeat sciens, nichil præter laborum, curarumque,

Omnium finem esse. Ita in versibus.
Fata, reformident alij, manesque sepultos.
Mors, de ea functo: tu michi sola venis.
Augebãt animum curæ, sæuique dolores.
Insidiæ, liuor, spes, timor, ira, dolor.
Hic sperata quies, non flet. Non litigat vxor.
Non soboles, grabis est, non male cultus ager.
Non vineta leui, quam primùm lassæ volucri.
Non stimulat crebris solibus usta seges.
Et non perpetuus census, non iurgia, non me.
Pauperies, & non dura senecta senem.
Denique non pulices, non agmina fœda fatigant.
Non petit hic calvum musca proterua caput.

390. Philonius, Chrysost. S. Iulianus Nazianz. Idiota. Dugo Philonius in descendentia bene moriendi confirmat, refferens multa de bono mortis, & Chrisostom. homil 46. in Matth & ad illa verba: *Nollo vos ignorare fratres.* S. Iulianus Toletanus Archiepiscop. lib. de Origen. humanæ mortis, cap. 13. & 14. Nazian. oratione de morte sui Patris, & lib 18 de laudibus, S. Cyprian. Martyris. Idiota, lib 5. de cõtemplatione mortis, & cap. 9. ait: *Mors, non est timenda viro iusto Tum, quia certa est, & necessaria; tum quia vtilis est, & meritoria: quia mors nichil aliud est, quam carceris finis, & laboris consummatio ad portum applicatio peregrinationis ad impletio, oneris grauissimi depositio, de equo furioso descensio, de domo ruinosa liberatio: omnium periculorum euasio, omnium malorum consumtio, & disruptio, de viti naturæ solutio, reditus impatriam, ingressus in gloriam. Ideo scriptum est, Ecclesiastici, cap. 7. melior est dies mortis, die Natiuitatis.* Hæc ille.

Nota. Ecc. 7.

Vnde, cum hæc ita se habeant; quomodo ille mortem timebit: *Qui cupit dissolui, & esse cum Christo?* Ad Philip. c. 1. & ille, *cui viuere Christus est, & mori lucrum?* Qui ad Rom. 7. dicebat in fœlix homo: *Quis me liberauit, de corpore mortis huius?* Et Psalm. 119. *heu michi, quia incolatus meus prolongatus est.* Habitaui cum habitantibus cedar, multum incola fuit anima mea? Et ille sanctissimus Prophæta Hælias: *Qui petibit animæ suæ, vt moreretur?* Et ait: *Sufficit michi Domine tolle animam meam.*

391. Phil. 1. Rom. 7. Psal. 119.

An hi mori miserum esse putabunt, qui in Domino moriuntur? Apocalip. c. 14. omnibus dicit Diuinus Spiritus, *vt requiescant à laboribus suis.* Multo magis, quam mortem peccata formidabunt afflictionem bonorum bastationem populorum, fidem Christi, in tanto terrarum or-

392. Apoc. 14.

Orbe obstitam; in quibus partibus, ante maxime fulgebat, & venerabatur. Ignominiam, atque timiditatem, & hominum ignabiam, ab officio recedentium. Quod nunc in nostra Hispania valde, & laudabiliter in memoria est quemadmodum, de Iona Propheta legimus qui cum prædixisset in minere ciuitatis Niniuitarum excidium, Deumque postea placatum cerneret mori maluit; quam fraudulentus ac mendax iudicari, cap. 4. *Et nunc*, inquit, *Domine tolle quæso animam meam à me: quia melior est, mihi mors, quam vita.* Similiter vitam non maximum bonum existimabant, & libertatem, & gloriam, homines bene instituti, & sanctæ educcati. Legite Tobar. libro celeberrimo, de vera, & falsa gloria, cui debetur discursus, & hæc de cap. 9. *Ioan. 4.* *Tobar.*

CAPVT DECIMVM.

NON VLCISCENDVM, DE HOSTIbus: dictante patientia.

DISCVRSVS VIGESIMVSSEPTIMVS.

PROSEQVITVR AVTHOR.

TEXTVS EST.

1. *Textus.* Et alius summus impatientiæ stimulus; vltionis libido: negotium curans, aut gloriæ, aut malitiæ. Sed, & gloria vbique vana; & malitia, numquam non Domino odiosa. Hoc quidem loco maxime, cum ab alterius malitia prouocata: superiorem se in exequenda vltione cõstituit, & remunerans nequam dupplicat, quod semel factum est. Vltio penes errorem, solatium videtur doloris: penes veritatem certam, redarguitur malignitatis. Quid enim refert inter prouocantem, & prouocatum, nisi quod ille Prior in maleficio deprehenditur, at ille posterior? Tamen vterque læsi hominis Domino reus est. Qui omnem nequam, & prohibet, & damnat. Nulla in malefitio Ordinis ratio est: *Nec locus secernit, quod similitudo coniungit.* Absolute itaque præcipitur malum, malo non repetendum. Par factum, par habet meritum. Quomodo id obseruauimus: *Si fastidientes in fastidio vltionis non erimus*? Quem autem honorem tribuimus Domino Deo, si nobis arbitriũ defensionis arrogauerimus? Hæc Author.

EXPLICATVR LITTERA AVTHORIS.

2. TErtullianus in hoc textu monet nos, ne demus locũ vindictæ: *quia libido vindictæ*, inimicus maior est, quod explicat. Pamel. Pamel. declarando verbum illud, *est & alius impatientiæ stimulus*. Ita quod patientia maxime contraria est, cũ libidine, & affectu vlciscendi, de hoc nil Renan. Sanctus autem Cyprian. multa docuit inferius referẽda. Cerda optime explicat hoc: dicens, quod impatientia habet duas lætales infirmitates, quas appellat pestẽ. Vna est vanagloria; altera est malitia. Multi propter suam famam, & honorem suo videri restituendũ vindicantur. Multi propterea, quod prauẽ inclinati, & malitia pleni: statim atque vel leuem viderunt iniuriam ad vltionem irati rapiuntur: *Quia vtraque pestis est, vana, & Domino semper odiosa*. Vnde libido vltionis se facit superiorem; & dominat super sensum hominis: rapit intellectum, & facit dupliciter malum.

3. Facit quidem hominẽ malum: quia facit malitiosum, deinde facit malum: quia facit vltorem, id est executorẽ, & quasi littorẽ, & ministrum iniquitiæ. Propterquod appellatur à Tertuliano, ipsa libido vlciscendi: *Remunerator nequam*: quia dupplicat, quod semel factum est.

Qui enim te læsit, malus fuit lædendo, sed semel fuit malus; at vero, tu qui vindicaris; es dupliciter malus. Primo, quia ex malitia hodio habes alterũ, secundo: quia ponis in executione, quod mente irata paraisti. De hoc agitur in Concil. Toler. 8. Toc. Tolet. cap. 2. vbi dicitur: *Illic dupplici culparum tello percutimur, hic tripliciter iugulamur*. De hoc puncto, etiam S. Cyprian. S. Cyprian. De bono patientiæ. cuius verba; quia ponderatione digna, dotibi.

Quoniam plurimos scio fratres dilectissimi, vel pondere iniuriarum ingentium, vel dolore de his quæ aduersum se grassantur, & sæuunt vindicari velociter supere: nec in illum extremi iudicij diem, malorum retributionem deferre. Nobiscum hortamur, interim amplectimini patientiæ bonum: vt in istis fluctuantis mundi turbinibus, & Iudæorum, siue Gentilium, & Hæreticorum quoque persecutionibus constituti patienter expectemus vltionis diem: nec ad vindictam doloris nostri quæ nula festinatione properemus, cum scriptum sit Sophon. 3. Sophon. c. 3. *Expectame dicit Dominus in diem resurrectionis meæ in testimonium: quoniam iudicium meum est, ad congregationes gentium, vt excipiam Reges, & effundam super eos iram meã, vbi expectare nos iubet Dominus, & futuræ victionis diem, forti patientia sustinere.* Qui, & in Appocalypsi, loquitur dicens, Appol. 22 cap. 22. *Ne Signaueris verba Prophetiæ huius: quia iam tempus in proximo est, vt & hi, qui persecuerant nocere, noceant, & qui in sordibus est, sordescat adhuc. Iustus autem adhuc iustior fiat. Similiter, & qui sanctus est, Sanctior, ecce venio cito, & merces mea mecum est. Redere vnicuique secundum opera sua.* Vnde etiam clamantes Martyres, & ad vindictam suam dolore erumpente properantes: expectare ad huc iubentur. *Et temporibus consummandis, implendisque martyribus præbere patientiam. Et cum apperuisset*, inquit textus, cap. 6. *Quintum sigillum*; *vidi sub Ara Dei animas, occisorum propter Verbum Dei, & Martyriam suum: & clamauerunt voce magna dicentes: quousque Domine, Sanctus, & verus, non iudicas, & vindicas, sanguinem nostrum, & de his qui in terris habitant? Et datæ sunt eis singula Stolæ, Aluæ, & dictum est eis, vt requiescerent hic adhuc tempore donec impleatur numerus conseruorum, & fratrum eorum, quique postea occidentur, exemplo ipsorum.* Huc vsque sanctus Cyprianus, vbi legenti conitaunt maximè pellendam procul esse debere vindictam.

Vltio pœnes errorem, solatium videtur erroris doloris dico pœnas veritatem certam redarguitur malignitatis. 4. Textus. De hoc Renanus, & Pamelius, nil. Cerda tamen aliquid dicit. Ait enim planum, apud Tertullianum. Quod in illo, qui erat. Solatium doloris est animo vindictam, de eo qui malum fecit, & hoc vocat lenamen afflictionis. Cum tamen apud sapientes ipsa vltio non sit solatium; sed potius culpa maligna, nam vt inquit idem Tertulian. *Inter duos homines quorum vterque alium offendit vnus lædendo, alius vlciscendo; quid refert an vnus sit primus, & alius secundus. Quod an vnus, prouocet ad malum, alius prouocetur? Vterque Domino reus est. Id est vterque offendit Deum, qui damnat, & castigat vlciscentem te. Et prohibet, ne quisquam malum faciat, qui omnem nequam, & prohibet, & damnat.*

Nulla in maleficio Ordinis ratio est. Quasi dicat. Quod, *qui male facit, fe-* 5. Prim. Textus.

Prior, aut sit posterior nichil refert: quia vtrumque est à Domino prohibitum. Nã absolute præcipitur: *Malum malo, non rependendum.* Ita est, circa quod Dominus docet: *Diligite inimicos vestros, & benefacite his, qui oderunt vos.*

Tamen apud Iuristas moderari solet supplitium prouocati. Ita Seneca. Tertulianus autem stat in sua sententia dicendo: *Nec locus secernit.* De quo aiebat Paulus. Roman. 12. *Nulli malum pro malo reddentes.* Nam, vt inquit Author: *Par factum, par habet meritum.*

Rom. 12.

6. *Quomodo id obseruabimus, si fastidientes in fastidio vltionis non erimus?* Quasi dicat; qui prouocat, male faciendo, & qui prouocatus irascitur, & vindictam summit præceptum non adimpleuit, & non faciendi malum, & non rependendi malum pro malo; est necessarium, quod qui prouocatus est, fastidiet de fastidio vltionis. Est quidem frasis, Hebræa, appellare fastidium vltionis affectum, quem debemus habere ne vlciscamur, quod est dicere. Absit à nobis vindicta, tanquam quid fastidio sum: *Nam si vindictam summimus: quid Deo summo damus?* Ipse dicit: *Mihi vindictam, & ego retribuam.* Quod ponderauit. S. Cyprianus, loco relato, nam aduocamus nobis, illud quod nostrum non est, tollimus honorem Dei: quia illi vsurpamus nos potestatem vindicandi: *Si nobis arbitrium defensionis arrogauerimus.*

Cyprian.

7. Seneca, lib. 2. de ira, cap. 32. dixit, qui dolorem regerit tantũ excussationis peccat. Tamen noster Author malitiam grabat in vlciscente. Circa quod Origenes obseruat: *Eum qui malum malo reddit; grauius peccare, quam ille, qui simpliciter alterum ladit.* Nam hoc interdum ex ignorantia proficiscitur. Illud tamen nõ nisi ex corrupta, & deprauata voluntate. Ecumenius autem dicit: *Si vituperandus, ac miserest, qui malum facit: quare non fugis malorum immittationem? Sed vt te vlciscaris, obnoxium constituis te metipsum, ac sotium impietatis.* Hæc ille, vbi apperte damnat vlciscentem se, quam primum prouocantem. Id est magis damnat primum, quam secundum: quia qui vlciscitur, & qui malum pro malo rependit, agit contra præceptum benefaciendi his qui oderunt vos, & contra præceptum non vlciscendi se. Immò ego addo, qui vlciscitur, non solum duplicat malitiam, & affectu multiplicat, sed etiam alterum ad nouam malitiam, & ad nouum malum inferendum prouocat.

Origenes.

Ecumen.

Iam video, apud infidiantes, & ignorantes vulgatos: *Solatium esse miseris, sotios habere pœnantes.* Ita legit Ambrosius, libro de obitu Theodosij, vbi complectitur, Gratianum iam sua vulnera non merentem: quia inuenit vltorem. Et Iosephus, libr. 13. cap. 18. ait loquendo de Rege Prothomeo: *Plenus gaudeo ex Alexandri interitu.* Erat quippe anxiæ inimicus, de cuius malo gaudebat. Hoc est pœnes errorem; non tamen pœnes veritatem; quæ ostendit esse potius speciem malignitatis.

8. S. Amb. Iosephus.

9. *Quid enim refert inter prouocantem, & prouocatum, nisi quod ille Prior, in malefitio deprehenditur, & ille posterior? Tamen vterque læsi hominis reus est. Qui omnem nequam, & probibet, & damnat, quem autem honorem litamus Deo. Si nobis arbitrium defensionis arrogauerimus?* Iam satis explicatum est. Solum notabo verbum illud: *Omnem nequam.* Apud Tertulianum frequenter accipi intelligo: *De vlciscente*: Quia Domino inuisus est. Legit tamen Cerda, cum alijs: *Omne nequam.* Ego huic adhæreo, quod sit quasi adverbium indeterminate: *Omne*: quia Domino displicet, non solum omnis, qui vlciscitur. Sed etiam omne genus vltionis: quia nequam, & improbum est absolute quidem præcipitus, malum malo non repenhendum, nam vt inquit Sanct. Ambros. hæc est corona Christianæ disciplinæ, sermon. 10. *Hæc enim nostræ Christianitatis summa est, vt amantibus vicissitudinem, lædentibus patientiam rependamus.*

9. Textus.

Ambros.

Si fastidientes in fastidio vltionis non erimus. Nichil inuenio, de hoc apud Renanum, & Pamelium. Cerda tamen ait. Quod legunt aliqui: *Si fastiditi, in fastidio vltionis non erimus*: Placet. Explico tamen quomodo id obseruabimus, si fastidientes præceptum de non vlciscendo, non erimus? Ita etiam Cerda, sensus tamẽ est difficilis in litera: facilis in sensu; ego aliter dicam: *Par factũ, par habet meritũ.* Ergo si ille, qui male facit cõtrarius præcepto est, etiã qui malũ malo rependit, vterque debet fastidiri de vltione. Et si fastidium non habet, & tædium de vltione ipsa, præceptum non implet, debemus ergo, habere fastidium de vltione, & vindicta. Sed quare vocat fastidium vltionis, de quo debemus esse fastidientes? Respondeo, sic esse intelligendum. Quod debemus esse fastidientes in fasti-

10. Textus.

dio, taliter quod quicumque sit nimius, aut solicitus in fastidiendo de vltione. Hoc est fastidiri, in ipso fastidio, quod indicat, quam alienum esse debet à viro Catholico nomen vltionis, quod in eo repellendo, modo quasi nimio, & solicito, nos debemus haberi: *Que nos enfade el mismo pensamiento de vengança.*

11. *Quem autem honorem littauimus Domino Deo, si nobis arbitrium defensionis arrogauerimus?* Quod sic explico. Deum amat, qui se patientiæ tradit, non qui vlciscitur. Hoc est: *Deo honorem littare.* Id est, *tribuere.* Nam qui eius amore abstinet à vindicta sacrificium gratissimum Deo facit. Vnde si nobis arbitrium defensionis arrogauerimus, quomodo implemus illud: *Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus?* Vnde dentis Patrum, lib. 7. dicitur, cap. 7. num. 1. Quod quidam ex fratribus ab alio passus iniuriã venit ad Abbatem. Si foim, ex contumeliæ genus exponens, addebat, cupio me vindicari, senex rogabat eum, vt relinqueret Deo vindictam; at ille iterum, nõ desistam, inquit, nisi fortiter me vindicauero. Cui Abbas, ait, quia semel hoc in animo posuisti, saltem oremus. Exurgensque senex, cæpit orare dicens: *Deus iam non est nobis necessarius, vt pro nobis sollicitus sit: quia nos ipsi, sicut ipse frater dicit, & volumus, & possumus vindicari.* Hoc verbum oppressit compunctione monachum, vt resipisceret. Vnde apperte vides, quod si tibi vindictã arrogas honorem Deo detrahis, & te ipsum facis Authorem honoris, quasi Deus non esset, & quasi tu Deus esses, & certe ita est, nam si honor noster collatus est adeo, qui dedit esse, etiam illi pertinet nostra in honore conseruatio, & si frater tullit honorem ipse restituet, & nos apud Deum amici, & filij erimus obedientes mandatis eius si vindictam nobis ipsis non arrogauerimus sed soli Deo, cui est honor, & gloria. Hęc de littera Authoris sufficiat.

Eliguntur sententiæ speciales, de textu Tertuliani.

12. *Plures inuenio sententias, notatu dignas in hoc textu, in quibus vna est mens Authoris. Nempè fugiendum esse odium inimicorum pellendaque vindicta. Hoc dicit prima illa. Secunda, qua dicit.*

Prima Sententia est, & alius impatientiæ stimulus; vltionis libido, & remunerans nequam duplicat, quod semel est factum.

Vbi duo mala sunt, vnum primi ladentis, alterum secundi vindicantis, & vterque læsi hominis reus est.

Secunda Sententia stat, illis verbis: Absolute, itaque præcipitur malum, malo, non rependendum: nam, & par factum, par habet meritum, quomodo id obseruauimus si fastidientes in fastidio vltionis nõ erimus? Quem autem honorem littauimus Domino Deo, si nobis arbitrium defensionis arrogauerimus?

In hac sententia, quæ ad idem tendit, declarat quanta diligentia Sit detestanda, & fugienda vindicta specialiter, cũ dicit: Fastidientes in fastidio vltionis. *Rursus, si nobis damus potestatem vindicandi, honorem Dei vsurpamus, nam quẽ honorem littauimus Domino Deo. Si nobis arrogamus arbitrium defensionis? Cũ dicat Dñs, michi vindictam, & ego retribuã?*

§. I.

Statuitur dilectio inimicorum à Christo Domino, & damnatur odium illorum. Ex D. Chrysostomo. Discursus est.

13. Chrysost.

DOtibi libentissime Chrysostomum: quia de dilectione inimicorum mirifice loquitur, vt hoc fundamento iacto in hoc discursu properes ad alia facile, quæ de hoc puncto traduntur. Ipse quidem sanctissimus Pater, hom. 13. super cap. 5. Matth. pro foria 6. in cap. ieiunij, ad illa verba: *Audistis, quia dictum est antiquis, diliges proximum tuum; & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros*, subdit ad hæc sanctus Doctor, dicens. *Ecce sextum mandatum legem ad implens nimirum apud homines, odibiles, & inuicem odientes, qui inimicum odire debere improba voce pronuntiare, non erubescunt, quod si iustum fuisset inimicos odire, Deus te inimicum ex gentibus, numquam in suam suscepisset dilectionem. Ille prate; & filium tuum, per omnia humanæ Passionis opprobria traduxit, vel opprobrijs tradidit vsque ad mortem; ille te inimicum suum adoptauit; cohæredem vnigenito suo fecit; & tu, vel nudam dilectionem inimico tuo vedere non vis? Quid tamen mirum, si graue illis videatur, inimicos amare; qui nec amicis suis, sinceram conscientiam seruant? Nam cum sit mundus iste scandalis plenus; si amicos voluerint diligere tantum non poterunt inuenire quos diligant. Hodie enim, iste illud offendit in re tali. Eras iste, ab illo offenditur, in altera re, & ita fit, vt si decreuerit homo inimicos suos odire necesse est, vt odiat omnes, & odiatur ab omnibus. Vides, quia sicut ex ira, homicidium nascitur, & ex concupiscentia adulterium: sic ex odio inimicorum præciditur, etiam dilectio amicorum. Si autem ad tempus sustines eum quasi inimicum, postmodum victum beneuolentia tua, amabis eum, quasi amicum. Puto quod non tantum, pro inimicis nostris Christus, illa mandauit quantum pro nobis: non quia illi digni sunt, vt diligantur ab aliquo: sed quia nos, non sumus digni, vt aliquem odiamus. Odium enim Spiritus est tenebrarum. Et vbicumque insederit, sordidat pulchritudinem sanctitatis. Ergo non tantum ideo iubet dilligere inimicos, vt illos diligamus quantum, vt à nobis ipsis, quod malum est repellamus; &*

14. Nota.

ideo non dicam si læseris inimicum: sed si oderis eum tantum: amplius tibi nocuisti secundum animam, quam illi, secundum corpus, & illi forsitan nichil noces, odiens eum, te autem ipsum sine dubio lædis. Si ergo peperceris inimico tibi amplius pepercisti, quam illi: & si bene feceris ei tibi amplius, præstitisti quam illi. Iterum commemoro, quod superius dixi, 15. *quoniam ignorantibus mysterium naturæ humanæ impossibile videtur, diligere inimicum; & vere impossibile est, quantum ad carnis naturam: quia Passionibus suuiacet, quantum autem ad animam possibile est: quia proprij iudicij est: Ideò, & regere, & retinere potest carnem à Passionibus. Numquam enim anima passibilem regeret carnem; si ipsa Passionibus esset subiecta. Puto autem sicut illud quod dictum est. Ego autem dico,* 16. *non concupisces, non loquitur Deus ad carnis naturam quæ non potest fieri, vt non concupiscat, quod suum est: sed ad animam, quæ non concupiscere potest, nam quando quis corporalibus quidem motibus excitatur; voluntas autem illius non inclinatur, vt faciat opus quod facere instigatur; sed stabili proposito continentiam, & ratione iustitiæ irrationabiles motus corporis frangit: & si corpore concupiscit, anima eius non concupiuit: si autem consenserit explere quod cogitat, tunc vere dicitur animo concupiscere. Sic & in hoc loco Caro quidem inimicum suum diligere non potest, quemadmodum, nec est possibile, vt iniuriam non sentiat sibi illatam. Anima autem inimicum diligere potest: quia dilectio, vel odium carnis in sensu est: animæ autem in intellectu. Propterea anima libera est, & sub Principatu Dei est: caro autem captiua est, & sub Principatu Diaboli est. Sicut, & mundus, qui in maligno positus est, quoniam, & ipsa caro de mundo est, quando ergo nocemur ab aliquo, & si odimus eum, tamen exequimur odium nostrum considerantes Dei iustitiam.* Sed confringentes motus doloris nostri, & benedicimus ei, & benefacimus.

Et post pauca ait: *Deinde quis te Innocentem iniuriatur, si incipias considerare quomodo à diabolo possidetur, & agitur, quomodo voluntatem suam implet, per ministerium eius: non solum non irascaris ei, sed adhuc misereberis eius: miseratio autem excitat affectum, vis ergo diligere inimicum tuum? Si iniuriam pateris; nolli iniuriam præsentem aspicere;* 17. Nota.

sed considera gloriam: quam pro mercede iniuditio consequeturus es, si equanimiter supportare volueris, si damnum passus fueris; nolli hoc damnum aspicere, sed illud patientiæ lucrum. Illis enim totum videtur difficile, qui retributionem non sperant futuri iudicij.

18. Et post pauca: *Benefacite his qui oderunt vos*, ait: *Iubet nos benefacere inimicis, vt eorum odia, nostris beneficijs compescantur. Si enim dando, & accipiendo, amicitia nascitur, quæ nō erat prius: consequenter, & odium, & omnis inimicitia beneficiorum assiduitate compescitur. Ergo benefacite odientibus, vt ex vestra benevolentia ipsi se iudicent: quia iniuste vos odiunt.* Hucusque Chrysost. cuius verba plena sunt sapientia, & ponderatione dignissima.

19. Quis enim magis offensus quā Deus, qui parcendo maxime, & miserando potentiam suam manifestat, potius quam vindicando. Satisfacturus Christus Dominus, Deo Patri pro genere humano, de ciuitate Ierosolimitana, ad montem secessit. Sed disquiro; quare extra ciuitatem, quare ad montem properat? R. illud fortitam esse; quia in ciuitatibus, iudices sunt Senatori, ibi Tribunali, ibi accusatores, extra vero, non item notemus modo, verba Osee, cap. 11. vbi ita: *Non faciam furorem iræ meæ, non conuertar, vt disperdam Ephraim, quoniam Deus ego, & non homo, in medio tui, Sanctus, & non ingrediatur ciuitatem.* Quasi dicat, extra castra ponam solium meum, si enim intra castra sunt potentes viri, & ad vellandum fortissimi milites ad atrocissima facinora perpetranda, & melius ad vindictam summendam de inimicis, extra castra Dominus procedit; vt quasi nudus, & inermis, extra totius generis vindictæ, & rigoris, inueniatur. O Diuinæ pietatis consilium, o magni Dei formossa charitas! Extra ciuitatem, ad montem properat vbi Tribunal est Crucifixi, vt thalamus ille prætiosissimus nuptialis est eleuandus.

Osee 11.

20. *Hier.* Huc spectat, quod D. Hieronym. ait ad verba relata: *Non sum vnus de his, qui in vrbibus habitant, qui humanis legibus viuunt, quibus ius, summa malitia est mea autem lex, mea iustitia est saluare correctos.* Hæc ille, vbi notādum, tunc iustitia exerceri, cum aliorum offensa remittitur.

21. *Incognito.* Doctor Incognitus Psal. 84. explicans illa verba: *Misericordia, & veritas, obuiauerunt sibi iustitia, & pax osculatæ sunt.* Notat, quod cum iustitia, quæ rigida est, habitat pax hic Psalmista ostēdit se exauditum, de Christi Incarnatione, & circa hoc ostendit Scripturarum veritatem. Secundo Christi Nationitatem, ibi *veritas*, tertio necessitatis vtilitatem, ibi *iustitia, & pax*. Igitur vetus testamentum, quod erat rigoris, assignans malefactoribus, pœnam Talionis: *Oculum pro oculo, dentem prodente*, vt habetur. Exod. 21. dicebatur lex iustitiæ, siue veritatis: quia, & veritas pro iustitia accipitur, lex autem Euangelica, quæ est tota dulcis, & misericordiæ: quia peccatori aliud non imponit; nisi, *vade, & amplius nolli peccare.* Vocatur misericordia. Ista duo testamenta, in Christi Incarnatione, concordata fuerunt: quia quod lex antiqua promisit; lex noua exhibuit, quod illa futurum prædixit, hæc factum ostendit, & hoc notans Psalmista, ait misericordia, & veritas, obuiauerunt sibi, id est, lex noua, & antiqua. Quasi dicat, vt explicat Gilabertus, Christus est prope timentis eum, & misericordia, quæ est in nouo testamento, manifestata est gentibus, quæ erant longe; *& veritas*. Id est impletio, promissorum veteris testamenti, quæ impleta in Iudæis qui prope erant: *Obuiauerunt sibi*. Id est conuenerunt in Christo: *Iustitia, & pax, osculatæ sunt*. Id est conuenerunt in hominibus. Amant enim se hæc duo; vt qui facit iustitiam, inueniat pacem, & non aliter osculantur quidem iustitia, & pax. Vnde cum ille, qui osculum in ore alterius obrulit, Spiritum dantis transfert; vt informet amatum. Animatur iustitia Spiritu lætitiæ, & pacis, quid ergo miror, dum contemplor Christum, de ciuitate ad montem à volantem, vt Spiritum dilectionis, Spiritumque pietatis, & pacis, exhalaret in illos, quos Spiritum timoris potius assumentes vindictam, si emitteret, iudicis seueritas emississet, & effecisset.

Exod. 21.

22. *Andræas Cretensis.* Vnde Andræas Cretensis, serm. de Annuntiatione, ait: *Iustitiam Dei cōmendat. Iuxta quam, qui natura sua benignus est; iustissime decreuit, vt filius eius proprius, in nostra simili comparens forma aduersarium nostrum condemnaret.* Hæc ille, quasi dicat, miserendo respectu nostri, sibi iustitiam assumpsit, id est iustitiæ seueritatem expertus est, nos vero pro vindicta, pietatem expertissimus.

Vn-

Psal. 117. Vnde Psalm. 117. dicitur: *Circumdederunt me sicut apes, & exarserunt, sicut ignis in spinis, & in nomine Domini; quia vltus sum in eos.* O Domine, quam Ægypti vltionem, tantorum hostium? Qualem de interfectoribus tuis sumpsisti vindictam? Sane, qualis decebat omnium Domino, illos à peccatis in gratiam suam transferendo. Ita Augustinus ibi: *Vltus sum in eos.* Quia, & ipsa malitia, quæ in eis iustos persequebatur extincta Christiano populo sotiati sunt. O novũ, vindictæ genus! Tunc sceleta Dominus, se putat vindicare, non quidem quando perdit sceleratos, sed quando correctos saluat, hic enim ponitur vtilitas persecutionis, vbi notandum, quod circundatio Passionis, quam Iudæi fecerunt Christo directe fuit sicut, apes, & sicut ignis in spinis. Apes enim producunt mel in fauis, sed alijs, vt manducent, non sibi, quia Christum nobis, qui sumus gentes fecerunt dulcissimum, & misericordem, non autem sibi, quinimo ipsum sibi fecerunt vltorem, Mediantibus Romanis. Tito, & Vespasiano, & hoc est, quod dicit Christus circumdederunt sicut apes.

Aug. Nota.

23. S. Augustinus, ait: *Nam ipsum Dominum Iesum, caput Ecclesiæ recte accipimus circumdatum à persecutoribus: sicut circundãt Apes fauũ. Quid enim ab ignorãtibus gestũ sit.* Mystica subtilitate, Spiritus Sanctus loquitur. Mel quippe Apes opperantur in fauis, nescientes autẽ persecutores Domini fecerunt eum nobis ipsa Passione dultiorem, vt gustemus, & videamus, quam suauis est Dominus, & quam dulcis: qui mortuus est propter delicta nostra, & resurrexit, propter iustificationem nostram. Hãc existimo vocasse vltionẽ, quando quis magis vlciscitur de suo contrario: quamdum alius igne miracundiæ sperauat, quod ignem charitatis pulcherrimæ sentiat?

24. Chrysost. D. Chrysost. *Pro iustitia.* Abundantiam pacis, seu iustitiam, ipsa pace indutam sub speculo Diuinæ pietatis legat; *Orta est.* Ergo in diebus eius, *iustitia.*

Psal. 71. Psalm. 71. *Qualis est ista iustitia nisi, vt Dominus carne indutus, & hominem oculis humanis demonstraret, & Diuinitatem occultaret? Quanta iustitia? vt traderet se pronobis, & pro Ecclesia, vbique diffusa?* Quanta iustitia? Nisi, vt omnia tolleraret iniusta ex improbitate Iudæorum, & suam iustitiam demonstraret, & ferocitati eorum. Ecce orta est in diebus eius iustitia, quæ iustitia, pietati coniuncta est tollerantia consutinata; nulli malum, pro malo redere. Cum omnibus hominibus pacem habere; pro inimicis orare. Vnde totus iste discursus bene quadrat cum sententia Tertuliani dicentis: *Est, & alius impatientiæ stimulus, vltionis libido.* Sed quæ libido vltionis vocari ita potest, cum omnis vindicta, sit plena periculorum, omnis vltio intolerabilis est venenum ipsi vleiscenti, & damnatio ipsius cuius est vindicta. Pax vero remissio iniuriæ? Quam venigna est, quam suauis, quam dulcis, quam amabilis: Vnde si offensus vindicaris vterque Domino reus manet, & qui offendit, & qui offenditur, nam ab vtroque Dominus omnium offenditur. Econtrario vero, si qui offendit dolet, & veniam petit, & qui offenditur iniuriam remittit, & Deo reditur amicissimus, & ab omnibus amabilis recipitur, & honoratur.

Tert.

§. II.

Lex dilectionis inimicorum; vnitate, & concordia veneratur amplectitur æstimatur.

DEus omnipotens, & clemens. Cuius natura bonitas, cuius opus misericordia est, vnionem diligit, repellit diuisionem. Vnde Genes. cap 1. notat S. Hieronimus contra Iobinianum. Quod secundum Hebraicam veritatem, non dicitur in secundo die: *Vidit Deus quod esset bonum, cum in alijs diebus ponatur, nobis intelligentiam relinquens, non esse bonũ numerum: quia ab vnione diuidit.* Recta ratio: addiderim si licear aliam: quia vbi vnus ab alio secernitur, aut par intelligitur, aut impar, si par conuenientiam dicunt, negant diuisionem, si impar, quod minus est, aut mobeuitur inuidia in aliũ, aut maioris insidiabit opes, non ergo dicitur, vidit quod esset bonum mysterium puto ibi latere, quod percipis. 25. Gen. 1. S. Hier. Hier. Author.

Vnde & in arca Noe: *Omnia animalia quæcumque vina ingrediuntur, in munda sunt, impar autem numerus, mundus est. Vnde, bina ingrediuntur in munda: & septena, quæ munda sunt, vt haberet Noe post diluuium, quod de impari numero statim Deo posset offerre; quam quã, & aliud sacrificium in duplici numero ostendatur; quod nec in bestijs quidem, & in immundis auibus digamia, id est diuisio comprobata sit. Bina enim ingrediuntur, immũda, & septena, quæ mũda sunt.* Hucusque Hier. vbi apperte vides, quam 26. Hier.

dulciter cadat dominica benedictio, super vnitatem: *Congregentur aquæ in locum vnum*; dicitur, Genes. cap. 1. de quo D. Ambros. *Congregata est aqua, ex omni lacu, & ex omni fouea, vt nemo fodiat foueam fratri suo: sed omnes se inuidem diligant; omnes se inuicem fobeant; & quasi vnum corpus diuersa se membra sustentent, vbi non ranarum cantus, vt in paludibus: sed concentus Ecclesiæ, & consona circa Dei laudes populi vox, & pia vota delectent.* Hæc ille. Genes. 1. Ambros.

27. Quæ igitur esse poterit musica, Angelico concentu composita, quæ vnitatem, & concordiam non sapiat? Qua propter nos inuicem debemus diligere: *Masculũ enim, & fœminam, creauit eos.* Vbi Gregorius ait: *Nondum fœmina facta erat, sed quia de Adami latere erat fœmina prò cessura, in illo iam computatur per substantiam, à quo erat prodenda per formã.* Gregor.

Iunilius addit: *Vt per hæc humanum genus arctiori ad inuicem copulla charitatis per Deum præstringeret, quod se ex vno totius parente ortum esse meminisset.* Iunilius l. 1. tom. 6. lib. iam in expurgatorio correctum.

28. Sed S. Augustin. solita sutilitate de hoc puncto agit, lib. 12. de ciuitate Dei, & dicit: *Vnum ac singulum creauit, vt eo modo, commendaretur ipsius societatis vnitas: vinculumque concordiæ; si non tantum inter se naturæ similitudine, verum etiam cognationis affectu homines necterentur. Nec ipsam quidem fœminam viro copulandam sicut ipsum creare illi placuit, sed ex ipso, vt omne ex vno homine diffunderetur genus humanum.* Augustin.

29. Vnde cap. 2. Genesis dicitur: *Ex omni ligno Paradysi comede de ligno autem scientiæ boni, & mali, ne comedas in quocumque die comederis morte morieris.* Vbi Septuaginta vertunt: *Ex omni ligno, quod in Paradyso est, escam comedes de ligno autem cognoscendi bonum, & malum, non comedatis.* Vbi Chrysost. ait: *Non dum producta muliere, vtrique loquitur: manifestãs, quod vnum sunt vir, & mulier.* Vbi notabo illud verbum: *Ad hue nulla existẽte muliere.* Nomine multorum impossuisse præceptum. Sentiens numquam rationabiliter diuidendos, nã concordia, & vnitas eximium est charitatis signum. Septuag. Chrysost.

30. Non tacebo, ad rem diuum Ambrosium, sic loquentem: *Ideò Dominus vnitatem semper intendens, secundum vnitatem præcepit vnitatem opperatur, qui fecit vtraque vnum, nec solum, vtraque, sed omnes vnum fecit. Omnes enim vnum corpus, & vnum spiritum esse nos iussit. Denique, qui ait ego, & Pater vnum sumus; & nos vnum esse præcepit; & suæ naturæ vnitatis similitudinẽ in nos gratia adoptione transfudit. Dicens Pater, sicut ego, & tu, vnum sumus: ita, & isti in nobis, vnum sint. Ergo vbi bonum præcepit, tanquam ad vnum præcepit, dicens, ex omni ligno Paradysi comede, vnitas enim præuaricari non potest, vbi vero de ligno scientiæ boni, & mali, dicit, non esse gustandum, ad plures dicit, non comedatis, quod enim prohibitorium mali est tanquam pluribus Imperatur.* Hæc ille, o fratres, quam periculosa est diuisio, nam peccatum regnat, vbi diuisio est: gratia vero vnitatem coronat. Ambros.

31. Audiamus elegantius loquentem Ambrosium, Paulo inferius ait enim: *De omni ligno gustandum Adæsoli, Dominus præcipit, quem seruaturus sciebat. de ligno autem scientiæ boni, & mali, non esse gustandum, pluraliter dicit, sciebat enim præuaricaturam mulierem: & ideò per pluralitatem ostendit, non esse seruaturos: quia plurium discreta sententia est.* Hæc ille. Amb.

Et idem Ambrosius ad verba, Genes. 2. *Ædificauit Dominus costam, quam tulerat de Adam, in mulierem ait.* Illud non otiosum: *Quod non de eadem terra, de qua plasmatus est Adam; sed ipsius Adæ costa facta sit mulier, vt sciremus, vnã in viro, & muliere corporis esse naturam: vnũ fontẽ generis humani, ab vno principio omnes.* Vnde S. Tho. 1. p. q. 92. art. 2. ait, in hoc quædam dignitas primi hominis seruatur: vt sicut Deus principium est totius vniuersi, ita & ipse principium est totius suæ speciei. Et vt vidit Augustin. de ciuitate, cap. 26. *Nichil commodius contra vitium discordiæ, vel cabendum: cum nondum existeret, vel sanandum, cum extitisset, natura loqueretur humana, quam recordationem illius parentis, quem propterea Deus creare voluit vnũ, de quo multitudo propagaretur, vt hæc admiratione, iam in multis concors vnitas seruaretur.* Hæc ille. Amb. S. Thom. Aug.

32. Vnde si recte perpendamus seculi huius conditionem, inuenemus, quod boni iunguntur, mali verò, & reprobi, separatur, nam cùm Genes. 7. & 8. iussisset Dominus, quod *deuolatilibus in arcam introissent, septena, & septeno.* Eucherius, ait: *Quod septena sint munda, & vina, immunda: non quia pauciores sunt mali in arca Ecclesiæ, quam boni; sed quia boni ser-* Genes. 7. & 8. Eucherius.

seruant vnitatem Spiritus, in vinculo pacis. Sanctum enim Spiritum Diuina Scriptura in septiformi operatione commendat. Mali autem, in vinario numero, ad sescuplata facile, & quodam modo diuisibiles ostenduntur. Et sanctus Ambros. super cap. 8. Genes. dicit: *Spiritus Diuinus, quod recordatus est Dominus Noe, cunctarumque animantium, sed quare (ait Ambros.) non recordatur vxoris, & filiorum? R. quia in præsule domus, reliquas personas comprehendit maxime cùm consensus idem est omnium, etenim cum omnes inuicem sibi chari sunt vna est domus: cum autem discrepant separantur, & scinduntur in plures domos; vbi ergo charitas, ibi senioris nomen de quo pendent cæteri domus omnis significatur, vt siquis arborem dicat, etiam fructus, qui in ea sunt.* Hæc ille, vbi clarius nichil, ad vnitatem appetendam.

Amb. Nota.

Hinc intelligetis, quanta cura, & solicitudine deberet fugari discordiæ, nam vt etiam notauit Ambros. ad illa verba, ex Genes. cap. 13. *Ne quæso sit iurgium, inter me, & te, & inter pastores: fratres enim sumus.* Dicit: *Aduertit prudenter seruulorum dissensionibus, dominorum concordiam solui solere; & amputauit fibram discordiæ, ne contagium serperet. Tolerabilius enim putauit, vt copulâ sequestraretur; quam gratia dirimeretur. Quod te facere oportet, si forte huiusmodi aliquid incideret. vt seminarium dissensionis auferas. Nec enim tu fortior, quam Abraham. Ille declinanda censuit, & non despitienda seruulorum iurgia: & si tu, fortior caue, ne alter infirmior, qui aurem præbeat seruulorum susurris frequenter in diuissa seruitia inter parentes discordias ferunt diuide potius, vt maneat amicitia: in diuissa domus duos non sustinet. Nonne melius est emigrare cognatia, quam choabitare cum discordia?* Hæc ille.

33. Amb. Gen. 13.

Vbi pondero inter alia, illud Verbum: *In diuissa domus duos non sustinet.* Quod Verbum cum cæteris, quæ adducuntur in toto hoc discursu, maxime accommodantur, quibuscumque congregationibus Religiosorum, & Monasteriorum, vbi diuisio, in eligendo Prælato semper pernitiosa est, & Conuentui fratrum discordia semper pestiferum venenum est: amemus ergo dilectissimi vnitatem, & pacem, vt tanti Principis pacis Iesu, sequamur vestigia, & veri milites Christi nominemur, & simus pacem amantes, & omnes inimicitiam procul pellentes.

§. III.

Vltionem esse fugiendam, & amicitiam amplectendam, ad subiugandam imperia, ad perpetuandam rempublicam.

QVis non viderit Iosuæ, cap. 18. quod post quam: *Omnes filij Israel congregati sunt in Silo.* Ibique fixerunt tabernaculum testimonij; tunc omnis terra illis fuit subiecta? Ibi enim vbi vnitas, ibi victoria, posteà vero debellatos Chananeos, optima pace constituta; nil antiquius habuit Iosuæ: quam vt regiones, & agros, sorte diuideret inter victores Hebræos: cæterum cum inchoasset diuisionem filij Ioseph videntes magnam terræ partem, filijs Iudæ attributam, vbique minora fuisse ad iudicata spatia; vehementer, & acceruè, quæsti sunt sua sorte minimè contenti: quamuis autem nichil manifeste dixerint, de portione amplissima tribui Iudæ data: impulsu tamen haud obscurè ad querelas videntur, quod Iudam felici sorte, locupletatum aspiceret. Vt enim Poeta ait.

34. Iosuæ 18.

Poeta.

Inuidus alterius marcescit rebus opimis.
Vicinumque pecus grandius vber habet.

Clarius Chrysost. super illud Geneseos, cap. 14. *sed, & Loth & substantiam eius, super taleruntait sic: Loth re ipsa, quod multo satius ei fuisset vti consuetudine iusti; quam separatum, in libertate viuere, ecce enim, vt diuissus est à iusto, cum putabat se in maiori esse vbertate rerum, & copia: repente factus est seruus; carens omnibus: vt discas quantum malum sit diuisio, & quantum bonum concordia.*

35. Gen. 14.

Si dicas, quod etiam Abraham, separatus est ab illo; immò quod Abraham, cõsilium separationis dedit. R. Ambrosius, quod ex parte Abraham probatur diuisionis affectus; quando sic amabat nepotem, vt pro eo nec belli declinauerit periculum. Vnde factum est, vt Genes. 15. dicatur quod: *Aues Dominus non diuisit.* Quod explicans August. & Isidorus aiunt. Ideò Aues, non diuisit, & animalia diuisit: quoniam carnales, & in populo veteri, & nunc inter se diuiduntur. Spirituales autem nullo modo: sciſma enim non cogitant. Sed pax est semper in illis, siue columbæ sint, id est, inter homines degant, siue turtures: id est à negotijs, & conuersationibus hominum fugiant; semper seruant vnitatem Spiritus, in vinculo pacis. S. August. sermon. de quinquagesima illa (inquit) tria animalia

36. Amb. Gen. 15. Aug. Isidor.

Aug.

lia

lia diuisisse in duas partes Abraham, non autem Aues: quia in Ecclesia Catholica, carnales diuiduntur Spirituales omnino, non diuiduntur; & non solum diuiduntur carnales, sed contra se ipsos insurgũt. Omnes enim luxuriosi, & amatores mundi, contra se ipsos diuisiones, & scandala habere non desinunt, & sibi inuicem aduersantur. Aues autem, id est spirituales; non diuiduntur: quia est in illis, cor vnũ, & anima vna in Deum. Est in illis vnum velle, ac nolle: & quando carnales, & diuisi grauibus, vitiorum compedibus premuntur in mundo: spirituales diuersarũ virtutum pœnis eleuantur in altum, & duabus velut Alis, duobus scilicet præceptis, diligendi Deum, & proximum eriguntur in cœlum; & dicere possunt cum Paulo: *nostra conuersatio in cœlis est.* Et quoties Sacerdos dixerit: *Sursum Corda.* Securi, & fideliter dicunt: *Se habere ad Dominum* Quod valde pauci, & rari, in Ecclesia dicere possunt cum veritate spirituales ergo non diuiduntur: quia à Dei, vel proximi amore separari non possunt, sed cum Apostolo clamant: *Quis nos separauit à charitate Christi?* Carnales vero interdum etiam fabulis otiosis separantur. Illos non separat, nec crudelis gladius. Istos vero separat carnalis affectus. Spirituales nec dura frangunt. Carnales vero etiam blanda corrumpunt.

Omnis ergo diuisio, valde timenda est, qua propter duxille fortissimus de populo Dei congregari fecit omnes filios Israel in Sylo; vt ipsi quam sincere omnia ex Diuino præcepto fiunt intelligerent. Nam cum reliquissent septem tribus, inter quas diuisio facienda erat; timere potuit, ne si distributio fieret præsertim inter absentes, similes orirentur, ex Abaritiæ, & inuidiæ seminario quærelæ: propter hoc fecit congregari in illo dicto loco.

37. *Necessarium est ad pacẽ multos cõgregare doctos, & pios viros.* *Lucas in actis.*

Hinc colligitur, quam vtile sit Reipublicæ, & priuatè conuocare in vnum locum viros, litteris, & virtute præstantes, & de his quæ hominum mores ad honestatem confirmant, & ad publicam pertinent æquitatem, & pacem, serio deliberare: tanquam spirituales, quod in Ecclesia fieri solitum, & in Religionibus, quibus Diuini afflatus aura afsistit, iam inde ab Apostolorum temporibus sanctus Lucas, in actis Apostolorum tradit. Apostolici namque viri, illa Christi verba. *Matth. 18.* Matth. 18. altamente versantes: *Vbi fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo ibi sum in medio eorum.*

Cum status Ecclesiæ externo, aut domestico præmebantur disidio; comitia sacra indicebant. Vnde Actorum 15. cõmemorata turbatione: quæ in Ecclesia orta est proter quosdam nuper ad fidem ex Pharisæis conuersos, dicentes oportere circuncidi nobos Christianos, & ad Mosaicæ legis obseruationem compelli. Subiungitur: *Cum magna conquisitio fieret surgens Petrus dixit ad eos.* Præfuit Petrus huic Concilio (& fuit primum) in quo definitum est, fideles absti nere debere à contaminationibus simulachrorũ, & sanguine, & suffocatis. **38.** *Actor. 15.*

Secundum deinde Concilium, refert idem S. Lucas. Actorum 21. in quo declaratum est, vt ait Beda, licitum esse conuersis Indæis cum fide, & Sacramentis noui Testamenti, etiam Circuncisione, & alijs Mosayeæ legis cæremonijs vti, non quasi lex gratiæ, non sufficeret ad salutem; sed vt mater Synagoga, Paulatim cum honore seppeliretur: quoniam à Deo fuerat fundata. **39.** *S. Lucas. Actor. 21. Beda.*

Hoc exemplo admonitus, Constantinus Magn. Videns perturbatam Eccles. Authoritate. S. Sylueſtri. Synodum Generalem celebrare fecit; conuocatis indecumque per litteras Episcopis. Nicæam in Vitiniæ ciuitatem, coactique sunt 318. Episcopi, à quibus ante omnia fidei mysteria in quibus disidebant, plerique à Chatolicis Arrio pestilentissimæ hæresis ante signano, stabilita sunt; multaque alia decreta, quæ morum pronitatem in Ecclesiam inducerent, & conseruarent. Vt Author est Eusebius, in vita Constantini, lib. 3. cap. 7. 8. & 9. ad fuit huic Concilio, idem Constantinus, vt pax esset in rebus, eoque præsente integre Chatolica fides exposita est. Et primatus Romanæ Ecclesiæ declaratus, cuius legati absente Sylueſtro. Osius Episcopus Cordubensis, Vincentius, & Victor Præsbyteri, Synodo præfuerunt. Damnati ibi corruptissimi homines, & sectarum improuisimi duces. Arrius, Photinus, & Sabellius. **40.** *Eusebius.*

Vt tamen omnes sciant, quid facere Principes debeant, cum Episcopi, & Sacri Antistetes; ad huiusmodi commitia concurrunt, verba quæ libr. 2. Vaticani Codicis, Græcæ scripti trãslata, ex tom. 1. Conciliorum subijciam. Hæc sunt. *Cum Rex festum victoriæ aduersus Licinium absoluisset, venit, & ipse Niceam, sequẽti postea die, omnes simul Episcopi, in vnũ locum conuenerunt. Aderat autem, & Rex post ipsos; & postquam accessit, in medio constitit, nec prius sedere voluit,* **41.**

quam

quam Episcopi annuissent. Tanta Religio, & virorum reuerentia, Regem occupauerat, ad quos laudatissimus Rex exortatorium, & eruditum sermonem habuit in laudem, & gloriam, & gratiarum actionem Dei vniuersorum, qui tam tam ei gratiam concesserat.

2. Sacerdotū prouida occultanda.

Iurgia inter ipsos Episcopos, bonus Imperator, ad se delata composuit actis, quæ contumeliam continebant resciſis: ne si in vulgus proferrentur, aures multitudinis offenderent: *Tegenda esse Sacerdotum vitia dicebat, non apperienda.* Qua propter existimo Moysem, Domino sic disponente. Vultum splendidum habuisse, & super vellamen, ne filij Israel viderent præmia vultus claritate Sacerdoti summi. Aaron delictum, cum eis tribuit vitulum. Adorandum, & in cœna Dominus Iesus traditorem Discipulum, vt ait Tertul lib. de patient. *Nec constanter denotauit.*

Nota.

43. Certe à Constantini ætate, vsque ad hæc nostra tempora, semper vterque status (sacrum dico, & prophanum i. Ecclesiasticus, & sæcularis) ex magnorum sententijs incommitijs opportune prolatis multum vtilitatis præcepit quoties, qui aggregati sunt, illa Christi verba protulerunt: *Vbi fuerint duo, vel tres congregati, in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* Debet in Concilijs, & cœtibus huiusmodi Diuinum nomen, & numen beneration eſſe. Alioqui male inchoata cōmitia, in fœlices habebunt effectus, & exitus, qualem habuit deliberatio Roboā apud iuvenes, neglectis optimatibus, à quo decem tribus, ab Ieroboam defecerunt: & à Religioso, veri numinis cultu, ad Idola adoranda habierunt. Romani quoque: quia legē habebant; nequis apud eos Deus haberetur, nisi quē Senatus approbaret (quasi Diuinitas, ex humanis penderet Consilijs) Christum recipere nolluerunt tempore Tiberij Cæsaris, & dijs suis à numerare quod à Senatu non fuerit approbatus. Rem ita narrat, Eusebius Cæsarienſis, lib. 2. Ecclesiast. histor. c. 2. sic dicens: *Antiqui moris erat apud Romanos; vt Prouintiarum Iudices, si quid forte noui, in his quas gerebant Prouintijs accidisset; vel Principi, vel Senatui nuntiarent, vt ne ex his, quæ gerebantur ignorare aliquid viderentur. De resurrectione à mortuis Domini, & Saluatoris nostri Iesu Christi, quæ iam in omnem locum fuerat per vulgata. Pilatus Tiberio Principi refert, sed & de cæteris mirabilibus eius, & vt post mortem consurrexisset, à quam plurimis iam Deus esse crederetur. Tiberius, quæ compererat retulit ad Senatum. Senatus autem spreuisse dicitur; pro eo quod non sibi prius huius rei fuerit iuditium delatum: sed authoritatem suam; præuenerit vulgi sententia.* Hæc ille, & huic rationi subiungit Eusebius: *Porro autem pro vero, hoc erat, quod agebatur, ne Diuina virtus humanis putaretur à seruitoribus indigere.*

Nota.

Cumque secundum ea, quæ diximus tenuisset Senatus. Tiberius tenuit sententiam suam; nequid aduersus doctrinam Christi contrariumque moliretur, quod totum sumpsit, iste Author, ex Tertuliano in Apologetico contra gentes, vbi vides, quam cæci ambulauerint Romani humana ducti opinione putantes Deos eligendos suo arbitrio fore. O boni dij, qui ab hominibus eliguntur. Fabulosa vestra Diuinitas, irrisioni obnoxia mendatio plena.

44. Iudæi tamen maiori probro errauerunt, qui audientes, Lazarum à Christo Domino fuisse suscitatum, cum inde Diuinitatem suscipere suscitatoris debuissent, & hominem, tam insigni miraculo, vitæ restitutum admirari; in synagogam conuenientes: *Cogitauerunt, vt & Lazarum interficeret.* Ioannis, cap. 12. id est suscitatorem Iesum, & Lazarum suscitatum ab eo. O Concilij cæcitas plena dolo! De cuius sententia, dicit Esai. cap. 59. *Palpauimus sicut cæci paristem, & quasi absque oculis à trectauimus; impegimus in meridie, quasi in tenebris, in caliginosis quasi mortui. Rugiemus quasi vrsi omnes, & quasi columbæ meditantes gemmemus.* Lucem Solis, ne videant, oculos sponte claudunt; & contra Christum arma capiunt lumine Diuino radiantem, adorare debuerunt, hac obstinatione, & cæcitate ducti, ait Ioann. cap. 11. *Collegerunt Pontifices, & Pharisæi Concilio, vt Iesum morti tradirent.* Nepotes nimirum erant eorum, qui Solem hunc, quē videmus adorauerunt; deferentes cultum veri Dei, quod dolens synagoga, vt Hebræi docti interpretantur, ait Canticorum cap. 1. *Nolite me considerare, quod fuscasim: quia decoloravit me Sol.* Propter Idololatriam, se nigram, & fœdam plorat, eum à Deo candorem, olim acceperit, & pulchram speciem, illi similem, quam Nazareis datam, refert Ieremias. Trenorum, cap. 4. *Nazarei eius candidiores nive, nitidiores lacte, rubicundiores, Ebore antiquo sapphiro pulchriores, domi grata est, super carbones facies eorum,*

Ioan. 12.

Esai. 59.

Ioann. 11.

Cant. 1.

Trem. 4.

rum, & non sunt cogniti in plateis.

45. Solem hunc, non solum Persæ, sed etiã Ægyptij adorarunt, quorum vitia Hebræi, quibus Rameses à Pharaone ad habitandum data fuit, in se transferentes, ciuitate Solis, siue Hæliopoli: *Solis adorationem accepere.* Id circo. Exod. 20. severe Deus sanxit: *Ne Solem, & sidera alia adorarent.* Sic tamen illis infixa est, illa Solis colendi superstitio, vt ad tempora vsque Iosiæ perdurauerit, nec ante extincta fuit, quam Rex pius, quadrigam, & æquos Solis comburi fecit, cognouit enim Iob, Deo valde displicuisse semper Solis cultum. Et ita cap. 31. inquit: *Si vidi Solem cum luceret, & Lunam incedentem clare, & osculatus sum manum meam, quæ est iniquitas maxima.* Cum vero Deus ipse propensum videret populum, ad Solis adorationem, propter Lucem, quam quo quo ver sum diffundit de cœlo ad terram descendit; veluti Sol miraculorum, & doctrinæ luminibus, tamquam radiorum splendoribus lucidissimus, vt vel sic ab illis amaretur; cuius Rei eos præmonens Malachias, cap. 4. inquit: *Orietur vobis timentibus Deum, Sol iustitiæ.* Cæterum illius lucem tenebris obstitæ mentis non per nouerunt: *Dilexerunt homines, magis tenebras, quam lucem,* ait S. Ioann. cap. 3. Immò hic in eum inuecti sunt, vt Philistæi. Olim in Sansonem, cuius nomen teste Hieronymo significat *Solem* vires incinctanis ineranr illi, quibus Gigantis in morem celeritate, & fortitudine incredibili, oppera perãgebat admiranda.

Exod. 20.

Iob 31.

Malach. 4.

Ioan. 3.

46. De Sole hoc dicitur Psalm. 18. *Exultauit vt Gigas ad currendam viam.* Nichil apponi potest chalaculi, Sansoni, qui mysticus Sol fuit, donec apperuit dalidæ incrinibus in esse sibi fortitudinem. Quam rem illa scius, prodidit eum hostibus; à quibus comprehensus, & irriffus mortem sibi. Ruina domus procurata cõciuit.

Psalm. 18.

Recordare aggressum Filij Dei à summo cœlo, & occursum eius videbis nichil eantopere curasse synagogam, quam vires illius agnoscere. Postquam autem falax synagoga Solem hunc Diuinum agnouit in opperibus admirandis virtutes radiare; animum resurrectione Lazari, & similibus commouit contra eum animos suæ gentis. Vnde apud Ioannem, cap. 11. dicitur: *Collegerunt ergo Pontifices & Pharisæi Concilium.*

Ioan. 11.

47. Synagogam vocat *hortum suum:* Spiritus Diuinus. Cant. 6. sed non qualemcumque, sed suum. Ait enim: *Descendi in hortum meum, vt viderem poma conualium.* Nulli arborum multitudini aptius, quam Nucætu potuit Synagoga comparari, nux enim primo, tarde decrescit, ita Synagoga; Diuinam doctrinam, non vno, aut duobus annis inuinit, aut exiguo tempore, vt gentilitas, fructum cultori Deo protulit, desudarunt multo tẽpore in ea excolenda Moyses, & Aaron, & alij viri Sanctissimi. Deinde Nucætum terram postulat humentem, & feracem; talem Synagogæ Deus concessit, à affectus enim erat carnalis ille populus, ad terrestrem fælicitatem, cœlestes diuitias vis meditabatur. Tertio Nucetum redit vmbra sua, & radicibus humorum sugentibus terram oleribus gignentibus, & gignendis maceram, sterilem, immò, & vicinis obeandem causam nocet arboribus, sic Synagogæ cultores, lucris, & proprijs commodis inhiantes ijs multum afferunt detrimenti, quibus eum pacisCuntur, dum omnia in suam conuertunt vtilitatem.

Cant. 6.

48. Quid fructus memorem huius plantæ, duo habet Nux putamina; vnum mollius; quod manu dum pellitur fæde inquinat: alterum durius, quod digitis dum frangitur dolorem affert, intra, nucleus est quadrifidus in medio comparẽte, notabilis est, inquit August. tit. 26. & 28 in Ioann. talis fuit fructus Synagogæ. Primum, inquinare, & fædare nomen Christi voluit: *Quid facimus, quia hic homo, multa signa facit.* Aiunt? Nomen Christi, vt vile tacent; miracula falsa haberi procurant: *Hic homo multa signa facit.* Duritiei, tanta fuit; vt Stephanus, Actorum 7. dixerit: *Dura cervice, & in circuncisso corde.* Solam in hac duritiæ crucem insculptam gerebant: ad quam damnari ẽcõprehensum Dominum, machinati sunt, & propter ea: *Collegerunt, Pontifices, Concilium.*

Aug.

Ioan. 11.

Actor. 7.

49. Contra hoc Conciliabulum insurgit. Esai. cap. 30. dicendo: *Væ filij desertores, dicit Dominus, vt faceretis Cõcilium, & non ex me, & hordiremini tellam, & non per spiritum meum: vt adderetis peccatum, qui ambulatis, vt ascendatis Ægyptum, & os meum, non interrogatis.* Sancti Patres declarant hunc locum, de congregato Principum Synagogæ conuentu contra Christum, vnde post multa Procopius subiũgit, quidam vero de his, qui contra Christum inhiere Concilia, hæc dicta putant, quique de liberabere in Concilio, & non dixerunt, quid facimus:

Procopius.

Quia hic Magister, sed, *quia hic homo multa signa facit.* Sequitur hanc expositionem, Cyrilus, in illa verba: *Si dimittimus illum venient Romani.* Vbi Ambrosius, Psal.30. Ireneus, lib.4.cap. 34. eam sequuntur, & confirmat. 70. dum vertunt: *Væ filij Apostatæ.* Vere enim Apostatæ fuerunt, cum secuti sunt Cesarem clamantes. Ioan.cap.19. *non habemus Regem, nisi Cesarem.*

Cyrilus. *Ambros.* *Psalm.30.* *Ireneus.* *Sesita.* *Ioan.19.*

50. Ex hoc Pontificum, & Sacerdotum cætu, & de eius fine discant Reges, & Principes, & Religionum Pastores: talia Concilia esse necessaria, non si iniqua sint, vt fuit hoc Concilium, sed si recta sint, erunt similes his iudicibus si avari sint, & inuido fugiat necesse est auaritia, & inuidia ab his qui assistunt in congregationibus fugiant hi, qui aliorum labore cupiunt honorari, & aliorum facultatibus diuites fieri.

51. Hæc enim Synagogæ Concilia, Rempublicam turbauerunt, indicatur apperte illis verbis: *Quid facimus; quia hic homo multa signa facit?* O quantam auaritiam præseferunt illa verba, nempè: *Tollent locum nostrum, & gentem?* Quantam malitiam ostendunt illa verba: *Opportet, vt vnus homo moriatur pro populo? Prout ordiremini tellam.* Hebræus legit; *Vt tegeretis, tegumentum.* Hoc est, vt pallium vestris connatibus pessimis induceretis: *Et non per Spiritum meum.* Septuaginta legunt: *Et pactum, non per Spiritum meum.* Pactum initum cum Iudâ fuit, ipso dicente, quid vultis michi dare, & ego eum vobis tradam? *Qui ambulatis, vt descendatis in Ægyptum.* Hoc est, qui apostatarum more deliberatis, quomodo possitis AEgyptiorum, aut aliarum gentium fauorem, relicto Deo aucupari: *Quare filios Israel, congregauit Dominus in ysop.* Nullo interueniente in eorum duce, inuidiæ, aut auaritiæ motu, & ita facta fuit distributio terræ promissionis non humana designatione; sed potius Dei arbitrata. Cui non nisi insani, & vecordes poterunt obsistere.

Hebreus.

52. Igitur non interueniente auaritia, aut inuidia, aut simulata vindicta; & terræ distributio efficitur recta: non tamen pro ut humano, & non diuino, iudicatur ingenio. Nam si iurgia suscitantur, & concordia suspenditur, & euellitur amicicia, certa destructionis venit ruina: *Terribilis vt castrorum acies ordinata.* Cant.5. vbi Gregorius: *Quid terribilius, quid securius acie ordinata?* Vnita virtus, insuperabilis est. Si tamen diuisa superabilis, quam leuis ventus corrumpit, fugite ergo ad concordiam, amate amicicias, vt possitis contra aduersarios certam habere victoriam.

Cant.5. *Gregorius.*

Vos autem sicut homines moriemini. Psal.44 sed quid est, sicut homines mortem habere? Nonne inutilis esset mors, si esset more bestiarum? Quid mirum hominem mori, vt ille est, vt homo. R. hic latet mysterium, nam qui congregari in vnum fugiunt, qui diuisiones seminant, qui inimicitias procurant, qui inimicos hodio prosequuntur, hij profecto, vt homines morientur, nempe vt homines iracundi, & malitiosi. Possent tamen facile mori; vt Deus. Deus quidem non est mortuus in quantum Deus: quia sic in quantum Deus est impassibilis, mortuus tamen fuit Christus, non quasi homo purus, sed quasi homo Deus: quia quis nisi Deus homo, dum figitur, dum patitur, dum exhalat Spiritum, dum persequitur, exoraret pro Crucifigentibus, dicens: *Pater ignosce illius: quia nesciunt, quid faciunt?* Vnde qui parcit, qui exorat, qui iniurias dimittit, & si moritur homo, non sicut homo moritur, sed sicut Deus homo: quia Filius Dei, Deus est: *Vt sitis filij Patris vestri, qui in cœlis est.* Per gratiam quidem eritis vos.

53. *Psal.44.* *Matt.25.* *Nota.* *Matth.5.*

Videre igitur dilecti, quam vtile sit, ad Rempublicam gubernandam, in pace, ad eiusque commodum, & conseruationem, quod magnates, & Principes, vniantur vinculo pacis, & dilectionis. Terreni inimici subduntur, Imperia dilatantur, audiamus ad hac rem. Rupertum, libr. de vict. verbi, cap. 12. dicentem: *Terreno Imperio, potentius factum est cœleste Imperium, in tantum, vt feros Principes, & barbaras nationes, quos Imperatorum gladius non attingeret, Sacerdotum lingua liget, & latius Romanæ Ecclesiæ Pontifices, quam Romani Imperij, Dominentur Cæsares: quamuis enim multis aucta victorijs Roma, ius Imperij sui terra, marique protulerit minus tamen est, quod illi vellicus labor subdidit, quam quod pax Christiana subiecit.* Hæc ille.

54. *Rupert.*

Certe, pace, & amicitia, omnia fœlices habent effectus, honores augentur, respublicæ bene gubernantur, vello tamen, omnia destruuntur in fœlices euentus, mortes infamiæ scandala murmura, & alia huiusmodi, quod nostris calamitosis experti summus temporibus, vtinam Deus optimus maximus pacem seminet in cordibus filiorum Ecclesiæ, vt sic cædant omnia in laudē, & gloriā omnipotentis Dei.

§. IV.

§. IV.

Incommitijs illud præ cæteris debet stabiliri, quod ad pietatem Religionem, & perpetuam pacem, & dilectionem spectat.

55. Iosuæ Imperatorum strenuissimus, cum fœderis tabernaculum eo deferri soleret, quo castra migrabant, illud in primis decernendum curauit. Iosuæ cap. 18. vt locus firmus, & stabilis; tabernaculo destinaretur, erat pax, & amicitia attritis Chananæorum viribus parta, populus quiete fruebatur, iniquum videri potuit, vt sedes Dei, hoc est arca fœderis, ad cuius præsentiam, tot beneficia Israel acceperat, sola mobilis esset, & quidem de loco eligendo, non multum est deliberatum. Omnes enim cum Iosuæ, qui æffrateus erat conspirarunt, *vt in Sylo*, quæ ciuitas erat in tribu AEphraim figeretur, sic enim fore sperabant, vt ibi Imperator Iosuæ habitabat, ibi, & legis obseruatio, & Sacræ ceremoniæ commodiori, & ex actiori ritu fierent. *Iosua 18.*

56. Nonnemo tamen disquiret; cur Iosuæ, non fixerit Tabernaculum in Thamath Saræ ciuitate sua, potiusquam in Sylo? Ego huius Rei potissimam causam esse puto: quia vir pius, & sui commodi negligens, eo inferundum Tabernaculum curauit, quo vniuerso Israele opportunius ire cum victimis adoraturi possent, credibile quoque est eum ad loci celsitudinem, & dignitatem positioni Arcæ congruentem respexisse quod in rerum sacrarum locis eligendis, maximè attendendum est.

57. Notat Abulensis, quæst. 1. Thamad Saræ, non fuisse à principio Comitiorum Iosuæ assignatam; ad hunc enim septem tribus suas, regionis partes, non acceperant; vt in hac conclusione dicitur. Iosuæ vero, non nisi, peracta distributione Thamadsare attributa fuit, dicitur enim, c 19. *Cumque complesset terram sorte diuidere singulis per tribus suas, dederunt filij Israa, possessionem Iosuæ filiorum.* Quod notat Abulensis, dicendo ad præcepta ceremonialia cæpisse obligari Israelem, non quidem in ingressu in terram promissam, nec toto velli tempore, sed postquã ei terra subiecta fuit, & tabernaculum fixum; atque adeo magni momenti fuisse commitiorum decretum; quo sedes stabilis in Sylo, tabernaculo fuit destinata. *Abulensis.* *Iosua 19.*

58. Inquires tamen, quanto tempore, ibi manfit? R. quod vsque ad ætatem h[illegible] Sacerdotis. Tunc enim. Ex 1. Regum, cap. 4. *Arca Dei capta est* A Philisteis, apud quos, vt dicitur, cap. 6. mansit mensibus septem: quibus exactis; non redijt in Sylo, sed in Bethsames posteà, *Translata est in chariathiarim*, vt habetur. 1. Regum, c 7. *Vnde asportata fuit in domum, Obededongethæi.* 2. Regum, cap. 5. *Hinc in domum Dauid.* 2. Regum 6. denique, *in tẽplum Salomonis.* 2. Paralip. cap. 1. de quo late ibi. 1. *Reg.* 4. & 6. 1. *Reg.* 7. 2. *Reg.* 5. 2. *Reg.* 6. 2. *Paral.* 1.

Redeamus ergo ad institutum nostrũ. Hoc sit certum omnibus, qui præsunt, vt quo tempore ad commitia Patres conueniunt, Diuinam gloriam omnibus particularibus commodis, continuamque pacem, & amicitiam antiquiorem, & primam existiment: *Væ filij desertores*, ait Deus, per Esai. cap. 30. illis loquendo, qui hanc normam non insectantur: *Vt faceretis Concilium, & non ex me; & ordiremini tellam, & non per Spiritum meum.* Illis autem qui ad Dei nutum, vices rerum temperant, inquit Salomon. Prouer. cap. 2. *Ibi sanitas, vbi multa Consilia.* Est communitas Patrum, ad prouidendum Reipublicæ congregata, veluti medicorũ multitudo, vbi congregantur multi medici, si conueniunt in doctrina, in his quę ad salutem infirmi maxime videntur necessaria, attenta illorum sapientia, prudentia, virtute, amicitia. Tunc sanitas infirmo certa iudicatur. Si tamen inter se medici dissident, non tam oppositione sapientiæ, aut doctrinæ, quam affectuum differentia: Tunc male infirmo erit; nam quod vnus præparat medicamentum alius reprobat veluti inutile. Conueniant ergo medici necesse est, cõueniant etiam Patres Conciliorum, & cõgregationum, & pace duce euentus euenient fœlices. Conuenientibus ergo medicis, salutifera disponunt medicamenta; quandoque rigida, & insuauia; quandoque vero delicatiora, vt sic, aut mœnia ciuitatis, humani corporis corruant, aut in melius erigantur. *Esai. c. 30.* *Prou. 2.* 59.

Enimvero, Respublicæ, & Ciuitates, absente prudentia, & sotietate seniorum; Paulatim Impetus labuntur, & metala prætiosa, auri, & argenti, hoc est charitatis iustitiæ, & æquitatis, & cæterarum virtutum ornamentum, in scoriam conuertuntur, quare Proueru. cap. 25. dicitur: *Aufert rubiginem de argento, & aggredietur vas purissimum: auser impietatem, de vultu Regis, firmabitur iustitia thronus eius.* His verbis docemur, nõ minus indigere Regnum, & Ciuitates, & 60. *Prou. 25.*

com-

communitates expurgatione scelerum, impietatis, auaritiæ, luxuriæ, & aliorum peccatorum præsertim scandali; vt Deo placeat, & Regibus honor sit, quam vt de argento detracta scoria cõficitur vas prætiosum.

61. Hac vsus est Deus metaphora loquẽs ad filios Israel. Esai. cap. 1. dicens: *Argentum tuum versum est in scoriam*, vbi argenti nomine bonos, & scoriæ, malos intelligit, & vt bonorum splendor, malorũ rubigine, seu deformitate non vitietur, caustica applicat medicamenta, dicens: *Esai. 1.* *Conuertam manum meam ad te, & excoquam ad puram scoriam tuam, & auferam omne stannum tuum.* Sed disquiro, quid applicatione horum medicamentorum consequetur? Audi, quæ sequuntur: *Esai. 1.* *Post hæc vocaueris, ciuitas iusti, vrbs fidelis.* Quasi dicat: æggredietur vas purissimum. Igitur illi, qui ad sananda reipublicæ voluntaria vulnera congregantur, Deum respiciant necesse est. Sic eius incolumitatem seruabunt, & regale thronũ firmum honorificè reddent. Huc spectat, quod dicitur in Prouerbijs, cap. 20. *Prob. 20.* *Dissipat impios Rex sapiens, & inuoluit super eos fornicem.* Nota, quod *fornicis*, vocabulo, siue Rotam, Serratam intelligas, & vulnificam illis similem. Quibus 2. Regum, cap. 12. vsus est Dauid, contra Ammonitas: siue æculeum, vt alij volunt: siue arcum triumphalem. Qualem fibi. 1. Regum 15. erexit Saul. Sensus est à Rege commissorum oppe adiutũ, & sanis vtentem Consilijs, separari, a palea triticum fugari vindictam; introduci pacem, ab eodem impietas præmitur, & scelerum Patroni, & Artifices; supplitijs, & ignominia præmuntur hoc qui fecerit, siue Regno præsit, siue minoribus communitatibus, & subselijs: *Firmabitur iustitia thronus eius.* Qui vero igne, ferroque nequitiam, non infectatur, non destruit, illi quadrat dictum Ecclesiastici, cap. 27. *Eccles. 17.* *Facienti nequissimum Concilium, super ipsum deuoluetur, & non agnoscet, vnde adueniat illi.*

62. Dotibi antiquorum Ieroglyphicum, quo figurabant rempublicam bene gubernatam. Pictura hæc virum refert capite armato, vsque ad pedes, solum manebat pectus inermæ præfert manus altera verticoloris, fascis insignitum vexillum, cuius mediam partem rosta optinet pulcherrima spinis transfixa, sinistra manu lancem pondere grauatam ostentat, cui astat vrsus inferiturque brachio scutum, Leonis in eo picti effigie horribile nomen huius statuæ, quatuor dictiones promunt, nempe, *Her. Mam. Sal. Am.* cuius rei versiculum tibi dabo.

Apud Saxonius figura reipublicæ bonæ.

Dux ego gentis saxorum.
Victoriam certam polliceor.
Venerantibus.

Sed tamen in explicandis illis particulis inuenio diuersitatem Goropius, in Saxonibus, à fol. 632. vsque 53. sic explicat. *Her.* Idem est quod. *Communem. Mam.* Idem est quod *Hominem. Sal. Conseruatorem. Am.* Amicum, & coniunctas dictiones, vide: *Cõmunem hominem conseruatorem amicitiæ.* *Goropio.* *Nota.*

Hic colliges, in hoc Ieroglifico, indicari omnia, quibus Regnum conseruatur, & florescit, nam primum armis pollere debet Princeps, quibus, domesticum, & externum potenter deprimat, aduersariũ si est: *Totus armatus*, deinde *pectus inerme*, mentem fore, & consilia ostendit, à perturbatione, & malitia liberam, *versus*: quia valde amat filios cum rapiuntur enidulo ira raptorem excandescit. Idem arcu quodam vincit feras se robustiores, nam cum Tauris congressurus, Supinus iacet, oculis in cœlo fixis. 63.

Plinius: *Versi pugnaturi, contra Tauros Supini iacent.* Instar versi, Princeps debet esse, qui amore subditorum: quos filiorum loco habet, contra hostes reipublicæ ferri impetu debet, plusquam versino, oculisque in cœlum sublatis, speret fore, vt ab hostibus etiã se potentioribus, victoriam reportet: *Vexilli colores varij.* Opinionũ concordẽ, cũ duce animum debere esse ostendunt, sicut enim vexillum, vnicum cum sit, varios excipit colores. Sic vnus Princeps, ad concordiam, dissidentes sententias, prudẽter à trahit: *Rossa transfixa spinis.* Quid aliud nõtat, nisi quod quandoque bonus Princeps pungitur, aduersarijs oppugnantibus, & calumniantibus. Quis enim bonus, non persecutus? Non ab inferiobus sæpius spinis murmurationis, & detractionis transũxus? Ipse tamen honorat illos, à quibus transfoditur, & spinis laceratur. Rossa enim honorat spinetum, sed ab spinis transfixa est; mulcet dum pungitur odorem suauissimum emittit etiam dum ab ipso spineto castigatur. 64. *Plinius.* *Nota. Pro amore inimicor.*

Vacca illa trienis, bona ad sacrificium est repellitur tamen vitulus, vel Taurus, sed quare illa admittitur, Taurus tamen repellitur? Nunquid Taurus, bonus ad sacrificium? R. minime bonus, & aptus, quippe, qui ad iugum rigidus, & rebelis. Vacca vero, dum iugo coronatur, ceruicem 65. *Leuit. 6.*

cem parat, dum pondere præmitur, caput inclinat, & dum ad arandum disponitur, ad vbera vocat vitulum nouellum, lacte, & mammis inuitat, & mater amans filiolos vberrimos præbet ribulos lactis. Ita Christus Dominus. Legamus Doctorem Incognitum. Ad Psalm. 7. ad illa verba: *Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito, ab inimicis meis inanis.* Subiungit: *Ostendit suæ Passionis patientiam.* Vnde in Scriptura, *reddere.* Quadruplicitur distinguitur. Primo reddere, pro bono, bonum Sapientiæ, cap. 4. Secundum illud: *Reddet Deus mercedem, laborum, sanctorum suorum.* Et Matth. c. 20. *Voca operarios, & redde illis mercedem.* Et hoc est oppus iustitiæ: *Redde malum, pro malo, reddet illis iniquitatem ipsorum, & in malitia eorum, dispendet eos.* Psalm. 94. quod quandoque fit virtute iustitiæ, & sic licet quandoque vero libore vindictæ, & sic est vitium iracundiæ. Reddere malum pro bono. Hieremiæ, c. 18. *Numquid redditur pro bono malum; quia foderunt foueam animæ meæ?* Et hoc est oppus summæ malitiæ. Reddere pro malo bonum, est oppus summæ patientiæ. Ad Thessal. cap. 5. *Videte ne quis malum, pro malo reddat, sed è contrario benedicentes.*

Iosognit. Psalm. 7. *Sapient. 4.* *Matth. 20.* *Psal. 94.* *Hier. 18.* *Thessal. 5.*

66. Oppus summæ malitiæ faciebant persecutores Christi, ipsum persequendo; quia mala pro bonis reddebant illi. Ioan. cap. 10. dicitur: *Multa bona opera ostendi vobis, propter quod eorum oppus me lapidatis?* Christus tamen oppus exercebat summæ patientiæ: quia non reddebat malum pro malo, sed faciebat bonum, pro malo, nam vt dicitur. 1. Petri, cap. 1. *Cũ malediceretur, non maledicebat, cum pateretur non comminabatur.*

Ioan. 10. *1. Petr. 1.*

67. Hanc summam in sua Passione Christum habuisse patientiam patet maxime, cum pro inimicis orasset, vt non perirẽt, quod ostendens ipse Christus, dicit Psal. 7. *Si reddidi retribuentibus mihi mala,* pro bonis, aut mala pro malis. Id est non retribui malum, pro malo, nec solum pro bono bonum, sed amplius, quod est summæ patientiæ retribui bonum, pro malis, & tamen ipsi me persequebantur. Subiungit: *Decidam ab inimicis meis inanis.* Id est tanquam inanis, & impotens decidam, ab inimicis meis, id est per mortẽ, & Passionem: *Persequatur inimicus animam meam, & gloriam meam in puluerẽ deducat.* Quod ideo dicit: quia ad horam Passionis, omnis Christi gloria in puluerem, id est in nichilum deducta videbatur, quando nimirum, omnia opposita, & contraria gloriæ Regis videbantur, in eo, nam pro corona Regni, coronam habebat spineam ibi candida rossa, transfixa erat spinis, pro sceptro arundinem, pro purpura vestem Aluam irrisoriam, pro throno Crucem, pro Calice, Spongiam, acæto plenam, pro familia, nullum ex dilectis, & amicis Apostolis, qui eum amabant: quia, *omnes relicto eo fugerunt.* Vnde tunc de diabolo, & membris eius, potuit dicere: *Spoliauit me gloria mea.* Iob 19. abstulit: *Coronam de capite meo, destruxit me, vndique? Et pereo.*

Matt. 25. *Iob 19.*

Ecce ergo qualiter, post tantas irrisiones, non summit vindictam, potius orat. ad Patrem, dicens: *Pater ignosce illis.* Vbi notandum, quod quando orat. pro illis vocem inimicorum tacet. Sicut cum dixit: *Plagatus sum in domo, eorum, qui diligebant me.* Diligentes vocat illos nõ inimicos: quia in domo Dei inimici, nec nomen audiendum est. Vnde S. Hieron. lib. 1. comm. in cap. 5. Matth. ait: *Sciendum est ergo Christum non impossibilia præcipere, sed perfecta, quæ fecit Dauid, in Saul, & in Absalon: Stephanus quoque Martyr pro inimicis lapidantibus, deprecatus est: & Paulus Anathema cupit esse pro persecutoribus suis. Hæc autẽ Iesus, & docuit, & fecit, dicens; Pater ignosce illis, quod enim faciunt nesciunt.*

68. *Hier.*

In cap. 12. Leuitici legitur: *Non vlciscaris te.* Vbi Oleaster ait: *Nemini ergo licet priuata Authoritate, vltionem ab inimico sumere, hoc enim muneris publici negotium est. Nunc ergo omnes impotentes suam, de inimicis vindictam expetunt. Ita vt soli illi communiter iudicis auxilium interpellent, qui se nequeãt vindecare, qua res Magistratuum in becillitatem, & negligentiam arguit, qui illatas à potentibus iniurias non castigant, qui enim vindictam non petit, à vindicantibus se, iste Dei amator est, & se à talibus secernitur, potentes autem ipsi, sibi iudices inter ponunt arbitrantes, non satisfactos se esse dum non per se ipsos vindicantur.*

69. *Leuit. 12.* *Oleaster.*

Propter hoc existimo rossam illam, positam esse clabatam, & transfixam spinis in illa statua. Tum, vt pulchritudine honoret omnes. Tum etiam, vt honorando etiam si spinis transfixa sit, mulcendo parcat, & quod scisuræ, tot sint hora clamantia pro pungentibus spinis.

70.

Sed quid erit, disquiro, si totus est, potens? Prælatus lænis, & mansuetus? R. Augustin. in regula monachorum: *Nedum ni-*

Aug.

mium seruatur humilitas; regendi frangatur Authoritas. Sal. ad condimentum est necessarium, & si non salit, conculcari meretur ab hominibus, ita debet esse, vt quandoque parcat, quandoque castiget pro sua prudentia. Et tunc non vindicta sumitur à Prælato, sed causa Dei agitur: quia eius Authoritas est communis: *Lancem habet statua illa in manu sinistra.* Vt iudicet secundum æquitatem, & iustitiam dando vnicuique, quod suum est, laudanda ergo sunt commitia, quæ ad vtilitatem reipublicæ aguntur. Reprobanda vero, nequissima, & malitiosa. Iosuæ enim pace constituta congregatis optimatibus, fixit in Silo tabernaculum, vt pietate, & pace, & vnione procurata cætera, quæ ad Senatum deferenda erant felicem haberent exitum, nam vbi pax, vbi inimicorum dilectio, ibi bona, ibi felicitas, ibi abundantia.

71. Et vt plenam habeas notitiam de diuisione illius terræ, vt licet esset terræ diuisio, non tamen animorum: audi, quæ sequuntur. Tribus Gad Rubem, & dimidia tribus Manasse suas trans Iordanem ad Orientalem plagam datas à Moyse optinebant possessiones. Tribus Iudæ, ad *Magall.* plagam Australem, Filij Ioseph ad Aquilonem, suas quoque acceperant partes, media inter hos terra, in septem diuidenda erat portiones; vt tandem coram arca Domini, ne suspitione iniuriæ, aut inimicitiæ, & iniustitiæ, quod ageretur laboraret, sua cuique asscriberetur portio. Relicta interim, sine sorte Tribus Læuitica, cui Sacerdotium Domini, & iure Sanctuarij cæsere, debetur ille discursus Magallanæo in Iosuæ.

72. Vides, in his commitijs, quod agatur, de pace, & amicitia, ne contentiones, & murmura oriantur. Concordia semper habenda esse ad vniuersam pacem Regnorum præscriptum est, enim Christum Dominum, præcepisse in Euangelio, vt vnusquisque diligat proximum, sicut seipsum. Nam siquis in fratrem suum inuadit: malitiam multiplicat, & vterque Domino, reus est. Vnde, Exod. cap. 12. *Exod. 12. Lypoman.* *Timuit Moyses, & fugiens de conspectu eius.* Vnde Lypomanus, ait: *Fugit Iacob fratrem suum Esau.* Fugit Dauid, Saulem. Sic Christus lapidaturos eum; sic Paulus, præfectum Arethæ Regis, & Christus ad Apostolos dixit: *Si persequuti vos fuerint in hac ciuitate fugite* *Matth. 10.* *in aliam.* Matthæi 10. ira enim à Christo Domino prohibetur, ratione vindictæ, quam ius aliud non queneriit iustè interdici debet. Exod. cap. 20. dicit Dominus, *non occides.* Quod declarauit Christus, per Matth. cap. 5. *Hoc mandatum audistis: quia dictum est antiquis; non occides. Ego autem dico vobis; siquis irascitur fratri suo; reus erit iudicio.* Vbi sanctus Chrysostomus, hom. 11. super Matth. ait: *Non est mandatum hoc Christi contrarium legi, sed latius, quam lex, mandatum enim Christi, legem in se tenet inclusam: Lex autem, non continet Christi mandatum, qui ergo implet Christi mandata tacite, etiam implet mandata legis.* Nam qui non irascitur, multo magis, nec occidit, qui autem implet legis mandatum non omnino implet mandata Christi, frequenter enim, & homo, non quidem occidit, propter timorem vindictæ; tamen irascitur. Vnde Christus ait: *Non veni soluere legem; sed adimplere.* Deinde sine mandatis Christi, non possunt stare legis mandata: nam si concedatur, licentia irascendi datur, & causa homicidij faciendi, generatur quidem homicidium, ex ira. Tolle autem iram, & aufertur homicidium. Sanctus Thomas, *S. Thom.* in opusculo, ait: *Dominus Iesus Christus, docuit nos cauere ab homicidio, sed etiam ab ira, bonus enim medicus, non tollit malum, quod apparet, sed etiam radicem removet infirmitatis, ne redeat, & ideo vult nos abstinere à principijs peccatorum, & ita mandat auferamus iram; quæ est principium homicidij.* Hæc ille.

Vnde cum Tertullianus tanta cura, & diligentia dicat, *vlctionem penes errorem.* Id est, secundum falsam Doctrinam, *Tertul.* *solatium videri doloris, penes veritatem autem certam esse maligitatis speciem.* Non solum vetat vlctionem, sed etiã irã, quæ vlctionem fundat: quia siquis irascitur in alium; & alius in illum ira commoberur: *Vterque Domino reus est, nam absolute præcipitur; malum malo, non esse rependendum.* Qui enim malum machinatur, ab vnione congregationis secernitur, & dum diuisionem amat, vlctionem, & vindictam seminat iniuriarum, quod est contra Domini voluntatem, qui cum sit flos campi: *Ego sum flos campi.* *Cant. 4.* Cantic spinarum aculeis torquetur, & dum berberibus laceratur; & irridetur, & spinis coronatur; inimicos honorat, & vocat eos amatores, & Patrem ad pietatem prouocat exorando: *Pater ignosce illis.* Ea fiducia, qua Pater est, hæc fiunt, pro prima sententia, quæ effatu illis verbis: *Est & alius fomes impatientiæ* *Tertul.* *stimulus vlctionis libido, & illud, & re-*

muneratus nequam dupplicat; quod semel factum est, vltio penes errorem solatium videtur doloris, penes veritatem certam, redarguitur malignitatis, quid enim refert interprouocantem, & prouocatum; nisi quod ille Prior, in malefitio deprehenditur, at ille posterior? Tamen vterque læsi hominis Domino reus est, qui omnem nequam, & prohibet, & damnat, nulla enim in malefitio, Ordinis ratio est: nec locus secernit, quod similitudo coniungit absolute itaque præcipitur malum malo, non repetendum. Sed notabo, illa verba: *Nulla enim in malefitio, Ordinis ratio est.* Certe ita est: quia nullus si ratio intercedat malefitium opperauitur, nec ratio vnquam est, ad vltionem: quia vltione deseritur Deus, & nula ratio est deserendi Deum.

Tert. *Secunda sententia Tertuliani, in hoc discursu vigesimo septimo, stat illis verbis:* Absolute itaque præcipitur. Malum malo, non repetendum. Nam, & par factum, par habet meritum, quomodo id obseruauimus, si fastidientes, in factidio vltionis nõ erimus? Quem autem honorem litauimus Domino, si nobis arbitrium defensionis arrogauerimus?

PRO HAC SENTENTIA, sit in ordine.

§. V.

Expenditur lex talionis, & dilectionis inimicorum, ad illa verba: par factum, par habet meritum: *Et ad illa.* Si fastidientes in fastidio vltionis, non erimus, quomodo id obseruauimus, malum malo, non repetendum?

74. *Aug. Exod. 21. Deut. 19.* OLim: *Oculum pro oculo, dentem pro dente*, repetebant. Hæc erat lex talionis; vt inquit Augustin. libr. 1. de sermone Domini in monte, de qua lege. Exod. 21. & Deuteronom. 19. agitur. Hæc autem, non solum apud Iudæos, sed etiam, apud multas gentes inualuit. Hanc permiserat Deus iudicibus tantum, non autem priuatis personis, nam & illos inuebat omnem, etiam iniuriæ illatæ memoriam rescindere. *Læuit. 19.* Læuitici, cap. 19. vbi dicitur: *Nequeras vltionem, nec memineris iniuriæ fratrum tuorum.* Scribæ, autem, & Pharisæi, ita expossuerant, quod Magistratu interpellato; liceret cuilibet, acceptam quamcumque etiam leuem, aut non spontaneam iniuriam persequi vltione & vindicta. Modo tamen non excedente legem istam talionis.

Huic autem expositioni suam doctrinam, exponit Christus. Teste Chrysostomo, sermon. 2. in cap. 5. Matth. dicendo hoc autem lex attendebat; vt quis iracundiæ furore commotus; vel oculum, vel dentem alterius euulsset, ipse quoque simili penæ, & damno subiaceret, in quo præcepto, & iustus legis offensa est, & insolentis populi: hoc terrore, temeritas refrænata est, vt quia mætum futuri iuditij non habebant licitem, vel præsentis vindictæ pœna, eos a scelere prohiberet: nos vero qui, & terribile Dei iuditium, nobis ob oculos ponimus, & cum tremore, Domino obsequimur: non tam præsentis, quam futuri supplitij terrore à sceleribus, à vocamur. Sanctus Hieronymus, libr. 1. commetat. in Matth. dicit: *Qui dicit oculum, pro oculo; non alterum vult auferri, sed vtrumque seruari.* Non enim eo spectauat lex, vt vnius hominis cædes alterius morte compensaretur: quasi in hominum interitum tenderet, quin potius: vt hominum viram conseruaret, & homines à mutuis cædibus auoret. Hanc talionem permisserat. Hæc

75. *Chrysost.* *Hier.*

76. Hæc etiam fuit lex duodecima tabularum: *Si quis membrum rupit, in eum talio esto illi, qui alteri os fregit, cum ea corporis pars sanctior in eo sit, ob id ademissum nimium tenuiter pœnam dixit.* Cum propter oris dignitatem, seueriori pœna vindicandum foret, sed tamen, vt dixit Alexander ab Alexandro, lib. 6. genialium dierum, cap 10. hæc posteà secuti sunt legis interprætes, mitti, & tractabili, ratione eadem leges, in defesso studio interprætati abrogatis his quæ duriora, quæ vero æquiora videntur sequuti propositas controuersias, vberius explicarunt. Phaborinus, Philosophus, apud Aulum Gelium, lib. 20. noctium Atticarum, cap. 1. ita ille disputat, cum sexto Cæcilio Iurisconsulto, contra legem talionis, ait.

Alexan. ab Alexand.

Pharinus. Aul. Gel.

77. *Nam præter legem vlciscendi acerbitatem, inquit ne procedere quoque executio ista talionis potest, nam cui membrum, ab alio ruptum est si ipsi itidem rumpere per talionem vellit: quæro, an efficere possit, rumpendi pariter membri, æquilibrium? In quare primum ea difficultas est inexplicabilis, quid si membrū, alter imprudens ruperit? Quod enim per imprudentiam factum est retaliari per imprudentiam debet, ictus quippe fortuitus, & consultus, non eadunt sub eiusdem Talionis similitudinem, quo nam igitur, modo imprudentem poterit imitari? Qui in exequenda Talione, non licentia ius habet, sed imprudentia, sed & si prudens ruperit, nequaquam patietur, aut alterius se lædi altius, aut latius, quod eiusmodi libra, atque mensura caueri possit, non reperio. Quin etiam, si quid plus erit, alter ve commissum, res fiet redicula attrocitatis; vt contraria actio, mutuæ talionis, oriatur, & adolescat infinita quædam, reciprocatio talionum.* Hæc ille.

Argumenta contra legem Talionis sunt.

78. His obiectionibus, satisfacturus Sextus Cæcilius, legem naturæ proponit, qua idem fiat in nobis, quod ipsi, in alijs fecerimus præsertim, cum facultatem habeamus paciscendi, & non necesse sit pati talionem, nisi eam elegerimus, cum hæc ipsa Talio, ad æstimationem iudicis, necessario redigeretur, nam si reus, qui re paciscī noluerat, Iudici, Talionem Imperanti non parebat, æstimata, lite, Iudex hominem pecuniæ damnabat, atque ita, si reo, & pactio grauis, & acerba talio, visa fuerat seueritas legis, ad pecuniæ mulctam redibat.

Sextus Cæcilius.

79. Verum nec mulcta pecuniæ hominis, ab iniuria facienda reuocabantur, vt docet Faborinus, vt si lex posita sit: *Si iniuriam alteri faxit 25. eris pena sunto quis erit, tam innopis, quem ab iniuria facienda 25. asses deterreant?* Itaque cum eam legem Q. *quoque Labeo*, non probaret, in libro quos ad 12. tabulas conscripsit, ita habet L. ne ratius fuit è æggregie homo improbus, atque immani vecordia, is pro delectamento habebat. Os hominis liberi, manus suæ palmauerberare. Eum seruus sequebatur, crumenam plenam, Assium portitans, & quemcumque de palmauerat, numerari statim, secundum 12. tabulas 5. & 20. Asses iubeuat propterea, inquit, prætores posteà, hanc adolescere, & relinqui, censuerunt iniurijsque æstimandis recuperatores, se daturos ediderunt.

Faborinus

80. His rationibus. Ad Romanos 12. lex talionis, & certa pecuniæ mulcta duodecim tabulis designata sublata est. Christus enim Dominus, neutrum requirit, sed ab ipsa radice, & à toto corde vindictam rescindit, ne forte, tandem iniuriæ, & cædes inter suos grassentur, inquit: *Ego autem dico vobis, non resistere malo Malo*, inquit, quod referri potest, vel ad rem, vel ad hominem, potest etiam esse in casu Ablatiuo instrumenti, ne resistamus calumniæ, & impietati, in nos commissæ: sed illam, patienter feramus, quod sequentia, explicare videntur verba, vel ne resistamus: *Sycophante.* Id est aduersario, vel nam ipsum contemnamus, aut ne vicem, & Talionem, rependamus malum redentes pro malo. Romanor. 12. *Nolli vincere in malo, sed vince in bono malum.*

Paulus ad Rom. 12.

Ad Rom. 12

Diuus Chrysostom. homil. 18. in Matthæ, ait quod *malum*, sit referendum, ad personam aduersam: *Non dixit, non resistere fratri, sed ait malo. Ostendens, quod illo vtique instiganta talia perpetrantur.* Quid igitur? *Non opportet, nos resistere malo?* Opporter quidem, sed non hoc modo, sed eo, quo ipse præcepit, vt scilicet nos ad sustinendas iniurias præbeamus. Sic enim illum profecto superauimus, nec enim aliquando ignis, ignē, sed aqua vtique ignis extinguitur. Tamen Bensyra, cæ-

Chrysost.

Bensyra.

leberrimus inter Hebraeos, inter sententias morales hanc posuit, loco nomio: *Bonum in malum, non transfire facias.* Cuius, & ista Hebraica exposicio est, quod: *Omnino reuocemur a beneficientia in hostes.* Nostimus, sicut Iacob, qui bonum fecit. Impio Esau, & praeceptum habuit à Deo, ne progrederetur, cum eo inimica. Verum, quò magis sopitur hominis aduersarij iracundia, & delentur, quam per patientiam? Optime dicebat Bathaicus, & phocilides, Poeta in nontheticis. Sic.

Si enim occideris inimicum:
Manum tuam polluis.

81. Tertul. Tertullianus in Apologetico, cap. 36. dicit (sua profunditate, & elegantia: *Male enim velle, male facere, male dicere, male cogitare, de quo quam exaequo vetamur.* Et cap. 37. ostendit quanta olim, cum patientia Christiana, & calumnias, & omne tormentorum genus, sustinuerint Christiani, cum si voluissent malis resistere potuissent: *Cum vello*, inquit, *non idonei, non prompti fuissemus, etiam impares copijs, qui tam libenter trucidamur? Potuimus & in armes, nec rebelles, sed tantum modo discordes solius diuortij inuidia, aduersus vos dimicasse. Si enim tanta vis hominum in aliquem Orbis remoti finum abrupissemus à vobis, suffudisset vtique damnationem vestram tot qualiumcunque amissio cibium. Immò etiam, & ipsa destitutione puniisset, protulaubio ex pauissetis ad solitudinem nostrem, ad silentium reorum, & stuporem quendam, quasi mortuae vrbis reliquias quaesisetis, quibus in ea Imperaretis. Plures hostes, quam ciues, vobis remansissent: nunc enim pautiores hostes habetis, prae multitudine Christianorum penè omnium ciuium, penè omnes ciues, Christianos habendo: sed hostes, maluistis vocare generis humani verum si nullimalo resistendum est: an non mali crescent, in detrimentum bonorum? In detrimentum totius Ecclesiae? An non* 82. Actor. 13. *Paulus resistit Elimae Mago?* Actorum 13. *An non Alexandro, & Hermogeni:*

Augustin. Hieron. Augast & Hieronymus, *malum*, considerant, in ratione violentiae quam infert electis, non in ratione culpae, nam in faciem, impietati, & sceleri, resistendum est. Quae erit authoritas Magistratus? *Non sine causa gladium portat.* Inquit Paulus, Roman. 13. *Vindex in iram, bene qui male agit*, & vt ait sanctus Petrus: *Principes missi sunt, ad vindictam male factorum, laudem vero bonorum.* Ecclesiasticor. cap. 8. *Quia non profertur cito contra malos sententia, absque timore vllo, filij hominum perpetrant mala.* Respondeo, hic Christum agere, de priuata, non autem, de publica vindicta, quod nos etiam supra docuimus, cum Oleastro. Nam sicut priuata vindicta charitati, repugnat: ita publica Diuinae iustitiae respondet; & ministerialis est, per quam Deus, vindex consideratur. Vnde Augustin. libr. 2. contra Epistolas, Parmeniani, ait: *Non enim praecepta Euangelica, de dilectione inimicorum, eatenus intelligenda sunt, vt peccati, relaxetur impunitas, sed vt deliquenti, correctio, & natura ministretur subsidium donec per sententiam iudicis, adepta spe correctionis malorum tollatur exercitium. Alioquim, quam Patres in filios Domini in seruos Reges in subditos potestatem haberent; si dilectionis praetextu correctio, iustitia authoritas, & velli aequitas tollatur? Habet quidem Pater, vna manu, panem, altera Virgam, qui parcit Virgae, odit filium suum inquit sapiens tanto ab esi Virga, dilectioni, praeiudicium faciat.* Habent etiam, Domini flagellum in seruos, ita dicit Iustinus, libr. 2. historiae, ait enim in Pompeium. *Cum scytae, in longinquam regionem vella facturi profecti essent; vxores longione mora illos mortuos esse, ratè: seruos suos, in viros acceperunt. Redeuntibus Dominis; serui, reditum praeludunt. Conflictatum est inter Dominos, & seruos verum, quandiu aequis, & paribus armis Domini, cum seruis congressi sunt, aequales serui, visunt, & pares viribus, Dominis suis, itaque senior omnium, aliud, consilium suggessit, vt erastino, non clypeis sed flagellis in seruos, progrederentur, ita factum est, & flagella videntes serui Dominos agnouerunt, & seruili, timore depressi, Dominis cesserunt.* Haec ille, totum est notatione dignum, vt videas quantae sit authoritatis dominium.

Iam si Virga Patrem flagellum Dominum gladius Principem illustrat, quis non concludet, resistendum esse malis? Quid vero, quod Episcopo, datur, pedum Pastorale? An non, vt ad instar, Pastoris, lupis, & vrsis; Haereticis dico, & impijs occurrat? Actorum, cap. 20.

S. Petri. Ecclesi. 8. Aug. 83. Nota ex August. quì parcit Virgae odit filium certe, ita sapiens. Iustinus. 84. Nota. 85. Actor. 20.

Mo-

Monebat Paulus, primos Ephesinæ Eccle-
siæ, dicens: *Attendite vobis, & omni gre-
gi, in quo vos Spiritus Sanctus, posuit Episcopos, regere Ecclesiam Dei.*
Quid hoc? An non Principes Christiani in Thureas, & in fideles, exercitum para-
re poterunt, quia dictum est: *Noli resistere malo?* 1. Machab. 2. dicitur: *Si non pugnauerimus aduersus gentes, pro animabus nostris; citius disperdent nos à terra.*
Cui ergo nisi Principi dicitur: *Accingere gladio tuo, super femur tuum, potentissime?* Psalm. 44. Numer 25. *Hostes vos sentiunt, Madianitæ, & eos peremistis; quia & ipsi hostiliter egerunt contra vos.*
Verum aliud est si ductus iuris, & legum, authoritate ipse etiam adeo, gladiū portans resistat impijs, seu malis quibuscumque, aliud si ex odio personæ, aliud si ex odio malitiæ. Prohibet Christus omnibus resistere malo odiendo personam, non ex mente Principibus, & his, qui ius habent in eos resistere malo odiendo malitiam poterit etiam admodum quo resistitur referri; nequis resistat malo modo, sed modo bono, & legitimo nimirum, ordine iuris, itaque vindicta absolute prohibita est, nonnamen iustitiæ & iuris flagellum hoc est Dei mandatum, quatenus vbi soli reseruat, cum dicit: *Mihi vindictam, ego retribuam.*

1. Mac. 2.

Psal. 44. Num 25.

§. VI.

Penitur quod simus fastidientes in fastidio vlctionis, & quòd percutienti præbeatur altera maxilla.

86. TAntum abest, quod in lege Christi Domini acceptanda sit vindicatio, quòd potius eximiæ charitatis signa ostentari dum parcit. Vnde nec memorandum est nomen vindicationis, potius omnino fugiendum ab eo, tanquam à pestifero hæreno: *Fastidientes in fastidio vlctionis,* inquit Tertul. quasi dicat, quod nimius in fastidiendo sit homo, in occasione vlctionis, hoc docet Dominus cum legem statuit patientiæ; & nouum genus vincendi inimicum obtulit præbendo illi alteram maxillam.

Tertul.

Aiebat Christus Dominus: *Siquis te percusserit in dexteram maxillam, præbe illi, & alteram.* Iulianus apostata olim hanc legem deridens, sinebat Christianos colaphizari, & spoliari, conquerentibus illis, id obijciens. Sed tamen August. hoc ad spiritualem sensum referendum esse dicit, lib. de mendatio, c. 15. *Valent igitur exempla intelligendarum scripturarum, velut cum legimus in Euangelio, accepisti alapam para alteram maxillam. Exemplum autem patientiæ nullum, quàm ipsius Domini patentis, & excellentius inuenimus. At ipse cum alapa percussus esset: non ait, ecce altera maxilla, sed ait si male dixi testimonium perhibe, de malo si autem, bene, quid me cædis? Vbi ostendit illam præparationem alterius maxillæ, in corde esse faciendam.* Quod, & ipse Paulus, vtique nouerat, nam cum ipse alapa, ante Pontificem percussus esset non ait Actorum, cap. 23. percute maxillam alteram: *Sed percutiet te Dominus paries dealbate, & tu sedes iudicans me secundum legem & contra legem iubes me percuti?* Idem tom. 6 lib. 21. *Contra faustum Manichæum, cap. 76 ait intelligant, hãc maxillæ præparationem, non esse in corpore, sed in corde, ibi est enim sanctum cubile virtutis, quæ in illo quoque antiquis nostris iustis patribus habitabit. Sed eam, rerum dispensationem, ad distributionem temporum, ordo poscebat.*

87.

Actor. 23.

August.

Et lib. 1. de sermon. Domini in monte cap. 34. ait: *Parum enim adhuc videtur Domino, pro malo, quod acceperis nichil reddas malo, nisi etiam, & amplius sis paratus accipere, para inquit, adhuc te percutienti.* Quod ad misericordiam pertinere hi maxime sentiunt, qui eis, quos multum diligunt, tanquam filijs, vel quibusliber, dilectissimis suis ægrotantibus seruiunt, vel paruulis, vel fræneticis: à quibus multa patiuntur, etsi eorum salus id exigat: præter se etiam, vt vltra patiantur donec, vel ætatis, vel morbi inormitas transeat.

August.

Quos ergo Dominus, medicus animarum curandis proximis instruebat, quid aliud eos docere posset nisi vt eorum saluti consulere vellent? Imbecillitatesque æquo animo tolerarent? Omnis namque improbitas, ex imbecillitate animi prouenit: quia nichil Innocentius est eo qui in virtute perfectus est. Potest, & ista sententia, per quandam hyperbolem explicari, vt diu Chrysost. hom. 18. in Matthæum, summam quandam patientiam, animique moderationem intelligit: *Vt iniuria vna accepta, parati sint ad secundam ferendam, & ne defatigentur perseuerando.* Dicant, & istud cum Paulo, *fiatuam ego, non solum ligari, sed & mori, pro nomine Domini mei Iesu Christi paratus sum.*

88.

Chrysost.

Matth. 5. Luce 6.

Chromat. Chromatius serm. 2. in cap. 5. Matth. hanc moderatam tolerantiam explicat de Passione Martyrii: *Facile enim persecutionis tempore pœnas poterit sustinere, si in pace ante exercitatus, huiusmodi iniurias æquanimiter susciperit.*

Hieron. 89. Sanctus Hieronymus in Matth. ad sensum mysticum reduxit hoc, dicens: *percussa dextera, non iubetur sinistram præbere, sed alteram, hoc est alteram dexteram.* Iustus enim: *Sinistram non habet.* Si nos Hæreticus in disputatione percusserit, & dextrum dogma voluerit vulnerare opponatur ei, aliud de scripturis testimonium, & tamdiu verberanti, succedentes ubi dextras præbeamus, donec inimici ira lacescat. Aug. Vnde etiam Aug. requirit spiritualem maxillæ interpretationem, libr. 1. de sermone in monte interim tamen, simplex illius sensus est. Chrysost. Theophil. Euthim. Ambros. Quem Chrysostomus, Theophilatus, & Euthimius Ambros. & alij sequuntur, vt tantum abiit a vindicta, quod vna Alapa accepta, paratus sis aliam pati. Glossa ait, præbe, vel totum corpus ad affligendum.

89. Cæterum Alapæ nomine, cætera ignominiæ tormenta intelligit. Solet enim his, quos contemnimus impingi; vt mulieribus, pueris, aut alioqui, ei fœminatis, at vero Christianus, hanc ignominiam, summa cum animi mansuetudine, quasi oviculæ tetigit. Talem se exhibuit Micheas. 3. Regum, cap. 22. talem 3. Reg. 22. Christus. Ioann. 18 talem Paulus Actorum, cap. 23 de Christi patientia. Sic Petrus 1. cap. 2. *Qui cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur tradebat autem iudicanti se iniuste.* Trenorum, cap. 3. *dauit percutienti se maxillam.* Iob 16. *Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus.* 2. Corint. 11. *Ideò sustinetis, si quis in faciem vos cædit, si quis deborat, si quis accipit, si quis extollitur.* Igitur, qui tot, & tanta sustinere paratus est opprobria. Quis non iudicet esse fastidientem, in fastidio vlcionis?

Ioann. 18. Actor. 23. 1. Petri 2. Tren. 3. Iob 16. 2. Cor. 11.

Quomodo autem, cum hoc non conveniat illud quod: *Dominus dixit, non veni pacem mittere, sed gladium?* Vides quæ sequuntur.

§. VII.

90. Matth. 10. *Qualiter Dominus*, per Matth. cap. 10. dixerit: *Non veni pacem mittere sed gladium*, cum modo dicat: *Si quis te cædit, &c. Præbe illi, & alteram maxillam?*

AD vellendum vocat Ecclesia, dum ait feria 6. post cineres in introitu Missæ dicit: *Canite tuba in Syon, congregate senes, vocate cætu.* Ioel, 2. hoc nihil aliud est, quam excitare ad vellum; tuba quidé ad vellendum canitur congregatio populorum ad formandum exercitum, ad summenda arma, quid hoc? Quid est, quod ad aram vocat, qui inimicorum dilectionem præcipit? R. cum quibusdam scriptoribus nostri temporis. Dico enim Christum Dominum, venisse gladium mittere, sed tamen contra inimicos, spirituales contra peccatum, diabolum, & mundum. 91. Ioel 2.

Gladium accepit à Patre, sed quando non salutaris in manu Domini gladius? Vnde Cassiod. air, lib. 6. c. 1. *Tuto illi commissa est potestas necis, qui fuerat Author salutis.* Quasi dicat gladius in manu Patris semper est salutaris gladius in manu eius filij semper etiam salutaris: quia Dominus, & Pater est, contemplor Balaam. Numeror. 22. iratum balde contra brutum animal, & ita loquutum: *Vtinam haberem gladium; vt te percuterem.* 92. Cassiod. Num. 22.

Sed disquiro, ab ipso Balaam Maledictor, nonne tu vocatus eras, & electus, à Moabitis; vt maledíceres populum Dei? *De summis silicibus, videbo eum, & de collibus considerabo illum; dicebat ipse.* Num. 24. Sed quare sine armis, & sine gladio, ad arma curris? *Vtinam haberem gladium dixit.* O bonus miles, sine gladio ad vellum properás, vbi arma tua? Vbi gladius? Responsum dat Philo Iudæus, lib. de cherub. inquiens: *Gratia maxima conditori, qui sciens imprudentia rabiem, non dedit, tãquam furenti gladium: ne quæsumque obuios, magna clade conficeret.* Hæc ille, nouerat enim Dominus, quid futurum, si gladium portaret, & multa forsam incõmoda, fugauit negando gladium. O Diuinæ pietatis, & bonitatis Maiestas, non cõcedit gladium, ex quo salus non consequenda, bene tamen, quando gladius salutem procurat. Vnde Ps. 44. *Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime.* Sed quis est, cui gladius conceditur. R. est spetiosus forma præ filijs hominum est, diffusa gratia in labijs eius, si tanta pulchritudinis encomia illi dantur, quæ salutaria sunt, quid mirum detur illi gladius. Certè salutaris: *Accingere gladio super femur tuum.* Tu qui potentissimus es, ad sanandum. Vnde Paschasius, ait: *Hinc quoque potest aggregiam for-* Num. 24. Nota. Philo. Psalm. 44. Paschas.

formam decoris quisque notare, & post gratiam diffusam in labijs, post benedictionem perceptam æternæ hæreditatis, imperatur à Patre, vt accingatur gladio suæ fortitudinis, ad vltionem inimicorũ, ad reprehensionem contra dicentium, ad conseruanda rerum omnium iura, vt in pace sint omnia. Hæc ille.

93. Non enim potentissimus Pastor, gladium concederet, nisi præueniretur tanta gratia filius, vt cunctis hominibus salutem daret. Aliàs gladius Deo offensus, non amabilis esset. Vnde ipse iussit Discipulis gladios emere, & ipsi dixerunt; *Ecce gladij duo hic.* Luc. 22. *Dixit Christus satis est.* Sed numquid sufficerat gladius vnus, vt quid duo gladij? R. quod duos gladios petit; qui forti brachio vno duntaxat, quod vellet inferret, tamen duos gladios postulat; vt videamus in quolibet gladio, & esse rigorem, vt sciat; & esse molitiem, vt sanet. Vnde Aug. in regula ait; *Si enim frater tuus, vnum habet in corpore; quod vellit occultare, eum timeat secari, nonne crudeliter à te si leretur, & misericorditer indicaretur?* Adhunc modum Paschasius. Subiungit: *Discipulis Christi, nec plus sunt necessarij, quam duo gladij: nec minus habere congruit. Vnum in verbo quo feriatur, quisque vt vinificetur, dulci reprehensione: alterum quo vlciscatur omne scelus.*

Luc. 22. Aug. Paschas.

94. Hæc spectat illud Bernardi scribentis. Eugenio Monacho, lib. 4. de consideratione, vbi ait: *Nunc vero arripe gladium, qui tibi ad feriendum creditus est, & vulnera ad salutem, si non omnes, si non vel multos; certe quos possis.* Hæc ille, vbi hæc, numquam Christianum gladium esse permittendum, quod non sit ad salutem. Hic est ignis, & gladius in manu mediatoris. Non gladius vindictæ, & vltionis non odij, sed gladius dilectionis, & pacis, qualiter Abrahamus. Genes. 22. *Portabat ignem, & gladium.* Ad sacrificandum filium, quem maxime diligebat, non current ad occidendum odio filij, cum eum vnicum, & dilectum haberet. Sed obedientia, & fide, & amore. Immò numquã magis Isaacum dilexit, quam eum Domino dedit. Ergo cum Deum diligimus gladium, & ignem portare debemus, ad amputanda vitia, & peccata. Tunc enim maxime diligimus cum proximum nostrum à vitijs, & secularibus concupiscentijs doctrina, & patientia nostra coarctamus.

S. Bern. Gen. 22.

95. Existimo enim, quod vbi gladius, ibi Iesus, ibi pius Pastor Pater: Dominus. Nõ tacebo illud, quod tetigit sanctus Chrysost. super cap. 3. Geneseos: *Nunc ergo, ne forte mittat manum suam, & summat de ligno vitæ, & comedat & viuat in æternum. Emisit eum de Paradyso.* Ibi duo sunt consideranda. Primum quod, *fuit in Paradyso*, ibi dignitas hominis. Secundum, *quod commedit*, ibi lapsus, & abiectio de Paradyso. Sed numquid abiectus de Paradyso, ad interitũ currit R. Chrysost. *Prouidentiæ magis, quam indignationis fuit hæc eiectio. Hic enim est, mos Domini nostri, vt puniens non minus, quam bene faciens; suam erga nos, declaret prouidentiam & pietatem, quippe, & hanc pœnam admonitionis gratia, nobis irrogabit: quia vtique si sciisset nos, non peiores fieri, impunè peccando, ne vtiquã vltra puniisset; sed vt reprimat nostrum ad vlteriora progressum, & tollat malitiam, vlterius grassantem, suam seruando misericordiam punit. Id quod, & tunc facit, & nunc facit curam enim agens prothoplasti eiici ipsum è Paradyso præcipit.* Hæc ille.

Chrysost.

Ibidem Rupertus, ait: *In magna ira, magna misericordia recordatus est Dominus Deus, in hoc ipso, quod lignum vitæ, non concessit misero homini, quippe, quem voluit sic esse dissimilem sibi, vt nũ esset vbique similis diabolo, quasi dicat parcamus homini, & quia fœlicitatem perdidit, & æternitatem præripiamus in fœlici, vt in neutra sit, quasi vnus ex nobis, nobis est æterna fœlicitas, & fœlix æternitas. Si illi temporalis miseria, vel misera temporalitas; vt tunc illi quomodius reformetur æternitas, cum fuerit recuperata fœlicitas, parcamus ergo illi; ne hoc modo male sit, quasi vnus ex nobis; ne sicut quisque nostrum, æternus est, sic & ille, æternus sit, etenim malum quidem illi temporalem esse; sed pessimum esset æternum esse, esset enim similis diabolo, qui fœlicitatem perdidit, & æternitatem non amissio, & ita est eius æterna infœlicitas, & infœlix æternitas.* Hæc ille. Subdit.

96. Rupert.

Nota.

Dicendo autem: *Ne forte mittat manum suam.* Intelligi datur, quod neque Adam cognouit lignum vitæ; nec ipse, diabolus sciuit, quod tale lignum plantauit Dominus Deus in medio Paradysi. Si enim diabolus scisset; numquam Consilium suæ malignitatis, ita dimidiasset: sed sicut lignum scientiæ boni, & mali, temere persuasit, vt miseros faceret: sic, & lignum vitæ, præripere persuasisset, vt æternaliter miseros, vel misere, æter-

97. Rupert. Nota.

nos efficeret. Hæc ille, vbi vides, Diuinam pietatem inclusum in gladio illo electionis de Paradyso rigorem, *relegatus est*, pietas, ne cõmedat de ligno vitæ, & miser in æternum sit.

98. S. Thom. Bene video, Sanctam Thom. 2 2. q. 164. articul. 2. ad 6. dicentem, quod licet homo post peccatum, de ligno vitæ commedisset, non propter hoc in mortalitatem recuperasset; beneficio tamen illius cibi, potuisset vitam magis prolongare. Vnde quod dicitur, ne viuat in æternum, sumitur hic: *æternum*, pro, *diuturno tempore*. Hoc autem, non expediebat homini, vt miseria huius vitæ diutius permaneret. Hæc S. Thomas, vbi quando tollat æternitatem, concedendo diuturnitatem etiam, maiorem insinuat pœnam, æterna tamen foret. Secundum Rupertum, quod satis ponderabile est ad rem ergo nostram.

99. Dico quod, vbi gladius, ibi Iesus, ex quo habes, gladium esse salutarem. Immò, absente Domino, gladius, non est, & exinde, qui gladium experiuntur; fauores etiam habentis gladium experiuntur. Sap. 18. Legitur enim, Sapientiæ, cap. 18. *Omnipotens, sermo tuus Domine, exilijt de cœlo, à regalibus sedibus durus deus lator in mediam exterminij terram prosilijt.* Gladius acutus inimulatum Imperium tuum portans, & stans, repleuit omnia morte. Ecce gladius dei ipsimus, insuperabilis mortem causans ad Ægyptum venit, sed non solus gladius intrat Ægypti terras, venit etiam, ad AEgyptum Iesus. Matth. 2. Legite Matth. cap. 2. *Accipe puerum, & Matrem eius, & fuge in AEgyptum.* Sed cur puer Iesus fugis in Aegyptum? Cur non apud montana Iudææ iter repetis? Ibi, Ioannem etiam latitantem inuenies, qui exultet, in aduento tuo; cur ad ignotas gentes curris? Profecto, ideò, ad AEgyptum currit, vt non glorietur gladius occisorum, hinc occidentium pueros, sed quod sentiat Iesu conuersationem, si gladius ad AEgyptum, etiam ad AEgyptum Iesus. Gladius quidem, vt pendat, Iesus vero ad AEgyptum currit, vt saluet.

100. R. M. Boil Regius concionator. Non tacebo, illud breuiter ad notare; quod celebertimus, quidam ex nostris, concionator, dum ad populum concionem faceret singularique attentium applausu requiuuit, ad Iesu, affectu soliloquio: *O bone Iesu, quare Angelus non ad Virginem: sed ad Ioseph dixit. Surge, accipe puerum, & Matrem eius, & fuge in AEgyptum. Surge Ioseph, quare ergo hoc ipsum ad Virginem, non est denuntiatum per Angelum? Cui dubioso respondens dixit (mira sententia & tanto concionatore digna) existimo, noluisse Dominum Angelum tunc, ad Virginem mittere, sed ad Ioseph: quia ipsa Virgo præ nimia ingenij humanum charitate, tanto amore circa nostram salutem, illius interuenietè morte succensa, quod sicut id fieri creditum erat in Iudea, filium non occultaret Iudæis, potius illum manibus gestando illis traderet, & offerret, quasi diceret, accipite filium meum ipsum occidite, & saluus fiat homo, quod sic forsitam accidisset non tamen in Ioseph, ita sicut in Virgine.*

Fugit ergo ad Ægyptum, & non maneat in Iudæa; vbi est Hærodis persecutio, qui querebat puerum ad perdendum eum. Sed in AEgypto, nonne ignotus erat Deus, nonne Gentiles erant AEgyptij? Verum ignorantes, Deum verum, & falsos Deos adorantes Quare ergo, de Iudæa fugit ad Gentilitatem? In Iudea quidem erat inuidia Hærodis, ipseque inuidus, in AEgypto autem erat à Gentilibus in falsis simulachris falsorum Deorũ irrisus. Quare ergo de vno periculo, ad aliud periculum currit? R. quod de inuidia ad amorem, est transitus difficilimus; de amore vero Deorum inanium, ad amorem Dei veri; non tam difficilis est transitus: quia qui consuetus est, ad amandum, si amat bonum, quod solum est bonum apparens, multo melius amauit bonum, quod vere bonum sit: quia solum restat, vt intellectus capiat bonum, sub ratione veri, non apparentis, sed in veritate, vt facile, amet bonum, qui amando solet tendere, ad solum apparens bonum: *Mas facil es el transito de amor à amar, que de aborrecer inuidio, à amar.* Ita facile tranit Iesus ad AEgyptum: quia facilius Gentiles amabunt Deum verum, quem ignorabant, cum adorassent Deos falsos, quam Iudæi, qui inuidia, & odio prosequuti sunt Dominum Iesum. Forte ita esset.

101.

Quo circa D. Chrysost. in Matth. cap. 2. ait. *Recordatus Dominus, qui non insanem iracundiam, quanta mala fecerit super AEgyptum: ideò mittit filium suum in eam; & dat illi magna reconciliationis pignus & perpetuæ amicitiæ pignus, vt decem plagis AEgypti, vna medicina sanaret.* Hæc ille. 102. Chrysost.

Vbi pro medicamento plagarum, ponit Iesum, quod inuenies apud Oseam, c. 6. dum pro Iudæis ait: *Ipse cæpit, & sa-* Osee 6.

nauit nos percutiet, & curauit nos. Græci legunt: *Ipse percussit, & medebitur nobis: ferit, & curauit vulnera nostra, sanauit nos post biduum. Tertia die surgemus, & quæremus coram ipso, & cognoscemus. Ecce simul, & percussio & medela, vulnus, & salus, gladius feriens, & manus Saluatoris.* Vnde Theophilactus, *Theofilat.* ait: *Parum distat a vulneratione curatio; propter facilitatem, hoc dicit. quia non indiget diutina circuitione Deus, ad curam verum accumulatam statim exhibebit sanitatem, nam percussæ naturæ iniecit filium suum, seu curationem,* vt videas, quam paternus est gladius, qui sotiam tenet medicinalem manum.

Eleganter ad hoc propositum S. Chrysologus, loquitur sermon. 112. vbi legem *103. Chrysolog.* vocat gladium, ait: *Venit lex, vt gladio præceptorum velut à postema longi temporis apperiret, & collectam diu saniem salutaris siccar, & effusio, venit ergo medicus, & curationum vexationibus, solius verbi authoritate subuenit.* Hæc ille, quibus apperte ostendit, prius legem feriencem venisse, postmodum Iesum sanantem.

Philo Carpatius, ad illa verba, Genesis *104. Carpatius. Genes. 31.* 31. *Video faciem Patris mei, quod non sit erga me, sicut heri, & nudius tertius, Deus autem Patris mei fuit mecum.* Dicit Carpatius: *Ideò laham, erga te, male affectus est: quia Deus tibi fabet, nam in quacumque anima æternum istud sensibile honoratur, tanquam bonum maximum; in ea Deus non inuenitur: in qua autem Deus ob ambulat, in ea bonum æternum sensibile non inuenitur.* Hæc ille, sed nonne ante Regiam Maiestatem, dum pompa, cum magno committatu procedit, gladius iustitiæ euaginatus precedit? Nonne illum pro magno habet Regia Maiestas? Hinc colligo numquam gladium vindictæ esse in manu Domini, vbi Dominus ipse non adsit. Sed vbi Dominus vere Saluator, vere Pater, ibi paternus gladius, non occidens, sed viuificans, ipso gladio vulnerat, quo sanat, ipse ait: *Percutiam, & ego sanabo.* Recte, ergo Tertullianus monet, vt habeamus: *Fastidium, in fastidio vltionis.* Id est, vt simus maxime affectantes amicitiam, & odientes, non solum vindictam, sed etiam, & nomen vindictæ: nam si Dominus vltor est, suppremusque Dominus: quare gladium vltionis nobis arrogamus? *Nam si nobis arbitrium vltionis arrogauerimus, quem honorem tribuimus Domino,* *105.* ait Tertullianus, & noto verbum illud: *Si arbitrium vltionis*, vbi affectum vlciscendi vocat, *arbitrium.* Sed disquiro quid est arbitrium. Arbitrium esse quandam sententiam, quæ ab arbitro statuitur, vnde vt Latinius, ait arbitrium suscepisse dicitur, qui partes iudicis suscepit. Vnde Cicero, in prohemio, lib. 1. officiorum, ait: *Arbitrioque nostro, quantum quoque modo videbitur, hauriemus interdum,* id est, *quod oppinio, siue voluntas, vt omnia pro meo arbitrio facio,* id est, *vt oppinor faciendum.* *Latinius.*

Vnde, qui sua voluntate, velut particularis persona vlciscitur, se iudicem facit, æquum iudicans vindicari, sed falsa, id facit, & iniqua voluntate, vsurpat enim causam iudicis, dum se iudicem facit, & inique facit: quia in causa propria nullus sibi iudicem se constituere potest, quod apud legistas certum est.

Vel aliter explicabo, illud verbum, *arbitrium*, vltionis, ita quod nomine arbitris intelligam, *Consilium*, vltionis, vbi aut quis intra se facit Consilium, & discussa apud se causa iudicat bonam esse vltionem, & tunc fallitur: quia se constituit iudicem, & in hoc Consilio præsidet, ira, & abira nascitur impatientia, & ab impatientia vindicta iniusta, & totum cedit in malum, & sic tale Consilium, reprobandum est, aut intrat in Consilio, seu consultatione cum alio, & tunc, aut prudenter iudicat, aut imprudenter, si prudens alter est repellitur, ira, repellitur impatientia, & tandem repellitur vltio hoc bonum, & prudens Consilium est, si tamen imprudenter iudicat, tunc impatientia, nata ab ira imperante, finis vltionis sequitur, quod reprobatur, nam tunc si nobis ipsis arrogauerimus arbitrium, siue Consilium vltionis, quem honorem tribuimus Domino? Id est nullum, de quo latius infra. *106.*

§. VIII.

In parcendis inimicis, pro magno habenda sunt exempla maiorum, vbi de oratione Christi, Domini pendentis in Cruce. Et pro inimicis orante, atque dicente. Pater ignosce illis.

IN omni genere virtutis, inueniemus exempla maiorum, vt imitari eos studium nostrum possit, & solicitudo. Pro quo dabo tibi sanctum Gregorium (& si multa subsilentio prætermittam aliorum placita) iste quidem sanctus Doctor, homil 4. *107. Luc 23. Matth. 25. S. Gregor.*

mil. 4. super Ezechielem, dum agit de pulchritudine Ecclesiæ, ad collum, illius inspiciendo, ait, ex canticis. Cant. cap. 5. *Collum tuum sicut turris Dauid, quæ ædificata est, cum propugnaculis mille clypei pendent ex ea omnis armatura fortium.* Subiungit Sanctus in hunc modum: *Mille clypei pendent ex ea: quia quot illi præcepta sunt, tot munimina, ad seruandam Innocentiam; etiam hæsi à proximo festinamus.* Exempla ponit variarum virtutum. Primum hic. Abel ante oculos veniat; qui, & occisus à fratre scribitur, & non legitur reluctatus.

Cant. 5.

Patientia.

Mentis munditia, etiam cum coniugali copula eligitur?

Præcepta Dei.

Enoch debet immitari; qui, & inconiugio positus, ambulauit cum Deo.

Præcepta Dei festinamus; præsenti nostræ vtilitati præponere?

Obedientia.

Noe ante oculos veniat, qui cura domestica postposita ex iussione Dei, per centum annos, ad arcæ fabricam vixit occupatus.

108.

Subire obedientiæ virtutem nitimur? Aspicere Abraham debemus, qui relicta domo cognatione, &c. Exijt nesciens, quo iret, qui etiam paratus extitit dilectum, occidere hæredem. Huc vsque Gregorius.

Et ante alia notemus, quod Anastasius Sinayta ait, nempe, quod ea quæ Domino redimus dupplicata recipimus, & meliorata. Genes. 22. *Iussit Dominus, vt filium suum sacrificaret Abraham, qui Deo obediens, obtulit filium in holocaustum, & dum gladius Euaginatus minat, Dominus de gladio dispensat, vt generationem, quam spondit dupplici, quam spondit dupplici, quasi progenie videret.* Tũc, *Dominus ad eum Abraham, Abraham. Ne extendas manum tuam super puerum.* Sed disquiro, quare dupplicat nomen iterum, & iterum vocando Abraham, Abraham? R. vt dupplicatum, recipiat filium, quem singularem obtulerat, vt pater quidem naturalis obtulit, recipit filium eundem viuum, sed obedientia super naturali offerens eum gladio, ipsum tamen recipit dupplicatum, & nullum, quem obtulerat, & iam filium gratiæ: quia iam filius ille Dei est, & illi gratis donatus. Itaque filium genuit pater dicitur naturalis illius, & quia cum obtulit, illum à Domino gratiose recepit iterum pater vocatur, vel duos, habuit patres vnus Abraham, alter Deus, sed dum multiplicat nomen, & munus multiplicat paternale, & quasi dupplicatum, recipit filium, qui singularem obtulerat, vnde si obedientes Domino honorem nostrum per iniuriam ablatum domus Domino, eundem, & melioratum, & multiplicatũ ab ipso recipiemus honorem exemplo Christi, qui pro inimicis orando, quasi nouum genus filiorum multiplicat, & patris nomen habet nouum. Rursus. Si morum simplicitas placet? Isaac, ad mentem veniat, quem in omnipotentis Dei oculis, vitæ suæ tranquilitas ornauit.

Anast.

Genes. 22.

Simplicitas.

Si laboriosa Fortitudo, vt optineri debeat, queritur? Iacob, ad memoriam reducatur, qui postquam sciuit fortiter seruire, etiam non potuit, à luctante Angelo superari.

Fortitudo.

Coniugum carnis illæ cebram, vincere? Ioseph, ad mentem redeat. Qui, tentante se domina, statuit carnis continentiam custodire: & quia, membra sua bene nouerat regere, regenti quoque omnem AEgyptum præfuit.

Vincere carnem.

Mansuetudinem, atque Patientiam, querimus. Moysem ante oculos deducamus: qui sexcenta millia, armatorum Regens: mitis fuisse scribitur super omnes homines, qui habitabant super terram.

Mansuetudo, Patientia.

Rectitudinis cœlo, contra vitia, accendimur? Phinæ os, ante oculos deducatur, qui choeuntes gladio transfigens, iram Dei, iratus placuit.

Rectitudo.

De Spe, omnipotentis Dei, in dubijs querimus? Iosuæ ad memoriam reuocemus, quidum, diuia certamina, certa, mente subit advictoriam sine dubietate peruenit.

Spes.

Mentis Inimicitias, puniri cupimus, & in benignitate animum dilatare? Samuel, in cogitationem deducatur, qui de principatu dejectus à populo: cum idem populus perijt, vt pro eo ad Dominum præces funderet; respondit dicens absit à me hoc peccatum, vt cessem orare pro vobis, qui rursum, cum inbente Domino mitteretur, vt Dauid, vngeret in Regem, respondit, quomodo vadam? inveniet me Saul, & occidet me. Vide quantus ardor charitatis eius animum inuaderet! Qui illum sic fleuat, à quo timebat occidi.

Inimicitiæ

Cauere volumus, ne malum pro malo reddamus? Dauid ad memoriam reddeat, qui persequentem Regem, cum posset occidere bonum elegit, quod ipse deberet facere; non malum, quod ille merebatur pati. Dicens, ablit à me, vt mittam manũ meam in Christum Domini, & eum, qui persequutorem dum viueret, & pertulit, fleuit occisum.

Fare vindictam.

Er-

Loqui libere.

Errantibus huius mundi potentibus, libere loqui, decernimus? Ioannes, ad animum deducatur, qui Herodes nequitiã reprehendens, proverbi rectitudine, occidi non timuit.

Carnem ponere.

Carnem nostram, pro Deo ponere in mortem festinamus?

Petrus ad mentem veniat, qui inter flagella, gaudet, & vitam suam, pro vita despicit.

Dispositio ad mortẽ.

Cum mortis appetitu disponimur, & disponimur, & curamus aduersa continere? Paulus ante oculos deducatur, qui non solum alligari, sed, & mori paratus, pro Christo, non facit prætiosiorem animam suam; quam se succendi cor nostrũ igne Charitatis querimus? Ioannis verba, pensemus; cuius omne, quod loquitur, charitatis igne vaporatur, hæc omnia quæ tibi obtuli fere, sunt dibi Gregorij, & animaduersione digna, quæ multis alijs Sanctorũ, & Scripture testimonijs, & exemplis possem illustrare, sed nolui, quia pro magno habenda est tanti Doctoris Authoritas.

Charitas.

109. S. Gregor. Hebræ. 2.

Sed placuit, alia verba eiusdem Sancti tibi dare, ait: *Vides Deum, semen Habrahæ assumpsisse, nusquam tamen Angelos aprehendisse?* Disquiro causam, Angelus enim, & si moraliter inflexibilis, naturaliter tamen, mutabilis est, quare ergo Angelos, non redemit? Et ad homines, redimendos descendit Deus? R. illud ni fallor factum est: quia misericordia motus est super homines, non quidem suscepit aliam naturam nisi humanam, quam assumpsit: Angeli enim, qui ceciderunt, si vellent resipiscere, possent, nec illis defuisset exemplum, nam de Angelis, qui in gratia Dei creati fuerunt: non omnes ceciderunt; sed tantum modo tertia pars Stellarum, hoc est Angelorum, & illi, qui ceciderunt, forsitam resipiscerent, & dolerent, si vellent respicere Angelos consortes suos, qui in gratia Dei cõstantes manserunt, & confusione pleni ad tristãdum, hoc est ad retrocedendum duci possent, exemplo aliorum Angelorum bonorum, qui illos possent ad amorem Dei exemplo suo deducere illos tamen tanquam exemplar non inspexerunt, & ita cedentes bono; ceciderunt ab altissima sede, tanquam, qui indigna, vt de illorũ natura vestiretur Deus, æterniq; Patris, filius, nolluit quidem naturam assumere cuius speties nollet aliquando conuerti ad Dominum.

110. Roman. 3.

Sed tamen, quando homo primus peccauit; omnes in illo filij hominum; qui perseminalem propagationẽ ab illo descendunt peccauerunt. Apostolo dicente: *Omnes enim peccauerunt.* Christus, per naturam, Maria per gratiam excipitur ytenim, non inueniemus in canticis Canticorum vocatam fuisse ab Sponso sororem. Immo, nec Sponsam, vsque dum eã pulchram, formosissimam, spetiosamque depingeret, non enim Sponsa esset nisi pura esset, & in maculata. Rursus, sicut Ioseph, palium dimisit, quia tactu indicæ mulieris infectum vidit, nec carnem Virginis ad amasset, nisi pulchram, & alienam à culpa originali animam cognouisset petius alienam reputasset carnem, cutus anima alieno Domino manciparetur. Mmnino liberam à culpa, Matrem elegit, quæ, & si inclusa spatio nouem mentium maneret in vtero Matris, vbi tanquam in carcere detinentur ferunli, & filij Adam, vbi ligantur vinculis, maculæ originalis, tamen libera semper Virgo vterũ ipsa pro palatio tenuit vbi; & regnandi, non illi deficit potestas, nec conculcandi draconem deficit præuilegium. Vnde recte Tertulianus, lib. ad martiras, inquit, *Carcerem, non tam carcerem esse, quã palestram, in qua, & calcatur Tyranus, & Christi miles coronatus triumphat.* Vnde quia præseruata libera manfit. Aprahendit igitur; semen Habrahæ, vt exemplar esset imitandæ Sãctitatis, & quia primus per naturã Christus Dominus impollutus, & in maculatus prima etiam per gratiã, pulcherrima, & omnino inmaculata foret Regina cœlorum. Item Tertulian. lib. ad martyres in prio ait domus quidem diaboli est, & carcer in qua familiam suam continet, sed vos ideò in carcerem per venistis, vt illum etiam in domo sua conculcetis: quia pax vestra bellum est illi. Rursus, Tertulian. verba, hæc vitam nos æternã consecutari carcerem nobis pro palestra interprætemur, vt ad stadium Tribunalis producimur.

Cant. 12. 3.4.

Cant. 5. 6. & 7.

Genes. 28.

Notã. Vterus matris fuit Virginis talamus Coronationis solium Maiestatis, nũ carcer. quis numquam captiua, sed in gratia eõcepta fuit

Igitur, ad Christi exemplar bibamus calicem doloris, de quo ille dixit: *Quem ego, bibiturus sum.* Matth. Quasi diceret, primus, ego bibam postea vos, quia gustato calice ab ipso Domino, facile à servis gustatur ergo, remitente iniuriam ipso Domino dominatore patientiæ, in cruce, & exorante ad Patrem: *Dimitte illis Pater.* Nos debemus pro fratribus non solum animas ponere, sed etiam exorare pro male facientibus, vt ita filij Dei, nominemur, & simus. Simus ergo: *Fasidientes in fasidio victionis.* Et hunc ho-

no-

norem litemus Domino, non arrogando nobis arbitrium vltionis.

AD IDEM.

111. S. Gregorius in Pastorali ad monit. 23.

VNde pro fine huius discursus, dabo tibi. Documenta diui Gregorij in pastorali, qui ad monendo, & exortando, ad pacem, & dilectionem inimicorum, & contra perturbantes pacem Reipublicæ loquitur eleganter. Ad monitione 23. sic loquitur.

Aliter admonendi sunt discordes; atq; aliter peccati: discordes namque admonendi sunt; vt certissime sciant: quia quantis libet virtutibus polleant, spirituales fieri, nullatenus possunt, si viri per concordiam proximis negligunt, scriptum quippe est fructus autem Spiritus, est charitas gaudium pax, qui ergo seruare pacem nō curat, ferre fructum Spiritus recusat. Ad Gal. 5. *Hinc Paulus, ad Galatas 5. & 1. Corint. 3. cum sit inter vos cœlus, & intentio, nonne carnales estis? Hinc iterum quoque dicitur. Hebreorum cap. 12. pacem sequimini, & cum omnibus sanctimoniam; sine qua nemo videbit Deum. Hinc rursum admonens, ait solliciti, seruare vnitatem* Ephes. 4. *Spiritus in vinculo pacis. Ad Ephesios, c. 4. vnum corpus, & vnus Spiritus, sicut vocati estis in vna spe, vocationis vestræ. Ad spem ergo vocationis spem, nequaquam pertingitur, si non ad eam vnitate cum proximis, mente curratur, at sæpe nonnulli quoque quædam specialiter dona percipiunt superbiendo donum concordiæ, quod maius est amittunt: vt si fortasse carnem præcepteris, gulæ refrenatione quis edomet, concordare eis quos supperat abstinendo contemnat. Sed qui abstinentiam à concordia separat, quid* Psal. 150. *admoneat Psalmista perpendat 150. dicitur, Laudate eum in timpano, & choro, in timpano namque sicca, & percussa pellis, resonat: in choro autem voces sotiate concordant.*

112. *Quisquis itaque corpus affligit, sed concordiam deserit: Deum quidem laudat in timpano; sed tamen eum non laudat in choro. Sæpe vero, dum quosdam maior scientia erigit, à cæterorum sotietate disiungit, & quasi quo plus sapiunt, eo à concordiæ virtute desipiscunt. Hi itaque audiant, quæ per semetipsam veritas dicat, habete sal in vobis, & pacem habete inter vos. Sal quippe sine pace, non virtutis est donum, sed damnationis argumentum, quia enim quisque melius sapit, & deterius delinquit, & id circo inexcusabiliter, & multo maius meretur supplitium: quia prudenter si voluisset, potuit euitare peccatum, quibus quoque recte per Iacobum dicitur, cap. 3. quod si cœlli amarum habetis inter vos, & contentiones sunt, in corde vestro; nolite gloriari, & mendaces esse aduersum veritatem, nō est ista sapientia descendens de sursum, sed terrena animalis diabolica; quæ autē de sursum est sapientia; primum quidem pudica est, deinde pacifica, pudica videlicet; quia caste intelligit: pacifica autem, quia per elationem, se minimè à proximorum sotietate disiungit.* Iacobi. 3.

113. *Admonendi sunt dissidentes; vt noverint quod tamdiu nullum boni operis Deo sacrificium immolant: quamdiu à proximorum charitate discordant, scriptum namque est si offers munus tuum ad Altare, & ibi recordatus fueris; quia frater tuus, habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuum ante Altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum, ex qua præceptione pensandum est, quorum hostia repellitur, quam intolerabilis culpa monstratur, nam cum mala cuncta bonis sequentibus diluantur, pensemus quanta sint mala discordiæ: quæ si extincta fuerint ditus fuerint: bonum subsequi non permittunt.*

114. *Admonendi sunt discordes, vt si aures à mandatis cœlestibus declinant. Mentis oculos ad considerandas ea quæ in infimis versantur aperiant; quod sæpè aues vnius, eiusdemque generis se se sotialiter volando non deserunt & quod gregatim animalia bruta pascuntur, quæ si solerter aspatiamus consordando sibi irrationalis creatura in dicat, quantum malum per discordiam, rationalis creatura committat: quando hæc à rationis intentione perdidit: quod illa motu naturali custodit.* Hæc ille, de seminantibus discordiam.

115. De peccatis autem, & pacificis. Subiungit: *At contra admonendi sunt peccati, nedum plusquam necesse est, pacem quam possident amant, ad perpetuam peruenire non appetunt, plerumque enim grauias, intentionem mentium, rerum tranquillitas tentat, vt quo non sunt molesta, quæ obtinent, eo minus amabilia fiant, quæ vacant, & quæ delectant præsentia, eo non requirantur æterna. Vnde, & per semetipsam veritas loquens; eum terrenam pacem, à superna distingueret, atque ad venturam Discipulos, ex præ-*

sentis

senti prouocaret, ait pacem relinquo vobis; pacem meam, do vobis, relinquo, scilicet transitoriam, do mansuram; si ergo in eam. Cor, quæ relicta est figitur numquam ad illam, quæ danda est peruenitur, pax ergo præsens, ita tenenda est, vt & diligi debeat, & contemni, ne si immoderate diligitur, diligentis animus in culpa capiatur.

IDEM.

116. *Vnde, & admonendi sunt paccati, ne dum nimis humanam pacem desiderant, prauos homines, mores nequaquam redarguant, & consentiendo perversis ab Autoris sui, se pace disiungant, ne dum humana foras gurgia metuunt, interni fœderis discussione feriantur. Quid est enim pax transitoria, nisi quodam vestigium pacis æternæ? Quid esse, ergo dementius potest, quam vestigia in puluere impressa diligere, sed ipsum à quo impressa sunt, non amare? Hinc Dauid, dum totum se ad fœdera pacis internæ constringeret testatur, quod cum malis concordiam non teneret.* Dicens Psalm. 138. *Nonne, qui oderunt te Domine oderam, & super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio, oderam illos, & inimici facti sunt michi. Inimicos etenim Dei, odio perfecto, odisse est, horere malum, & peccatum, eorum cũ quo fiat quod diligantur in quantũ creaturæ Dei sunt, pensandum ergo est, quando ab increpatione quiescitur, quanta culpa, si pax cum pessimis tenetur: si Prophetæ tantus hoc velut in hostiam Deo obtulit, quod contra se pro Domino prauorum inimicitias excitauerit. Hinc est, quod tribus leui.* Exodi 31. *Assumptis gladijs per castrorum media transiens; quia feriendis nolluit peccatoribus parcere, Deo manus dicta est consecrasse. Hinc fines peccantium ciuium gratiam spernens, cohærentes cum Madianitis perculit, & irã Domini, iratus placauit.* Numer. cap. 8. *Hinc per semetipsam veritas dicit.* Matth. 10. *Quid putatis? Quia pacem veni mittere in terram? Non vtique, sed gladium, malorum autem, cum in caute amicitijs iungimur culpis ligamur. Vnde Iosaphad, qui tot de ante acta vita attollitur, de Achab Regis amicitijs pene periturus increpatur.* 2. Paralyp. 19. *Cui à Domino, per Prophetam dicitur impio, præbes auxilium, & his qui oderunt Dominum amicitia iungeris. Et id circo irã quidem Domini merebaris: sed bona opera inuenta sunt in te; eo quod abstuleris lucos de terra Iudæ, ab illo enim, qui sum me rectus est; eo ipso iam discrepat, quo peruersorum amicitijs vita nostra concordat.*

Admonendi sunt paccati; ne si ad increpationis verba prosiliant; temporalem pacem sibi perturbari formident. Rursum quæ admonendi sunt; vt eamdem pacem, dilectione integra, intrinsecus teneant; quam per inuectionem vocis; sibi extrinsecus turbant, quod vtrumque prouide, se Dauid seruasse perhibet. Psalm. 119. *Cũ dicit, cum ijs qui oderunt pacem eram pacificus, eum loquebar illis impugnabant me gratis. Ecce loquens impugnabatur; sed tamen impugnatus erat pacificus:* Quia, nec insanientes, cassabat reprehendere; nec reprehensos, negligebat amare. 117. Psal. 119.

Hinc etiam Paulus ait: *Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Hortaturus enim Discipulos, vt pacem cum hominibus haberent; præmisit dicens. Si fieri potest, atque subiunxit, quod ex vobis est Difficile quippe erat, vt si male acta corriperent habere pacem, cum omnibus possent, sed cum temporalis pax in praborum cordibus. Ex nostra increpatione confunditur inuiolata necesse est, vt in nostro corde seruetur. Recte itaque ait, quod ex vobis est; ac si nimirum dicat: quia pax, ex duarum partium consensu subsistit, si ab eis qui corripiuntur expellitur, integra tamen in vestra, qui corripitis mente tenetur. Vnde rursum, idem Discipulos admonens, inquit. Si quis non obedit verbo nostro per epistolam, hunc notate: & non co misceamini cum illo, vt confundatur. Itaque illico subiunxit; & nollite, vt inimicum æstimare illum, sed corripite, vt frãtrem, ac si diceret; pacem cum eo exteriorem soluite: sed interiorem, circa illum medullitus custodite; vt peccantis mente, sic vestra discordia feriat; quatenus pax à cordibus vestris, nec ab negata discedat.* Huc vsque Sanctus Gregorius. 118.

Vbi apperte videmus, si eius attente singula verba perpendamus qualiter nos haberi debeamus cum inimicis nostris, & calumniatoribus, & cum seminantibus discordiam, incommunicatibus, & etiam cum paccatis. Falsa est enim pax, quæ resultat ex culpa, dum perseuerantiam culpæ committatur falsi amicitia, & pernitiosa? Quæ ad patranda delicta stratitur. Fallar ego, si non senfero, innanes, & 119.

frustrancos esse Prælatos, & Superiores; qui affectu simulatæ pacis, vitia videntes non castigant, & intollendis malis, non tollerandis vitijs, non insudant. Audimus plures, multos laudantes Prælatos, & summo honore prosequentes, vtpote de regimine maxime benemeritos, & prudentes vocari, eo solum quod de subditorum vita, non curant; sed silentio præterreunt subditorum mala, & crimina, non coercentes infirmitates culparum, nec quæ putrida sunt membra resecantes, dolendum hoc grande malum: quia isti tales Prælati, non amant pacem Dei; sed pacem diabolicam, & infamem, ad suam solum temporalem conseruationem pertinentem; non vero ad salutem animarum. Isti non sunt Pastores, sed lupi rapaces; inimici sunt non amici: quia quos pace hac humana congregant, perdunt; isti amabiles benevoli hilares sæpius se ostentant; sed tunc, quos amare videntur lædunt, & benæno afficiunt, & isti ipsi, quâ rigidi, quamque severi, & veritatis amatores se fingent, & insimulant, cum illis, qui suæ conditionis non sunt, nec suorum scelerum fautores; sed potius impugnatores irrident honestos, & humiles, approbant inquietos qui de suo corde sunt. Viderint Reges suppræmi, viderint, & Prælati eminentiores, qualiter in his inferioribus Ministris, præsitis ista dilabitur, dilatatur; & quod maius malum est toleratur, sed væ illis iterum, & iterum; quidum pacem, procurare videntur: vellum inter fratres seminant, & molestias. De quibus asserendum puto, faciles esse ad vindictam, qui ad iram propensi, & facilimæ sibi arrogantes arbitrium vindicationis; nullum Deo tirando honorem. Contra quos ingeniose Tertullianus, dixit in sua sententia, quæ est notatione dignissima, qua inquit: *Quem honorem litauimus Domino, si arbitrium vindicationis nobis ipsis arrogauerimus? Quasi dicat nullum honorem dabimus.* Sed offendens, & offensus, si ad vindictam curris, vterque Domino reus est, cum dictum sit: *Non reddamus malum pro malo.* Sed bonum pro malo, vt Filij Dei nominemur, & simus. *Tert.*

DISCVRSVS VIGESIMVSOCTAVVS.

PROSEQVITVR AVTHOR.

TEXTVS.

I. *Textus.* Nos putres vasa fictilia, seruulis nostris assummentibus sibi, de conseruis vlctionem, grauiter offendimur eosque, qui nobis patientiam obtulerint suam, vt memores humilitatis, seruitutis, ius dominici honoris diligentes, non probamus modo, sed ampliorem, quam ipsi sibi præsumpsissent satisfactionem facimus. Id nobis in Domino tam iusto ad æstimandum, tam potenti ad perfitiendum periclitatur? Quid ergo credimus iudicem illum, si non, & vlctorem? Hoc se nobis repromittit dicens: *Vindictam michi, & ego vindicabo,* id est. Patientiam michi, & ego patientiam remunerabo, cum enim dicit: *Nolite iudicare*, ne iudicemini, nonne patientiam flagitat? Quis enim non iudicauit alium, nisi qui patiens erit

Deut. 32.

Matth. 7.

non

non defendendi? Quis id circo iudicat, vt ignoscat? Ac si ignoscet, tamen iudicantis impatientiam cauit, & honorem vnici iudicis, id est, Dei abstulit.

2. Quantos vero casus huiusmodi impatientia incursare consueuerat? Quotiens pœnituit defensionem? Quotiens instantia eius deterior facta est causis suis? Quoniam nichil impatientia susceptum, sine impetu, transigi nouit: nichil impetu actum, aut non offendit, aut corruit, aut præceps abijt. Iam si seuius defendaris, insanies: si vberius, onerabueris. Quid michi, cum vlctione, cuius modum regere non possum per impatientiam doloris? Quod si patientiæ incubabo, non dolebo: si non dolebo vlciscì non desiderabo. Huc vsque Author, in cap.10.lib.de patientia, pro prima parte.

EXPLICATVR LITTERA AUTHORIS.

3. CVm Tertulianus. Domino Deo: cui est potestas, & Imperium totum negotium honoris nostri, & omnem satisfactionem iniuriarum tribuere, pro viribus connetur; admoneatque, nec vlctionem, nec vindictam contra inimicos nostros, singulari; & priuata authoritate sumamus; sed potius, quod simus summopere instantes in odio, vlctionis, quod bene indicat illud verbum, in fine discursus præcedentis relatum nempe: *Fastidientes in fastidio vltionis.* Deo relinquentes vindictã, qui dicit: *Michi vindictam, & ego retribuam.* Modo in hac vltima parte capitis decimi de Patientia eamdem prosequitur materiam assummens modum procedendi Dominorum huius seculi, qui sumopere offenduntur eum viderint in famulis suis offensiones, & ipsi accipientes causam illorum seruorum; illam pro viribus vindicare procurant, & instanter affectant, vsque dum satisfactũ sint ipsi serui, & multo acrius causam seruorum summunt, vindicamdam, quam si propria ipsorum Dominorum causa esset, quod eleganter explicauit Tertulianus, illis verbis: *Nos putres, vasa fictilia seruulis nostris assummentibus sibi de conseruis vlctionem grauiter offendimur.* Vbi ostendit grauiter offendi Dominos, si seruus contra seruum pro sumenda vindicta insurgat, & offenduntur: quia grauius ipsi puniunt, quã à seruis offendis punirentur. Damnificantes, & ita subiungit Author: *Ampliorem, quam ipsi sibi, præsumpsissent, satisfactionem facimus.*

Tert.

4.

In codicibus manuscriptis, quidam legunt, inquit Cerda: *Nos vtres, vasa fictilia,* quod refert, non reprobat. Agar, enim ad potãdum Ismaelem; vtrem aquæ portauit, quod vasculo, quodam luteo, acommodatur, & si vter est modus loquendi Hispanorum, sic dicitur: *Odre, ozaque para vino.* Quo, aut vinum portatur, aut oleum. Vnde Georgius carmine cantat dicens. 5.

Georgius.

Molibus in pratis, vnctos saliere per vtres.

Plinius, lib.6. *Cycion*, aptissimũ medicinæ, quod est spumosum indi, in vtribus camellorum, aut rinocerotum admittunt. Obidius, lib.3. de arte amandi Elegia 12. ait.

Plin.

Obid.

Ariolos ytacis inclusimus vtribus euos.

Hinc, vtriculum, diminutiuum, & vtricularius, quod de artificibus intelige, sed ego existimo, non sic intelligendum esse Tertulianum, quatenus vocat homines: *Vtres nos putres, vasa fictilia.* Quod explico, cum Latinio putris, & putres est illud, quod sputridum est. Vnde Virgilius, Eneydos 11. *Quadrupe, dante putrem, sonitu, quatit vngula campum.* Et Georgius 1. Et

Virg.

Et ceſtra putris ſegleba reſoluit.

Serbius. Vbi Seruius putrem glebam vocat ſolubilem. Coniungamus modo ſententias iſtas, & componamus eas, tandem reſolutio eſt, quod in re idem eſt, vtres, & putres nos eſſe, nam vter ille, quo portauatur aqua ad potandum Iſmaelem eſt in ſententia multorum, vas fictile, ex luto, & aqua factum; & cogtum Hiſpane: *Botija de agua.* Quod magis acomodatur dictis oratorum. Secundum illud Virgilij carmen: *Quadrupẽ dante putrem ſonitu quatit vngula campum.*

Nota. Ideſt ſuper putuerem currebat æquos; vnde qui dicit, *Nos vtres*, idem repetit dum ait, *vaſa fictilia*, ſed duplicato vocabulo idem explicat, & ſi legamus cum Authore, nos *putres, vaſa fictilia*, idem ſonat applicando illud ad putre corpuſculum, quod tunc putridum eſt cum nimium terræ adheret, & non elenatura terra, vt ſanctæ aura conſeruetur.

6. *Saluian.* *Seruulis noſtris.* De hoc Saluianus, lib. 3. de gubernatione, ait: *Si, ergo nos qui homũculi in beetilli ſumus, cõtemni tamẽ à ſeruis noſtris nullumus: quod, & ſi nobis ſeruitutis conditio inferiores, humana tamen ſors redit æquales: quam inique, vtique cœleſtem Dominum contemnimus?* Et idem, lib. 4. ab illis verbis, *ſed quid miramur ſi peccantes nos Deus verberat: cum ipſi peccantes, ſeruulos verberemus?* vbi ex humano ſeruitute, trãſit ad ſeruitutem deuitam Deo. Sed licet iuxta plenitudinem capitis, hoc rectum ſit, non tamen facit directe ad vſum litteræ: quia ibi ſolum agit, de iniuria facta ſeruulis noſtris ab alijs, ſiue conſeruis, ſiue extraneis; ſolum conuenientia eſt in vocabulo ſeruuli. Circa quod ſubiungit.

7. *Qui nobis patientiam obtulerit ſuam.* Id eſt nobis tradiderit, ſerui noſtri ſuam cauſam, & iniuriam, vindicandam à nobis. Vnde videntes humillitatem ſeruorum noſtrorum, qui nobis Dominis ſuis, ſuam cauſam committunt, in quo illorum humillitatem cognoſcimus, nobis ſeruando, ſeu lædendo Dominicum honorem, quia honor Dominorum, etiam eſt ſeruorum ſuorum cauſas agere, & patrocinari.

8. *Saluian.* *Ampliorem quam ipſi ſibi præſumpſiſſent, ſatisfactionẽ facimus.* Quod Saluia. lib. 2. de gubernatione, declarat dicens: *Nec vindicauit tantum* (S. Deus) *aut Dominus: Sed cumulatius, vindicauit, quam ipſe voluit, qui vindicabatur.* Vnde non tantum vindicabitur ſeruus ofenſus per ſe ipſum, quam ab ipſo Domino. Vnde, lib. 44. tt. l. §. 17. audies: *Cum ſeruus iniuriam facit maleſtiã cum admittere pallam eſt.* Et poſt pauca: *In arbitrio Domini eſt an vellit eum verberandum exhibere: vt ita, ſatisfiat ei, qui iniuriam paſſus eſt,* & §. 6. *Si ante iudicem, Dominus, verberandũ ſeruum exhibuerit, vt ſatis verberibus ei fieret eterit factum, arbitratu alicuius: poſtea actor iniuriam agere etiam perſeuerat; non eſt audiendus, qui enim acepit ſatisfactionem, iniuriam remittit.*

Vbi vides, quod ſatisfactio, in ſermo. ſeruorum capienda ſit de verberibus. Idẽ lib. 2. titulo 9. leg. 5. vbi dicitur de ſeruorũ iniuria, ſatisfieri verberibus. Enim vero, quæcumque illa ſit iniuria Domino eſt relinquenda, non enim putare debemus, Dominum non eſſe iuſtum atque potentem, qui poſsit, & poſſet in nobis comiſſa delicta punire, & iuſtam nobis compenſationem facere. 9.

Quid ergo credimus, iudicem illum, ſi non, & vltorem? De hoc Pamelius, & Renanus nichil dicunt. Cerda tamen ait, cum enim lex, & mandatum ſuperioris, duo contineat, quibus ẽquæ conſtare debet, vt vera lex, rigoroſſumque mandatum ſit, in lege ipſa debet eſſe duplex vis, & directiua, & punitiua, directiua; ordinat faciendum: punitiua caſtigat, male factum, ſic iudex, & iudicando redit equale, & punit caſtigando, iuſtus eſt, quatenus equum redit, potens, dum coercet. Ita Tertulianus, ait: *Quid ergo credimus, iudicem illum, ſi non, & vltorem.* Vtrunque brachium tenet verus, & iuſtus iudex. Lege ſuarium 3. part. quæſt. 19. de merito, ſect. 6. 10. *Tert.*

Ipſe Dominus, hoc ſe nobis repromittit dicẽs, vindictam michi, & ego vindicabo patientiã michi, & ego patientiam remunerabo. Quaſi dicat, ego Dominus fortis, & potens, vindicabo patientiam veſtram læſam, & remunerabo ibi, non ſolum attẽdit ad vindictam reſpectu læſentis; ſed etiam ad premium ipſius læſi, qui patienter tulit offenſam. Explicuit S. Gregorius Niſſenus, epiſtola, ad Fabianum, vbi loquens de iniuria ſibi facta, cum præmiſerit, non eſſe condemnandam, petulantiam inimicis: *Immò deprimendam eius ſuperbiam: coercendumque innanem illius faſtum.* Subiungit: *Vt autem id fiat, Deo erit curæ.* Quaſi dicat: *Iniuria michi facta; Deum habet vltorem, illi permitto, qui meas audit querelas.* Quod Saluianus, lib. 1. de guber dicit de ſanctis Martyribus: *Tunc Deo maximæ curæ fuiſſe,* 11. *Gregor.* *Saluian.*

se, cum pro Deo paterentur. Vindictam summit pro retributione, & in malam partem est enim, retributio, & qua Deus, bonis retribuit præmium; & qua malis
Greg. supplitium. Vnde Greg. Nazianzenus, oratione 1. dicit: *Retributionis, tam tristioris, quam splẽdidioris.* Paulin. epistola 1. ad Aprum, ait: *Nos igitur taceamus, iastos loquentes ad Dominum silentio humilitatis, & voce patientiæ, & tunc ipse, qui inuictus est pugnauit pro nobis, & vincet, in nobis.* Vbi noto verbum illud
Paulinus. clamantes, *ad Dominum vocæ patientiæ*, vt intelligas, etiam patientiam suas habere voces.

12. *Cum dicit, nollite iudicare, ne iudicemini, nonne patientiam flagitat.* Sic intelligo, à curate Dominus petit, ne offensus, offensam aspiciat, in ordine ad vltionem, & vocat vltionem nomine, *iudicantis.* Quasi dicat; nullus fiat iudex vltor, suarũ iniuriarũ, quod ele-
Chrysost. ganter expendit. Chrysost. homil. 17. in Matth. cap 17. dicens: *Nollite iudicare, vt non iudecemini, quoniam si Doctor mem r sit iniuriæ, & doloris, & seruat memoria, malitiam in anima sua, soluitur totus Ecclesiæ status, siue ad tempus respitias Apostolorum, siue ad nostrum. Tunc enim sicut legimus; difficile aliquos conuertebant ad fidem Christi, nisi multa prius paterẽtur ab ipsis; nam quasi lassato diabolo, & de victo, per sufferẽtiam eorũ, nimiam vsque ad mortem, & relinquẽte corda infidelium; & iam non habẽte virtutem, amplius eos armare accedẽte gratia Dei conuertebantur ad Christum. Si ergo memores fuissent iniuriarũ, quas fuerant passiabeis, numquam post modũ, eos in charitate docuissent; numquam eos libenter ad fidem Christi, post modum recepissent. Sed, & nunc, cum frequenter Doctores offendantur, à laycis, siue iustæ, siue iniustæ, diabolo seminante occasiones: si memores sint iniuriæ, & doloris totam soluunt Ecclesiam; nam vbi recordatio iniuriæ, aut doloris in medio est, nec Doctor, bene volenter docet laycum; nec libenter eum laycus, auscultat, & Doctor forsitan, vel inuitus, apperit, os suum ad docendum. Laycus, autem cum sit omnino sine timore Dei, nec vsque ad faciem, contentus est eum audire, sed cõuerso aggreditur dorso, & illum spernens, & se, & amplius se, quam illum, & non sentit animæ suæ dispendium efferatus; sicut nec*
Matth 7. *vestia irritata, vulnus in se fixum.* Hoc c. 8 Euangel. prosequitur dicens: *Nolite iudicare, & nõ iudicabimini.* Hæc ille.

Quis enim non iudicauit alium, nisi, qui patiens erit non defendẽdi? Quidã legunt; *qui patiens erit non defendendi.* Ego, sic intelligo, quis melius, alium indicare poterit; quam ille, qui patienter sustinet, qui non defenditur, vel ille, qui impatiendo sustinet? Id est, qui animum suum refrenat; vt patienter sustineat? 13.

Quis id circo iudicat, vt ignoscat? Id est nullus, ad ignoscendum sibi iudex eligitur, sed, vt iudicet; iudex enim, punire debet. 14.

Non ignoscat, vox iudicãtis, potius dicit vltionem, & punitionẽ, quam ignoscentiam, qualis erit iudex, qui, si aliquis alium occidit, aut honorẽ, & famam ledit, parte non satisfacta, piè iudicãdo, illesum reum ab ire permittat? Iste talis, iudex non est; quia iudex, in causa aliena, rectè debet iudicare, alias nomen iudicãtis vsurpat. De quo, Tulius pro ligario, *Tulius.* ait: *Iudicibus non est dicendum, parce, ignosce errauit, lapsus est, non putauit, si vmquam post hac; quia hæc verba, ad Patrem; non ad iudicem referuntur.*

In legibus Ait Themist. *est duritia, & seueritas*, orat. 5. S. Chrysol. serm. 3. ait, *Themistius.* *peccanti filio, dat oscula*, & late, ser. 45. *Chrysol.* de quo non infra, 2 part. 15.

Tamẽ iudicantis impatientiam cauit, ac si ignosceet. Pamel legit ex Renano, n. 65. sine doctica. Renan. locutio huic Authori, familiarissima, vt præpositionem (tamen) sub intelligamus (secundũ) vel per impatientiam, *cabere*, autem est iuris verbũ: *Cabet sibi, aliquis ab aliquo.* Hic itaque erit sensus Auth. ac si dicas: *Tamen per iudicãtis impatientiam accipit, quod alij satisfecit dicerent.* Legimus autem cum eodem, Renan. *in cursare cõsueuerat*, pro in cusare. Hæc Pamelius. 16.

Ego clarius, dicerem: *Tamen per iudicantis impatientiam cauit.* Id est ille, qui offensus est vltionem, de hoste, non summat: quia per impatientiam iudicis, ideſt per sententiam iudicis iudicantis, non sustinentis offensam, sed castigantis, *cauit*, ab oste, ideſt offensus, ab offendente liber iam est, hoc signi-
Tert. ficat Tertulianus, cum inquit: *Tamen per iudicantis impatientiam cauit.* Quia satisfacta est iniuria, & offensus paccatus, propter impatientiam iudicis, hoc est propter sententiam iudicis, non ferentis, quod sine vltione ab scedat offendẽs, ab offenso. 17.

Aliter Cerda: *Tamen impatientiã iudicantis cauit*, dicit quod Latinius legit, *Cerda.* *Patiẽtiam*, respuo sensus est. Esto ignoscat;

cat: *Tamen pessimè facit, cum se aliquis dat iudicem iniuriæ sibi*, illatæ probat dupliciter, primo quia, omnis Iudex debet esse impatiens, & non tolerans delictum, debet quippe punire iuxta probata, atque adeo impatientia delictorum, propria est virtus iudicantis. Ergo si tu *cabes*, id est fugis, & declinas ab hac impatientia saluamque illam, & intactam relinquens: peccas graviter. Vnde *cauere*, est idem hic quod declinare: ad eum modum, quo dicitur *caue taurum*, id est fuge à tauro: sic cauit impatientiam, id est declinauit, ab impatientia, quæ est iudicum virtus, nec mirabor impatientiam, quandoque summi in bonam partem: nam ad hunc modum. Hilarius scribens contra Arrianos. Ita loquitur, cum fidelibus. *Obsequor charitatis vestræ impatientissime voluntati.* Secundo explicando probat; & honorem vnici iudicis, id est Dei abstulit, quod explicat Cerda, in hunc modum: *Cū humani iudicis sit, non ignoscere, & esse impatientem delictorum: tamen vnici iudicis; id est Dei est ignoscere iniurias, sibi illatas, ac perinde situ homo ignoscas aufers Deo honorem.* Probat hoc Areopagita, epistol. ad demophilum, vbi multa de mansuetudine clementia bonitate misericordia ignoscentia Dei firmat Dionisius, cursum orationis suæ, verbis illis: *Nec enim habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris.* Vide ergo, *quantus hic Iudex, qui tuas iniurias vlciscitur suas ignoscit.* Ita Cerda.

Hilarius. 18. Dionisius. 19.

Hęc tamen, etsi vera, tamen non secundum litteram Authoris, ait enim Tertul. *Quis enim non iudicauit alium; nisi qui patiens erit non defendendi? Qui id circo iudicat, vt ignoscat? Ac si ignoscet: tamē iudicantis impatientiam eauit, & honorē vnici iudicis, id est Dei abstulit.* Quod sic explicari debet, qui iudex est impatiētiam debet ostendere contra delicta, damnando illa, non tamen ignoscere. Si tamē iudex, non castigat, sed impunita reliquit scelera: tollit & obscurat impatientiam, quam debent habere boni iudices: quia iudex debet habere impatientiam contradicta, non tamen debet cabere ab hac impatientia, nec carere illa: quia talis defectus in iudice inferiori, qui Deum supprāmū Iudicem repræsentat, resultat in contumeliam Dei; & est contra illius honorem: quia Deus est iustus Iudex: & videtur nō esse Iudicem iustum; sed quasi impium, si peccata reliquisset impunita, & non satisfacta. Nam si læsus est homo, ab alio homine in fama, vel honore, vel in vitijs, vel in alio quolibet crimine: non est rectus, Iudex si partem læsam, non sanat, non restituit honorem, vel diuitias, quod totum destruitur eo ipso, quod Iudex ignoscit, culpasque contra alterum commissas satisfactione facta non damnat, & in textu Authoris, nec verbum est, quod loquatur de remissione delictorum contra Deum commissorum: quia delicta prout ad Deum pertinent, ipse pijssimus Dominus sua pietate remittit, castigat vero, & vlciscitur pro nostra seruanda iustitia, & suam etiam ostentet. Ita ipse ait: *Mihi vindictam.* Et ego patientiam, id est occasionem patientiæ vindicabo: *Et patientiam remunerabo.*

Quantos vero casus huiusmodi impatientia incursare consueuerat? Fere nichil de hoc dicunt interprætes Tertuliani. Solus Renanus dicit, apud Tertuliani non legi, *incursare*, sed *incussare casus*. Licet vtrumque admittatur, quod nichil aliud est, quam explicare; in quantos casus, & in quantas tribulationes, & angustias, quotque pericula experiatur ille, qui fugit ab impatientia, quæ aduersus delicta esse debet in iudice: *Incursare casus.* Meo videri est, *passim naufragia accidere*, ex defectu talis impatietiæ, quam Iudex debet habere contra delicta. 20. Textus.

Quotiens pœnituit defensionem? Quasi dicat, quandoque aliquis vlciscitur, sed in deterius vadit, sibi offensam facit sagitam contra se mittit: *Et deterior fit se vlciscendo in causis suis quotiens instantia eius deterior facta est causis suis.* Qua si dicat sepissime nimia instantia, & diligentia vlciscendi deterior est, quam causa vlctionis. Hoc est, quam iniuria illata, quod explicauit Cerda dicens, tu iallior es inexigenda vindicta; quam ille fuerat, in inferenda iniuria. Instantia victionis dicitur, quædam pertinatia, & nimia cupiditas vlciscendi, & diligentia brutalis, quæ propria est insipientium, & effrenatorum hominum, qui non tam ratione, quam appetitu irascibilis feruntur. 21. Cerda.

Quoniam impetientia susceptum, sine impetu transigi nouit, nichil impetu actum; aut non offendit, aut corruit, aut præceps abijt. Hoc ita explico ego, quia interprætes, nichil dicunt, numquam videmus impatientiam opperantem, sine eo quod impetum quendam excitet; & numquam vidimus impetuosum non præcipitari; vel talis esse potest impetus effrenatus, & indomitus, talisq; impatientiæ, quod vices summat, motus naturalis, qui dicitur, primo primus, & sit sine culpa, 22.

sæpius tamen impetus subitus est, impatientiæ comes, traditque secum ruinam, & offensam, & præcipitium, & multa, a-
Senec. lia quæ quotidie pulpamus. Vnde Senec. epist. 54. dixit: *Impetum breuem esse procellam, cito transeuntem, pro tunc tamē amentes facit, extra se actos prodit.* De
S.Greg. quo bene S. Gregorius Nyssenus, serm. 5. de oratione Dominica.

23. *Iam si læuius offendaris insanies: si grauius oneraris.* Quasi dicat, qui leuiter offenditur, quam vlciscitur, ridiculus fit, v. g. offenditur aliquis in honore, cum alapa, sed vlciscitur gesticulatione, aut risu, iste talis vltor est ridiculus, dum id efficiat animo vltionis. Si tamen vlciscitur multo magis, quam petit offensa iste talis de nouo oneratur, nam primo erat oneratus ab illi, qui intulit iniuriam. Secundo oneratur de nouo, ab illis, qui iudices sunt iusti, qui tunc ipsi dicent, iste vltor iniustissimus est: quia plus estimat offensam, quam ut, etsi non plus estimat offensam, sed vlciscitur vltra estimationem offensæ, tunc cū indicatur iniustissimus in honoratur, & à se, & ab alio quidē in prima iniuria à se tamē, quia sevilioré redit.

24. Illud verbum, *vberius oneraueris.* Explicat Cerda, sic putabā locutionem istā, *si vberias oneraueris*, duci, *vel à mammis, quæ cum exuberant lacte, sunt ponderosiores, vel ab arboribus quæ cum vehementius vbertate exuberant, ita præ onere popendent, vt etiam sustentaculis egeant.* Certe fralis elegans est Tertuliani, vt inducat offensos, a vindicta fugere, & cabere: quia, vel est habendus ridiculus, & fatuus insanissimusque, dum leuius vlciscitur, vel si grauius, & superabundāter superans offensam, tunc impijssimus, & nouo titulo péior dignus, qui vilipendio habeatur, & nouo infamiæ grauatur pondere.

25. *Quid mihi cum vltione.* Placuit Cerda, qui hoc declarat exemplo æquitantis, sic *vltor*, est *sessor vltio*, est *equus doloris impatientia est stimulus pungens*, Verbū *regere*, respicit *frenum*. Ergo, *quid mihi sessori, cū vltione, equo effrænato.* Cuius modum furiasque nequeo freno vllo regere, videlicet stimulante equm istum dolore impatientissimo. Profectò si à vindicta tot mala oriūtur: *Quid mihi cū vindicta*, nūquam recta, nūquam nō odibilis hominibus rectis, Deoq; odibilis semper.

26. *Quod si patientiæ incubabo, non dolebo, si non dolebo vlciscī, non desiderabo.* Quod sic explico, si ille, qui offensus est obliuiscatur iniuriæ, nichilque de vltione agat, patientiam pro lectulo florido sumit, iste talis, non doleuit de iniuria, non curauit de vindicta. Et certe Pamelius, & Renanus, & Cerda, hoc voluerunt. Ego etiam ad eum modum, cum illis explico. Ita quod de vindicta sumus acturi, tamquam dormientes, & quiescentes in lectulo patientiæ, in quibus est imago mortis. Vnde duplicē dabo sensum. Primo, quod sicut mortuus actiones vitales non habet, ita offensus circa vltionem mortuus reputetur, sine actione vitali, quæ iram gubernet. Secundo de morituris, nam qui proximus est morti, si Chatolicus est, Omnes iniurias remittit, ita vt ad memoriam venire pœniteat, & doleat adhuc, & vltionis nomen clatura. Sic debemus esse quasi dormientes super prætiosos lapides, vt eos custodiamus à fure, ita super patientiam, quæ prætiosissima gemma est, vt iniurijs non offendamur, sed quod patientia nostra fatigetur improbitas, & pro honore habeamus patienter sustinere, quæ patrantur in nos, & nullateus, nec nomen impatientiæ, & vltionis resonet in auribus nostris. Legēdus est Gregorius Nyssen ser. 1. de orat. & Hilarius, *Greg. Hilarius.* Can. 16. in Matth Cypr. de bono patientiæ, & lib. de eleemos. Bern. Ambr. Aug. & omnes, quot quot de oratione, Dominica scripserunt, & recentiores, qui super Euang. accutissime, & ingeniosè scripserunt. Et hæc de littera Auth. difficilima.

DISCVRSVS VIGESIMVSOCTAVVS.

§. I.

Gloria quæ videtur obscurata per iniuriam: dilectione inimicorum, nūquam tua gloria magis tua, quam cum parcendo cō secratur Deo, vt inimicum lucreris, vbi de benedictione Iacob, ab Angelo multa notatu digna.

27. SEcundo lib. Reg. c. 6. apperte insinuat Spiritus Diuinus, non minus Domino
2. Reg. 6. honore seruiendum; quam diuitijs. Immò malto magis pro circunstantia occasionis. Videamus modo Michol filiam Saul inspitientem Regem David virum suum, *ludentem, & saltantem coram arca Domini.* Quid disquiro, tunc ipsa iudicauerit, forsitan dixisset. Numquid hæc est gloria Israel, numquid talem Regem habere permittit rixantē quasi vnus desecu-
2. Reg. 6. ris. Vnde 2. Reg. 6. quid maius in Regio Diademate? Quid illustrius in purpura? Quid potentius in equis? Nunc tamen, quid vilius? Quid læuius, quam

in facie populi Regem habere saltantem? Sed huic occurrens iuditio prudentissimus Rex Dauid, Spiritu afflatus Diuino, sic inquit: *Ante Dominū qui elegit me, & præcepit michi, vt essem dux super populū Domini Israel, & Iudæ, & vilior fiam, plusquam factus sum* Quasi dicat ad hoc me, Dominus Regem Israel constituit, vt gloriam, & honorem haberem, vt illi, eandē offerrem gloriā, & honorem. O mira Regis sententia! qui honorem accepisti adeo, vt ipsi Deo illum dares, non tibi reseruares; non quidem fecit, sicut Saul pater Michol, à quo diadema Regni ablata est, & translata ad caput Dauid, *qui elegit me*, potius inquit, *quam patrem tuum*, viderat enim Dauid casum Saulis, cui Dominus ignominiam contulit, dum ab eo abstulit Regni splendorem, & coronam. 1. Reg. 15. dicitur, quod cum peccasset Saul contra Dominum, non dolendo de culpa, tamen de amissione Regni vehementer doluit. Dixit enim: *Peccaui, sed nunc honora me*. O Samuel peccaui, sed ignominiā meam, ne notam facias ille Rex Saul orbatum adeo non timet, & spoliatum Regno timet, tamē sine honore esse, quod speciali Dei prouidentia, iterum, & iterum, id à petiuisse videtur, cum de peccato resipiscere posset, quod tamen, cum non fecisset, sed de honore potius, quā de salute animæ curasset; tunc Propheta sententiā confirmat, dicens: *Scidit Dominus Regnū Israel à te hodie*. Quod cum attente respexisset Dauid ante arcam Domini, tanquā vilis, & rusticus saltat, & Deo dat honorē quē receperat. Sed quid dicā Deo dat honorem? potius sibi reseruat honorem, cū ipsi Deo honorem, & gloriā obtulit suā.

1. Reg. 15.

28. Quid enim magis nostrum, quam quod Domino offertur à nobis? quando magis honoratus homo, quam cum pro honore nominis Dei vilis efficitur? quod Deo tradimus, nostrum est, & honorabilius, & abundantius. Non tacebo, illud quod Luc. 16. dicitur de seruo vigili, cui Dominus dederat mnam vnam, qua lucratus est decem, & Domino dedit lucrū, dicens: *Domine mnam vnā recepi de manu tua, & lucratus sum decem accipe eas tibi*. Animo libentissimo trado, quem Dominus amicabiliter recepit: *Et dixit serue bone, & fidelis; quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam; intra in gaudium Domini tui.*

Luc. 16.

29. Nunc videte dilecti, qualiter Dominus ille hilaris, & iucundus est, sed numquid gaudium illud fuit ex eo, quod Dominus ditior factus est, & oppulentior? Audi is modo, quid accidit. Alius conseruus, qui receperat mnam vnam, abiens fodit in terram, dixit eam custodiat ne periret; nichil tamen lucratus fuit: Dominus tūc iratus contra illum; inquit tollite, spoliate eum, auferte mnam quam dedi illi: quia est seruus nequam, & inutilis; & date illam seruo, qui lucratus est decem. Tunc responderunt conserui. Domine iam habet decem mnas; quare ergo dabimus illi aliam? Sed numquid Dominus ignorabat illud incrementum? Sciebat quidem habere decem mnas, propter quod dixit: decem habet, sed date illi aliam, totum Dominus cognoscebat, sed tamen ad nostram instructionem factum est, vt sciamus, illas decē mnas adquisisse, non Domino, sed sibi; nam eo ipso, quod Domino eas obtulit sibi reseruauit. Hoc maximum bonum illi fuit, quod quæ Domino obtulerat sibi meliorata tradita sunt. Sed est quæstiuncula, quare si Dominus, mnam vnam illi dederat, & ipse lucratus est decem, non dicitur habere vndecim, nempe vnam, quam à Domino recepit, & decem quas Domino multiplicatas obtulit? Respondetur, vt intelligas; magis nostrum esse, quod damus Domino, quam illud, quod ab ipso Domino recipimus (si ita licet loqui) vnam qui dem mnam recepit à Domino; sed decem Domino tradidit. Et alia de nobo, quæ erat alterius conserui, etiam iubetur illi dari, quomodo ergo, nō fit mentio de eo quod possideat vndecim mnas, sed solum de possessione decem? R. illud esse effectū Diuinæ pietatis, & largitatis: quia illa sunt nobis magis propria, quæ Deo damus, multo absque dubio magis propria, quam quæ ab ipso Deo recipimus. Tum quia nostra erant, tum etiā, quia data Deo duplicata, & meliorata nobis dantur iterum, vt supra dixi de Abrahamo sacrificante filium. Gen. 22.

30. Hieron. 1. Reg. 17.

Huc spectat secundum D. Hiero illud. Ex 1. Reg. c. 17. vbi legitur, quod Dauid post victoriam illam contra Goliath fuit consequutus caput illius secum asportauit in Hierusalem: arma tamen illius posuit in domo sua, dicit textus: *Arma eius appendit in tabernaculo suo*. Dicit Hier. in quæstionibus Hebraicis: *Non est intelligendum, quod in sua posuerit tabernaculo; sed in tabernaculo Domini, de quo tabernaculo postea hæc ab Abimelech Sacerdote susceperit.*

Quasi dicat, ne intelligas arma fuisse reposita in domo Dauid, sed in tabernaculo Domini: quia cum postea pergeret

Da-

1 Reg. 21. Dauid, ad ciuitatem Nobe. 1. Regum 21. dedit illi Sacerdos gladium Goliad, quem ipse posſuerat ibi, vt constat ex eodem, cap. 21. Ex 1. Regum. Quomodo ergo, inquit interpres arma fuisse reposita intelligitur, in tabernaculo suo, cum potius fuerint posita in tabernaculo Domini? Respondetur, tantam esse Diuinam bonitatem, & liberalitatem, quod non solum tibi iterum accipit gladium oblatum Deo, sed etiam ipsum tabernaculum Dei, in quo gladius erat datus Deo, etiam dicitur tabernaculum suum, id est Dauid, quod manifesto apparet: quia cum panes propositionis, nullus non Sacerdos posset manducare. Sed soli Sacerdotes, & qui erant de domo Dei. Tamen Dauid dupplici titulo panes illos manducat. Tum propter extremam necessitatem (quia extrema Regis necessitas, etiam extendi potest ad mensam Sacerdotis.) Tum etiam quia: quando Domino, gladium obtulit, sibi iterum gladium adquisiuit, immò, & tabernaculum, vbi gladius collocatus erat sibi adaptauit. Vnde si soli illi, qui de domo Dei erant, manducabant panes propositionis optimo iure, Dauid potuit de panibus propositionis manducare, nō solum, quia iam erat de domo Dei, sed etiam, quia domus Dei speciali titulo iam domus erat Dauid, & manducauit tanquam Dei domesticus.

Nota.

Ego existimo: fallar, si ita non est, id cognouisse Iacob. Genesis, cap. 28. nam cum Dominus ei diceret: *Terram in qua dormis tibi dabo.* Quod notans Iacob intellexit esse promissionem lege futuram, non sibi, sed posteris suis. Ipse tamen anxius de promissione: accepit statim possessionem illius: & vt ita promissio esset firma, tanquam verus Dominus, actiones efficit dominandi, quod vt ostendat; edificauit ibi Altare Domino. Ideò terram illam, quam Dominus illi dedit. Ipsi Domino dedicauit, & consecrauit. Oleaster inquit: *Possuit statuam, aut eleuationem.* Nam Verbum. *Nassa eleuare significat, nec intelliges Idolum ex ea fecisse, aut sculptile. Sed nudum, & simplicem lapidem eleuauit, qui forte erat ob longus: ita vt figi potuisset in terra, voluit ibi signum ponere, propter Dei promissionem ibi factam sibi.* Hæc ille

31.

Oleaster.

Itaque signauit lapide terram, Altare erexit, dicens: *Hic domus Dei est.* Itaque terram, quam Deus illi dedit: hanc eandem terram, Domino consecrauit, & Deus de manu illius, illam accepit. Et cum Dominus Deus Abraham, vsque tunc diceretur, statim atque terra illa illi fuit oblata, appellatus est Deus Bethel, quod est nomen terræ. Itaque Iacob terram illam, cum Domino consecrasset suam fecit. Multo melius, quam sua esset, cum Dominus illi dedisset eam: quia cum eam daret Domino: actionem fecit Domicij. Tanquam Dominus terra meā Deo consecrando. Quasi exemplum dederit futuris seculis, nichil esse magis proprium; nichilque magis durabile in nostra potestate: quam illud, quod Domino consecramus.

32.

Vocauitque nomen loci illius *Bethel*, quod est idem: *Quod domus Domini*, quoniam dixerat: *Non est aliud, hoc nisi domus Dei.* Vocauit autem eam domum Dei, eo quod domus alicuius dicitur, vbi est ostium domus eius, & quia viderat ostium in cœlo appertum, & famulos Dei, nempe Angelos ascendentes, & descendentes per scalam; tunc dixit ibidem esse domum Dei. Lapis ista, quem posuit erit domus Dei. Non intelligas (inquit) Oleaster: *In illo loco postea ædificatum Templum* (de hoc nos infra ex alijs veritatem Deo dante apperiemus) sed fuit locus domus Dei Iacob: quia ibi rediens à Mesopotamia Domino litauit. Vnde iste Author in definite, & quasi æquiparando, domum Dei Iacob, dicit quasi dicat. Domus Dei est, domus Iacob. Ex quo puncto eam Domino consecrauit, ab ipso Domino receptam.

33.

Oleaster.

Sic ergo honorem tuum, quem inimicus cupiuit auferre, si vellis Domino dare, non amittes; sed melioratum recuperabis, & excelentionem, & altiorem inuenies, & recipies de manu Dei. Vnde si patienter iniuriam sustineas, Dominus tibi propitius erit, & dabit tibi petitiones cordis tui. Multo fælitiorem tibi refluendo honorem, quam tu Domino obtulisti, dū patienter amitteres. Vnde etiamsi attente perpendas, de vltione nichil honoris recipis. At vero de dilectione inimicorum, & remissione iniuriarum honorem, vsq; ad cœlum exaltatum, & melioratum recipis clamat mundus, pro vltione, & vindicta, vsque ad interiora dueli, sed hoc quid, nisi miseria est, & noua calamitas, illud vero, quid nisi nimis honorari amicos Dei, *secundū quod dicitur nimis honorati sunt amici tui Deus*: quia nimis, id est super excelenti modo honorantur à Deo amici Dei, qui parcendo iniuriam: Filiorū Dei nomina consequuntur.

34. Non tacebo illud quod 1. Regum, c. 26. dicitur de Dauid, qui cum ingressus esset, ad tentorium vbi dormiebat Saul, quem facile si vellet posset occidere; sed noluit, potius pepercit illi, dicit sacer textus, num. 7. *Venerunt ergo Dauid, & Abisay, ad populum nocte, & inuenerunt Saul iacentem, & dormientem intentorio, & hastam fixam in terra ad caput eius. Abner autem, & populum dormientes in circuitu eius. Dixitque Abisay ad Dauid, concluſit Deus inimicum tuum hodie, in manus tuas: numquid ergo perfodiam eum lancea in terra semel, & secundo, opus non erit? Et dixit Dauid, ad Abisay, ne interfitias eum, quis enim extendet manum suam in Christum Domini, & Innocens erit? Et dixit Dauid, viuit Dominus: quia nisi Dominus percusserit eum, aut dies eius venerit, vt moriatur, aut in prælium descendens perierit (propitius sit mihi Dominus) ne extendam manum meam in Christum Domini. Nunc igitur tolle hastam, quæ est ad caput eius, & scyphum aquæ, & abeamus. tullit igitur Dauid, hastam, & scyphum aquæ, qui erat ad caput Saul, & abierunt. Et non erat quisquam, qui videret, & intelligeret, & euigilaret. Sed omnes dormiebant: quia sopor Domini irruerat super eos, cumque transisset Dauid ex aduerso, & stetisset in vertice montis de longe, & esset grande interuallum inter eos, clamauit Dauid ad populum, & ad Abner filium Ner dicens Nonne respondebis Abner? Et respondens Abner, ait quis es tu, qui clamas, & inquietas Regem? Et ait Dauid ad Abner, numquid non vir tu es? Et quis alius similis tui in Israel? Quare ergo non custodisti Dominum tuū Regem? Ingressus est enim vnus de turba, vt interficeret Regem Dominum tuum. non est bonum hoc, quod fecisti, viuit Dominus; quoniam filij mortis estis vos: qui non custodistis vestrum Christum Domini. Nunc ergo vide, vbi sit hasta Regis, & vbi sit scyphus aquæ, qui erat ad caput eius.* Huc vsque Diuina Scriptura.

1. Reg. 26.

35. Vbi Spiritus Sanctus, multum exagerat patientiam Regis Dauid, & diligentias, quas fecit, notat quod erat offensus, quod voluerat eum Saul interficere, quod dormiebat Saul, & milites eius, quod nullus aderat intentorio nisi solus Saul, quod nullus custodiebat, quod omnes sopore graui correptierant, quod ibi erat lancea, quod Abisay volebat eū interficere, quod eum tenuit ne poneret manus in Ch. Nota. Domini, quod increpauit milites Saul, eo quod eum non custodissent, & post hæc quod humilis pro cōcordia supplicasset, & pacem, quod hastam, & gladium, & scutum posuerit in tabernaculo Domini, vt non solum intelligamus alienum esse à vindicta: Sed etiam, quod instrumenta vindictæ Domino obtulit, ac tandem honorabiliorem euasisse dimittendo, quam esset vindicando.

36. Nunc ergo dilecti, audite rem adeo mirabilem. Gen. 32. vbi Iacob, dum Angelū cognouit, Angelum superauit. Sed dato, quod victorioſus euadat Iacob, petit ab Angelo benedictionem, ait: *Enim Angelus: dimitte me aurora est.* Cui Iacob: *Nō te dimittam donec benedixeris mihi.* O fælix Iacob disquiro à te, quare benedictionē exigis à tibi subdito Angelo, nonne tu vicisti? nonne tu superasti? Et exorares es, vt dimittas, quia iam ascendit aurora? Quomodo ergo benedictionem petis ab inferiore? Qui enim benedictionem dat munus implet superioris, non inferioris. Ergo ab illo si petis benedictionē inferioris? sed quomodo superior Angelus. Si à Iacob victus? Quod enim actus, benedicendi sit potestatis superioris ostendit Paulus. Ad Hebr. c. 7. dicens, de Sacerdote Melchisedech: *Hic enim Melchisedech. Rex Salem Sacerdos Dei summi, qui obuiauit Abrahæ regresso à cede Regum, & benedixit ei.* Et infra: *Cuius autē generatio, non à numeratur in eis. Decimas sumpsit ab Abraham, & hunc qui habebat repromissiones benedixit. sine vlla autem contradictione, quod minus est à meliore benedicitur.* Hactenus. Vbi Apostolus præferre videtur Sacerdotiū Christi clarius figuratum in Sacerdotio Melchisedech, qui panem, & vinum obtulit: Sacerdotio Leui, quod erat Sacerdotium Aaron: quia quamuis Christus contineatur in lumbis Abrahæ secundum corpulentam substantiam; non tamen secundum seminalem propagationem, vt est Leui, & ista sufficienter, ex benedictione declarat superioritatem. Gen. 32. Ad Heb. 7.

37. Non placet subsilentio ponere modum benedictionis istius. Exprimitur enim. Geneſis, cap. 14. quando dixit Melchisedech: *Benedictus Abraham Deo excelso: qui creauit cœlum, & terram.* Alij legunt: *Adeo excelso*, vel *coram Deo excelso*, & benedictus Deus excelsus *qui vro tegēte hostes in manibus tuis sunt.* Quod ita explicat Philo Iudæus: *Cum vero sanctum Abraham redeuntem conspicatus, magnus ille Dei maximi, Pontifex nēpe Mel-* Gen. 14. Philon.

Melchisedech; reducentemque suos omnes ad vnum incolumes, & victores, attonitus tanti facinoris magnitudine, & id quod verum erat cogitans; præsentem ei Diuinam opem fuisse, manus ad cœlum tendens fausta illi precatus est.

38. Benedictio in Sacra Scriptura significat duo primo laudem. Ita Psalm. 102. *Benedic anima mea Domino*, id est lauda Dominum, & Psalm. 33. *Benedicam Dominum, in omni tempore.* Secundo, significat effusionem bonorum. Prob. 10. *Benedictio Domini, diuites facit.* Et Psal. 3. *Domini est salus, & super populum tuum, benedictio tua.* Vtroque modo, potest in hac parte sumi; *benedictus*; vt sit sensus, *benedictus*, id est, laudabilis est Abraham, vel dignus laude, coram Deo. Tum ob virtutum eius præstantiam, tũ obtam insignem victoriam, de hostibus benedictus in quã: non vt cũque, sed Deo excelso, qui nec potest fallere, nec falli.

Psal. 103. & 33. Prob. 10. Psalm. 3.

39. Secundo, *benedictus*, id est, magnis bonis, cummulatus à Deo excelso, qui creauit cœlum, & terram, vbi declarat naturam veri Dei, cui soli conuenit creare. Notatque Abulensis, primum omnium Melchisedech, hunc titulũ dedisse Deo, qui Melchisedech, quadringentis annis præcesit Moysem, qui Genes. c. 1. hunc titulum creatoris Deo tribuit, & in Hebræo legitur: *Possessori terræ, & cœli.* Quasi dicat, non tantũ Domino, & facto ri, sed pacifico, possessori à quo, vt tali Abraham hæc dona susceperit.

Abul.

40. Notat Cayetan. *Hanc benedictionem Melchisedech, fuisse actum Sacerdotalem, quoniam Sacerdos, medius est inter Deũ, & populum, & ita, vice Dei benedixit populum.* Hic nomine Dei, Hebraicæ ponitur æloin. Quod significat *fortem*, nam hic, declarauit Deus fortitudinem suam, victoria data Habrahæ, & ita subiungit, Melchisedech: *Et benedictus Deus excelsus, quo pro gente; hostes in manibus tuis sunt.* Vice autem populi, Deum benedixit Melchisedech, id est laudauit.

Cayet.

41. Colligamus ergo, quod si Iacob, ab Angelo, benedictionem petit, illud est, quia Angelus voluit superari, & nullus ita superior, quam ille, qui eum posset victionem, & vindictã resumere, non vindicetur, sed quod libẽti, & generoso animo parcat, nam quæ maior victoria, quã cum quis possit superare alium permittat pro gratificando Deo potius humilior fieri, & superari ille quidem laudabilior est. Angelũ superauit Iacob, sed ab Angelo potuit superari, immo, ad nichilum reduci (quippe, quia Deum agebat) immo, qui Deus, sub specie Angeli erat, qui cum de hostibus erat, in carne triumphaturus moriendo, triumphauit dimittendo, & pro inimicis exorando, & tunc glorioliſsimus coronam victoriæ reportauit.

Sed Oleaster, supra relatus examinare curauit locum illum, Genesis 28. de Iacob qui: *Domino consecrauit Altare.* Et terram illam non tam habuit suam, quando eam à Deo recepit, quandum Domino eamdem terram consecrauit. Perpendamus modo cum Oleastro ad exercendum ingenium, nomen loci, illius nempe, *Bethel*, de quo inueni apud Authores, varios dicendi modos quibusdam affirmantibus, quod Bethel teste Calepino est, quædam vrbs Samariæ, quam Iebusæi condiderunt, quæ prius vocatur *Luzà*, quam distinguit à Hierusalem; seu Betleæm, quod est nomen ciuitatis Dauid, quæ alias dicitur Ephratà, quæ Christi Saluatoris nostri natalibus fuit insignis, nunc viculus esse dicitur. Qui ab Iope, quadraginta milliaribus constat seu distat in hac ciuitate ortus, atque extinctus est Dauid, ibi Rachel occubuit, & sepulchrum, Iese Patris Dauid ostenditur, est autẽ hic locus in tribu Iuda sexto ab Hierusalem milliario, contra meridiem, quãdo autem Iacob, ibi pecora sua pauit loco *Betleæm* nomen impossuit, quod, *Domus panis*, interprætatur: propter eum panem, qui ibi, de cælo descendit, itaque, *Betheem*, optime distinguitur à loco, *Bethel*: quia, quamuis, *Bethel*, interprætetur, *Domus Domini*: non propter hoc intelligendum est, esse, *Betheleem*, Idem, quod, *Bethel*, quamuis, *Betheleem*, etiam sit Domus Domini, in qua verus panis de cœlo descendens hominibus ad salutem fuit datus.

42. *Oleaster. Gen. 28. Vocabitur domus Dei.*

Alij tamen sapientissimi, aliter explicant, dicendo clausula 2. super caput 28. Geneſis, & explicando illa verba: *Cumque euigilasset Iacob, de somno ait.* S. post visionem scalæ) *Vere Dominus est in loco isto, & ego nesciebam*, pauensque, quam *terribilis est locus iste: non est hic aliud; nisi Domus Dei, & porta cœli surgens ergo Iacob, mane, tullit lapidem, quem subposuerat capiti suo, & erexit in titulum fundens oleum de super appellauitque nomen vrbis Bethel, quæ prius Luzà vocabatur.* Ait ergo Guillelmus. Hic consequenter agit Moyses, de ipso Iacob, somno transacto, dicens: *Quod cum euigilasset de somno.* In quo habuerat reuelationes à Domino: *In se reuersus*, ait: *vere*

43. *Gen. 28. Guillelmus Parisiensis est.*

44.

Genes.28. ***Dominus est in loco isto.*** Nempe tanquam spiritaliter reuelans misteria, in eo cõplenda: *Et ego nesciebam.* Supple ante hanc *visionem*, habuit pleniorem notitiam, de Diuinis Mysterijs, in ipso loco peragendis; quam prius habuisset, *pauensque*, id est, admirans de Dei benignitate, vel stupens, de visionis magnitudine, siue Maiestate: *quam terribilis* (inquit) *est*, id est *venerabilis*, locus iste: quia, vt *Interlin.* dicit Interlinealis, *ibi futurum erat tabernaculum, non est, hic aliud, nisi domus* *Genes.28.* *Dei.* Inter Templum; cultum Dei, futurum significat: quia ibi natus est Christus. Scilicet, in Bethleem, quod ibi situm prouiderat Patriarcha Iacob. Vidit ergo, futurum esse, quod ibi edificaretur *3.Paral.3.* Templum, vt habetur. 2. Paralyp. 3. in quo quidem Templo, viguit Diuinus cultus: Item quod ibi offerendus esset Dominus noster Iesus Christus, vt habetur. *Luc.2.* Luc. c.2. *Et porta cœli*: quia, vt dicit interlinealis, ibi in terram descendit, atque ibi in cœlum ascendit, atque inde additus est credentibus, ad capiendum cœlum.

45. Item bene dicitur locus ille, *porta cœli*: quia ibi passus est Christus, cuius passio, cœlum nobis apperuit, patet ergo, vt dicit *Magist.* Magister in historia scolastica, quod Iacob Propheraut, de tribus rebus videlicet, de *Lege*, de *Templo*, de *Passione Christi* Quæ omnia in terra illa futura erant. Terribilis enim lex domus Dei Templum, & Passio Christi appertio portæ cœli. Hæc Guillelmus.

46. Vult ergo dicere dictus Magister, quod lex fuit terribiliter data, vnde legitur. *Exod.19.* Exod. cap 19. *Quod iam tertius dies aduenerat, & mane inclaruerat, & cœperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura.* Ideò dicit Iacob, quasi ista præuidens: *Quam terribilis est locus iste.* Item Prophetauit, Iacob de Templo, ibi futuro, vnde dicit *domus Dei.* Item Prophetauit, de Christi Passione, vnde dicit *porta cœli.* Tunc enim apperta est nobis credentibus, Ianua Paradysi.

47. Post hæc igitur omnia: *Surgens Iacob* *Genes. 28.* *mane, tulit lapidem, quem supposuerat capiti suo, & erexit in titulum* id est insignum, & memoriale rei præteritæ, siue *Magist.* incommendabilem memoriam huius visionis. vt dicit Magister historiarum, vel vt dicit Palud. Iacob. tulit lapidem, & erexit in titulum, id est insignum rei præteritæ: id est Diuinæ reuelationis, ibidem sibi factæ, & signum rei futuræ. Scilicet, fundationis Templi, & Passionis Christi, ibi celebrandæ, vt dictum est.

Fundens oleum de super, appellauit nomen vrbis, *Bethel*, oleum fudit conse- *48.* crans Domino Altare illud insignum, *Gen.28.* quod Christus in Altare esset sacrificandus. Nomen vrbis *Bethel*, quod interpretatur, *domus Dei*, vel *habitaculum Dei*, velut voluit Iosephus, *Hostia Dei*, quæ prius *Luza*, vocabatur, id est *nux*, vel *amigdalus*: quia cum eius fundamenta iacerentur Radix amigdali fuit ibi inuenta: vel forte propter copiam Amigdalorum, ibi crescentium. Hæc est ciuitas Hierusalem, extra quam tempore Iacob, erat locus ille, in quo dormiuit. Nunc autem est intra vrbem similiter, & locus Sepulchri Dominici. Sic enim fecit Imperator Adrianus ampliari Hierusalem, ex illa parte.

Notandũ tamen est, quod multis gaudet nominibus, ipsa ciuitas Hierusalem, *49.* hoc his versiculis explicatur: *Solyma, Luza, Bethel, Hierosolima, Hysbus, Helia, Vrbs, Sacra Hierusalem*, dicitur atque *Salem.*

Notat Lyranus, quod Melchisedech, *Lyra.* fundauit eam, & nominauit, Salem; id est pacificam, eo quod fuit Rex iustitiæ, & pacis, posteà Iebusæi, habitauerunt ibi à quibus dicta est Iæbus, vt dicitur Iudicũ, *Iudic.19.* cap. 19. Vnde posteà factum est, vnum nomen compositum, ex duobus, & vocatum est, Hierusalem littera B. mutata in R. Hebræi autem, aliam rationem assignant, huius nominis dicentes, quod primo appellata est Salem, à Melchisedech, vt dictum est, posteà vero dicta est Hiere, id est videuit, eo quod Abraham, oblato filio suo Isaac, appellauit nomen loci illius: *Dominus videt, vnde vsque hodie dicitur in monte Dominus videuit.*

Exijs ergo particularibus nominibus simplicis figuræ factum est vnum no- *50.* men compositæ, quod hodie dicitur *Hierusalem.* E. mutata in V. in super, dicta ciuitas aliquando, dicta est *Luza*, id est amigdalus, eo quod tales arbores abundãt ibi posteà vocata est *Bethel*, & ab ipso Iacob, vt in textu habetur. Posteà tempore Salomonis; qui eam multum ampliauit, atque fortificauit, dicta est *Solyma*, quasi Salomonia, vel à Salomone consequenter, ratione præcedentis nominis Scilicet Hierusalem, per quandam compositionem nominum, dicta est Hierosolyma.

Tandem post Passionem Christi, cum *51.* esset funditus destructa, per Tyrum, & Bespasianum, Hælius Adrianus Imperator, eam re edificauit, in qua quidem re-

di-

dificatione factum est, vt loca, in quibus Christus fuit Crucifixus, & sepultus, quæ erant, *extra ciuitatem*, vt habetur, Ioan. cap. 19 inclusa sint, intra ciuitatem, & hoc quidem, conformiter ad visionem, Iacob vbi dicitur, quod appellauit locum in quo ostensa est, sibi visio præsens, vrbem Bethel.

Ioan. 19. Extra partum.

52. Et si inquiras, quis fuit locus ille, in quo Iacob dicitur dormisse, & visionem habuisse? Respondebo, conformiter ad Doctores, Hebræos, & Latinos, quod fuit, Mons Moria, quæm nunc appellamus, montem Calbariæ, vbi Crucifixus fuit Christus, hic est etiam mons ille, in quo Auus ipsius Iacob, scilicet Abraham ad Domini Imperium, voluit immolare filium suum Isaac, Patrem ipsius Iacob. Qui gessit expressam figuram, Passionis Christi, ipse ergo Iacob, propter prædicta; reputabat dictum locum; valde Sanctum, & honorificum propter, quod illuc transiens, & solis occasum conspitiens, declinauerit, ibi, vt per noctaret, in eodem loco, in oratione. Saltem quantum posset sperans ibi, aliquam consolationem de cœlo habere, sicut, & factum est, vnde: *Non est fraudatus, a desiderio suo.* Propter quod; de eo possumus dicere ad Dominum: *Desiderium cordis eius tribuisti ei Domine, & voluntate labiorum eius non fraudasti eum.* Hæc quæ dedi inuenies apud parisiensem antiquissimum, & doctissimum Scriptorem.

Nota. *Psalm. 20.*

53. Cõsitiamus ergo, ex his quæ dicta suat, in hac quodam modo digressione, discursum ad intentum, propositum in titulo assumpti principalis. Ille igitur, qui gloriam suam, & honorem, quando obliuiscitur vltionis, in manu Domini ponit, vberiorem, & excelleriorẽ reportat gloriam, quod bene dixit Tertulianus illis verbis: *Eosque, qui nobis patientiam obtulerint suam, vt memores, humilitatis seruitutis ius Dominici honores diligentes, non probamus modo; sed ampliorem, quam ipsi sibi præsumpsissent, satisfactionem facimus.*

Tert.

54. Hinc intelligo, si non fallar locum illum. Cant. c. 6. *Fuge dilecte mi à similare capreæ in vloque verborum super montes Bethel.* Quasi dicat Sponsa, gratus michi est Sponsus, sed nullo gratius; quam, dum fugit ad montes *Bethel*: quia si locus ille, in quo Iacob iacebat vocatus est, Bethel, in quo dormiuit, in quo Altare Domino consecrauit. Ex quo Domino consecrauit, ex eodem momento, sibi intimius adoptauit, & subditione sua atque dominio reposuit, ibi enim Altare Domino, consecratum crucem significat, in qua offerendus erat ad Patrem, in loco Bethel, id est in loco, & Tabernaculo suo, in quo iacebat, ibi ad Patrem orauit, ibi pro inimicis, & persecutoribus præces fundit, dicens Pater: *Ignosce illis: quia nesciunt, quid faciunt.* Ibi gloria, & honore fuit coronatus, ibi pro nomine, quod tacuerunt dicentes, hic homo multa signa facit: *Datum est illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu, omne genuflectatur cœlestium terrestrium, & infernorum.* Iacob quidem, humiliando se, ad pedem scalæ, Domino totam suam gloriam obtulit, & meruit, ab ipso Domino exaltari in tantum, vt more pugnantium, cum Domino amplexus haberet amicabiles, & veluti Christi typus altare erexit, vbi quasi in cruce pacem requisiuit, & pacem inuenit orando pro persequentibus, & crucifigentibus, tunc Sponsæ maxime amabilis, & formosus apparuit, cum pro inimicis honorem Patri obtulit, à quo nimis honoratus est, & exaltatus.

Nota. *Cant. 6.* *Luc. 23.* *Phil 2. p.*

§. II.

Dominus non solum est Iudex, sed etiam est vltor, secundum sententiam Tertuliani dicentis: Quid ergo credimus iudicem illum: si non & vltorem, *vbi de inuidia multa.*

55. DEum enim iudicem, & vltorem iniuriam sibi præparat iustorum sanguis effusus, de quibus, dicit Iob, cap. 11. *Miseriæ, quoque obliuiscaris, & quasi aquarum, quæ præterierunt, non recordaueris, & quasi meridianus fulgor consurgit tibi ad vesperam, & cum te consumptum putaueris, orieris, vt lucifer, & habebis fiduciam, proposita tibi spe, & defossus securos dormies; requiescens, & non erit, qui te exterreat.* Vbi põderabo, cum D. Gregor. libr. 10. super cap. 11. Iob qualiter, persecutus, oriatur vt lucifer, qualiter transeuntes aquas, pœnas considerat, sic inquit. D. Greg. *Miseriæ quoque obliuiscaris, & quasi aquarum, quæ præterierunt, & non recordaueris.* Subiungit ad hæc Sanctus: *Mala vitæ præsentis, tanto durius, animus sentit, quanto pensare bonum, quod sequitur neglexit, & quia non vult præmia considerare, quæ restant, grauia æstimat esse, quæ tollerat: vnde, & contra flagelli ictũ*

Iob 11. *Greg.*

cogitatio cæca conqueritur, & quasi infinitæ calamitas creditur, quæ diebus cursus labentibus, quotidie finitur: ac si semel quisque ad æterna se erigat, atque in his, quæ incommutabiliter permanent, oculum cordis figat, prope nichil esse hoc conspicit: quidquid ad finem currit, præsentis vitæ aduersa tollerat; sed quasi nichil esse omne, quod labitur pensat. Hæc ille.

56. Vbi obiter notare debemus, quam certum sit, nos sæpius sentire mala pœnæ multo magis, quam mala culpæ, & existimo, non caruisse mysterio; quod Adã, quando vocatus à Domino post culpam in Paradyso, respondit post peccatum
Gen. 3. ipse: *Abscondi me, eo quod nudus essem.* Sed disquiro, quare fugis à facie Domini? Ipse non dicit: quia peccaui, quod est malũ culpæ, sed abscondi me; *eo quod nudus essem*, vbi malũ pœnæ, magis sensisse videtur, quod idem contigit; in peccato Iudæ proditoris. Aiebat Iesus, in nocte cenæ: *Vnus vestrũ me traditurus est.* Ibi,
Euangelistæ de pass. culpa est: *Tunc Discipuli ceperunt singuli dicere, numquid ego sum Domine?* Et
Marc. 14. non legimus ludam tunc aliquid fuisse
Luc. 22. locutum, quando autem dixit Iesus, ve
Ioan. 13. autem homini illi, per quem filius homi-
Mat. 26. nis tradetur, quia, ibi pœna culpæ dicebatur, tunc Iudas: *querit à Domino, nũquid ego sum rabi.* Malum culpæ, non sentit; sed malum pœnæ: nam ista mala durius sentit animus, igitur ad nostrum propositum de gloria diligentis inimicum, & illius, qui Deum habet vltorem
Greg. prosequitur. D. Gregor. dicens.

57. *Et cum consumptum putaueris, orieris, vt lucifer, sæpè, namque tot tentamẽta nos obsident, vt ipsa nos eorum numerositas pœnæ, ad lapsum desperationis inclinet. Vnde plerumque, cum mens in tædium vertitur, vix ipsa virtutis suæ damna considerat, & tota dolens quasi iam, & assensu doloris aliena frangitur, & enumerare non valet, quanto cogitationum, tumultu vastatur. Ruituram se, per momenta conspicit, eique ne arma repugnationis arripiat. Grauius metuit ipse cõtradicit.* Et post pauca subiungit: *Sine cogitationis certamine præsentia despicit, sine dubitationis obstaculo, de ventura retributione confidit. Iustus ergo cum se consumptum putauerit, vt Lucifer oritur: quia mox, vt tenebre fecere tentationum caligine cæpit ad lucem gratiæ reformatur, & in se ipso monstrat diem iustitiæ, qui cassurus Paulo ante timuit noctem culpæ. Recte autem Lucifero iusti vita comparatur. Solem quippe præcurrens Lucifer nuntiat, & quid nobis, Sanctorũ Innocentia? Nisi sequentis iudicis claritatem clamat? In eorum namque admiratione conspicimus: quid de Maiestate veri luminis esse nemus.* Hæc ille, væ tibi, ô tu, qui iustos viros persequeris, forsitam existimabis te victorem, & iustum pensabis esse abulsum; sed tamen contra est, nam tu depressus, eo fatigatus ibis, iustus vero nouo claritatis splendore fulget, clamat pro Sole iustitiæ, & ecce oritur Sol sanguinem effusum vindicans, & vlciscens; numquam enim sanguis iustorum effusus clamat; qui secum non præferat vltorem, quem amat iudicem, nec patitur iudex, vt iustus, quod à Tyrano persecutus amicus Dei, sine vltione euadat, ipse quidem, & iudex, & victor est, non ueri quidam iudices temporum, qui iudices sunt nomine, non re isti iudices, vt superbiant, vt causas diuitum, & potentium agant, non pauperum, sed isti iudices impij sunt, si tamen causas pauperum agant, & fouendo vltionem pro illis resummant, tunc & iudices sunt, & nuncupantur: *Nam quid est esse iudicem, si non & vltorem?* Vt ait Tertulianus. *Tert.*

58. Dominus quidem omnipotens. Prouerb. cap 20. facit exhortationem iustis patientibus, dicens: *Ne dicas redam malum expecta Dominum, & liberauit te.* *Prou. 20.* Quæ verba legit. S. Cyprianus epist. ad demetr. *Ne dixeris vlciscar me, de inimico meo, sed expecta Dominum, & tibi auxilio sit,* vbi pondero illud verbum: *expecta Dominum*: quia iustorum non est, malum inferre hostibus, sed spectare Dominum, qui à tergo venit, vt sanguinem iustorum vindicet, vidisti, sepè hominem iniuria affectum; qui conducto vindicatore fortissimo; venit in occursum hostis; sed cum ipse Prior accedit, vt solitudine faliat, subsistit aliquando. Sed cur quando hostem habes præsentem subsistis? Cur non potius inuadis? Equidem spectat fortiorem; qui immediate accedet, & grauius vindicauit. Sic etiam Dominus in hostes præmittit iustorum sanguinem effusum, non quia sanguis iustorum inuadet hostes: sed coram illis subsistens spectauit, & immediate post fortissimus victor Dominus accedet, qui perdet incautos, & vindicauit iustos, quia iudex, & victor est. *Cypr.*

59. Non tacebo, illud Osseæ, cap. 1. vbi postquam natus est ei filius, inquit: *Voca nomen eius Iezrael, quoniam adhuc modicum, & visitabo sanguinem Iezrael, super* *Osseæ 1.*

per domum Iehu. Iezrael ciuitas erat iustorum sanguine plena, & madida propter quod celebris in populo Israel fuit, vt proberbia liter diceretur: *Ciuitas sanguinis.* Sed illud noto, quod non prius Dominus, aduersus Iehu resurgat, quam Osseæ filium Iezraelis, nomine insignitum præmittat, ait: *Enim voca, nomen eius Iezrael.* Hoc est fiet in primis puer Iezrael vocatus: in cuius nomine iustorum sanguis effusus compareat, sed quare in primis repræsentabitur iustorum sanguis? Explicat: *Quoniam adhuc modicum, & visitabo sanguinem Iezrael, super domum Iehu.* Expende illud: *Adhuc modicum.* Quia vbi sanguis iustorum, effusus ante it necessum est, vt immediate veniat fortissimus victor sanguinum. Appareat, vel vmbra sanguinis iustorum, vt sit Lucifer iustitiæ Solis, iam iam appropinquantis, non enim Lucifer, tam vicinum Solem denuntiat; vt iustorum sanguinis effusio, vel repræsentata designat seueriſsimam vltionem per Deum appropinquantem futuram.

60. Sed disquiro, quare Deus præmittat iustorum sanguinem, vt perdat inimicos? R. quod solent benatores præmittere bobem post quem securius capiant prædas, & mactent. Sic Deus præmittit vitulos sibi mactatos; nempe iustos occisos, post quos immediate iacula fulminet, & sic perdat, & destruat hostes Sanctorum. Nũ quam enim vindicta Diuina; non secuta est ad iustorum sanguinem, sed semper vadit post sanguinem effusum. De quo S. *Cyprian.* Cyprianus epist. ad demetrianum, ait: *In fontes pœnis, & crutiatibus aqquiescunt certi, & fidentes, quod in vltum non remaneat, quodcumque perpetimur: quantoque maior fuerit persecutionis iniuria; tanto, & iustior fiat, & grauior, pro persecutione vindicta.* Hæc ille, vbi vides quantum ad ferat honorem, & quam abundantiorem gloriam vindictam Deo deferre, qui iudex, & victor iustorum est.

61. Diuus Augustinus super Psalm. 54. elegan- *Aug.* ter ait: *Domuit Orbem non ferro, sed ligno.* Christus Dominus in Cruce exalta- *Nota.* tus. Omnia traxit ad se ipsum, & quamuis, vt habetur 1. Reg. cap. 14. sepius me- 1. *Reg.* 14. diantibus armis Dominus victoriam reportasset. Tamen victoria, quæ cæteras coronat illa est, quam in Cruce aqquisiuit effusione sanguinis, orans pro inimicis. Tunc victor euasit, tunc honoratus vincit, & coronam pulchritudinis posuit super caput eius Pater Diuinus. Notemus *Gen.49.* modo, quod dicitur. Genesis 49. dixit enim Iacob, morti proximus, dum faceret sermonem cum Symeone, & Leui: *In consilium eorum, non veniat anima mea, & in cœtu illorum, non sit gloria mea.* Sed numquid vita in manibus filiorum gloriosa est? Absit si filij sunt sanguinolenti. Fama tamen illis, & honor tradi potest. Propter honorem, Dinæ Sororis eorum indignati sunt, & perdiderunt Principem Sichem, sed prudens Pater nolluit animam suam intrare in Consilium eorũ: quia si pro gloria seruanda, ipsi occiderunt Principem, destruxerunt ciuitatem, quæ maior gloria, quam de inimicis vindictam non resummere: sed Domino vltori, & iudici recto deferre. Tunc enim glorioſior euadit, qui non vlciscitur, sed parcit. Immò amplius dicam, non solum glorioſior, qui non vlciscitur, sed fœlitior, qui iniuriam fecit, si patientiam patientis consideret, & vultum læti contemplatur: quia ibi respitiens tanquam inspeculo patientis naturam induet, & dolendo de malo, quod fecit lacrymas christali effundet, & fœlitior, consurget ad pœnitentiam, quam iratus insurrexerat ad iniuriam.

62. Fallar si hoc totum, non eleganter cõfirmat, quod somniauit Ioseph. Genesis *Gen.37.* 37. ait enim ibi sacer textus: *Accidit quoque, vt vissum somnium referret fratribus suis, quæ causa maioris odij seminarium fuit, dixitque Ioseph fratribus suis; audite somnium meum, quod vidi. Putebam nos ligare manipulos in agro, & quasi consurgere manipulum meum, & stare: vestrosque manipulos circumstantes adorare manipulum meum. Et post pauca, aliud quoque vidit somnium, quod narrans fratribus ait. Vidi per somnia, quasi Solem, & Lunam, & Stellas, adorare me. Vndecim, quod cum Patri suo, & fratribus retulisset, increpauit eum Pater suus, & dixit, quid sibi vult hoc somnium, quod vidisti? Numquid ego & mater tua, & fratres tui adorauimus te super terram? Inuidebant ei igitur fratres sui.* Huc vsque ibi.

63. Et post pauca in eodem cap. dicitur: *Qui* *Gen.37.* *cum vidissent eum procul antequam accederet adeos; cogitauerunt eum occidere, & mutuo loquebantur. Ecce somniator venit venite occidamus eum. Et Paulo post dicitur miseruntque eum in cisternam veterem, quæ non habebat aquam, & Paulo infra, vendiderunt eum Ismaelytis viginti argenteis.* Hæc & alia deluctu Patris, in cap. 37. postea vero, c. 41. postquam Ioseph declarasset, quod *Gen.41.* som-

somniauerat Pharao, circa finem capitis ait illi: *Tuens super Domum meam: & ad tui oris imperium cunctus populus obediet, uno tantum Regni solio præcedam te dixitque rursum Pharao, ad Ioseph, ecce constituite super uniuersam terrã Ægypti.* & Paulo infra, *vertitque nomen eius, & uocauit eã lingua Ægyptiaca. Saluatorem mundi.*

64. Gen.42. Et post pauca, c.42. dicitur: *Audiens autem Iacob, quod alimenta venderentur in Ægypto dixit filijs suis, audiui, quod triticum vendatur in Ægypto descendite, & emite nobis necessaria, vt possimus viuere. Descendentes igitur fratres Ioseph decem, vt emerent frumenta in Ægypto. Ingressi sunt terram Ægypti, cum alijs, qui pergebant ad emendum, erat autem fames in terra Chanaam: & Ioseph erat Princeps in terra Ægypti, atque ad eius frumenta populis vendebãtur, eumque adorassent eum fratres sui, & agnouisset eos, quasi ad alienos, durius loquebatur, interrogans eos, unde venitis? Et tamen fratres ipse cognoscens, non est cognitus ab eis.*

65. Gen.42. Et post pauca: *Auertitque se parumper, & flauit, & reuersus locutus est ad eos. Iussis Ministris, vt implerent eorum saccos tritico, & reponerent pecunias singulorum in sacculis suis datis supra cibarijs iuuia. At illi portantes frumenta, in asinis suis Profecti sunt.*

66. Gen.43. Et cap.43. cum iam narrassent filij Iacob, quæ acciderant illis cum Principe AEgypti, & qualiter dure locutus fuisset ad eos, & qualiter pecuniã inuenissent, in saculis, & qualiter minimum fratrem attulisse præcipisset, iterum præ inopia, mittens Iacob filios suos ad AEgyptum, vt triticum asportarent, capite 43. sic dicit sacer textus: *Igitur Israel pater eorum dixit ad eos, si sic necesse est, facite quod vultis sumite de optimis terræ frugibus in vasis vestris, & deferte viro munera, modicum resinæ, & mellis, & storacis, stacten, & therebinthi, & amigdalarum, pecuniamque duplicem ferte vobiscum, Deus omnipotens faciat illum placabilem.*

67. Gen.43. Et post pauca: *Tulerunt ergo viri munera, & pecuniam duplicem, & Benjamin. Præcepit, Ioseph dispensatori Domus suæ dicens, introduc viros in Domum, quoniam hodie me cum sunt comesturi meridie, fecit Imperatum ille.* Existimantes autem fratres Ioseph illos redarguere de pecunia interrogantes dixerunt dispẽsatori, Oramus Domine, vt audiat nos, ille pax vobiscum nolite timere. Et postquam declarauit, qualiter prouisam haberet, pecuniam, quam Deus dederat illis, & eduxisset ad eos Simeonem, & lauissent pedes suos; & pauulum dedisset alinis eorum etiamque, quod parauissent pecuniam, tunc ingressus Ioseph, in Domum suam obtulerunt; munera, & adorauerunt proni in terram, & postquam de Patre eorum interrogasset iterum adorauerunt eum incuruati, attollens autem Ioseph oculos vidit Benjamim fratrem suum vterinum, & ait, iste est frater vester paruulus de quo dixeratis michi? Et rursum Deus, inquit misereatur tui filimi, festinauitque in Domum; quia commota fuerant viscera eius super fratre suo, & erumpebant lacrymæ, & introiens cubiculũ flæuit; rursumque lota facie egressus continuit se, & ait ponite panes.

Post multa autem, quæ narrantur in textu c.45. *Nõ se poterat vltra cohibere Ioseph, multis coram astantibus eleuauit vocem cum fletu, quem audierunt Ægyptij, & dixit fratribus suis, ego sum Ioseph, adhuc Pater meus viuit? Non poterant respõdere fratres nimio terrore perteriti, ad quos ille Clementer accedite inquit ad me; & cum accessissent propè ego sum ait Ioseph, frater vester, quem venãdidistis in Ægyptum, nolite pauere, pro salute enim vestra misit me Deus ante vos in AEgyptum, non vestro Consilio, sed Dei voluntate, huc missus sum festinate ad Patrem meum, & dicite ei, hæc mandat filius tuus Ioseph Deus fecit me Dominum vniuersæ terræ AEgypti. En oculi vestri, & oculi fratris mei Benjamin vidẽt, quod os meum loquatur ad vos osculatus est Ioseph, omnes fratres suos, & plorauit super singulos Et post multa, cum iam ad Patrem reuersi essent filij narrãtes Patri suo quæ acciderant, & munera, quæ Patri deferebant: dixit Pater illorum, sufficit michi, si adhuc Ioseph filius meus viuit: vadam, & videbo illum antequam moriar.* 68. Gen.45.

Totam hanc volui, adducere historiam, quam, & legi & scripsi, lacrymatus, in ea enim legimus, venditum Ioseph à fratribus suis, legimus occasionem odij, & quia somniauit manipulos fratrum suorum, adorare manipulum eius, & fratrum atque adorauerunt manipulum Ioseph, in quo panis Eucharisticus denotatur, & Ioseph Christi figuram agere continuo tener sacra pagina, & sancti Patres docent, & post hunc somnium aliud vidit Solem, & Lunam, & Stelas adorare, eum, & cum postea Pater dixit de illis in- 69.

tel-

Gen 37. telligendum fore: *Numquid ego, & mater, & fratres tui adorauimus, aut seruiemus tibi.* Colligo tantam esse magnitudinem, & excelentiam Sacrosancti Sacramenti Eucharestiæ, quod ad huc in figura, excelentissimos facit, & depulsore terræ; ad honorandum eleuat vsque ad cælum, nam statim, atque manipuli fratrum, considerantur adorasse manipulum Ioseph, in quo panis Eucharisticus denotatur, si tunc erant ibi signati Patres, & fratres in illis manipulis adorantibus iacētes super terram; iam iam ad cælū, vsque perueniunt, tāquam fulgentissima luminaria; nam qui ante manipuli erant; sunt iam planætę fulgentes, Sol, Luna stellę, Sol pater, Luna mater, stellę fratres adorant enim Sol de Iustitiæ Christum in typo Ioseph, de qua adoratione videndus est Oleaster.

70. Rursus cum viderim Ioseph, à fratribus venditum in honoratum, missum in cisternam veterem: quia inuidia in eum

Oleaster. infuxerunt, & vt inquit Oleaster: *Malitia timida est, & mali trepidi, è contra vero, audax virtus, & boni audacissimi, id circo mali congregantur multi.* Ita

Psal. 82. Psalm. 82. *Dicitur super populum tuum, maligna verunt Consilium, cogitauerunt aduersus absconditos tuos, dixerunt venite disperdamus eos de gente, & non memoretur nomen Israel vltra* Sed qui cōueuerunt: Tabernacula: *Idum eorum, & Ismaelitæ, Moab, Agareni, Gebal, & Amon, & Amalech, Alienigenæ, cum habitantibus tyrum, etenim Assur venit cum illis facti sunt in adiutorium filijs Loth.* Vbi audis innumerabiles malos aduersus paucos bonos, conueniisse. Vnde

Prob. 1. Prober. 1. *Se inuicem vocant ad malum; quia soli non audent.* Timet malus solus plecti: ideò sotios querit: malum quidem in se formidabile est, ideò, non nisi multi simul audent illud perpetrare, ita fratres Ioseph, dicunt: *Ecce somniator*

Gen. 37. *venit, venite occidamus eum.* Posteà videmus Ioseph, honoratum à Deo, & Principem factum in terra Ægypti. Tunc cōtemplor honorem, quem Domino patienter iniurias sustinendo consecrauit; dupplicatum recepisse; & melioratum: quod enim somniauerat impletum vidit. Nam non solum factus est Dominus fratrum suorum; sed etiam totius terræ AEgypti, & cum eo Dominus ostensus est, non solum iudex, sed victor. Quid iudex? Nisi quod promissa adimpleuit? Quid victor? Nisi quod superabundanter ditauit.

Ad Rom. Nam vt inquit Paulus, ad Rom. 13 *Si autem malū feceris time non enim sine causa gladium portat, Dei enim minister est vindex in iram ei qui malum agit.* Vbi ait timendas esse potestates, in quibus iudicium, & vindicatio est. Quid igitur victor? Nisi quia bonis, & honoribus cumulauit. Hic pōderatione digna sunt verba, quæ habentur, lib. 2. Machabeorum, cap. 15. vbi dicitur: *Extendisse autem Ieremiam dexteram, & dedisse Iudæ gladium aureum dicentem accipe sanctum gladiū munus à Deo in quo dejyties aduersarios populi mei Israel.* Explicatu hunc locum. Pepercit fratribus inimicis, & parcendo dupplicatum recepit honorem. Amplius dicam ipsi fratres ex quo manducauerunt panem cum illo, & eodem ciuo sunt saturati sunt honorabilior es, & ditiores. Nam reuerū sunt plenis sacculis, & consolati consolauerunt Patrem Senem. Vnde cum Ioseph agat personam Christi inuitantis ad patem, etiam occidentes eum, & Christus sit panis verus de cœlo descēdens, manducantibus nobis panem dominicum, & adorantibus, rediti sumus nos ex quo digne manducamus, & ad cælestē patriam, & cœli ciues facti sumus veluti Sol, Luna, & Stellæ, & accipiendo panē simul & illius conditionem recipimus, & cum nesciat Christus manducare, & mori non parcendo, etiam nos nesciamus op portet talem manducando panem, & celestes non effici, & parcentes inimicis nostris. Vnde cum manipuli adorauerunt manipulum Ioseph, id est fratres: quia humiliati sunt, sunt etiam eleuati super altitudinem nubium, facti iam clara luminaria cælestia. Et ex quo terram osculati, & pulverem contemplati, in quo memoria mortis est. Ex tunc vitalem panem adepti sunt, & ex quo cur vati super terram adorantes fratrem, ex tunc honorem reponentes ad pedes eius dolorem culpæ ostentauerunt, & misericordiam inuenerunt apud fratrem offensum, & dupplicatum ab eo honorem receperunt. Ecce ergo qualiter Dominus, & Iudex est, & victor Iudex equale conferendo, victor super abundanter largiendo pro iam per pœnitentiam sublata, & plorata culpa.

71. Sed quid est, quod multi fratres vendiderunt Ioseph, & vnus Iudas vendidit Christum? Nonne typus erat illius. Respondetur, quod Iudas agit personam multorum, & illi fratres significant multos, qui peccando quotidie Christum iterum Crucifigere appetētes, iterū vendunt. Fugiamus ergo dilectissimi inuidiæ venenū

de

13.

Cornelius. do qua eleganter adit, Cornelius Impenthacheum, cap. 37. Geneſis, verſu 4. dicens, quod inuidia eſt ſimilis ophthalmiæ, quæ rebus valde ſplendidis, & lucẽtibus offenditur, & lęditur: ſic enim inuidia, aliorũ bonis virtute, & gloria acerua-
Arist. tur, & tabeſcit. Vnde Ariſt rogatus, *quid eſſet inuidia*, reſpondit eſt: *Antagonitas fortunatorum.* Secundo, quanto magis creſcit virtus, & gloria, tanto creſcit, &
Themist. inuidia. Vnde Themiſtocles, cũ eſſet adoleſcens dicebat, & dolebat, ſe nullum ad huc præclarum facinus fecille: quia inquit: *Nemo adhuc michi inuidet.* Tertio, inuidia neminem lædit niſi ſe ipſam, ſicut enim rubigo ferrum ſic inuidia, inuidum conficit, & conſumit, & ſicut vipera dicitur matris ventrem rodere, & rumpere, vt naſcatur, ita inuidia inuidi
Horatius. mentem rodit, & rumpit. Vnde Horatius.

Inuidia ſiculi non invenere Tyranni.
Tormentum maius.

72. *Ouidius.* Vis ideam, & formam inuidiæ? Apte Ouidius, lib. 2. *Methamorfoſcorum inuidiam, ita pingit.* His verbis.

Pallor in ore ſedet, macieſque in corpore toto.
Nuſquam recta acies: liuent rubigine dentes:
Pectora felle virent: lingua eſt ſuffuſſa veneno:
Riſus ab eſt, niſi quem viſu fecere dolores:
Nec fruitur ſomno, vigilantibus, excita curis:
Sed videt ingratos, intabeſcitque videndo,
Succeſſus hominum, carpitque, & carpitur una,
Supplitiumque ſuum eſt.

73. *Anacharſ. Socrates.* Hinc Anacharſis dixit, inuidiam eſſe Serram animæ, & Socrates eſſe vlcus animæ, hinc & Enagoras cenſuit, inuidos eſſe infelitiores aljs hominibus, eiſque duplo magis miſeros eſſe; eo quod alij tantum proprijs malis crutiantur: inuidi vero, inſuper alienis bonis torquentur. Quarto inuidia plerumque clariorem, & felitiorem facit eum, cui inuidet: ita fratres Ioſeph per inuidiam eum vendendo, fecerunt cauſa cur in AEgypto exaltaretur.

Gregor. Quinto, S. Gregor. lib. 5. Moral. ad cap. 5. Iob: *Paruũ occidit inuidia.* Docet, inuidum puſilli eſſe animi anguſti cordis, ingenij valis, atque abiecti: inuidendo, nãque aljs, oſtendit ſe illis minorem, & inferiorem eſſe, ſuamque paruitatem, & paupertatem prodit, quod enim inuider, hoc ipſe non habet, & vehementer concupiſcit. Sexto, inuidia eſt, quæ corpus exedit, & conſumit, hinc ait ſapiens. Proberu. 14. *Vita, carnium ſanitas cordis, putredo oſſium inuidia.* Septimo, S. Baſilius, ſermide inuidia docet efficaciſſimum remedium: *Contra inuidiam eſſe contemptum gloriæ, & omnium bonorum temporalium.* Vtpote fluxorum, & caducorum: atque amorem deſideriorum bonorum æternorum. Vnde Nazianzenus, indiſticho, iambicis aiebat: *Chriſto annuente nichil poteſt libor; Chriſto abnuente nichil poteſt labor.* De inuidia multa Plutharcus, in Rom. Apotectma. Laertius, lib. 6. Cato Segnior, Cleobulus, Vincẽtius Regius, lib 4. diſquiſ. Fuang. cap. 16. Auguſt. Hieronym. Theophilatus, Bernardus. Et alij.

Prob. 14. Baſil. *Nazianz.* *Plut. Laert. Cato. Cleobulus.*

Fugiamus ergo dilectiſsimi inuidiam, in qua tot venena mortifera reperiũtur, & ſimus pacati, amantes inimicos, & pro eis exorantes, vt Filij Dei nominemur, & ſimus, & non inflati, non iracundi, non inuidi, non vltores: quia Deus, & iudex, & vltor noſter eſt.

§. III.

Neceſsitas iudicantium, & iuditiorum ad bonam Reipublicæ gubernationem, & aliquid de munere Regio.

74. NOn in vtilis diſcurſus occurrit ad mentem Authoris explanandam, ſi quidem res eſt magni momenti, vt cuicumque iuſtitia ſeruetur, preſertim hoc eſt muneris Regiæ Maieſtatis cui attinet, & concordiam ciuium procurare legumque precepta adimplere.

Igitur rempublicam grauiſsimi Authores diuerſimode diffinierunt, & diuiſerunt, nos autem prout inſtituto noſtro attinet eius eſſentiam apperire neceſſum eſt. Ariſt. libr. 3. polit. cap. 1. & lib. 4. cap. 1. ſimul cum Platone inquit: *Reſpublica eſt Ordo ciuium, & familiarum concordia, de centi Authoritate, ſub vna lege, & Imperio ſuperioris.* A Græcis vocabatur. *Ariſtocbratia*, ſeu dominario, vbi nobiles, clabum tenebant Regni, vt apud *Benetianos*, modo habetur, & ab aljs, *Democratia*, nominatur, quod eſt idem, quod popularis gubernatio, & multorum, vt eſt *Ienoborum*, & *Luetiæ*; qui modus gubernandi; periculoſus eſt: etenim, ſeditionibus ambitione, valde ſubiectus, cum enim præ diuites Impe-

Ariſt. 3. polit. & 4. c. 1.

rent,

rent, & inter se disideant sepe, qui malignior est, vel potentior, secum plebem trahit, & sæpius in alios minus potentes inuadit popularis cõcursus. Ecce in equalitas mentium, ecce ruina populorum, &
Tulius. vt inquit Tulius: *Nec in mare tot insurgunt tempestates, & naufragia præuidẽtur, sicut in republica, vbi tot capita reperiuntur.* Quia diuites ubi maiora vsurpant, pauperes inuidia torquet, & ex quo diuersitas in munere Imperandi, eo maius periculũ in pace, immo sepius cõtingit, Tyranis, & impijs Imperia dari: & quod intolerabilius est, iustis honestis, & pietate ornatis viris relictis: ad illos, qui insipientia pollent, & fatuitate pleni sunt, & repleti delitijs. Omnia meliora, & honorabiliora munera, & officitia acõmodari, quod graue incõmodum plorat ætas hæc, & plorauere maiores,
Eccles. 7. nam quale Consilium erit ab insipiente? Vnde Salomon, in Ecclesiast. c. 7 inquit: *Silentium, & prudentiã ignorauit, in Consilio pacis, in Consilio velli, vnde quidat honorem insipiẽti, quasi qui mittit lapides in acervum Mercurij.* Igitur, quæ firmitas erit in Regno, vbi caput debile, & sine prudentia est? Et este Cice-
Cicero. rone, in Romano populo, vbi multitudo gentium regnare solebat, vnusquisque iuditium suum præ valere cupiendo, ad voces fatuorum, gladium vnusquisque præbebat suum in consortem iudicem, videte modo æquitatem iuditiorum, vbi quod capita, tot sententiæ.

75. *Democratia*, enim Imperium est formidolosum, & valde periculosum, vbi vnusquisque sumit per se vindictam, & sanguinem fratris sui, effundere curat, ista est Tyranica potestas, crudelis, & færa, & prorsus detestanda.

76. Altera gubernatio, dicitur: *Monarchia*, quæ Regibus competit: quæ primum obtinet locum inter omnes; & libera est, à quacumque calumnia, & ad minus tutior est, atque securior: *Monarchia enim est.* Vnius Principis, qui Monarcha dicitur, & deribatur, *A monos*, quod in Græco est idem, quod, *Archos*. Seu Princeps, vbi vnum insinuatur Regum, vnus solus potentior Princeps, cæteri obedientes sunt.

77. Itaque tres isti modi gubernandi: *Popularis*, seu *Democratius*, *Aristocratius*, & *Monarchicus*. Sunt, quibus totius vniuersi hominum multitudo, à mũdi exordio fuit gubernata: & in Græcia, olim, atque in Romano Imperio, sunt observati, sed tamen Romanum, quodammodo, quando mundi coronam optinuit atque dominium, vsque dum ad Monarchiam reductum fuit tempore Augusti Cæsaris variæ declinauit.

In Monarchia enim, octo sunt status *78.*
diuersi. 1. *Aratores* 2. *Officiales*. 3. *Rerum vendentes*. 4 *Milites*. 5. *Iudices*. 6. *Ecclesiastici*. 7. *Dominantes, seu committes, duces ducatum tenentes*. 8. *Reges*. Ex quibus omnibus vnum constat, atque componitur corpus misticum. Teste Paulo, & hoc corpus vocatur Regnum cum suo capite, quod est solus Rex suppremus Dominus, Deo solum modo subditus, & suis spiritualibus Ministris, cuius vices gerunt in terris, in quibus altior residet potestas; quam in Regibus, & consulibus terræ, vt patet ex veteri, & Nouo Testamento. Vnde S. Chrysost. Sacerdotibus *Chrysost.*
dum à loquitur inquit: *Maiorem illo potestatem habes*. Et loquitur de Rege terreno, etenim in lege scripta, capitali puniebatur pœna, quicumque Princeps, nõ ob temperasset Imperio summi Sacerdotis, & in lege gratiæ maledictus, & excõmunicatus est Princeps; non obediens Summo Pontifici Romano, & priuatur communione fidelium, & Sacramentorũ participatione: quia summus Pontifex, eminet vniuersis Principibus temporalibus, ipse tamen Summus Pontifex nullatenus illis inferior. Vnde insignum Suppræmi dominij; electione fit, non natura
successione, & hæreditario iure, sed assistẽ *Nota.*
tia Spiritus Sancti, certa, & infalibili, de quo videndi sunt Doctores à gentes de potestate PP. inter quos Cay. Torquemada, Iumel, Suarius, & multi alij cum
Lorca 22. in materia de fide, & sentio, ad *79.*
uersus Pontificem; non satis tutum, & securum agere, adhuc in rebus non pertinentibus ad fidem, dum tamen æstimetur prudentissimo Cardinalium Consilio facere, quæ ad Catholicæ Religionis propagationem pacem, & obedientiam, quodammodo pertinere, & ita sanum Consilium prudens, & discreta doctrina ad Patrem, vt Patrem Summum Pontificẽ, accurere humili supplicatione, de eo ad eumdem confugiendo. Hoc honorabilius, hoc tutius, pro exercitio virtutis elegantius, & pro reipublicæ honestate melius iudico.

Aristhocratia; est in qua multi Principes Imperant, sub graui tamen, iugo est populus. Ad rem ergo nostram deveniẽtes. Certum iudico secundum sententiã. D. August. lib. 2. de ciuit. & S. Arist. lib. *Aug.*
3. Politicorum, cap. 5. & cap. 10. & Pla- *Arist.*
to- *Plat.*

tonis in Dialogo de resp. eximium gubernandi Ordinem reducendum esse, ad *Monarchiam*, tanquam ad Suppræmum tutiorem, & securiorē, vbi sub vno capite, omnes militant, nam vbi maior vnitas, ibi maioris Diuinitatis insigne, quod Diuinus Spiritus docuit, in lib. Proberu. c. 8. inquiens: *Per me Reges regnant, per me Principes Imperant.* Vnde cum Dominus, sit vnicus, & simpliciſsimus, illud magis ab ipso Deo elongatur, quod diuisionem multiplicat certe, qui diuinitatem negat, illud vero magis Deo vnitur, quod vnitatem amplectitur, quia Deus vnus est. *Prob.7.*

80. Ponderanda sunt ad hoc propositum ea, quæ docuit Angelicus Doctor, lib. 3. de regim. cap. 2 & lib. 2. c. 10. agit enim cap. 10 de dominio Summi PP. quatenus præfertur omni alio dominio, verba illius sunt: *Recipit igitur diuisionem dominium quaãri membrem: quia quodam est Sacerdotale, & regale similiter aliud autem est regale solum sub quo imperiale summitur, & sic de alijs. Tertium vero politicum Quartum autem Œconomicũ.* Primum autem cæteris ante fertur multiplici via, sed præcipua summitur, ex institutione Diuina: videlicet Christi, cum enim eidem secundum suam humanitatem omnis sit collata potestas, vt potest Matth. cap. 16. dictam potestatem suo communicauit Vicario, cum dixit: *Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc Petram edificabo Ecclesiam meam, & tibi dabo claues, Regni cælorum, & quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum, & in cœlis.* Vbi quatuor ponuntur clausulæ. Omnes significatiue dominij Petri, suorumque successorum, super omnes fideles; & propter quas merito, summus Pontifex Iesus Christus dici potest, Rex, & Sacerdos. *S.Thom.* *Matt.16.*

81. Si enim Dominus noster Iesus Christus, sic appellatur, vt inquit August. 17. de ciuitat. non videtur incongruum, sic etiam vocare suum successorem, circunscriptis rationibus; quæ possent adduci: quia satis est clarum. Sed redeundum est ad clausulas iam dictas, quarum vna summitur, ex nominis magnitudine. Secunda vero, ex dominij magnitudine, & fortitudine. Tertia autem, ex dominij amplitudine. Quarta, ex dominij plenitudine. *August.*

82. Primam igitur partem præfatam accipimus; cum Dominus dicit: *Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Matth. 16 in hoc enim nomine, vt exponunt sacri Doctores, Hilarius, & August. Dominus potestatem Petri insinuat: quia à petra, quæ est Christus, vt dicit Apost. cum confessionem Petrus præmisserat: Petrus est appellatus, vt secundum etiam quamdam participationem, nomen adquirat, & potestatem, & audire mereatur: *Et super hanc petram edificabo Ecclesiam meã.* Quasi totum dominium inter fideles; ex petro dependeat, & eius successores. *Matt.16.* *Hilar.* *Aug.*

83. Secunda vero clausula dominij importat fortitudinem, quod significat verbũ, quod sequitur: *Et portæ inferi, non præualebunt aduersus eam.* Quæ sunt curiæ Tyranorum, & persecutorum Ecclesiæ, vt Doctores Sacri, ibidem tradunt, hic dictæ, quia sunt causa omnium peccatorum intra Ecclesiam militantē. Ad tales enim Principes, omnes scelerati recurrunt, vt accidit in curia Phederici, Mamphredi, & aliorum, & Suætiæ, & Turcarum. Sed tales non præualent aduersus Romanam Ecclesiam. Immò omnes mala morte extirpati sunt: quia vt dicitur, in lib. Sapiēt. c. 3. *Nationes iniquæ diræ sunt consummationis.* *Sap.3.*

84. Dominij autem amplitudo ostenditur, cum Dominus dicit: *Et tibi dabo claues Regni cælorum.* In hoc enim insinuatur potestas petri, sed dominij plenitudo ostenditur; cum vltimo dicitur: *Et quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcumque solueris super terram, erit solutum, & in cœlis.*

85. Cum enim Summus Pontifex, sit caput in corpore mistico. Omnium fideliũ Christi, & a capite sit omnis motus, & sensus in corpore Phisico. Sic erit in proposito, propter quod oportet dicere, in Summo Pontifice esse plenitudinem omnium gratiarum: quia ipse solus confert plenam indulgentiam omnium peccatorum: vt cõpetat sibi, quod de primo Principe Domino, dicimus quia de plenitudine eius omnes nos accepimus.

86. Quod si dicatur, ad solam referri spiritualem potestatem, hoc esse non potest, quia corporale, & temporale, ex spirituali, & perpetuo dependet: sicut corporis operatio, ex virtute animæ: sicut ergo corpus per animam habet esse, virtutem, & operationem, vt ex verbis Philosophi, & August. de immortalitate animæ patet. Ita & temporalis iurisdictio Principum, Spiritualem Petri, & successorum eius, cuius quidem argumentum à summi potest, per ea quæ inuenimus in actis, & gestis. Summorum Pontificum,

&

& Imperatorum; quia temporali iurisdictioni cesserunt.

87. *Constan. Carolus. Ottone.* Primo quidem, de Constantino apparet, qui Siluestro in imperio cessit. Item de Carolo Magno; quem PP. Adrianus, Imperatorem constituit. Idem de Ottone Primo; qui per Leonem creatus, & Imperator, est constitutus, vt historiæ referunt, & de Pontifice creante Carolum V. Sed ex dispositione Principum, authoritate Apostolica facta; satis apparet, ipsorum potestas. Primo enim inuenimus, de *Zacharia.* Zacharia; hanc potestatem exercuisse, super Regem Francorum quia ipsum à regno iniuste deposuit: & omnes varones à *Innocent.* iuramento fidelitatis absoluit. Item de Innocentio Tertio; qui Ottoni Quarto Imperium abstulit. Sed & Frederico Secundo, hoc idem accidit per Oniorum Innocentis immediatum successorem.

88. Et quamuis in omnibus istis, Summis PP non extenderunt manus, nisi deratione delicti: quia ad hoc ordinatur eorum potestas, & cuiuslibet Domini; vt pro sint Gregi. Vnde, & merito, Pastores vocantur quibus vigilantia incumbit, ad subditorum vtilitatem: alias non sunt legitimè Domini: sed Tyrani, vt probat Philosophus. Vnde Dominus vtitur, in Ioanne, quadam multiplicata interrogatione. Terquerens à suo successore. Beato Petro: *Quod si ipsum diligit?* Et respondente illo: *Tu scis quia amo te.* Tunc inquit, vt Gregem pascat: *Petre*, inquit: *Amas me. Pasce oues meas.* *Ioann. 21.* Quasi in hoc consistat tota pastoralis cura, & profectus Gregis. Hoc ergo supposito, quod pro vtilitate Gregis agatur; sicut Christus intendit; omne super greditur dominium, vt ex dictis patet.

89. Quod ex visione prima, Nabuchodonosor: satis est manifestum de *statua*, scilicet, quam vidit: *Cuius caput aureum pectus, & brachia de argento; venter, & femur de ære:* *Dani 2.* Tibie, vero ferreæ; pedum autem quædam pars ferrea; quædam fictilis. Sed dictam statuam dum contemplatur: abscissus est lapis de monte sine manibus, & omnia prædicta contriuit. Hic autem lapis factus est mons magnus, & implenit vniuersam terram. Quam quidē visionem. Daniel Propheta, vt Hier. & Augustinus ponunt ad quatuor Monarchias adaptatam sentiunt Assyriorum, videlicet pro aureo capite Medorum, & Persarum pro argento in brachijs, & pectore. Græcorum uero, Monarchiam pro Ere o ventre, & femore: sed Romanorum vltimo, pro tibijs ferreis: & pedibus; partim ferreis, partim vero fictilibus. *Hieron. Augustin.*

90. Sed ait Propheta: *Post hæc suscitauit Dominus Deus cœli Regnū quod in æternum non dissipabitur, & Regnum eius; populo alteri, non tradetur; comminuetq; uniuersa Regna & ipsum stabit in æternum.* *Daniel 2.* Quod totum ad Christū referimus; sed vice eius, ad Romanam Ecclesiam; si ad pascendum, & non destruendum Grægem eius intendat. Attendendum etiam, quod Diuina institutio, destitui non potest: quia solum dispensatores, & Ministros assumpsit suos Vicarios Christus Dominus, sicut Apostolus dixit, epist. 1. c. 4. ad Chorint. dicens: *Sic nos existimet homo, vt Ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.* *Epistola 1. ad Chor. 4.* Solus enim Christus fundauit Ecclesiam: cuius ministerium Petro, & Pastoribus cōmisit: *Fundamentū autem aliud, nemo potest ponere, præter id, quod positū est, quod est Christus Iesus.* *1. Chor. 3.*

91. Vnde Sacri Doctores, quamdam potestatem, Christo attribuunt, quam Petrus nō habuit, nec sui successores. & ipsam potestatem excellentiæ vocant, & sic potestas Petri, & successorū eius, non adæquatur potestati Christi. Immò omnino transcēdit. Potuit enim Christus, sine Baptismo saluare. Vnde Hier. super Mat. dicit, quod *Hieron.* nullum sanauit in corpore; quem non sanauerit in mente, & tamē sine Baptismo, quod tamen Petrus non potuit. Vnde, & Cornelium, Cēturiorem, vt legitur in actis *Acta.* à PP. cū tota sua familia Baptizauit, etiā post aduentū Spiritus Sancti. Potuit etiā Christus mutare formam Sacramentorū, & materiam, quod Petrus non potuit, nec successores eius, de hoc late agunt Suarez, Bazquez, Cayet. & alij.

Hæc ad præsens dicta sufficiant, constitit tamen conclusio nostri discursus in hoc, nempè Vicarios Christi, qui sunt Pastores Ecclesiæ, cunctis etiam Principibus debere præferri, totam hanc doctrinā sequitur. Angelicus Doctor S. Thom. tract. *S. Thom.* de regimine Principum, præsertim lib. 3. *Suares.* c 1. & 2. & lib 1. c 2. 3. & 4. Cay. in Apologia de potestate PP. & Turre Cremata, *Suares. Turr.* lib. insigni de potestate Ecclesiæ. Et Suarez, lib. illo celeberrimo contra Regē Anglię, & sapientissimus ex nostris Zumel. *Zumuel.* tractata de potestate Papæ, & communiter circūferuntur dicta, & relata à nobis: quia numquam à communi Patrum consensu volui declinare, & nollui aliquid super addere doctrinæ S. Thomæ, quem anxiæ veneror, & continuo præ oculis habeo, vt sciamus, esse Deum iudicem, & vltorem iustissimum.

§. IV.

Penitur quod dominium vnius potestatis, sit fecundus, & multo altius, & melius, quam dominium multorum, & quod à Deo sit omnis potestas, & Imperium.

92. CVm enim Deus regnet in vnitate, cui manet Imperium, & omnis potestas, à Domino Deo sit, quo magis ad vnionem reducitur Regnum, eo magis Dei vnitatem redolet: *Cor enim Regis in manu Dei est, & quocumque voluerit inclinauit illud.* Vnde Prob. 21. dicitur, quod ille magnus Monarcha, in Oriente Cyrus Rex Perfarum, per publicum confitetur edictum, post victoriam enim de Babilonia consequutam, quam penitus destruxit atque Occiso Balthasar Rege ibidem, sicut historiæ tradunt, sic ait, vt potet, ex lib. Esdræ, cap. 1. 1. Esdr. c. 1. *Hæc dicit Cyro Rex Perfarum, omnia Regna mundi dedit mihi Dominus Deus cœli.* Inde manifeste apparet, quod à Deo omne prouenit dominium, sicut à primo Domino.

93. Quod quidem ostendi potest triplicitia, secundum Philosophum: quia vel in quantum *ens*, vel in quantum *motor*, vel in quantum *finis*. Ratione quidem entis: quia oportet omne *ens*, ad primum *ens*, reducere, sicut ad principium totius *entis* & vt omne calidum, ad calidum ignis, vt habetur. 2. Methaphisicæ, qua ergo ratione omne ens, ex ente primo dependet, eadem ratione omne dominiũ, à primo dominante: quia dominium fundatur super eos, & tanto super nobilius ens, quanto ex ad dominandum super homines in natura coæquales, eisdem præponitur. Vnde & causam habet, non superbiendi, sed humane suum populum gubernandi, vt dicit Seneca. epist. ad Lucillũ, propter quod in Eccl. dicitur, c. 32. Eccles. 32. *Rectorem te posuerant, noli extolli*, sed. *Esto in illis, quasi vnus ex illis.* Sicut ergo, omne *ens*, ab ente primo dependet, quod est prima causa. Ita & omne dominium creaturæ dependet à Deo, sicut à primo dominante, & primo *ente*. Amplius autem, omnis multitudo ab *vno* procedit, & per *vnum* mẽsuratur, vt patet ex Arist. 1. Philicorum, textu 40. Arist. Ergo eodem modo, & multitudo dominantium; ab vno dominante, tradit Originem, quod est Deus, sicut videmus in regalibus Curijs, quod in diuersis Curijs, multi sunt dominantes, multi Præsidentes, omnes tamen, ex vno dependent Arist. Rege. Vnde Arist. lib. 12. Philicæ, dicit quod nc se habet Deus, siue prima causa, ad totum vniuersum, sicut dux ad exercitum, à quo tota multitudo Castrorum, & militu dependet. Vnde, & ipse Moyses Exod. 15. vocat Deum ducẽ populi. *Dux fuisti in misericordia populo quem redemisti.* A Deo igitur omne dominium habet initiũ, à quo omne *ens*, habet rationẽ entis, dependet enim à Deo, quicũque potẽs, impotentia suæ Maiestatis, ratione entis. Exod. 15.

Secundo ratione motus: quia vt optime docuit Arist. 8. Philicor. *Omne quod mobetur, ab alio mobetur.* Et cum immouentibus, & motis, non est abire in infinitum: deueniendum est ad aliquem primũ motorem, immobilem, qui est Deus inter omnes autem mobentes, primum locũ obtinet rationabiliter de inferioribus Deo Rex, deinde duces præsides. Vnde Arist. lib. de consolatione ad Polibium. Sic loquitur de Cæsare, exortans eum ad contemptum mundi: *Eum voles omnium rerum obliuisci cogita Cæsarem Vide quantam huius vitæ indulgentiæ fidem; quantam industriam debeas, intelliges nũ magis tibi, incurbari licere, quam illi, si quis modo est fabulis traditus, cuius humeris mundus innititur Cæsari, quoque ipsi cui omnia licent, propter hoc ipsum, multa nõ licent. Omnium domos illius vigilia defendit. Omnium otium, illius labor, omnium delitias, illius industria: omnium vocationem, illius occupatio. Ex quo se Cæsar, Orbi terrarum dedicauit sibi eripuit, & syderum modo quæ ire quieta semper suos cursus explicant, numquam illi licet, nec subsistere, nec quidquã suum facere.* Hæc ille, profecto digna tanti Philosophi sententia. Ita Seraphim Alantis. Esai. cap. 6. semper volabant, sed quiescebit in Throno: *Duabus volabant.* Vbi Pastorum Vigilia, & regnantium cura astruitur. 94. Arist. Prælatus currat semper, & curet pro subditis currere quiescendo. Esai. 6.

Si ergo Reges, & alij, Domini tantum habent de ratione motus, ipsum non possunt perficere, nisi per influentiam, & virtutem mobentis primi, quod est Deus, sic animalia occulata mobebantur Eccles. 1. Tertio ex fine ad quem conditus est omnis homo. Nã si est hominis agere propter finem, ratione sui intellectus, qui finẽ in qualibet actione præstitit, quælibet natura, quãto est magis intelectiua. Tãto magis propter finem agit cum ergo Deus sit summa intelligentia. Et purus actus intelligendi, sua actio magis finem intẽdit. Ergo oportet dicere, quod in vno quoq; fine, vnius cuiusque Rei creatæ præexigatur actio intellectus Diuini: quam nos Diuinam prudentiam vocamus vt in materia de prædestin. 1. p. q. 22. & 23. ibi sapien- 95. Eccles. 1.

Bizquez. Zumel. Boetius. pientissimè Bazq. ibi etiá doctissimè Zumel, per quã Dns cuncta disponit, & finẽ debitum deducit, vt Boet. de cõsolatione Philosophiæ, ipsam nominat. Secundum quã rationẽ dicitur in lib. Sapi. quod Di-

Sapient. uina Sapient. *Attingit à fine vsque in finem fortiter, & disponit omnia suauiter.*

96. Concluditur ergo, ex hoc, quod quælibet res, quanto ordinatur ad excelentiorẽ finẽ, tanto plus participat de actione Diuina. Huiusmodi autem est Regnũ, & Imperium, cuiuscumq; communitatis cuiuscumq; Collegij, siue Polliciæ, siue Regalis, siue cuiuscumq; conditionis: quia cũ

Aris. intendat nobilissimũ finem, vt ait Arist. in Æthicis, & lib. 1. polit. *In ipso Diuina præ intelligitur actio, & suæ virtuti dominorum subijcitur regimen, & hinc trahit originem veritatis, quod bonũ cõmune dicitur potentia.* Ab ipso Arist. in Æthicis amplius in regimine, legislator semper debet intẽdere, vt ciues dirigãtur ad viuẽdum secũdum virtutẽ: immo hic est finis legislatoris, vt ait Arist. 2. Æthic. propter

Athim. 2. quod, & Apostolus dicit. Ad Thim. c. 2. *finis præcepti est charitas.* Sed ad hunc finẽ venire nõ possumus, sine motione Diuina

97. Rursus finis mobet efficiẽtẽ, efficacius, quanto finis nobilior est, vt bonum gentis, respectu ciuitatis, vel familiæ, vt dicit

Aris. Arist. 1. polit. finis autem ad quem principaliter Rex, intendere debet, in se ipso, & in subditis est, æterna beatitudo, quæ inuisione Dei formaliter cõsistit teste. S.

S. Thom. Bazquez. Tho. cum eo multi sapientissimi, de quo Gabriel Bazq. & alij, & quia ista visio est perfectissimũ bonum, maxime debet mobere Regem, & quemcumque Dominum, vt hunc finem inferiores consequantur: quia tunc optimè regit, si talis ab ipso fit finis intentus. Tali autem modo, suos regebat Christus Dominus suppremus Rex:

Ioann. 10. Ioan. 10. dicens: *Ego vitam æternã do eis, ego veni, vt vitam habeant, & abundantius habeãt.* Hoc autẽ maximè facit Rex; quando super Gregem suum, tãquam bonus Pastor inuigilat: quia tunc super eum Diuina lux irradiat: ad bene regẽdum, vt Pastoribus in orta Saluatoris nostri Iesu Christi, & irradiationis, ad bonum Regimen, & in Principe, & in subditis motũ circularem accipimus rectũ, & obicũ, de

Dionis. quibus B. Dionis. loquitur, lib. de Diuinis nominibus, c. 4. hic enim motus ideò rectus dicitur: quia fit per Diuinã illuminationem; super Principẽ ad benè regẽdum, & super populum; meritis Principis. Sed obliquus vocatur; quando per Diuinã illuminationẽ; sic subditos regit, quod virtuosè viuunt, & insurgit in eis Diuina laus, & gratiarũ actio; vt sit quasi quædam arcualis figura ex corda recta, & arcu obliquo. Sed circularis motus, Diuinorũ radiorum dicitur: quando Diuina illuminatio irradiat Principem, vel subditũ; ex qua quidẽ eleuantur ad Deum contemplandũ, & diligendum; qui ideò, circularis motus vocatur: quia est ab eodem, ad idem, & apũto ad punctum; quod circularis motus est proprium. Ait enim Ps. 71 Spiritus San-

Psalm. 71. ctus: *Deus iudicium tuum, Regi, da, & iustitiam tuam filio Regis: iudicare populum tuum in iustitia, & pauperes tuos in iuditio: suscipiant montes pacẽ populo, & colles iustitiam.* De quo Doctor Incognitus,

Incog. ait: *Hic ostenditur qualiter Christi potestas, vel ipse Christus recipitur.* Vbi primo notandum, quid per montes, quid per colles, intelligitur. Secũdo quid per pacẽ, & quid per iustitiam, primo namque per montes, significanturõ Angeli: quia sicut

S. Gregor. montes, nos protegunt. Vnde Gregor. ait montes sunt sublimes Angelorũ virtutes, quæ hic nos ministrando, & adiuuando, refoueunt, quæ Deo largiẽte, in omni, nos certamine protegunt: quorum defensione contra aduersarios, ex omni latere mu-

Psal. 124. nimur. De quibus dicitur. Ps. 124. *Mõtes in circuitu eius.* Id est Angeli, vt voluit

August. Aug. & sic per colles, qui sunt montes minores, intelliguntur S. Apostoli, & Doctores, quibus Angelorũ ministerio, mysteria Diuina sunt reuellata. Apocal. cap 2. Immõ, cap. 1. *Significauit Deus, mittens per Angelum suũ seruo suo Ioanni.* Propter quod de Diuinis Mysterijs dicitur: *De*

Psal. 124. *monte in collem transferunt.* Dicit ergo: *Suscipiant montes pacem populo.* Quia S. Angeli, acceperunt mandatum à Deo, de anuntriando pacem populo in Christi Natiuitate; dicentes, & in terra pax hominibus, bonæ voluntatis.

98. *Et colles iustitiam,* per iustitiam autem hic accipe legem Euangelicã, quæ hominem iustificat obseruantẽ, hoc ideò: quia Apostoli, & alij Doctores; acceperunt mãdatum, de prædicando populo Euangelia.

Mar. vlt. Marc. c. vlt. *Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ,* vel aliter per montes accipe, Apostolos, Prælatos, & alios, qui inter cæteros, eminent dignitate, & magis per vitam à proximant cœlo. De quibus dicitur. Psal.

Psal. 120. 120. *Leuaui oculos meos in montes.* Per colles vero, accipe minores, & subditos, ad Prælatos autẽ, & maiores pertinet præ

cipuè, subditorum pacem procurare, & vnitatem, vt habetur dist. 90. c. *discordantes*, ad subditos autem præcipuè spectat humilitas qua, suis obediant superioribus, ipsa autem humilitas, per iustitiam significatur Matth. c 3. *Sic decet nos implere omnem iustitiam.* Dicatur ergo. *Suscipiant montes pacem populo.* Id est Prælati, & Doctores, & Reges mandatum pacis, vt à populo seruetur: quia excelentes in Ecclesia debent vigilanti animo paci consulere ne propter suos honores, superbè agendo scismata faciant, diruta vnitatis, & pacis compage, & corona: *Et colles iustitiam*, id est minores humilitatem, vt maioribus obediant, & in eis Christum anteponant, vt vere de illis dicatur: *Incurbati sunt colles mundi*, quæ audisti inuenies apud incognitum, & attuli: quia ponderatione digna, & curiosè penetrari possunt ad rem nostram.

Matth. 3.

99. Igitur omnia illa deprecatiua sunt Regis, & cuiuslibet ad Deum pro obtinendo bono regimine populorum, ad quod principaliter ordinantur verba illa: *Deus iudicium tuum regi da & iustitiam tuam filio Regis.* Et quia mentem sic dispositam habent ad Diuinam influentiam, pro salute subditorum. Subditur: *Descendet sicut pluvia in vellus & sicut stillicidia, stillantia super terram orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis.*

Quibus insinuatur omne dominiū esse à Deo, in ordine ad ipsum Deum, qui est finis omnium nostrarum operationum. vnde cum ipse potestatem dederit principibus ipsam voluit semper ipsi sub ordinari.

Pro primo assumpto.

100. QVod autem dominium vnius sit altius, & melius, quam dominium multorum. Docuit sanctus Thomas, tractatu de regimine Principum. Nam sicut regimen Regis est optimum, ita regimen Tyrani est pessimum, opponitur autem: *Politiæ democratia.* Vtrumque enim est regimen, quod per plures exercetur: *Aristocratiæ*, vero *holigarchia.* Vtrumque exercetur, per paucos, Regnum autem Tyranidi, vtrumque enim per vnum exercetur.

101. Quod autem Regnum sit optimum regimen manifestum est. Si igitur optimo, opponitur pessimum necesse est, quod Tyranis sit pessimum, ad hoc virtus vnita magis est efficax, ad effectum inducendum; quam dispersa, vel diuisa multi enim congregati simul trahunt, quod diuisum per partes singulariter à singulis trahi non posset. Sicut vtilius est virtutem opperantis ad bonum esse magis vnam, vt virtuosior ad opperandum bonum; ita magis est nocivum, si virtus operans malum sit vna; quam diuisa. Virtus autem iniuste præsidentis opperatur ad malum multitudinis, in sui ipsius bonum tantum retorquet. Sicut igitur in regimine iusto; quanto Regens est magis vnum, tanto est vtilius regimen: *Vt Regnum*, melius est quam, *Aristocratia*: *Aristocratia*, vero quam pollitia. Ita è conuerso erit, & in iniusto regimine, vt videlicet, quanto regens magis vnum; tanto magis sit nociuum. Itaque Monarchia est altius regimen, & securius, nam dum Princeps assumit media conuenientiora, & saniora tunc securior manet ipsa gubernandi ratio in Monarchia enim, & secreta melius seruantur, & virtus vnita euadit fortior.

102. Qua propter si in multitudine æqualium, & similium inueniatur vnus, qui tanta excelentia virtutis, & sapientiæ, & prudentiæ excedat omnes alios virtuosos, vt videatur homo Diuinus inter alios iustum est talem esse Dominum, & Monarcham perpetuum in tali multitudine, & ex consequenti esse simpliciter Regem cum plenissima potestate, & dominium suum esse simpliter Regnum: nam est secundum naturam dignius, & excelentius in aliquo toto principari, vt patet in animali decorde, impotentijs animæ pars intellectiua: in animalibus Leo, inuolatilibus Aquila, si ergo virtus vnius excedat omnes alios quasi excessu Diuino: dignum est ipsum alijs dominari, & id consonum est positioni antiquorum; qui vt principium habebant oportere illum principari, qui alios in aliquo bono excederet, siue in diuitijs, siue in nobilitate, siue in virtute. Hæc habet Iabellus, tractatu 5. de pollitia regali, cap. 3. Qui solutione, dubij tertij affirmat hunc Principem per se esse melius eligi, & constitui per electionem, quam per generis successionem, itaque ait illud esse melius per se, hoc vero per accidens, per se melius illud: quia melius est principantem assummi eo modo, quo contingit ipsum assummi meliorem: sed per electionem contingit ipsum assummi meliorem: quam per generis successionem; quoniam melior,

Iabellus.

103.

vt

vt in pluribus inuenitur in tota vna multitudine; quam in vno genere. Ergo per se est melius fieri per electionem. Quod autem per accidens sit melius fieri per successionem generis. Probat Iabellus, nam in electione contingit eligentes, dissentire, & quandoque eligentes malisunt, & sic eligunt malum, & vtrumque horum, malum est in ciuitate, & durum videtur, quod ille, qui est hodie æqualis michi, cras electus sit Princeps meus, & ideò per accidens melius est principantem assummi per generis successionem; quam per electionem, & concludit absolute, & per se melius esse principantem esse electum. Quam per generis successionem, quamuis contrarium sit, his temporibus in exercitio positum. Iabellus, ita docuit, ego tamen sentio melius multo esse oppositum, nempe per generis successionem, quamuis enim Imperandi Maiestas non debeat considerari tamquam premium sanguinis, sed vitæ, & virtutis. Tamen quod succedant ex genere est absque dubio securius, & melius. De quo duas trado rationes.

Iabellus.

104.

105. Prima est. Esto quod Princeps sit per electionem, aut talis naturalis, aut extraneus. Si naturalis vnus ad imperandum anhelauit, & inter plures æquales fugi non poterit dissidium, vt diuidat subditos in varios affensus, & Regnum in periculo erit. Etsi Princeps est extraneus, est periculum immutatione legum antiquarum; & ad minus tepide, respiciet Regnum tamquam ab eo extraneum, vt propriam ditet patriam.

Secunda ratio, quia conseruatio Regni maximè pendent ab amore inferiorum cum suo Principe; ex quo ducit originem reipublicæ pax, & incrementum. Et maiori amore prosequentur Bassali Principem, quòm ab Infantia Imperantem cognouerunt, quam si extraneum haberent. Ex duobus enim peius est esse electum si est malus; quam si est nativus. Et sic manet absolute melius esse hæreditarium habere Principem: quam electione datum. Nec inconuenit fœminas excludi à maioratibus, vt non excludantur à Regno: quia maioratus requirunt sæpè illam conditionem pro successione domorum, in Regno tamen hoc non inspicitur: quia vbique, & quòmodocumque sit succedunt, vt experti summus, in pluribus Regnis mundi.

106. Holygarchia enim respicit bonum paucorum. Democratia vero, respicit bonum multorum, & Tyrannis, respicit bonum vnius. Omnia hæc peiora multo sunt: quia tunc regimen sit iniustum, nam spreto, bono communi, totius communitatis, aut quæritur solum bonum multorum, aut bonum paucorum, aut bonum vnius Regentis, & quanto magis receditur, à bono communi tanto est regimen magis iniustum; & sic gradatim mali sunt modi gubernandi, quatenus à bono omnium magis, aut minus receditur.

De Tyranide.

107. REgimen Tyrani est iniustissimum, inquit Iabellus, quod manifestum sit, considerantibus Diuinæ prouidentiæ, Ordinem quæ optimè vniuersa disponit, nam bonum prouenit in rebus, ex vna causa perfecta, quasi omnibus adunatis, quæ ad bonum iuvare possunt. Malum autem sigillatim, ex singularibus defectibus, non enim est pulchritudo in corpore; nisi omnia membra fuerint decenter dispositæ. Turpitudo autem contingit, quodcumque membrum in decenter se habeat: & sic turpitudo ex pluribus causis, diuersimode prouenit: pulchritudo autem vno modo, ex vna causa perfecta: & sic est in omnibus bonis, & malis, tamquam hoc Deo prouidente, vt bonum, ex vna causa sit fortius: malum autem ex pluribus causis, sit debilius. Expedit igitur, ad hoc vt Regimen iustum sit, quod sit vnius tantum Principis, ad hoc vt sit fortius. Quod si in iniustitiam declinat regimen expedit magis, vt sit multorum, vt sit debilius, & se inuicem impediant. Inter iniusta igitur regimina, tolerabilius est democratia. Pessimum est Tyranis, omnium tamen melius est regimen Monarchicum. *Iabellus.*

108. Illustratur magis, nam si considerentur mala, quæ ex Tyranide prouenium, apparebit melius: quia cum Tyranus, contempto communi bono quærit priuatum, est consequens, vt subditos diuersimode grabet. Secundum quod diuersis passionibus subiacet, ad bona aliqua affectanda, qui enim passione cupiditatis detinetur, bona subditorum rapit. Vnde Salomon: *Rex iustus erigit terram vir auarus destruet eam. Si vero iracundiæ passioni subiacet: pro nihilo sanguinem fundit.* Vnde per Ezechielem, c. 22. dicitur: *Principes eius, in medio eius, quasi lupi rapientes prædam, ad effundendum sanguinem.* *Ezech. 22.*

109. Eccles. 9. Hoc igitur regimen fugiendum esse monet sapiens, dicens: *Longe esto ab homine potestatem habente occidendi: quia non scilicet pro iustitia, sed per potestatē occidit, pro libidine voluntatis.* Sic igitur nulla erit securitas; sed omnia sunt incerta: cū à iure discreditur, ne firmari quicquid potest, quod positum est in alterius voluntate, ne dicam libidine. Nec solum in corporalibus, subditos grabat, sed etiā spiritualia eorum bona impedit: quia qui plus præesse appetunt, quā prodesse, omnem profectum subditorum impediunt, suspicantes omnem subditorum excelentiam, suæ iniquæ dominationis præiuditium esse. Tyrani enim magis boni, quam mali suspecti sunt semperque his aliena virtus formidolosa est, conantur igitur prædicti Tyrani, ne ipsorum subditi virtuosi effecti, magnanimitatis concipiant Spiritum, & eorum iniquam dominationem, non ferant, ne inter subditos amicitiæ fœdus firmetur, & pacis emolumento ad inuicem gaudeant, vt sic dum vnus de altero non confidit; contra eorum dominium, aliquid moliri non possint: propter quod inter ipsos discordias seminant, exortas nutriunt, & ea quæ ad fœderationem hominum pertinent, vt connubia, & conuiuia prohibent; & cætera huiusmodi, per quæ inter homines, solet familiaritas, & fidutia generari.

110. Connantur etiam ne potentes, aut diuites fiant: quia de subditis secundum suę malitiæ conscientiam suspicantes; sicut ipsi potentia, & diuitijs ad nocendum vtuntur: ita timent, ne potentia subditorum, & diuitiæ eis nociue redantur. Vnde Iob c. 15. de Tyrano dicitur: *Sonitus terroris semper in auribus eius, & cum pax sit ille scilicet malum eis intentante ille semper insidias suspicatur.* Hęc sanct. Thom. *Iob. 15.*

Circa hæc verba Iob. sanctus Gregorius, loquitur eleganter dicens: *Nichil autem simplici corde fœlitius: quia quo innocentiam erga alios exhibet, nichil est quod pati ab alijs formidet. Habet enim quasi arcem quamdam fortitudinis simplicitatem suam, nec suspectus est pati, qui se fecisse non meminit. Et post pauca mala mens; quid quid contra proximos excogitat: hoc contra se, excogitari à proximis formidat, sit vndique suspecta; vndique trepida. Omnis qui ad memoriam venit: exquirere contraria creditur, cui ergo tranquilitas, securitatis deest: huic proculdubio terroris sonitus, semper in auribus est. Et sæpe contingit, vt illi, quilibet proximus suus simpliciter loquatur; nichil aduersum cogitet, sed cum pax sit; ille insidias suspicatur: quia qui semper dolose agit, simpliciter erga se, agi non estimat.* Hęc ille. *S. Gregor. Ad cap 15. Iob.*

In quibus verbis eleganter depingit Tyrani, & iniqui hominis conditionem, & conditionem boni, nam bonus sua simplicitate ad virtutem omnia reducit, malus autem ad malitiam. Nota verbum illud: *Nichil autem simplici corde fœlitius.* Et pro Tirano illud: *Mala autem mens, quid quid contra proximos excogitat: hoc cōtra se excogitari à proximis formidat.* Remanet ergo Monarchiam, omnibus potestatibus anteponendam; quia in tali regimine maxime Deo, qui vnus, & simplicissimus est, & bonorum largitor homo potens assimilatur, qui verus iudex, & victor equissimus est.

§. V.

Ad regale munus pertinet; de offensionibus satisfactionem facere; causam inspitiendo pauperum, & humilium, vbi de bono Principis multa.

111. Rex qui iustus est, se habere debet circa eos, qui offensionē passi sunt, maxima cura, & solicitudine, tamquam hoc Regibus præclarum insigne. Nam si sermo noster inspiciat initia Regum, & regnorum hoc potissimum inueniemus. Huc spectat illud quod dicitur Eccles. c. 4. attendendo; ad lacrymas innocentium, & illorum, qui patiuntur persecutiones, absque consolatore: *Vidi calumnias, quæ sub cœlo geruntur; & lacrymas innocētium: & neminem consolatorem, nec posse resistere eorum violentiæ cum eorum auxilio destitutos; & laudaui magis mortuos: quam viuentes & fœlitiorem utroque iudicaui, qui nec dum natus est.* Quod cum Dominus inspexisset, tamquam suæ præsentiæ dignum iudicauit in afflictis Israel afflictis, dum ait: *Vidi afflictionem populi mei in Ægypto, & clamorem eius audiui propter duritiam eorum, qui præsunt opperibus, & sciens dolorem eius descendi, vt liberē eum.* Exodi 3. vt Reges intelligant in afflictionibus subditorum, & egenorum, non esse parcendum labori, non alteri committendum negotium afflictorum. Sed quod proprijs oculis, videre debeant, & manibus contrectare offensam, & infirmitatem illorum. Vnde Christus Dominus dum pergeret ad sanandam socrum Petri, dicitur quod videns: *Iesus impe-* *Eccles. 4.* *Exod. 3.*

Luc. 4. *perauit febri, & reliquit eam febris.* Vidit quidem considerauit, & imperat. Exeant Reges necesse est, de suo prætioso tabernaculo, vt sanent; nam etiam ad sanandum puerum centurionis infirmantem properauit Iesus, quod admirans ille centurio, ait: *Domine non sum dignus, vt intres subtectum meum &c.*

112. Etiam insigne est illud, quod narratur.
1. Reg. 12. 1. Reg. c. 12. de primo Rege, quem elegit Dominus ad regnandum in populo suo, cuius prima verba hæc sunt: *Quid habet populus, quod plorat?* Quia cum esset à Domino Rex constitutus, quod primo illi venit in mentem fuit clamor filiorum Israel sub potestate Philistinorum, & statim à cutrit ad subleuandam eorum miseriam, quod idem crederem fieri à Regibus Catholicis. Si vidissent filios populi sui, sub Tyranide Ministrorũ, quod Deus auertat, aut inimicorum patientes mala. Sed quid erit si inimici nostri sunt Ministri, aut iudices inferiores? Quid si illi sũt qui custodiunt ciuitatem? Quis tunc nisi Rex ipse pijssimus afflictos consolauit? Vindicauit oppressos? Ministros voco, illos qui affectu cupiditatis, & diuitiarũ amatores existentes: sub pelle obina sunt lupi rapaces, insurgentes contra Gregem Regium: ne dicam contra coronam Regiam; nam Regem maxime offendit, qui sub Regis instituto, & cœlo talia perpetrant, quod prouintiam penitus, & Regnum euertunt.

113. Sed ponderatione dignum est, quod eũ Dominus in loco citato Exodi, descẽsum promittit ad iudicanda crimina Pharaonis aduersus filios Israel insurgentis, non ait, propter duritiam Tyrani Regis: *Sed illorum, qui præsunt opperibus.* Quasi dicat descendit Dominus, non tam contra Regem; quam contra Ministros superiores, in quibus residet, quasi suppressa potestas, hoc grande malũ prequiderí debet à Regibus, & Principantibus, nam sæpius contingit istos Ministros maxime ditari, & locupletari bonis pauperum, & solent ad tantã insolentiam deuenire quod causas suas iustificando, plebem faliant, & certe sine Regis authoritate multa fiunt ab illis, qui Regibus displicerent: si Reges eorum mores, & modum procedendi inspexissent attente.

114. O potentes in quibus residet tanta potestas! Vobis datũ est à Deo. Omnia scrutari, & offensos pauperculos ad suum honorem perditum restituere. Vtinam corã Rege assistat potentissimus, qui cœlo sanctitatis, & iustitiæ, quæ decent Regi proponat, vt omnia hæc mala penitus cuitentur: iebat enim Spiritus Dominus. Psl. 71. *Psal. 71.* loquendo de Rege Salomone figurante Christum Dominum: *Et adorabunt omnes Reges terræ; omnes gentes seruient ei, qui liberauit pauperem à potente pauperem, cui non erat adiutor.* Vbi Incognitus, inquit, quod hic *Incog.* ponitur familiæ Christi per arborem multiplicatio, & notat impletum fuisse tempore Constantini. Cui tanquam Monarchæ obediebant omnes Reges terræ, & ipse præcepit ad cultum, & honorem Christi Ecclesias vbique edificari Et sic omnes Reges terræ adorauerunt Christum: quia Constantinus, qui erat caput omniũ Regum, eum adorauit, vel alio modo intelligitur, vt ly *omnes*, stet *pro generibus singulorum, non pro singulis generũ*: quia non fuit gens aliqua, quæ saltem in parte sui, non adorauerit Christum.

Subditur: *Quia liberauit pauperem à potente, & pauperem, cui non erat adiutor,* vbi notat Isidorus, quod duæ virtutes maxime Regibus conueniunt, silicet, *iustitia*, iniuste oppressos liberando, & *misericordia*, bonis præmia conferendo, & parcendo. Vnde ante Christi aduentũ, humanum genus triplici malo præmebatur, primo quidé diabolo subiugabatur, secundo peccato maculabatur, *tertio*, pœnæ obligabatur, à quibus malis liberauit nos Dominus à diabolo à peccato, & à pœna. Igitur ante aduentum Christi, nos diabolus tenebat captiuos, quare dicebatur, Princeps mũdi, eo quod multi eius tentationibus vincebantur. Vnde S. Gregor. *Greg.* lib. 2. moral. c. 22. ait: *Ab Adam quippe vsque ad aduentum Domini diabolus omnes nationes gẽtium post se traxit circuiuit terrã, & per ambulauit: quia per corda gentium iniquitatis suæ impræsit vestigia; cadens enim de sublimibus, humanas mẽtes iure possedit: quia in culpæ suæ vinculo nolentes astrinxit.* Tantoque in mundo latius est vagatus, quanto à reatu illius, quisque per omnia liber inuentus non est, cui quasi ex potestate mundum circuisse est, nullũ qui sibi plene resisteret inuenisse à cuius potestate Christus nos liberauit morte, & passione sua. Vnde Petrus, qui tentatus ab ancilla ruit negando: postea interueniente Passione Christi fleuit amarè, & ante Reges, & præsides victor exiit.

115. *Isidorus.*

Hanc spectat, quod dicitur Esai. c. 1. vbi 116. Regibus præcipit Deus, vt subueniant *Esai. 1.* pauperibus: *Subcenite oppressio, iudicate pupilo defendite viduam; & venite, &*

arguite me;dicit Dominus Si fuerint peccata vestra,vt coccinum,quasi nix dealbabuntur; & si fuerint rubra quasi vermiculus,velut lana alua erunt. Quasi dicat omnia regum peccata, facile dignoscentur a Deo. Si Rex ipse iustitiam custodiat, & vidua, & oppressios cum pietate respiciat. Ita quod coram Deo appareant, qui potentes subegerunt, & humilia verunt pro causa pauperum. Nam Psal.13. dicit Spiritus Sanctus: *Qui deuorant plebem meam sicut escam panis.* Vnde quamuis iustitia omnes æqualiter respiciat; patrocinatur tamen Spiritus Sanctus, pauperes humiles, & oppressos, quos persequuntur iniusti: quia debiliores sunt. Ita D. Iacobus, cap.2. *Diuites per potentiam opprimunt vos, & ipsi trahunt vos ad iudicia.*

Psal.13.

Iacob.2.

Prob.16. In lib Prober. c.26. laudat Deus Reges iuste gubernantes, ait enim: *Qui iudicat in veritate pauperes, thronus eius in æternum firmabitur.* Vnde: *Initium viæ bonæ est facere iustitiam.* Ita Iacobi, cap.5. 1.Reg.3. Prob.16. Audi modo, & nota illa, quæ necessaria sunt Christiano Principi, vt se manifestet, quantum distet à terribili, & Tyrano. Oppera enim Christiani Principis, si numerantur infinita inuenientur. Tamen ad decem reduci possunt maxime ponderabilia.

Iacob.5. *1.Reg.3.* *Prob.10.*

117. Multa sūt, quæ bonum Principem faciunt.

Primo verus Princeps bonum publicū, & dominij iura illæsa custodiat. Contra vsurpare sibi volentes, siue sint propij, seu mali ciues, siue extranei. Ita quod nec ad suum proprium commodum conuertat, nec alios conuertere permittat. Non solum autem seruat, & defendit, sed etiā quantum patitur iustitia augere perficere, & dilatare conatur. At non sic Tyranus; sed quantum potest ad se conuertit, nec principatus iura seruat, sed tātum nititur se in Tyranide conseruare. Vnde verus Princeps fuit Onias summus Sacerdos; at Tyranus Apollonius: cœlesyriæ, y Phœnicis dux; vt legimus 2.lib. Machabeorum, c.3. vide ibi.

2.Mach 3.

118.

Secundo verus Princeps communia bona, & communes reditus studet honeste, ac honorifice expendere præ cauens, non grauare subditos nouis impositionibus; nisi euidens insurgat necessitas, pro communi salute Huius oppositum agit Tyranus, qui tales reditus, non pro salute patriæ, sed pro obscœnis voluptatibus, & in vilibus personis expendit. Quales sunt meretrices, adulatores, lenones, & alios huiusmodi fobendo, & non solum grauat populū quotidianis, & multis impositionibus, sed etiam ab eis bona sua immobilia rapit. Vnde lex Regis, quam prænuntiauit ex ore Dei Samuel. 1.Reg.c.8. fuit Tyrannica incipit enim hic: *Filios vestras tollet, &c.* Legatur c.8. & aduerte, quod legem illā prænuntiauit Samuel, vt auerteret populū Hebreū à petitione Regis, iam alibi nos de hoc late summus locuti.

1.Reg.8.

Tertio verus Princeps coram subditis exhibere se debet medium inter seuerum, & nimis familiarem inter lætum, & tristem, quod quidem medium erit, si vere, & non ficte affabilis, & mitis pro loco, & tempore grauis, & reuerendus apparebit, ne vt inquit Aug. in regula: *Dum nimium seruatur humilitas regendi frangatur authoritas.* Talem se exhibebat Salomon, in principio Regni sui. Vnde 3.Reg.c.10. legitur, quod *vniuersa terra desiderabat videre faciem eius.* Scilicet propter Maiestatem, & grauitatem prudentiam, atque sapientiam, quæ splendebant in eo. At nō sic se habet Tyranus, licet aliquando simulet, sicut lupus sub pelle ouis, donec voti sui compos fiat, & tunc se, vt bestiam furentem demonstrat exemplum habemus, 2.Reg.15. de Absalon: *Qui omni humanitate reuerendum se ostendebat cunctis venientibus ad iuditium.* Sed postquā sua dolositate fuit constitutus Rex in Ebron, veniens in Hierusalem iam recedente Dauid, declarauit Tyranidem suam. Primo maculans honorem Patris, de quo postea agemus, longius, & agitur, cap.15. & 16. legantur capita illa.

119.

Aug.

3.Reg.10.

2.Reg.15.

120.

Quarto verus Princeps, neminem subditorū absque ratione contemnit, non iniuriatur; nemini calumniam infert, quod si quem deprehenderit deliquisse; aut cōtra personam suam; aut contra commune bonum, nō exira, aut furiosa vindicta, sed ex iustitia, & secundum legis dispositionē agit cōtra eum, siue in re, siue in persona; prout delicti qualitas, & personæ requirit. Sed nō sic Tyranus quoniam agitatus concupiscentijs suis, vt libidines suas expleat; iniuriatur subditis non solum in re, sed etiam in personis, vt de honestando vxorem, filios, & filias. Vnde verum Tyranum se ostendit. Benalab. Rex Syriæ. 3. Reg.c.20 quoniam postulauit ab Achab, *non solum aurum & argentum suum, sed & vxores & filios suos optimos;* & propter huiusmodi iniurias, & contumelias. Sæpe numero insurgunt subditi contra Tyranos eligentes potius mori: quam has sustinere iniurias. De quo agit Iabellus 5. politicorum, tractatu 4. cap. 2.

3.Reg.20.

Quin-

121. Quinto, verus Princeps subditos nobiles probos, & ingenuos, sibi in familiaritate, & amicitia coniungit, gratosque sibi reddit muneribus, & honorum titulis, non solum autem se ipsum amicabilem reddit nobilibus, sed & vxori propriæ imponit, vt nobilium vxores sibi caras, & amicabiles faciat: quoniam cum vxores nobilium aduertunt sediligi, & honorari ab vxore Principis, detinet viros suos, in deuotione, & fide erga Principē, oppositum autem agunt, si nouerint se contēni, aut in honori ab vxori Principis; nā cum viri nollint contristare delicias suas, sæpe numero declinant ad partem, quam propriæ inggerunt vxores, ita in malum, sicut in bonū, verus ergo Princeps, præcauens se ipsum, studet sibi venenolos reddere, nobiles, & ingenuos, & vxorē propriam conciliare sibi vxores nobilium, at vero Tyranus, non sic segerit, sed arrogans, & elatus quoscumque contemnit, vxor sua, velut vter in flatus, quoscumque nobiles despectui habet, ideo se ipsum, & quoscūque sibi coniunctos odiosos reddit, exemplū habemus de Achab, & Iezabel vxore sua maledicta 3. Reg. cap. 21. 3. Reg. 21.

122. Sexto, verus Princeps in cibis, & venereis, se temperatum ostendit, & vere sic est, & hoc ideo vt sensu, & prudentia vigilet, crapulanamque, & ebriætas, & luxuria, sensum, ac mentē hebetāt, præterea vt corā subditis honoretur, quoniam sobrietas, virum honorabilem reddit, oppositum autem facit ipsum contemptibilem; quoniam assimilatur, bruto inmundo. Sed Tyranus, non sic viuit: quia cum intendat, non commune bonum; sed voluptuosum corporis, sui commodum; nichil curat, nisi epulas, vina, & impudicitias: ideo contemnitur ab omnibus tanquam inmundum animal, propter quod de dignitati subditi, insurgunt contra ipsum, non ferentes à vilissima Bestia domari, sic Zambri, insurrexit contra Hela, Regem Israel, cum esset hela, in thersa bibens, & tumulentus.

123. Septimo, verus Princeps ornat magnificis expensis ciuitatem, & Castella, munit, & fortificat primum quidem facit ad decorem, & laudem sui principatus. Secundum autem pro tutela populi contra hostes, sed Tyranus, honorem communem non curans, nec velut pastor, de salute ouium solicitus huiusmodi ornatus, & fortalitia parui facit. Vnde cum videris ciuitatem in ornatam, & immunitam argue, dominantium, & ciuium auaritiam, & quidem verus Princeps, fuit Salomon antequam recederet à Domino: nam vt habetur 3. Reg. cap. 9. *Edificauit suprema magnificentia domum Domini, & domum Regiam, & muros Hierusalem, & omnes vicos, qui ad eum spectabant, & quæ erant absque muro, munuit, & ciuitates currū, & ciuitates equitum.* Non sic autem fecit pessimus idolatra, & Tyranus, Heroboam filius nabat. De eo enim non legimus 3. Regum, cap. 12. quod segeserit, vt verus Princeps, ornans, & muniens ciuitates, inducensque populum ad Dei maximi cultum, & ad bene, & moraliter viuendum; sed potius ad oppositum, vt legitur 3. Reg. cap. 12. idem fecit Roboan filius Salomonis, Rex Iuda, & in aliquibus peius se habuit, præcipue circa luxuriam, detestibilem effeminatorum: vnde hi non veri Principes, sed bruta in dominando censendi sunt, ne digni memoria. 3. Reg. 9. 3. Reg. 12.

124. Octauo, verus Princeps non solum ciues, & subditos suos nobiles honorat, sed etiam extraneos ad seuenientes, siue vt per transeuntes, siue in suo Principatu habitaturos, hinc enim manifestatur, magnificentia, & magnimitas, & affabilitas ac pietas veri Principis. Sed Tyranus agit oppositum: quoniam nobiles, & sapientes, siue proprios, siue extraneos odit per sequitur, & interimit, ita Iabellus 5. Polit. tract. 5. cap. 2. & hoc ideo, ne ipsi insurgant, aut hortentur populum insurgere contra Tyranum, & in hoc verum Principem, se declarauit Dauid, qui sic egregiæ segessit, & honorifice cum nobilibus, & maioribus pupuli; quod cum insurrexisset Absalon, & omnium qui contra eum coniurauerant, ipsum discedentem ab Hierusalem commitati sunt vniuersus populus, & legiones Cerethi, & Phelephti, & omnes Gæthei pugnatores validi, & c. Quod vtique non feciſſent, si Dauid dure, & in honorifice se habuisset erga illos in Principatu adhesissent enim filio iam constituto Regi, sicque posuissent Dauid extra spem reuertendi in Regnum. Iabellus.

125. Nono, verus Princeps contentus est suo Dominio, si illud integre possider, & non quærit, vi, & iniuritia dilatare illud, vsurpando alterius Principis iura: nam vltra hoc, quod contra iustitiam ageret, firmare non poterit Principatum suum, neque pacifice dominabitur: nullum est enim violentum durabile, & verificatur, illud Esai. cap. 33. *Væ qui deprædaris, nonne, & ipse deprædaberis? Et* Esai. 33.

cum

cuncta consummaueris deprædationem, deprædaberis. Dixi: Si illud integre possidet: quoniam ius suum vnicuique reparare licet, quod fuerit ab altero iniuste
3. Reg. c. 22. subreptum. Vnde vt legitur 3. Regum c. 22. Supposito, quod Achab Rex Israel, verum diceret, scilicet quod Ramoth Galaad, quam possidebat Rex Syriæ esset de iurisdictione, & dominio Israel, non in merito dixit seruis suis: *Ignoratis, quod nostra sit Ramoth Galaad, & negligimus tollere eam de manu Reg s Syriæ.* Verum non est prosperatum negotium belli in manu sua: quoniam, vt idololatra, non merebatur Dei maximi auxilium, licet ergo vero Principi, seruare, & reparare dominium suum, Deo optimo fauente, sed non vi, & iniustitia dilatare, Tyrannus autem, siue iuste, siue iniuste subiugare sibi conatur, siue in parte, siue in toto externa dominia, ideo est in continuo bello, vel perturbatione, vel deprædatione, & Dei iudi medio confunditur: sic
Iudich. 3. confussus est Holofernes. Iudith cap. 3.
2. Macab. c. 5. sic Antiochus 2. Machab. c. 5. videte locum in textu, vbi multa sunt ponderatione dignissima.

126. Decimo, verus Princeps Deum sincere colit, & quæ ad Diuinum cultum spectant in primis curat, animaduertit enim Dei maximi se ministrum esse, omnemque authoritatem, & virtutem, & prudentiam ad regimen, à Deo maximo pendere, propter quod in primis quærit, & seruat quæ Dei sunt, vnde Diuino beneficio, & auxilio perseuerat, & firmatur in principatu, & ex opposito, infirmatur,
2. Reg. 9. quod patet, ex 2. Regum, cap. 9. de Salomone, cui postquam dedicauerat domum Domini, & orauerat, dixit Dominus: *Tu quoque si ambulaueris coram me sicut ambulauit pater tuus, &c.* Sed Tyranus, aut prosternit Diuinum cultum, sicut Roboam, & Heroboam, & Achab, & Manasses: aut simulat se Deicolam, vt expendit Iabelus 5. lib. Politicorum, tit. 5. c. 3. vt populum decipiat, vereaturque notis signari contra eum, cui putat Deum esse propitium. Sed Diuina bonitas, quã non latet cordis secretum Tyranos tales
3. Reg. 15. exterminat, vt 3. Reg. cap. 15 de Heroboam, & domo eius, & de Achab, & Manasse, & Antiocho, constat ergo, quæ opporteat, verum, & Christianum Principem operari, vt videatur quantum differat à Tyrano, quod nos experimur, in nostro Maximo Monarcha Philippo IIII. qui & bonum publicum sitit tur custodire, & solum summa, & extrema bellorum necessitate imponit tributa, quæ Deo fauente cessante bello auferentur ab eo; qui se exhibet pro necessitate, grauem, & afabilem, qui neminem absque ratione contemnit; qui Sanctos, & probos sua amicitia coniungit sibi, qui studet vt bene viuant, & iuramenta proculpelit, qui Castella, & ciuitates sua defensione custodit, qui suos, & extraneos, etiam expensis magnificis honorat, qui aliena Regna, & quæ sua nõ sunt nõ querit, sed iusto bello ad sua recuperanda, alias iniuste ablata contra inimicos consurgit fortissimus Leo, qui tandem, Deum optimum maximum collit sincere, & summo affectu veneratur, vt patet ex nimia deuotione, qua prosequitur Sacratissimũ, & Augustũ Eucharistiæ Sacramentum, ita quod de suo Regali curru descendat, & non interueniente pudore commitatur vbique, vsque ad domos paruulorum, pauperum, quasi qui inspicit pietate plenus Regem Regum taliter afabilem, vt non dedignetur infirmos pauperculos, & peccatores visitare, vt sanificant, sic felix in omnibus euadit, & vbique triumphans in hoc mirabili signo semper inuenitur, & in eternum Regnauit, & quidem ipse verus iudex, & vltor est: *Nam quid iudicem, si non & vltorem?* Qui potius armorum spiritualium vtitur fortitudine, quam materialium recurrendo ad orationes Sãctorum. Consilium sumens ab exemplari posito à Sancto Leone, qui fermone 1 de S. Petro & Paulo componens Romam, à Petro fundatam, cum Roma fundata à Romulo. Sic loquitur: *Isti sunt, ô Roma patres tui, qui te Regnis cælestibus inferendam multo melius, multoque fœlitius condiderunt, quam illi, quorum studio prima, mœnium tuorum fundamẽta locata sunt: ex quibus, is qui tibi nomen dedit fraterna te, cæde fœdauit: isti sunt qui te ad hãc gloriam proiexerunt, vt fulgens sancta, populus electus, ciuitas Regia per Sacram beati Petri Sedem, caput orbis effecta, latius Præsideres Religione Diuina, quam dominatione terrena, quamuis enim multis aucta victorijs ius imperij tui terra, marique protuleris minus tamen est quod tibi bellicus labor subdidit; quam quod pax Christiana subiecit.* Hæc ille, & patet ita esse, nam Rex noster, ex quo Christum sub specie Panis Eucharistici secum, vsque ad Palatium tanta solemnitate, vt vidimus tulit factus est, omium non solum potentissimus, sed exemplar victoriæ. vnde in effigie nostri Cæsaris stat triumphantium effigies Christianorum S. Leo.

do-

documentum, & fortissimorum monimentum inuictissimum, ab sit tamen speciem adulationis, sed executionis affectũ præseferat, hoc totum dictum.

§. VI.

Ponitur qualiter vindicauerit Dominus offensam populi exemplo Achan.

127. CErtum est Deum consueuisse authores malorum acerbe punire, nam inducta libidine in hominum genus absque vllo Religionis metu, dilubio vniuersali terrã obruente expiauit Genesis, cap. 8. & 9. ibi dicitur: *Omnis quippe caro corruperat viam suam.* Abusum masculorum in sodomitis acerbissime castigauit, cap. 19. igneque extinxit. Primam quoque Simoniæ labem, destruxit, cum lepra Giezi, quæ ad posteros peruasit, ita 4. Reg. cap. 5. & Apostolus Petrus morti tradidit Ananiam, & Saphiram vxorem, Actor. 5. quia occultantes partem prætij agri mentiti sunt.

Gen. 8. & 9. & c. 19.

4. Reg. 5.

Act. 5.

128. Vnde Abulensis, quæst. 59. in Genesim, ait Achan acerbissime à Deo fuisse flagellatum: quia primus fuit transgressor mandati Dei; quo præcipiebatur, ne quid de Anathemathæ sumeretur, qua propter S. Thomas 22. quæst. 162. art. 2. *Ait primum peccatum primi parentis fuisse omnium grauissimum, non quidem secundũ speciem, sed ratione nocumenti.* Quia secũdum speciem maius peccatũ est odium Dei, at vero ratione nocumenti maius fuit peccatum gulæ: quia peccante illo omnes infecti sunt, qui ab illo descendunt per seminalẽ propagationem, excepta Beatissima Virgine Maria, quæ speciali priuilegio præseruata fuit à culpa originali, vt sæpe diximus.

S. Thom.

129. De peccato igitur Achan, dicuntur illa verba Iosuæ, cap. 7 *Quia turbasti nos, exturbet te Dominus in die hac.* Ad memoriam illius iniuriæ quam Rex Hai, intulerat populo Israel concitando, oppidanos ad bellum erectus est cumulus lapidum super cadaber illius, postquam Regem ipsum depossuerunt de Cruce, ait enim sacer textus: *Præcepitque Iosuæ, & depossuerunt cadaber eius de Cruce proiecerunt que in ipso introitu ciuitatis, congestoque super eum, magno acerbo lapidum, qui permanet, vsque in hodiernum diem.*

Iosuæ 7.

130. Huc spectat, quod dicitur 2. Regum, cap. 18. de Absalon, qui concitato populo recesserat ab obedientia patris sui, cogitato, parricidio, pro pœna tamen tanti delicti; dicit sacer textus: *Tulerunt Absalon, & proiecerunt eum in saltu, in foueam grandem, & comportauerunt super eum aceruum lapidum magnum nimis.* Ille enim adhuc viuens titulum sibi erexerat honorificum, vbi scriptum erat: *Manus Absalon.* Sed tamen parricidio illam gloriam polluens, acerbo lapidum iam mortuus improbitatem, & malitiam suam prodijt, & manifestam fecit.

2. Reg. 18.

131. Disquiro, qualis fuerit titulus ille Absalon? Respondet Cay. quod in Sacra Scriptura, non declaratur. Sed quidam aiunt, erectam fuisse statuam, non quidem repræsentantem hominem, sed manum duntaxat hominis, & propter hoc, dicitur in titulo illo: *Manus Absalon.* Non enim Deus sustinet manus aliquando in patrem insurgentes, fædatur manus ignominioso titulo dum cadaber sanguinolentum manus lapidibus tumulatum.

132. Mortuo Achab relicti sunt in Samaria septuaginta filij, quos mortuo patri Iehu, iussit occidi; quorum capita allata, sunt Iezrael: *Cumque illi nuntiatum esset, ponite inquit ea ad duos acerbos iuxta introitum porte, vsque mane.* Volens in hoc indicare filios etiam Achab acerbo lapidum obruendos in detestationem paternæ malitiæ, ita 4 Regum, cap. 10. num. 8.

4. Reg. 10. n. 8.

Esse autem notam ignominiæ acerbum lapidum constat, nam Prob. 25. dicitur: *Sicut qui lapidem mittit in acerbum mercurij; ita qui tribuit insipienti honorem.* Quasi dicat sicut, qui proijcit gemmam, aut lapillum, magni pretij in mare, vt sit omnino resperdita. Iansenius, sic explicat: *Sicut in acerbo lapidum communium perit pretium, & bonitas lapidis precioſi; ita perit interuitia atributus honor.* Septuaginta legunt: *Sicut, qui lapidem infundat ligat, vt proijciatur in vtiliter, ita qui promobet ad honorem stultum.* Hæbrei legunt (Margem) ideſt purpuram, quasi dicant non minus errare, qui lapidem communem purpuræ alligat, quam qui honorem tribuit inepto: optime Tertulianus supra, cap 5. *Potius iniuria cum Diuina res, humanis artibus voluntatur.* Maxima sit iniuria margarito, aut adamenti; i voluatur instercore honor est, res diuinas sapiens stultus, est stercor, fœdissimus

Iansen.

Septuag

Ter.

133. Lyranus, per acerbum mercurij, intelligit: *Numos proiectiles, quibus vtimur in computanda pecunia.* Quod irridet Iansenius, dicens: *Acerbos mercurij esse*

esse lapides communes, qui ponuntur ad discrimen viarum. Et vocantur lapides, mercuriales, quia mercurius dicebatur Deus viarum, & mercaturum, quibus ad non errandum in itineribus ponebantur
Beda. lapides pro signo, vel vt sentit Beda, ponebatur statua Mercurij in itineribus, & pro deuotione Gentiles ferebant lapides, quasi offerentes munera dabant lapidibus honorem Mercurio, cui nullus honor debetur: quia falso Deo dabatur, ita dicitur: *Quidàt honorem insipienti quasi qui mittit lapidem in acervum Mercurij.*
Prob. 25.

134. Igitur irati numinis multa signa visa sunt, vt sciatur esse iudicem, & vltorem; nam quæ diximus de Arca Noe, expendit Iosephus, lib. 1. antiquitatum, qui inter
Iosepb. alia dicit, quid Pentapolis est hodie: *Nisi æternum punitæ libidinis monumentum?*
Orosius. Paulus Orosius, refert multo tempore post demersos obduritiam cordis, & iniurias populo Dei illatas Ægyptios apparuisse in vado maris rubri; orbitas rotarum, & secta fluminibus plaustra, vt qui viderent, hæc vestigia supplicij numen Dei iratum formidarent, quid etiam ruinæ Templi Hierosolimitani pro clamant? Quid tota ciuitas? Quid temporum angustiæ, nisi peccatorum multitudo, id expetendo fieri. Quid nisi multitudo persequutorum, quibus iusti afligitur, sed væh illis qui puniuntur à Deo acerbissime, pro quo sit.

§. VII.

Persequentes iustos, & amicos Dei, experientur Deum esse durissimum iudicem, & vltorem seuerissimum. De quo gaudebunt iusti.

135. MInatur Spiritus Diuinus Matth. cap.
Matt. 24. 24. seruum quendam ferocem, & asperum in conseruum suum, dicens eum esse diuidendum, & partem eius ponendam esse cum Hypocritis, & quod in cõsueta hora veniet, Dominus insciò illo, quod ibi: *Erit fletus, & stridor dentium.* Et tandẽ, quod exitum habebit in fœlicissimum, cum ille improbus seruus, manducaret, & biberet, & conseruum suum pessime tractaret, venit Dominus, cum non venisse putabat ille, & illum præcipit mittere in tenebras exteriores, vnde inspicere possunt robusti; & feraces qui aduersus sanctos, & iustos, & humiles insurgunt, & videbunt Dominum Potentissimum Regem iudicem, & vltorem, agentem causas pauperum, & afflictorum.

136. Balaam, conductus ad maledicendum Israel semel, & iterum consuluit Dominum, vtrum iret ad maledicendum? Et tandem Angelus Domini permittit ire, & lætus ad maledicendum ibat nefarius homo; dum tamen vinearum angustias intrat, repugnantem bestiam videt, fustibus cedit, asperus se ostentat, & crudelis in brutum animal; nihil conficit, numerorum, cap. 22. Sic legitur: *Interea, aperuit Dominus oculos Balaam, & vidit Angelum, stantem in via gladio euaginato.* Sed disquiro, vt quid permittit Dominus viam arripere, & simul Angelum opponit in via euaginato gladio cõtra Prophetam? Cur armatus Angelus contra in ermem hominem? R. id fieri, ne putent omnia sibi esse prospera, qui Sanctos, & amicos Dei maledicere tentant; immo potius illud pro certo habeant, quod nunquam aduersus Sanctos viros, & humiles victores euadent, cum habeant in sui tutellam Deum, & Angelos Dei, id quod notauit Cyrilus Alexandrinus, lib. 5. de orat. dicens: *Abire quidem permisit Angelus, sed in media cõspectus vestia, fulgenti gladio, in quo manifestè docuit, eum maledicere vellet his qui benedicti erant bellum, & aduersus Angelos suscepturum* Hæc ille.
Num. 22.
Cyrilus.

Hoc patet, quisquis pios homines, & iustos viros offendit, quod arma sumunt contra Deum, & Angelos. Huc spectat, quod dicitur Exodi, cap. 21. *Cauebat lex taurus filium quoque, & filiam, si cornu percusserit, simili (nempe mortis) sententiæ subiacebit, si seruum, ancillamque inuaserit, triginta siclos argenti domino dauit bos, vero, lapidibus obruetur.* Ecce qualiter Dominus capite plectitur, tauri percutientis Filios Dominus autem tauri percutientis seruum in columnis manet, est ne apud Deum distinctio serui, & filij? An qui seruus est, vilior apud Deum habetur? *In seruum venundatus est Ioseph.* Sed numquid: quia seruus Ioseph, apud Deum est vilior? Absit sane, vt seruos Israel redimeret occidit Dominus, primogenitos Ægyptiorum quomodo ergo, sic apud ipsum, modo viluerunt serui, ita quod, qui occiderit seruum, parua multetur pecunia? Quare occisor filij capite multetur? R. quod hic non loquitur de seruis, & filijs quos hominum facit institutio sed de seruis, & filijs, quos designãt vitia, aut virtutes: vnde non mirum, quod sic apud Deum virum; quod sic apud Deum vilescat, viliorum mancipium, vt parua redimatur pecunia eius occisor, ille autem qui filios, id
137.
Exod. 21.

est

est Sanctos viros percuserit, longe maiorem pœnã sustineat, vt vel propria priuetur vita; vnde S. Cyrilus, lib. 7. de adoratione in Spiritu, ait: *Igitur, quia lex vmbra est, per filium, ac filiam, liberum Sãctorum genus significatur, per seruũ vero, & ancillam, illud adhuc seruile genus, & peccati iugo subiectum; non est igitur par, in iuria in Sanctos, atque in peccatores facta, nec eadem mensura plectuntur peccata, in vtroque commissa immo qui, in Sanctos insurgit vitam suam euidenti, proponit discrimini, is enim est Deus, qui non patietur viuere eos, qui perimunt filios suos.* Habemus ergo Deum amatorem suorum: verum vltorem esse, & vindicem, contra persequentes amicos, & Filios Dei.

Cyrilus.

138. Letabuntur, atque gaudebunt depunitione reproborum, nam vt legitur in Apocalip. cap. 12. postquam proiectus est draco: qui cœlestes choros bello turbauerat, & ad inferas sedes cum suis aclamatoribus descendisset: tunc in credibilis lætitia occupauit bonorum Angelorum mentes, & Deo optimo maximo, scelerum acerbissimo vltori decantatus est dulciter Hymnus, ait ergo Ioannes: *Audiui vocem magnam in cœlo dicentem, nunc facta est salus, & virtus, & Regnum Dei nostri, & potestas Christi eius: quia proiectus est accusator fratrum nostrum, qui accusabat illos in cõspectu Dei, die, & nocte, & ipsi vicerunt eum propter sanguinem agni.*

Apoc. 12.

139. Vidisti cœlum lætari depulsione malorum? Nota tamen emphasim habere, quasi dicant terrebamur ab illis ante sanguinem effussum Christi, postea tamen gaudentes, Deo canimus, quia per sanguinem agni deuictus est draco, quæ verba reduci possunt ad militantem Ecclesiam, in qua illi ipsi: qui turbante, & incitanti Diabolo in peccata prolapsi fuerant: tandem merito Christi Diabolum vicerunt. Eam victoriam celebrant Angeli, accusator autem diabolus est hominum, qui saluandi sunt; non solum cum ad scelera eos impellit, sed etiam omni tẽpore, vt æternis torqueantur supplitijs.

140. Non tacebo illud quod habetur Zachariæ cap. 2. vbi dicitur: *Et leuaui oculos meos, & ecce vir, & in manu eius funiculus mensorum.* Enim vero postquam Propheta Baticinatus fuit futuram quatuor Regnorum, scilicet Chaldeorum, Persarum, Græcorum, & Romanorum, euersionem Hierusalem; deinde, & Ecclesiam edificandã Baticinatur: vt intelligamus interitu impiorum ad felicitatem bonorum viam muniri; nec posse impio superstite bonos pace frui: audi Psalmistam Psal. 36. *Expecta Dominum, & custodi viam eius, & exaltauit te, vt hæreditate capias terram, cum perierint peccatores videbis.* Ac si dicat tenebras oculis tuis opponit impius, nec adas animo cum perierit videbis, certe Dauid, Regno sibi promisso potitus non est, nisi mortuo hoste, nempe Saule, immo nec Christus, nec Mater eius de Ægypto rediderunt, nisi *Defuncto Herode.* Mat. 2. Nec Sancti excitabuntur, vsque sit completus numerus conseruorũ suorum: *Mortui sunt qui querebant animam pueri.*

Zachar. 2. *Psal. 36.* *Matth. 2.*

Porro perfuniculum mensorum quo vsus est in manu Angeli significatur vrbs edificanda, de qua Matth. cap. 16. dicitur: *Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam.* Solent namque artifices, antequam edificent, spatia dimetiri edifitiorum. Ex Ezechiele habemus cap. 40. rem ad propositum: *Et ecce vir cuius erat species, Eris, & funiculus lineus in manu eius, & calamus mensurã.* Alegoricæ intelligitur Hierusalem ideſt Ecclesia, à Christo Domino edificanda transacta impiorum cæde, in qua possint recipi omnes ex mundi partibus ad illam confugientes. Simile est, quod refert Ioan. cap. 13. postquam enim Iudas proditor sumpta Eucharistia egressus est de cenaculo, vt refert Dionysius lib. de cœlesti Hierarchia; tunc Christus Dominus, quasi respirans ait: *Nunc clarificatus est filius hominis, & Deus clarificatus est in eo.* Videbatur enim claritatem Filij Dei obscurari in conspectu aliorum Discipulorum ob præsentiam proditoris, & illo præsente nolluit misteria aperire Diuina, absente autem illo, dixit: *Nũc clarificatus est filius hominis.* Quod indicat Euangelista illis verbis: *Cum ergo exisset.* Ideſt exeunte Iuda; nam huc vsque nitebatur eum ab affectu impietatis reuocare, postea vero suam proponit clarificationem: quam perseuerante iniusto in sua nequitia, tantum ab est quod potius propolle obscurat Diuinam Maiestatem eo autem ipso, quod reprobus se iungitur à consortio Christi, & Discipulorum ad executionem properat impij consilij vendendi, & tradendi Christũ ad mortẽ, & hoc vocat ipse clarificationẽ.

141. *Matth. 16.* *Ezech. 40.* *Ioan. 13.* *Dion.* *Ioan. 13.*

Sed disquiro cur, vocat mortem glorificationem suã? Cur glorificatio, vbi tanta ignominia? R. cum Chrysost., qui ait: *Volebat instante morte Discipulos consolari,* *Chrysost.*

lari, confirmareque ne ignominia passionis eius deterrentur, & in fide vacillarent ideo, quam illi abiectionem iudicassent. Si prius moniti non fuissent, eam ipse splendido nomine, & honorifico, clarificationem vocat. Eam doctrinam sceleratus Iudas percipere haut posset, forte si eam audiret cœtum, turbaret Apostolicũ, id circo, eo exunte libera voce, ait Dominus, nunc clarificatus est filius hominis. Quem honoratum vocauit Tertulianus, lib. de Pallio, dum venditum considerant inquiens: *Pretium apretiati pretium honorati.* Certum est multa conferre beneficia dum absentes sunt scelerati, & multa mala euenire dum præsentes sunt à versus enim fuit furor Domini ab Israel, cum auersus est sceleratus Acham.

Ioan.13. Tertull. de pallio.

142. Notandum autem est, non solum erectum fuisse monumentum lapidum supra cineres Acham, vt eo posteri ad monerentur, & in memoriam haberent pœnam illam ob sacrilegium illatam à Domino, sed etiam vallis ille vocatus est vallis turbationis: *Vocatur vallis Achor, ideſt turbationis.* Vnde Abullensis 977. ait: *Vocata est vallis hoc nomine, quasi vir, ibi, occisus vocaretur Achor?* Abur, sed occasionem verborum Iosuæ qui dixit, quia turbastinos exturbet, te Deus in Hebreo, nãque *Achor*, est idem quod *turbatio*, & à turbatione habuit nomen vallis Achor. Isaque Achor, non est nomen illius hominis quem dãnauit Iosuæ, vt voluerunt, Theophil. Theod. Glossa, & Burgẽsis, ille edim Acham dictus est, vallis autẽ, vallis turbationis, nisi vellimus quod ab Acham dicatur Achor, & vallis turbationis, quia turbauit eos transgressione mandati.

Abul.

143. Meminit Deus huius vallis Achor, seu turbationis per Oseam, cap. 2. ad significandum, quod transacta turbatione Hæbreorum per Chaldeos illata, concedenda erat in eodem loco fœlicitas, ita subiungit: *Et dabo vineatores eius ex eodem loco, & vallem Achor ad aperiendã spem.* Sicut enim turbatio Israelitarum, ob peccatum Acham tempore Iosuę, in gaudium versa est parta victoria de vrbe Hay, ita post tribulationes à Deo immissas, si in illis pietatem colimus, apperitur nobis spes, obtinendi Diuinam propitiationẽ, Simacus legit in ostium spei, quod expossuit, Apost. Rom. 5. *Non solum autem sed, & gloriamur in tribulationibus; scientes, quoniam tribulatio patientiam operatur, patientia vero, probationem; probatio autem spem.* Sequitur Paulum Hieronymus, qui id circo tormenta perpessus est, vt per hæc, ad prospera peruenire.

Oseæ.2. Rom.5.

144. Huc spectat locus. Esai. c. 65. *Et erunt cãpestria in caulas regũ & Vallis Achor, in cubile armentorum populo meo, qui requisierunt me.* Oves in populo Dei, sunt minores, & imperfectiores; qui habitant in capestribus; & qui pace crescunt, & ad armenta tendunt; sunt viri perfecti, & ad labores ferendos idonei, hij vt vobes fortes, & valentes quiescent in valle Achor, ideſt trãsanctis laboribus, & toleratis pro Christo hilares, & læti remanebunt, certe promittit, gaudia sustinentibus, pœnas certe pignora sunt Thesauri celestis, ipse Acham, ex Valle Achor in sinum Abrahæ receptus ab aliquibus creditur, vtinam resipisceret, vtinam ita sit.

Esai.65.

Vnde vt ego fateor, remissionem offensarum, & persecutionum, ad Deum verum, & purissimum iudicem, & iustissimum vltorem delatam in gaudium, & honorem cedere consecrantium ipsi; videmus enim apertam esse sententiam Tertuliani. dicentis: *Ampliorem, quam sibi sumpsissent satisfactionem recipisse, id nobis in Domino tam iusto, ad æstimandum; tamque potenti; ad persistendum traditum, patientiam michi; dicit Deus, & ego patientiam remunerabo.* Quo supposito confidenter quilibet Christianus, sæpius dicere poterit: *Quid michi cum vltione? Quod si patientiæ incubabo, non dolebo, si non dolebo, vlcisci non desiderabo.* Beatus Laurentius Martyr, Tyranum Decium patientia irrisit, & trucidabit, quid dicam? Vicisse irrisisse, Martyrio dicam affecisse, & vocabo Martyrem Laurentij, & Laurentium carnificem Decij; quippe qui sua patientia fatigauit, ita Tertullianus: *Fatigatur improbitas patientia tua plus Tyrannũ lædis sustinendo.* Ex quo tandem pro fine huius libri, dicendum puto, vltionẽ de inimicis, nullatenus summendam, sed relinquendã Deo: *Qui iudex iustissimus, & vltor est, nam si arbitrium vltionis nobis ipsis arrogauerimus, quẽ honorem tribuimus Deo?* Simus ergo fastidientes in fastidio vltionis; ita quod, nec nomen inimici, nec vindictæ audiatur à nobis, vt sic diligentes Deum, & patienter mala pro Deo sustinẽtes, ex quo pro inimicis orauerimus Filij Dei erimus, cui honor, & gloria in secula seculorum, Amen.

Tert.

Ter.

Sub correctione Sacrosanctæ Matris Ecclesiæ. Finis Primæ partes, lib. de Patientia Tertuliani.

INDEX LOCORVM SACRÆ Scripturæ, quæ in hoc primo tomo de patientia Tertulliani cum mirabilibus pro concionatoribus, continentur.

Littera C. significat caput. littera D. discursum, littera P. parrafum, littera N. numerum marginalem designat.

EX GENESI.

C. 1.

Genes.1. *Terra autem erat inanis et vacua, c. 9.d.26.p.4 n.383.*

Genes.1. *Producant aquæ reptile animæ viventis, & volatile super terram, sub firmamento cœli, c.5.d.17 p.6.n.169.*

Genes.1. *Germinet terra herbam virentem, c. 5.d.17.p.7 n 188.*

Genes.1. *Vidit Deus quod esset bonum; c. 10. d. 27.p.1 n.32.*

C. 2.

Genes.2. *De omni ligno Paradysi comede, c. 5. d.15.p.3.n.52.*

Genes.2. *In quacumque die comederis morte morieris, c.5.d.15.p.3.n.54.*

Genes.2. *De limo terræ memento homo, quia cinis es & in cinerem reuerteris, c.5.d.17. p.7 n.179.*

Genes.2. *Non est bonum hominem esse solum faciamus ei adiutorium simile sibi, c. 5. d. 17.p.7.n.181.*

C. 3.

Genes.3. *Ad auram post meridiē, dixitque Deus, Adam vbi es? c.1.d.1.p.2.n.54.*

Genes.3. *In sudore vultus tui, vesceris pane tuo, c.1.d.2.p.vnico, n.3.*

Genes.3. *Adam vbi es? c.1.d.3.p.2.n.26.*

Genes.3. *Vocem tuam audiui in Paradyso, & timui & abscondi me, c.1.d.3 p.2.n.26.*

Genes.3. *Vt presit piscibus maris, & volatilibus, c.4.d 11.n.19.*

Genes.3. *Serpens erat calidior cunctis animantibus, c.8.d.23.p.5.n.205.*

Genes.3. *Ecce Adam, quasi vnus ex nobis factus est, sciens bonum, & malum, c.5.d.15.p. 2.n.45.*

Genes.3. *Sed, & serpens erat calidior cunctis animantibus, c.5 d.15 p.2.num.40*

Genes.3. *Lignum pulchrum visu, & adueſcendum suaue, c.5.d.15.p.2.n 46.*

Genes.3. *In dolore paries filios, sub viri potestate eris, c.5.d.15.p.3.n.66.*

Genes.3. *In sudore vultus tui vesceris pane tuo, c.5 d.15 p.3.n.66.*

Genes.3. *Deditque viro suo, qui comedit, & aperti sunt oculi amborum, c.5 d.15 p.3. n. 66.*

Genes.3. *Ipsa decepit me & comedi, c.5 d.15.p. 3.num.68.*

Genes.3. *Domina mini piscibus maris, & volatilibus cœli, c.5.d.16.p.1.n.78.*

Genes.3. *De ligno autem scientiæ boni, & mali; ne comedas, c 5 d.16.p.1.n 78.*

Genes.3. *Emisit eum Dominus de Paradyso, c. 5.d.16.p.2.n.93.*

Genes.3. *Atque versatilem, c.5.d.16.p.2.n.94. lege ibi.*

Genes.3. *In sudore vultus tui, vesceris pane tuo, multiplicabo erumnas tuas, c.5.d.16.p. 2 n 99.*

Genes.3. *Et impuluerem reuerteris, c.5.d.16. p.2.n 99*

Genes.3. *Emisit eum de Paradyso, c.5.d.16.p. 2.n 100.*

Genes.3. *Adam vbi es? Et cum audisem vocem Domini Dei, de ambulantis in Paradyso ad auram post meridiem, c.5.d.16.p.2. n.102.*

Genes.3. *Eritis sicut dij, c.5.d.17 p.7.n.182.*

Genes.3. *Nequaquam moriemini, sederitis sicut dij scientes bonum, & malum, c.6.d.19. p.1.n.1.*

Genes.3. *Inimicitias ponam inter te, & mulierem, c.6.d.20.p.2.n.10.*

Genes.3. *Spinas, & tribulos germinabit tibi, c. 6.d.20 p.4.n.20*

Genes.3. *In sudore vultus tui, vesceris pane tuo, spinas, & tribulos, c 8.d 23 p.1.n.173.*

Genes.3. *Timui, eo quod nudus essem, c.8.d.23. p 1 n.176.*

Genes.3. *Nequaquam moriemini, c.9.d.25.p.5. n.344.*

Genes. 3. *Cum audissent vocem Dei de ambulantis in Paradiso, cap. 9 a 26. p. 4. n. 382.*

Genes. 3. *Abscondime eo quod nudus essem, c. 10. d. 28 p. 2 n 56.*

C. 4.

Genes. 4. *Peccatum tuum in foribus aderit, c. 1. d. 1. p. 1. n. 30.*

Genes 4. *Factum est autem post multos dies vt offerret Cain de fructibus terræ munera Domino; Abel q oque obtulit de primogenitis Gregis sui, & de adipibus eorum, & respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius, ad Cain autem, & ad munera eius nõ respexit, c 5. d. 17. p. 1. n 107.*

Genes. 4. *Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius, ad Cain autem, & ad munera eius non respexit, c 5. d. 17. p. 1. n. 112.*

Genes. 4. *Posedi hominem per Deum, c. 5. d. 17. p 1. n. 115.*

Genes. 4. *Cain vbi est Abel frater tuus, nunquid ego sum custos fratris mei? c. 5. d. 17. p. 1. n. 116.*

Genes. 4. *Sanguinem fratris tui de manu tua requiram, c. 5. d. 17 p. 1. n. 116.*

Genes. 4. *Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius ad Cain autem, & ad munera eius non respexit, c. 5. d. 17. p. 3. n. 132.*

C. 5. nichil.

C. 6.

Genes. 6. *Omnis quippe caro corruperat viam suam, c. 9. d 25. p. 4 n. 336 & c. 10. d. 28. p. 6. n. 127.*

Genes. 6. *Clausit à foris ostium Dominus, c. 9. d. 25. p. 4. n. 338.*

C. 7.

Genes. 7. *Septena, & septena, c. 10. d. 27. p. 2. n. 32.*

C. 8.

Genes. 8. *Cum non inuenisset vbi resquiesceret pes, c. 7. d. 22. p. 4. n. 121.*

C. 9.

Genes. 9. *Sanguinem animarum vestrarum requiram de manu cunctarum bestiarum, c. 3. d 9. p. 4 n. 93.*

Genes. 9. *Recordabor fœderis mei, ponam arcum meum in nubibus c. 5 d. 17. p. 7. n. 177.*

Genes. 9. *Omne quod mouetur, & viuit, erit vobis in cibum, c. 5. d. 17. p. 7 n. 184.*

Genes. 9. *Quicumque effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius; ad imaginem quippe Dei factus est homo, c. 6. d. 19. p. 4. n. 27.*

Genes. 9. *Quicumque effuderit humanum sanguinem effundetur, sanguis illius, c. 6 d. 19. p. 4. n. 30.*

C. 10. nichil.

C. 11.

Genes. 11. *Descendit autem Dominus vt videret ciuitatem, & turrim, c. 8. d. 23. p. 5. n. 212.*

C. 13.

Genes. 13. *Ne quæso sit iurgium, inter me, & te; fratres enim sumus, c. 10. d. 27. p. 2. n. 33.*

C. 14.

Genes. 14. *Sed, & Loth, & substantiam eius pertulerunt, c. 10. d. 27. p. 3. n. 35.*

Genes. 14. *Benedictus Abraham Deo excelso, c. 10. d. 28. p. 1. n. 37.*

C. 15.

Vnde hoc sciam? c. 5. d. 16 p. 1. n. 87. Genes. 15.

Genes. 15. *Tu autem ibis ad patres tuos, cum pace, c. 9. d. 26. p. 3. n. 373.*

Genes. 15. *Aues autem non diuisit, c. 10. d. 27. p. 3. n. 36.*

C. 16. nil.

C. 17.

Genes. 17. *Eris pater multarum gentium, nec vltra vocaueris Abram, sed appellaueris Abraham: quia patrem multarum gentium constitui te, c. 9. d. 26. p. 3. n. 374.*

C. 18.

Genes. 18. *Vidit tres, in conualle mambre, c. 9. d. 25 p. 6. n. 345.*

C 19.

Genes. 19 *Venerunt, duo Angeli Sodomam, c. 9. d 25. p. 2. n. 315.*

C. 20.

Genes. 20. *Hoc erit tibi in vellamen oculorum, c. 5 d. 17. p. 3. n. 138.*

C. 21.

Genes. 21. *Quia in Isaac, vocabitur tibi semen, c. 6. d. 19. p. 5. n. 27.*

C. 22.

Genes. 22. *Abraham, Abraham, ne extendas manum tuam, super puerum, c. 3. d. 8. p. 2. n. 62.*

Genes. 22. *Credidit Abraham Deo, c. 6. n. 244.*

Genes. 22. *Tentauit Dominus Abraham, c. 6. 19 p 1. n. 2.*

Genes. 22. *Abraham, Abraham, c. 6. d 19. p. 1. n. 2.*

Genes. 22. *Vbi est victima holocausti pater mi? c. 1. d 6. p 2. n. 44.*

Genes. 22. *Ecce ego, dixit illi Dominus tolle filium tuum quem diligis Isaac, c 6. d. 19. p. 1 n. 3.*

Genes. 22. *Die tertio, c.6.d.19.p.1.n.10.*

Genes. 22. *Tolle filium tuum vnigenitum, c.6.d.19.p.1.n.12.*

Genes. 22. *Et fide Abraham obtulit, c.6.d.19.p.1.n.14.*

Genes. 22. *Sedete vos hic, ego vero, & puer pertransiuimus illuc, & postquam adorauerimus, reuertemur ad vos, c.6.d.19.p.2.n.17.*

Genes. 22. *Cumque concidisset ligna in holocaustum, c.6.d.19.p.2.n.18.*

Genes. 22. *Abraham obtullit filium suum, c.6.d.19.p.3.n.25.*

Genes. 22. *Dixit ecce ego, & dixit, ne injicias manum tuam super puerum, nec facias illi quicquam, nunc cognoui: quia times Deū, c.6.d.19.p.5.n.31.*

Genes. 22. *Vbi est victima holocausti pater mi? c.6.d.19.p.5.n.32.*

Genes. 22. *Dominus prouidebit victimam fili mi, c.6.d.19.p.5.n.32.*

Genes. 22. *Ne extendas manum tuam super puerum, c.6.d.19.p.5.n.32.*

Genes. 22. *Abraham, Abraham ne extendas manum tuam super puerum, c.6.d.19.p.5.n.33.*

Genes. 22. *Et leuauit Abraham oculos suos, & ecce aries inter vepres, c.6.d.19.p.5.n.34.*

Genes. 22. *Vocauit Abraham nomen loci illius Dominus videt, c.6.d.19.p.5.n.35.*

Genes. 22. *Tentauit Dominus Abraham, c.8.d.23.p.2.n.181.*

Genes. 22. *Abraham, Abraham, ne extendas manum tuam super prerum, c.9.d.25.p.6.n.346.*

Genes. 22. *Portauat ignem, & gladium, c.10.d.27.p.7.n.94.*

Genes. 22. *Sacrifica michi filium tuum, c.10.d.27.p.8.n.108.*

Genes. 22. *Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Isaac, & vade in terram visionis, & offeres illum in holocaustum, c.6.d.19.p.2.n.21.*

C. 23.

Genes. 23. *In spelunca duplici, c.9.d.25.p.6.n.353.*

C. 24.

Genes. 24. *At illa tollens cito pallium suum opperuit se, c.5.d.17.p.5.n.137.*

C. 25.

Genes. 25. *Mortuus est Abraham in senectute bona, c.9.d.26.p.3.n.373.*

Genes. 25. *Si sic michi futurum erat, quid necesse fuit concipere? c.5.d.17.p.1.n.119.*

Genes. 25. *Colli debantur in vtero eius parvuli, c.5.d.17.p.1.n.117.*

Genes. 25. *Completi sunt dies Isaac centum octoginta annorum, vsque plenus dierum, c.6.d.26.p.4.n.383.*

C. 26.

Genes. 26. *Seuit Isaac in terra illa, & inuenit in ipso anno centuplum, c.7.d.22.p.3.n.114.*

Genes. 26. *Quoniam potentior nobis factus est, c.2.d.5.p.1.n.6.*

Genes. 26. *Cuius rei causa auigis eum, c.2.d.5.p.1.n.6.*

Genes. 26. *Benedixitque ei Dominus, & locupletatus est, c.5.d.14.n.16.*

C. 27.

Genes. 27. *Abijt & tullit deditque matri, parauit illa cibos, vsque pelliculasque hedorū circundedit manibus, c.1.d.4.p.2.n.8.*

C. 28.

Genes. 28. *Angelos quoque Dei ascendentes, & descendentes per eam, c.1.d.3.p.1.n.19.*

Genes. 28. *Angelos quoque ascendentes, & descendentes, & Dominum innixum scalæ, c.6.d.17.p.2.n.128.*

Genes. 28. *Angelos quoque Dei ascendentes, & c. c.7.d.21.p.10.n.96.*

Genes. 28. *Dormiuit in eodem loco: & vidit scalam, c.9.d.26.p.3.n.375.*

Genes. 28. *Lapis iste quem erexit in titulum vocabitur domus Dei, c.10.d.28.p.1.n.38.*

Genes. 28. *Cumque euigilasset Iacob de somno, ait, c.10.d.28.p.1.n.43.*

Genes. 28. *Verè Dominus est in loco isto, c.10.d.28.p.1.n.44.*

Genes. 28. *Non est hic aliud, nisi domus Dei, c.10.d.28.p.1.n.44.*

Genes. 28. *Surgens Iacob mane tullit lapidem, c.10.d.28.p.1.n.47.*

Genes. 28. *Fundens oleum de super appellauit nomen loci illius, c.10.d.28.p.1.n.48.*

29. *nil.*

30. *nil.*

C. 31.

Genes. 31. *Videò faciem patris mei, quod non sit erga me sicut heri, & nudius tertius, c.10.d.27.p.7.n.104.*

C. 32.

Genes. 32. *Dimitte me aurora est, c.10.d.28.p.1.n.36.*

Genes. 32. *In baculo meo transiui Iordanem, c.7.d.22.p.3.n.114.*

C. 33.

Genes. 33. *Iacob venit in Socoth, vbi edificata domo, & fixis tentorijs appellauit nomen loci illius Socoth, & erecto altare inuocauit super illud fortissimum Deum Israel, c.1.d.1.p.2.n.51.*

Genes. 33. *Parvuli sunt quosdam auit michi Deus, c.5.d.17.p.1.n.13.*

C. 34.

Genes.34. *Egressa est autem filia lia, vt videret mulieres regionis illius; quam cum vidisset sichen.c.1.d.1.p.2.n.52.*

C. 35. *nil.*

C. 36. *nil.*

C. 37.

Genes.37. *Numquid ego,& mater tua,& fratres tui adorauimus, aut seruiemus tibi? c. 10. d.28.p.2.n.69.*

Genes.37. *Ecce somniator venit, venite occidamus eum,c.10.d.28.p.2.n.70.*

Genes.37. *Qui cum vidissent eum procul,& c. vẽdiderunt Ismaelitis, c 10.d.28.p.2.n.63.*

Genes.37. *Tunica filij mei est,c.6.d.19.p.2.n.21.*

Genes.37. *Ego videbam manipulum meum consurgere super manipulos vestros,& Solẽ, & Lunam adorare me,c.3.d.7.p.2.n.31.*

C. 38. *nil.*

C. 39.

Genes.39. *In lacum missus, & tamdem à dictus carceri,c 3.d.17.p. 8.n.202.*

C. 40. *nil.*

C. 41.

Genes.41. *Tu eris super domum meam, vsque Saluatorem mundi, c. 10.d.d.28.p.2.n. 63.*

C. 42.

Genes.42. *Auertit se parumper,& fleuit,& iussit ministris, vt implerent eorum sacos tritico,& reponerent pecunias, c.10. d.28.p. 2.n.65.*

Genes.42. *Audiens autem Iacob, vsque loquebatur,c.10.d.28.p.2.n.64.*

C. 43.

Genes.43. *Igitur Israel pater eorum dixit ad eos, si sic necesse est facite quod vultis, vsque omnipotens faciat illum placabilem, c. 10.d.28 p.2.n.66.*

Genes.43. *Tulerunt ergo viri munera, & pecuniam duplicem,& Benjamin,c.10.d. 28. p 2.n.67.*

Genes.43. *Præcepit Ioseph dispensatori domus suæ dicens, introduc viros in domum: quoniã hodie mecum sunt comesturi in meridie, c.10.d.28.p.2.n.67.*

C. 44. *nil.*

C. 45.

Genes.45. *Non se poterat vltra cohibere Ioseph, multis coram astantibus, & leuauit vocem fletu & dixit illis, ego sum Ioseph, c.10 d.28.p.2.n.68.*

C. 46. *nichil.*

C. 47.

Salus nostra in manu tua est, respiciat nos tantum Dominus Deus noster,& letiseruiemus Regi,c.9.d.26.p.4.n.380. Genes.47.

C. 48 *nil.*

C. 49.

In Consilium eorum, non intret anima mea, c.10.d.28.p.2 n.61. Genes.49.

Ego congregor ad populum meum sepeliteme,c.9.d.26.p.1 n.361. Genes.49.

Benjamin lupus rapax, mane cõmedet prædam,& aduesperam diuidet Spolia, c. 5.d.17.p.4 n.149. Genes.49.

C. 50.

Nolite timere, numquid Dei possumus resistere voluntati? c.7.d.22.p.8.n.149. Genes.50.

Vos cogitatis deme malum, c.8.d.23. p.5.n.207. Genes.50.

Exodus.

C. 3.

Vidi afflictionem populii mei,& dolorem eius c.3.d.8.p.1.n 54. C.3.

Vidi afflictionem populi mei,c.8.d.23. p.2.n.184. C.3.

Ego sum,qui sũ, c.9.d.26.p 4.n.380. C.3.

Vidi afflictione populi mei,c.10.d.28. p.5.n111. C.3.

C. 4.

Filius meus es tu primogenitus Israel, c.1.d.1.p.2 n.43. C.4.

Dimitte populum meum, c.1.d.1.p.2. n.43. C.4.

Quia dixi tibi dimitte filium meum Israel,& nolluisti,ibidem. C.4.

C. 7.

Constitui te, Deum Pharaonis, c.3.d. 9 p.4 n.94. C.7.

Ecce constit..i te Deum Pharaonis,c.5. d.15.p.2.n.51. C.7.

Fecerunt sic magi Ægypti, c.5.d.16. p.2.n.93. C.7.

Ecce constitui,te Deum Pharaonis, c. 9.d.26.p.2.n.366. C.7.

C. 8.

Ex puluere orti sunt cinifes, c.7.d 22. p.3.n.116. C.8.

C. 9.

Et grando,& ignis mixta pariter ferebantur,c.8.d.24.p.2.n.275. C.9.

C. 12.

C.12. *Timuit Moyses, & fugiens de conspectu eius, c.10.d.27.p.4.n.72.*

C. 13.

C.13. *Tullitque Moyses ossa Ioseph secum, c.9.d.25.p.4.n.335.*

C.13. *Petierunt ab Ægyptijs vasa aurea, & argentea, c.9.d.25.p.6.n.350.*

C. 14.

C.14. *Diuisit aquas ab aquis, c.3.d.6.p.2.n.12*

C.14. *In columna nubis per diem, & in colũna ignis per noctem, c.1.d.2.p.vnic.n.8.*

C.14. *Respexit Dominus super castra Ægyptiorum, c.5.d.18.p.2.n.219.*

C.14. *Dominus pugnauit pro nobis, & vos tacebitis, c.5.d.18.p.2.n.219.*

C.14. *Cumque extendisset Moyses manum super mare, c.8.d.23.p.8.n.235.*

C. 15.

C.15. *Dux fuisti in misericordia populo, c.10.d.28.p.4.n.93.*

C.15. *Equum, & ascensorem deiecit in mare, c.7.d.21.p.3.n.30.*

C.15. *Vos cogitastis de deme malum, c.8.d.23.p.5.n.205.*

C. 16.

C.16. *Manhu, quid est hoc? c.5.d.17.p.7.n.191.*

C. 17.

C.17. *Ex voluntate pecuniæ motus, occidit viros, relictis fœminis, c.5.d.13.n.9.*

C.17. *Cur fecisti nos exire de Ægypto; vt occideres nos, & liberos nostros? c.5.d.16.p.1.n.83.*

C. 18.

C.18. *Vltra vires tuas est negotium: solus illud non poteris sustinere prouide viros ex omni plebe, quos tu nosti in quibus sit veritas, c.1.d.3.p.1.n.16.*

C.18. *De omni populo, ibidem.*

C.18. *Viros sapientes, ibidem.*

C. 19.

C.19. *Quod iam dies tertius aduenerat, & mane inclinauerat, c.10.d.28.p.1.n.46.*

Exodi. C. 20.

C.20. *Non occides, c.5.d.19.p.4.n.28.*

C.20. *Non facies tibi sculptile, nec omnem similitudinem, vsque non adorabis, c.10.d.27.p.3.n.45.*

C.20. *Dixit Dominus, non occides, c.10.d.27.p.4.n.72.*

C. 21.

C.21. *Filium quoque, & filiam ficorum percusserit, c.10.d.28.p.7.n.137.*

C.21. *Occulum pro occulo, dentem pro dente, c.6.d.19.n.247.*

Occulum pro occulo, dentem pro dente, C.21.
c.10.d.27.p.1.n.21.

Occulum pro occulo, dentem pro dente, C.21.
c.10.d.27.p.5.n.74.

C. 22.

Qui immolat dijs occidetur, c.6.d.19. C.22.
p.4.n.27.

Maleficos nõ patieris viuere, c.6.d.20. C.22.
p.2.n.9.

C. 23.

Terrorem meum immittam In præcursum tuum, & occidam omnem populum, C.23.
c.5.d.18.p.2.n.222.

C. 28.

Iuditium & veritas vrim, & turrim, C.28.
c.1.d.3.p.1.n.19.

C. 31.

Nec Idolatre efficiamini, sicut quidam ex ipsis, quemadmodum scriptum est, sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere, c.5.d.16.p.1.n.81. C.31.

Moysi enim huic, qui eduxit nos de terra Ægypti, nescimus quid acciderit illi, C.31.
c.5.d.16.p.1.n.81.

C. 32.

Dimitte illis hanc noxam alioquim dele me, c.1.d.2.p.vnic.n.4. C.32.

Dimitte me, vt irascatur furor meus, C.32.
contra eos faciamque te in gentem magnam, c.1.d.2.p.vnic.n.5.

Fac nobis Deos, qui nos præcedant, c.5. C.32.
d.18.p.3.n.227.

Fac nobis Deos, c.5.d.18.p.4.n.243. C.32.

C. 50.

Assumptis per castrorum media transiens, c.10.d.27.p.8.n.116. C.50.

Ex Leuitico.

C. 1.

Detracta pelle ostiæ artus in frustra cõcident, & subicient in altari ignem struc lignorum ante composita membra, vsque, C.1.
& pedibus aqua lotis, c.4.d.10.p.2.n.15.

C. 4.

Si turba Israel fecerit, quod contra mãdatum Domini est offeret pro peccato suo C.4.
vitulum, si peccauerit Princeps, offeret pro peccato, suo hircum de capris, c.8.d.23.p.3.n.193.

C. 6.

Baccam trienem, c.10.d.27.p.4.n.65. C.6.

C. 7.

Cuius carnes eadem comedentur die, C.7.
nec remanebit ex eis quidquam vsque mane, c.4.d.10.p.1.n.6

C. 9.

Igni, egressus à Domino deuorauit holocaustum, c.5.d.17.p.1.n.112. C.9.

C. 12.

C.12. *Non vlciscaris te*, c. 10. d. 27. p. 4. n. 69.

C. 13.

C.13. *Habeuit vestimenta disuta, caput nudum, os velle contectum*, c. 3. d. 9 p. 2. n. 80.

C.13. *Caput nudum, os, veste contectum*, c. 5. d. 18. p. 4. n. 243.

C. 16.

C.16. *Tollet quoque de sanguine vituli, & asperget digito septies contra propitiatorium ad Orientem*, c. 8. d. 23 p 3. n. 194.

C. 19.

C.19. *Diliges proximum tuum*, c. 6. d. 20. p. 1. n 3.

C.19. *Non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed proximum, & sotium tuum, sicut te ipsum diliges*, c. 6. d. 20. p. 2. n. 10.

C.19. *Nequeras vltionem, nec memineris iniuriæ fratrum tuorum*, c. 10 d. 27. p. 5. n. 74.

C. 26.

C.26. *Dabo pauorem in cordibus eorum*, c. 8. d. 24. p. 2. n. 266.

Ex Numeris.

C. 6.

C.6. *Binum, & mulieres apostatare faciunt sapientes*, c. 5. d. 17. p. 8. n. 206.

C. 8.

C.8. *Iram Domini placauit phinees*, c. 10. d. 27. p. 8. n. 116.

C. 12.

C.12. *Erat Moyses vir mitissimus, super omnes homines, qui morabantur in terra*, c. 3. d. 6. p. 2. n. 15.

C. 14.

C.14. *Decem vicibus*, c. 5. d. 16. p. 1 n. 88.

C. 20.

C.20. *Si autem vir contradixerit*, c. 8. d. 23. p. 5. n. 208.

C.20. *Percussit petram, & fluxerunt aquæ*, c. 8. d. 23. p. 8. n. 235.

C.20. *Audite reueles, & increduli, num de petra hac, aquam poterimus eijcere?* c. 8. d 23. p. 8. n. 236.

C. 21.

C.21. *Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo*, c. 1. d. 2 p vnic. n. 3.

C.21. *Anima nostra nauseat*, ibid.

C.21. *Sicut fecit in mari rubro, ita faciet in torrentibus arnon*, c. 5. d. 18. p. 2. n. 220.

C. 22.

C.22. *Opperuit Dominus oculos Balaan, & vidit Angelum stantem inuia, euaginato gladio*, c. 10 d 28 p. 7 n. 136.

C.22. *Moriatur anima mea morte iustorum*, c. 9. d. 25 p. 3. n. 332.

C.22. *Vtinam haberem gladium, vt te percuterem*, c. 10. d. 27. p. 7. n. 92.

C. 23.

C.23. *At ille assumpta parabola sua, ait, sta, Balach, & ausculta audi fili Sephor: non est Deus quasi homo, vt mentiatur, &c.* c. 8. d. 23 p. 9. n. 243.

C.23. *Non est Deus, vt filius hominis, vt mentiatur*, c. 6. d. 2. p. 2 n. 8.

C. 25.

